This book was in the Library of
Professor J. P. Postgate, and I
bought it from amongst the books
of his which were sold by
Blackwell in March 1947
R. M. D.

DICTYS CRETENSIS

ET

DARES PHRYGIUS

DE BELLO TROJANO

EX EDITIONE SAMUELIS ARTOPŒI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

ACCEDUNT

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO LIBRI SEX.

~~VOLUMEN PRIMUM.~~

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
LECTORIBUS Lud. Smids	1
Annæ Fabri Epistola Serenissimo Delphino . .	3
Ad Lectorem	5
De Ilii Excidio, ex Josepho Scaligero, de Emendatione Temporum Lib. V.	7
De Dicty Græco, ex Joanne Vossio de Historicis Græcis	12
De Dicty Latino, ex eodem	14
Præfatio	15
Jacobi Perizonii Dissertatio de Historia Belli Trojani quæ Dictyos Cretensis nomen præfert, &c. .	19
Lud. Smids Scena Troica	66
DICTYOS CRETENSIS de Bello Trojano Lib. I. .	92
Lib. II. . . .	128
Lib. III. . . .	185
Lib. IV. . . .	213
Lib. V. . . .	238
Lib. VI. . . .	264
In Daretem Phrygium Præfatio . . .	291
Cornelius Nepos Sallustio Crispo S. . .	293
Daretis Phrygii Historici ex Volaterrano Vita .	294
DARETIS PHRYGII de Excidio Trojæ Historia .	295

Pag.

Appendix:
Samuelis Artopœi Præfatio . . . 341
Pascasius Grosippus, vero nomine Gaspar Scioppius, de Dictye Cretensi, et Darete Phrygio . 343
Olaus Borrichius de Dictye Cretensi . . 348
Josephi Iscani de Bello Trojano Libri sex, notis explicati a Samuele Dresemio, Dithmarso . . 351
Notæ Variorum in Dictym Cretensem:
Josiæ Merceri Notæ 579
Casparis Barthii Notæ 593
Ulrici Obrechti Notæ 601
Pauli Vindingii Notæ 619
Notitia Literaria de Dictye Cretensi, Darete Phrygio, et Josepho Iscano . . . 637
Recensus Codicum Mss. Dictyos Cretensis, Daretis Phrygii, et Josephi Iscani, qui in Bibliothecis Britannicis asservantur 644
Index in Dictym Cretensem . . . i
——— in Daretem Phrygium . . . lxiv

LECTORIBUS

LUD. SMIDS.

QUANDOQUIDEM Scriptores Troicos laudare multisque verborum phaleris exornare, vetat horum dignitas et præstantia, solummodo hanc editionem, novam et, si non emaculatissimam, prioribus saltem emendatiorem commendare est animus. Quid hic igitur præstiterimus, Lectores benevoli, paucis accipite.

I. Dictyos Daretisque contextum, a typothetarum vitiis (mirum quam frequentibus) repurgavimus, et prorsus incorruptum dare conati fuimus.

II. Annotationes eruditissimæ matronæ, Annæ Daceriæ, typothetarum forte incuria, innumeris in locis sordide distinctas, (cui vacat cum hac nostra editionem conferre Gallicam, hoc negare minime poterit,) instauravimus, emendavimus, supplevimus.

III. Notas integras illustrium virorum, Jos. Merceri, Casp. Barthii, Ulr. Obrechti, Paul. Vindingii, doctas sane et jucundas, adjecimus.

IV. Propter heroici argumenti elegantiam quoque Josephi Exoniensis sive Iscani de bello Trojano egregium carmen, Sam. Dresemii notis optime illustratum, addidimus: dictas vero notas admodum negligenter consarcinatas ac distinctas, perattento quodam Erudito adjuvante, politas et accuratas expressimus.

v. Denique ne cujus hæc tam nitida egeret editio, Nummos, Gemmas, ac Marmora, e variorum commentariis petita, singulari artificio cœlata, non sine sumtibus, huc transtulimus, commentarioque (cui nomen Scena Troica) non spinoso, non obscuro, non ancipiti, explanavimus.

Subnectitur quoque ceteris Præfationibus de Dictyos Græci Latino interprete Septimio Dissertatio Perizonii, cui ob singularem in literis fervorem ac diligentiam nobiscum, candidi Lectores, merito justas agitis gratias.

Atque hæc sunt quæ ad vos modeste præfanda operæ pretium duximus. Vos interim labore nostro (ludibrium sit licet invidiæ) fruimini, conatusque meos in Scriptoribus Latinis illuminandis vestro favore et applausu promovete.



E Gemma apud Licetum.

SERENISSIMO
DELPHINO
S. P. D.
ANNA TANAQUILLI FABRI FILIA.

Trojani belli scriptorem Dictym tibi nunc offero, Delphine Serenissime, munus plane te dignum, qui cum totam fere antiquam Historiam pernoscas, antiquiora quoque illa et ultimis retro temporibus propiora perlegendi cupiditate teneris. In his sane Græcorum cum Trojanis bellum primas obtinet, neque fabulam ullam invenias quæ hominum memoriam exercuerit magis, quæque adeo nobiliores præcones sortita sit. Nihil itaque ad delectationem tuam aptius putavi, quam hancce tibi Historiam ob oculos ponere, ut jucundissima ejus lectione animum tuum expleas, non ut inde petas rudimenta virtutum. Quid enim, Delphine Serenissime, Achilles, Hector, et Diomedes, heroës illi fortissimi, tibi prodesse possint? eos omnes robore jam vincis, qui invictissimum parentem tuum designas, et ad ejus fortitudinem jam assurgis. Quid Palamedes Græcorum prudentissimus in te amplius conferat? Palamedem

infra te positum premis, quippe omni disciplinarum genere instructus, ad altam sapientissimi Lodoici regis prudentiam jam aspiras. Fuerint illi quidem hactenus post se natis hominibus imitandum exemplar: eorum jam vicem præstabit invictissimus ille parens tuus, quem, ut nunc, et olim hominum genus quasi Divum venerabitur, sibique solum imitandum proponet. Adeoque, quod de imagine quadam Veneris olim dictum est, ex ea fuisse de puellarum pulchritudine judicatum, ut quæ imagini similior esset, ea formosissima diceretur, de almo tuo parente illud utique verum erit, ad cujus ingentia facta quo propius beati heroës accesserint, eo amplius se in heroïcis virtutibus profecisse arbitrabuntur. Perge, igitur, DELPHINE SERENISSIME, perge, ut facis, vestigiis ejus insistere, donec divina illa sapientia, quæ illum irradiat, afflatus, ita cum eo refulgeas. Neque enim aliud tibi a Deo Optimo Maximo est expetendum, qui tibi reliqua omnia benigna manu largitus est: nobilitatem qua, si ab ultima repetatur origine, ne in fabulis quidem inveniri possit antiquior: formam corporis egregiam, et regno cui natus es dignam: ingenium, ad omnium qui te adeunt admirationem: præclaram et lætam indolem; pietatem denique singulari eruditione conjunctam; quæ cum olim cœlesti illa sapientia quasi cumulata fuerint, tum certe sapientissimo tuo parenti jam propior, tam super alios reges eveheris, quam nunc reliquum omne mortale genus superemines. Sed invenustum est te diutius morari, DELPHINE SERENISSIME, cui

> Jam venit en virgo, jam dicetur Hymenæus,
> Hymen, o Hymenæe, Hymen ades, o Hymenæe.
> Lætus ades!

Vale igitur, DELPHINE SERENISSIME, tuque alma victoria SERENISSIMI DELPHINI Sanctissima conjux. Valete, mea præsentia numina, meque meumque hunc laborem faventes aspicite, sicque vobis

> Det juvenum cultrix prolem Latona beatam,
> Vosque puer lætis ignibus urat Amor.

Parisiis 1. Kal. Mart. 1680.

AD LECTOREM.

Postquam L. Florum, in usum Serenissimi Delphini edidi, Lector, Dictym Cretensem de bello Trojano aggredi jussa sum. Notum est eum vulgo supposititium credi, sed res credita tantum et a nemine adhuc probata. Quare id in primis mihi probandum putavi, et iis argumentis, quibus fides derogari non posset, pervincendum falsum Dictym esse hunc. Cœpi itaque accurate rem persequi, eaque omnia colligere, quæ jam olim bene multa hic animadverteram e veteribus, vel immutata vel adumbrata, atque ita, quod prima fronte mihi non exiguæ molis esse videbatur, fontes fere omnes, unde sua hausit sic noster, ut historiam suam concinnaret, aperui. Habes igitur, Lector, Pseudodictym historicum, sed utilem tamen et eruditum. Is sane veteres omnes scriptores de expeditione Græcorum, deque eorum reditu, diligenter pervolvit, ex eorum discrepantibus interdum sententiis eas sæpius elegit, quæ a pluribus et a gravioribus traduntur. Is poëtica omnia figmenta resecuit, vel ea ad historiæ fidem sic immutavit, ut nihil contra verisimilitudinem peccet. Homerum præcipue sequitur, a quo tamen sæpius dissentit, ut vel de tempore ipso expeditionis. Homerus quippe, et post eum alii bene multi, totos viginti annos huic insumtos dicunt, nempe decennium exercitui colligendo, et alterum decennium ad Trojam bellando, ita enim apud eum Helena.

Ἤδη γάρ νῦν μοι τόδε εἰκοστὸς ἔτος ἐστὶν,
Ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην, καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης.

Jam enim nunc mihi vigesimus annus est,
Ex quo huc veni et a mea discessi patria.

Dictys vero decennium tantum ponit, nempe novem expeditioni, decimum bello. Tragicis etiam aliquando insistit, quorum omnium illustriores fabulas attingit, a se interpolatas plerumque et expolitas. Graves conciones addidit, et alia historiæ ornamenta lucidissima. Ejus elocutio lutulenta plerumque, ut ejus sæculi quo scripsit, sed unde tamen aliquid tollas, quippe quæ elegantissimis optimorum scriptorum flosculis distincta sit. Post Constantinum Magnum scripsisse putat Vossius, at Jos. Mercerus verisimilius ipsius Constantini ætate, ex Epistola quæ Arcadio Consuli dicata libello præponitur; eum enim Arcadium sub ipso Constantini Magni imperio consulatum gessisse notum est. Dictys Cretensis nomen ascivit, quia noverat fuisse olim Dictym Cretensem, Idomenei comitem, eumque literis mandasse quæ et ipse viderat, et quorum etiam pars fuerat. Hujus nomen mentitus est item alius scriptor qui eandem historiam Græce texuit, ut est apud Suidam et Tzetzem. De vero Dicty vide quæ infra ex Vossio de historicis Græcis. De meo autem hocce labore nihil est quod apud te agam, Lector, cum de tota hacce commentandi ratione jam abunde egerim apud Florum, quo libenter te remitto, ne hic ea frigide videar repetere, ut in laudes viri Illustrissimi et Sapientissimi Montauzerii Ducis, Serenissimi Delphini Moderatoris, excurram, qui virtute sua supra laudes omnes evectus est. Et ne etiam de Illustrissimo et Reverendissimo viro Condomiensi Episcopo, Serenissimi Delphini Præceptore, et fidei Romanæ ingeniosissimo vindice, hic aliquid loquar, deque perillustri et admodum R. D. Huetio Abbate Alnetensi, in earundem curarum partem accito, et religionis Christianæ assertore acerrimo, quos omnes divinitus sua manet laus. Sed illud tantum te volo, Lector, ut quæ in perlegendo opere a me peccata deprehendes, ea ignoscas, eoque lubentius quod nemo hic mihi facem alluxit, quæ prima historicum istum commentariis illustrare aggressa sum. Vale.

DE ILII EXCIDIO,

EX JOSEPHO SCALIGERO,

DE EMENDATIONE TEMPORUM LIB. V.

Postremos annos Mythici temporis veteres Scriptores certatim definire voluerunt, quod sint memoriæ scriptorum proximi, ut scribit Censorinus. Sed quare ipse eos deducat ab Inachi regno ad primam Olympiadem, non autem a capto Ilio, ut reliqui, causam non capio. Non potest dici quam variis judiciis lis ventilata sit. Et quidem omnium sententias in medium afferre ambitiosum est. Neque enim errores alienos triumphamus, sed quantum potest fieri tollimus. Ea igitur est Tetræteridis Græcæ commoditas, ut ex die mensis sciatur quota sit Prytania, modo constet quotus sit annus Tetræteridis. Contra, datis diebus mensis et Prytanias, deprehenditur, quotus sit annus Tetræteridis. Ut in Decreto Atheniensium in gratiam Zenonis: *'Επ' Ἀρρενίδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς 'Ακαμαντίδος πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος· δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας.* Ut vicesima mensis Mæmacterionis popularis sit vicesima tertia Prytanias, hoc non potest contingere nisi anno primo Tetræteridis. Tunc enim XXVIII. Pyanepsionis est novilunium. Ideo XX. Mæmacterionis est XXIII. Prytanias, quare audacter possumus dicere, illud decretum datum fuisse anno primo Tetræteridis Atticæ. Quod si quota esset Tetræteris periodi Atticæ sciremus, et diem verum in Kalendario Juliano dare possemus. Itaque videmus quæ sit utilitas anni Attici et Olympici ad notationem temporum in rebus Græciæ. Quare ignoratio istius formæ non solum huic sæculo, sed et priscis temporibus nocebat. Ex doc-

trina primi libri scimus Neomenias anni Græci popularis pervagari mensem integrum in forma Juliana. Hecatombæon, verbi gratia, aliquando incidit in x. Julii, aliquando in VI. Augusti. Igitur sidus quod vespere Neomeniæ Hecatombæonis oritur, in primo anno periodi Atticæ, non orietur in eadem Neomenia, quando Hecatombæon erit in VI. Augusti. Propterea Parapegmata ab artificibus proposita erant, ne vulgus in eadem Neomenia semper idem sidus oriri aut occidere putaret. Quod tamen vulgus negligebat adeo ut quidam dux apud Polybium, cum ad ortum, aut occasum Pleiadum (non memini utrum fuerit) condixisset, non venit ad constitutum. Falsus nimirum desultorio mensium situ; quem non consideraverat. Duæ igitur de capto Ilio generaliter sunt sententiæ. Quidam enim multis annis supra quadringentos ante primam Olympiadem ponunt. Alii præter quadringentos, octo, septem, sex, et quinque tantum ponunt. Horum tantum nobis habenda ratio, et quidem inter eos eorum, qui Attica scripserunt: quorum unus consensus est in mense et die mensis. Omnes enim Θαργηλιῶνος ὀγδόῃ φθίνοντος hoc contigisse dicunt. In annis Tetræteridis variant. Vulgus solet dividere mensem lunarem in novilunium, septimam lunam, plenilunium, et septimam a fine: quas divisiones quadrantes lunæ vocant: aliter vocant primam, septimam, quintamdecimam, vicesimam secundam. Græci φεγγάριον, διχόμηνιν, πανσέληνον, διχόμηνιν ὑστέραν. Hæ quatuor lunaris mensis divisiones sunt in vicesima tertia, sive ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος.

Primo quippe anno Tetræteridos, vicesima tertia Thargelionos est prima luna, in secundo anno est septima, in tertio est plenilunium, in quarto est vicesima secunda. Rursus in vicesima tertia Thargelionos anni primi, luna occidit statim vespere. In anno secundo, occidit media nocte. In anno tertio, per totam noctem lucet. In quarto, oritur a media nocte. Qui igitur 408. annis ante primam Olympiadem captum Ilion volunt, necessario anno tertio Tetræteridos hoc contigisse volunt. Nam 408. anni retro putati desinunt in 49. annum periodi Olympicæ, siquidem

fingimus retro semper eam periodum obtinuisse. Erat igitur 11. annus desinens periodi Atticæ. Semper enim deducendi sunt 38. anni de periodo Olympica, ut habeas periodum Atticam : aut contra, adjiciendi. Non enim refert utro modo experiare. Ergo plenilunio hoc contigit. Et sane quosdam de vetustioribus idem sensisse scribit Clemens : *Καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων, ὀγδόῃ φθίνοντος (Θαργηλιῶνος) βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως, πληθυούσης σελήνης.* Qui annos 407. ponunt a capto Ilio ad primam Olympiadem, hi omnino censent captum luna vicesima secunda. Auctor enim *τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος* ita scribit: *Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δὲ ἐπέτελλε σελάνα.* Ex hoc versiculo Clemens nititur confirmare eorum sententiam qui volunt plenilunio *τὴν ἅλωσιν Ἰλίου* contigisse. Sed pace eruditissimi scriptoris *ἐπιτέλλειν* non significat Lucere, quod ipse aliud agens putat, sed Oriri, et Incipere apparere. In idiotismo Hispanico elegantissime dicitur Assomar : Latine, Existere. Euripides Hecuba *Μεσονύκτιος ὠλλύμαν.* Ibi Scholion vetus apud Fulvium Ursinum : *Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ὀγδόῃ ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, ὀγδόῃ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δὲ ἐπέτελλε σελήνη. μησονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. ἀλλὰ μὲν οὐ συμπεφώνηκεν Εὐριπίδης, ὡς ὁμολογουμένης τῆς δόξης· Λυσίμαχος δέ φησιν Δημοφῶντος Ἀθήνῃσι βασιλεύοντος ἔτους τετάρτου, Θαργηλιῶνος ἱσταμένου δωδεκάτῃ.* Qui annos 406. ut apud Eusebium, assignant, ii primo anno sequentis Tetræteridis, hoc est, 13. periodi, captum Ilion omnino volunt, hoc est, nocte illuni. Sed nemo veterum noctem illunem fuisse prodit. Itaque audiendi non sunt. Postremo qui 405. annos putant, ii septima luna accidisse volunt, anno Tetræteridis sequentis secundo, periodi 14. Virgilius :

> Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat
> A Tenedo, tacitæ per amica silentia lunæ.

Servius : ' Septima luna capta est Troja, cujus simulacrum apud Argos constitutum. Hinc est quod dicit : Oblati per

lunam.' Doctissimus Politianus hic hariolatur præter solitum, de silentio lunæ. Constat igitur omnibus de tempore anni, non de anno. Nam fine veris Ilion captum volunt, paulo ante solstitium. Quod et Virgilius secutus est:

Vix prima inceperat æstas,
Et pater Æneas dare ventis vela jubebat.

De anno vero non convenit. Atqui doctissimi inter eos, qui hæc disquisiverunt, intervallum a capto Ilio ad primam Olympiadem definiunt annorum 407. præcise, Ephorus, Callisthenes, Damastes, Phylarchos, Canones Eratosthenis, quibus multum tribuit Dionysius Halicarnassensis. Quare Diodorus omnium accuratissimus ait annum primum Olympiadis 94. desinentem, hoc est, annum 373. a primo Olympico ludicro, esse ὀγδοηκοστὸν πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν. Deductis igitur 373. de 780. remanent anni 407. Intervallum a capto Ilio ad 95. Olympiadem ineuntem. Contigit igitur casus anno tertio tertiæ Tetræteridos Atticæ, hoc est, anno 11. periodi Atticæ, plenilunio. Neomenia Thargelionos 31. Mai. Vicesima tertia Thargelionos in 22. Junii. Supererant ad caput anni sequentis 37. dies: quorum 16. ad τροπὰς θερινὰς, id est 8. Julii exclusive. Et proinde 21. erant περιτταὶ ἡμέραι, ad caput anni sequentis, ut habes libro primo, in Tabula Neomeniarum Atticarum. Sed Dionysius Halicarnassensis dicit fuisse viginti tantum περιττὰς, 17. autem ad τροπάς. Intelligit ergo inclusive. Includit enim 8. Julii in illum numerum. Quod et Plutarchum facere animadvertimus, qui pro τριάκοντα dicit τριακοστὸν, et contra ἑκατοστὸν pro ἕκατον. Neque ille solum, sed et alii Græci. Incidit igitur ille annus in 3531. periodi Julianæ. Annus autem primus Iphiti incidit in annum 3938. periodi Julianæ. Differentia, anni 407. quod erat propositum. Notabis autem in tabula Neomeniarum Atticarum, libro primo, περιττὰς ἡμέρας pertinere non ad eum annum; cui appositæ sunt, sed ad sequentem. Exemplum in primo anno periodi annotatur περιττὴ nulla. Hoc significat, a fine antecedentis, qui erat ultimus periodi, ad initium primi anni, nullam esse περιττὴν ἡμέραν. Rursus secundo anno

appositæ sunt 27. περιτταὶ, hoc est, a fine primi, ad initium secundi, sunt 27. περιτταί. Proinde anno 12. περιτταὶ 21. attributæ significant, a fine anni 11. ad initium 12. fuisse περιττὰς ἡμέρας 21. quas tamen Dionysius 15. tantum censet, excludens nimirum 8. Julii ab illis. Rursus cum dicimus plenilunium fuisse, intelligimus secundum usum periodi Atticæ, et ut Dionysius ait, ὥσπερ νῦν οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι, quod prudentissime ab eo dictum. Periodus enim Attica accommodabat novilunia Tetræteridum sæculo Iphiti, facta erat lunæ προήγησις harum 32. A sæculo autem Iphiti ad Dionysium Halicarnassensem, et Augustum, bidui solidi. Quare erraret qui ad lunæ rationes hæc exigere vellet. Captum igitur est Ilion anno periodi Julianæ 3531. Junii 22. Anno mundi 2767. Didymonos quarta decima. Character Zygonos 1. 9. 35. Octobr. v. Anno Judaico 2578. Tamuz 14. cujus character 3. 14. 910. atque hic est verus annus et dies capti Ilii. Nam, ut diximus, 25. Thargelionis, in anno tertio Tetræteridos habet plenilunium. In hoc anno Tamuz et Didymon concurrebant. Epocha igitur, quæ annos 407. absolutos ponit ante primam Olympiadem, est ex sententia Eratosthenis. Vocetur Eratosthenea. Ea omnium est certissima. In libro primo cum ageremus de Periodo Attica, nos contulimus casum Ilii in 408. annum ante primam Olympiadem. Sed hæc opinio de 407. annis longe certior. Ex his eruditus Lector potest advertere quanta utilitas sit in anni Attici doctrina, et quam longe fallantur qui menses Atheniensium populares ad lunæ rationes revocant, et Neomeniam Hæcatombeonis in Junio ut plurimum statuunt. De variis circa hunc casum veterum sententiis adducam verba Clementis Alexandrini. *Κατὰ δὲ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. Αἰγίας δὲ καὶ Δηρκύλος ἐν τῇ τρίτῃ, μηνὸς Πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος, Ἑλλάνικος δὲ δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος μηνὸς*, &c. Nos Atticos veriora protulisse putamus, *Θαργηλιῶνος τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος.*

DE DICTY GRÆCO,

EX JOANNE VOSSIO

DE HISTORICIS GRÆCIS.

Quatuor isti ad Trojana tempora referuntur, Sisyphus Cons, Corinnus, Dares Phrygius, et Dictys Cretensis. Sisyphus Cons, ut aiunt, Teucri scriba fuit, ac res ad Ilium gestas primus literis consignavit: ex eo autem et Dicty Cretensi, Homerus hausit quæ cecinit; si credimus Joanni Meleli Chronographo; ex quo id refert Joan. Tzetzes, Chil. v. Hist. 29.

Ab aliis autem primus dicitur Corinnus, Palamedis discipulus, durante etiamnum bello Trojano, Iliadem carmine modulatus, atque id literis Doricis a Palamede inventis. Dardani quoque pugnam adversus Paphlagonas exposuerit; omneque poëseos suæ argumentum ex eo hauserit Homerus, ut aiunt. Auctor Suidas in *Κόριννος*.

Dares Phrygius, sacerdos Trojanus, ab Homero celebratur Il. *E*. Ejus Phrygiam Iliadem sua etiamnum ætate extitisse, ait Ælianus lib. xi. Var. Hist. cap. 11. De eodem sic Photius Patriarcha in Biblioth. Cod. cxx. ubi excerpta affert ex Ptolemæi Hephæstionis nova ad variam eruditionem historia:

Ἀντίπατρος δέ φησιν ὁ Ἀκάνθιος, Δάρητα πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν ἑταῖρον Ἀχιλλέως, 'Antipater Acanthius refert, Daretem, qui ante Homerum Iliadem conscripsit, monitorem fuisse Hectoris, auctoremque ne Achillis socium interimeret.'

Etiam Dictys Cretensis bello Trojano Idomenea sequebatur, ac præter Italica, Suida teste, libris novem consignavit bellum Trojanum: Homerus autem eum in poëmate suo est secutus: ut quidem auctor est Tzetzes, Chil. v. Hist. 30.

Porro ex Dicty et Darete depromtum esse censet Scaliger, quod, contra Homeri et aliorum auctoritatem, perscriptum est in Chronico Eusebii ad an. IↃCCCLXII. Hectoris filios Ilium recepisse, expulsis Antenoris posteris, Helena subsidium ferente. Quin hodieque extant anonymi duo de bello Trojano, qui consignarunt libros, unum sub nomine Dictys Cretensis, alterum vero Daretis Phrygii. Quod commentum ut colore aliquo melius falleret, finxit prior quendam Q. Septimium Romanum, qui per literas significaret Q. Arcadio, ut in Creta insula, cum vi tempestatis terra desedisset, in hiatu illo apparuerit Dictys sepulcrum, atque in eo a pastoribus inventa sit arcula plumbea, librum Dictys continens de bello Trojano, qui literis scriptus esset Phœniceis. De Darete autem Phrygio tale auctori placuit figmentum. Cornelium Nepotem inducit scribentem ad Crispum Sallustium, ut Athenis esset repertus *αὐτόγραφος*, ipsius auctoris manuscriptus, liber Daretis, quem dixi: atque ut hunc Latina toga donarit, ut amicitiæ hoc monumentum muneris loco Sallustio mittat. Sed extat genuini Cornelii Nepotis liber de Attici vita; item, quem scripsit de Imperatoribus externis. Quid his libris purius, elegantiusque? Quid ad ista tralatio Daretis? Nempe, ut dici solet, aliter catuli olent, aliter sues. Recte igitur sensit Ludovicus Vives in quinto de tradendis disciplinis, cum ait, et Daretem, et Dictyn istum (quorum tamen hic aliquanto est cultior, et elegantior,) esse 'figmenta eorum qui de bello famosissimo voluerunt ludere.'

DE DICTY LATINO,

EX EODEM VOSSIO

DE HISTORICIS LATINIS.

Q. Septimius Romanus Latine creditur vertisse Dictyn Cretensem de bello Trojano: eamque translationem dicasse Q. Arcadio Rufino, qui sub Constantino Imp. consulatum gessit anno urbis CIↃLXVIII. Sed quisquis auctor est ejus operis, Latine, non Græce scripsit. Græcos tamen auctores cum judicio legit atque ex iis excerpsit, quæ veritati consentanea viderentur. Nec tamen Constantini ævo, sed sæculis aliquot post, vixisse censeo: etsi ea sit dictionis elegantia, ut non indignus omnino Constantini quidem sæculo videatur. Quod inprimis patet ex editione nupera juxta Mss. Cod. emendata quæ Lutetiæ prodiit apud Rob. Stephanum.

IDEM DE HISTORICIS LATINIS

Part. II. Lit. D.

Hic quoque aliquem sibi locum postulare videtur Dares Phrygius, vel potius supposititius scriptor, qui sub hoc nomine circumfertur. Is ex Græco a Cornelio Nepote translatus est: si epistolæ nugaci credimus, quæ præmittitur. Scio Æliani ætate etiamnum extitisse Phrygiam Daretis Iliadem. Nam id satis liquet ex ejus Var. Hist. l. XI. c. 11. Sed non dubito, quin longe alius fuerit Græcus ille. Nam quem nos Latine habemus, satis prodit, se exiguæ et doctrinæ et judicii fuisse. Plane autem arbitror, esse commentum hominis, qui non tam verterit, quam scripserit Latine: immo qui haud admodum Latine sciverit, ut omnino in Glandorpio judicium desiderem, cum translationem eam Nepotis esse credidit. Majoris et eruditionis, et elegantiæ, est Dictys Cretensis: de quo postea dicemus. Dares Phrygius cum alibi Mstus extat, tum Cantabrigiæ, in bibliotheca Caiana, et Oxonii, in Collegio Omnium Animarum.

PRÆFATIO.

Dictys, genere Cretensis de civitate Gnoso,[a] iisdem temporibus quibus et Atrides fuit, peritus vocis ac literarum Phœnicum,[b] quæ a Cadmo Achaiam [c] fuerant delatæ. Hic fuit socius Idomenei, Deucalionis filii, et Merionis, ex Molo,[d] qui duces cum exercitu contra Ilium venerant, a quibus ordinatus est, ut annales belli Trojani conscriberet. Igitur de toto hoc bello sex volumina [e] in tilias digessit [f]

[a] *Dictys genere Cretensis de civitate Gnoso*] Hæc veluti præfatio in libris nostris erat, sine ulla inscriptione, at sequens epistola, quæ vulgata sub nomine Q. Septimii Romani, nulla est in antiquis exemplaribus. Itaque non dubitamus quin hæc sit ab ipso scriptore operis, qui apposite finxit hæc de Punicis literis, de arcula stannea, de sepulcro terræ motu patefacto, de Eupraxide, Rutilio Cretæ Consulari, et Nerone cujus jussu liber in Græcum sit conversus.

[b] *Peritus vocis ac literarum Phœnicum*] Vulgata est veterum fere omnium sententia Cadmum in Græciam literas Phœnicias intulisse circa annum mundi 2660. quo tempore Israëlitæ Madianitis serviebant, unde eos liberavit Gedeon. Et re vera Ionum antiquæ literæ eædem quæ Phœniciæ, et Samaritanæ. Ut abunde probavit Josephus Scaliger in erudita illa dissertatione de literis Ionum, et post eum Ludovicus Capel, et Bochartus qui in suo Phaleg, p. 490. 'Si figuram spectes,' inquit, 'Græcæ literæ, maxime antiquiores illæ, quarum exempla in Eusebianis præfert doctissimus Scaliger, vetustis Phœnicum literis, quibus hodie utuntur Samaritani, in plerisque tam sunt similes, ut nemini non pateat illas ex his esse expressas.' Samaritanas autem literas sive Phœnicias easdem et Chananæas fuisse validissime probavit nobilissimus Huetius in aureo illo et nunquam satis pro dignitate laudando opere Evangelicæ demonstrationis.

[c] *In Achaiam*] Quo nomine dicta quæ olim Græcia, post victos Achæos, et mansit id nomen Achaiæ provinciæ sub Imperatoribus Romanis, et in nova divisione Constantini. *Mercer.*

[d] *Deucalionis filii et Merionis ex Molo*] Vide infra initium lib. I.

[e] *Sex volumina*] Ait sex volumina tantum scripta fuisse, sed in spuria illa Septimii Epistola ineptus scriptor ait se priorum quinque voluminum, quæ bello contracta gestaque sunt

Phœniceis literis: quæ jam reversus senior in Cretam, præcepit moriens ut secum sepelirentur. Itaque ut ille jusserat, memoratas tilias, in stannea arcula repositas, ejus tumulo condiderunt. Verum secutis temporibus, tertiodecimo anno Neronis impérii, in Gnoso civitate terræmotus facti, cum multa, tum etiam sepulcrum Dictys ita patefecerunt, ut a transeuntibus arcula viseretur. Pastores itaque prætereuntes cum hanc vidissent, thesaurum rati, sepulcro abstulerunt: et aperta ea invenerunt tilias incognitis sibi literis conscriptas: continuoque ad suum dominum Eupraxidem quendam nomine pertulerunt: qui agnitas quænam essent literas Rutilio Rufo illius insulæ tunc Consulari[g] obtulit. Ille cum Eupraxide ad Neronem oblata sibi transmisit, existimans in his quædam secretiora contineri. Hæc autem cum Nero accepisset, advertissetque Punicas esse literas, harum peritos ad se vocavit: qui cum venissent, interpretati sunt omnia. Cumque Nero cognovisset, antiqui viri, qui apud Ilium fuerat, hæc esse monumenta, jussit in Græcum sermonem ista transferri:[h]

eundem numerum servasse, et residua quatuor de reditu Græcorum in unum redegisse. Ubi vide quæ dicta sunt.

[f] *In tilias digessit*] Antiqui ex arboribus, præsertim e tilia arbore, tabellas conficiebant, quibus cera superinductis ita stylo acuto scribebant. Et quod hic tilias vocat auctor, infra Septimius Romanus in epistola vocat phyliras, quia tilia in tenuissimas philyras acu separabatur, ut de papyro scribit Plin. 'Præparantur ex eo chartæ diviso in prætenues sed quam latissimas philyras.' Inde in Gloss. 'tilia, φίλυρα.' Et vetus Horatii interpres, 'philyra est cortex tiliæ arboris.'

[g] *Rutilio Rufo illius insulæ tunc Consulari*] Ita libri scripti, non *præsidi*, quod imperiti correctores vulgaverant. Consulares volunt in quibusdam provinciis institutos ab Adriano Imperatore; hoc certum, plures magistratus hoc nomine præfectos a Constantino parvis et pacatis provinciis; in iis Creta. Notitia imperii. *Mercer.* Neque verum est ab Adriano tantum et a Constantino institutos fuisse consulares, qui eo nomine provincias regerent, quippe hæc divisio provinciarum, in Consulares et Proconsulares, ante Constantinum fuit in usu, et ab ipso Augusto instituta, qui in provincias suas quas ipse sibi retinebat consulares mittebat, qui proprie legati consulares dicebantur. Neque tamen consulares illi dicti quod consules fuissent, ut vulgo persuasum est; nam sæpe invenias consulares provinciarum qui post administratas provincias tum primum Consules fiebant. Sed quod cum consularibus ornamentis Imperium administrarent. Vide quæ notavit Salmas. in Histor. August.

e quibus Trojani belli verior textus innotuit. Tunc Eupraxidem muneribus et Romana civitate donatum ad propria remisit. Annales vero nomine Dictys inscriptos in Græcam Bibliothecam recepit. Quorum seriem,[i] qui sequitur textus, ostendit.

Q. SEPTIMIUS ROMANUS

Q. ARCADIO[k] S. D.

EPHEMERIDEM[l] belli Trojani Dictys Cretensis, qui in ea militia cum Idomeneo meruit, conscripsit literis Punicis,[m] quæ tum Cadmo et Agenore[n] auctoribus per Græciam frequentabantur. Dein post multa sæcula collapso per vetustatem apud Gnoson, olim Cretensis regni sedem,[o] sepulcro ejus, pastores cum eo devenissent, forte inter ceteram ruinam loculum stanno affabre clausum offendere: ac thesaurum rati, mox dissolvunt, non aurum, nec aliud quic-

[h] *Jussit in Græcum sermonem ista transferri*] Ergo non solum literis Punicis scripserat Dictys, sed etiam Punico sermone. Ipse tamen Dictys extremo libro quinto innuit se Græco sermone scripsisse, quamvis Phœniciis literis. Ejus verba sunt: 'Hæc ego Gnossius Dictys, comes Idomenei, conscripsi oratione ea quam maxime inter tam diversa loquendi genera consequi ac comprehendere potui, literis Punicis ab Cadmo Danaoque traditis. Neque sit mirum cuiquam, si quamvis Græci omnes, diverso tamen inter se sermone agunt, cum ne nos quidem, unius ejusdem insulæ, simili lingua, sed varia permixtaque utamur.'

Et ipse Septimius in Epistola ait Eupraxidem 'commutatos tantum literis Atticis, nam oratio Græca fuerat, Neroni libros obtulisse.'

[i] *Quorum seriem*] Et hæc indicant sequentem Epistolam Septimii nomine editam esse a mala manu, quæ nec extat in libris Mss. et seriem hanc turbat, neque quicquam novi nos docet, sed interpolat tantum quæ in superiori, et Quinto Arcadio inscripta in Rufinum desinit, et Ephemeridem nominat hunc librum minus proprie, et, ut semel dicam, omnino est nuperi et imperiti Grammaticuli scriptum. Addebant superiores editiones appendicem quandam genealogicam imperitius etiam scriptam, quam jure merito expunximus. *Mercer.*

[k] *Quinto Arcadio*] Qui sub Constantino Imp. Consulatum gessit anno urbis 1068. Unde, si genuina esset Epistola, sequeretur hunc auctorem scripsisse ipsius Constantini ætate.

[l] *Ephemeridem*] Minus proprie hanc Historiam vocant Ephemeridem, neque enim actus diurnos continet.

[m] *Literis Punicis*] Vide quæ in notis ad præfationem.

[n] *Quæ tum Cadmo et Agenore*] Cadmo Danaoque scribit lib. v. in fine.

[o] *Olim Cretensis regni sedem*] Ibi enim Minos regiam habuerat.

quam prædæ, sed libros ex philyra[p] in lucem producturi. At ubi spes frustrata est, ad Praxim[q] dominum loci eos deferunt. Qui commutatos literis Atticis,[r] nam oratio Græca fuerat, Neroni Romano Cæsari obtulit, pro quo plurimis ab eo donatus est. Nobis cum in manus forte libelli venissent, avidis veræ Historiæ, cupido incessit, ea uti erant, Latine disserere: non magis confisi ingenio, quam ut otiosi animi desidiam discuteremus. Itaque priorum quinque voluminum, quæ bello contracta gestaque sunt, eundem numerum servavimus. Residua quidem de reditu Græcorum[s] in unum redegimus, atque ad te misimus. Tu, Rufine mi,[t] ut par est, fave cœptis.

[p] *Sed libros ex philyra*] Vide notas ad præfationem *sex volumina in tilias digessit*. Et optime ait libros ex philyra, quia *liber* proprie est cortex interior qui in philyras acu distinguitur. Isidorus. 'Liber est interior tunica corticis, quæ ligno cohæret, in qua antiqui scribebant.' Isque proprie Græce *βίβλος* dicitur.

[q] *Ad Praxim*] Hic *Praxim* vocat quem auctor præfationis *Eupraxidem*.

[r] *Qui commutatos literis Atticis*] Ait Eupraxidem literas Punicas voluminum illorum in Atticas commutasse, quo facto Græcus textus et sermo apparuit. Supra tamen auctor præfationis scribit Neronem jussisse ut ea in Græcum sermonem transferretur. Locum adi.

[s] *Residua quidem de reditu Græcorum*] Ait se reditum Græcorum in unum librum contraxisse, quia apud Suidam legerat Dictym scripsisse libros novem. Sed is fuit Dictys Græcus, alius a nostro, et nostrum sex libris absolutum ipsa Præfatio retulit. *Mercer*.

[t] *Tu, Rufine mi*] Nempe Arcadius vocabatur, Q. *Arcadius Rufinus*.

JACOBI PERIZONII
DISSERTATIO
DE HISTORIA BELLI TROJANI,
QUÆ DICTYOS CRETENSIS NOMEN PRÆFERT,
GRÆCA,
ET EJUS INTERPRETE LATINO, SEPTIMIO,
HUJUSQUE ÆTATE POTISSIMUM AC STYLO.

VIRO CLARISSIMO,

CHRISTOPHORO CELLARIO,

HISTORIARUM ET LITERARUM HUMANIORUM IN FRIDERICIANA HALENSI ACADEMIA PROFESSORI ERUDITISSIMO,

S. P. D.

JAC. PERIZONIUS.

In angustum oppido coguntur dudum magis magisque communia nobis literarum sacra, ut adeo pauci jam supersint casti eorum sacerdotes, et hi ipsi, ut sæculum est, utque in eo vilescunt ubivis bonæ artes, etiam pauciores numero brevi videantur futuri: nam quis facile laboriosum prorsus, sed sibi ferme inutile ac spretum publice, tentabit deinceps studium? in vestra tam latum patente Germania quis jam nunc per omnes pæne Academias, ubi abs te et paucissimis aliis discedimus, existit amplius, qui sedulo et bona fide humaniores illas tueatur literas, et fugientes inde Musas morari studeat, ac pristinam retinere antiquæ domus gloriam? Floruit illa, cum Agricolas haberet, Rhena-

nos, Bongarsios, Bœcleros, Reinesios, et plures id genus, qui nihil publice profuturum negligebant, sive ex vetustis id Auctoribus, quos diligenter legebant ipsi, et aliis magis explanatos dabant, repetendum, sive ex rerum natura et usu quotidiano nunc demum eruendum foret. At o quam dispares illa nunc passim seu Dominos habet seu inquilinos! qui ab Antiquitatis studiis, per quæ sola, superioribus sæculis iterum exorta, certissimum est ex caligine densissima omnes etiam sacras profanasque disciplinas emersisse continuo in serenissimam lucem, revocant tamen Academicam pubem ad unum illud et recentissimum Germaniæ jus publicum, hoc est ad meram Barbariem, si solum Academiis incubet, nec scire quicquam aliud, nisi suas et sui temporis res desideret, quod Barbariei proprium est, et semper fuit. Ceteroqui neutiquàm certe ego velim, si mei res esset arbitrii, adolescentes nihil eorum, quæ in usu nunc habentur, cognoscere, aut sua in patria esse hospites, ac publicæ rei rudes, sed utrumque agere, laborum facere gradus, aliud in Academiis curare potissimum, aliud ubi jàm iis relictis ad res gerendas accedunt. Hic non ea quidem nostris in fundis atrociter adeo grassatur calamitas, sed nihilo tamen minus pestilenti sidere partim mollis educatio, et segnis luxuria, partim acris factio, quæ omnia donat studiis partium, at doctrinæ, industriæ, ingenii meritis nihil facit reliqui, afflavit bonas artes, et extinguit penitus ingenia juvenum, qui ad rei publicæ curam et futuræ ætatis decus surgere ac instrui debebant. Sed quanto magis omnia nunc retro ruunt, quanto magis exilem redigimur in numerum, tanto astringi arctius, sanctiusque coli decet necessitudinem illam, quæ semel inter paucos illos eorundem sacrorum antistites est constituta. Tuæ in me voluntatis, mutuique inter nos amoris monumentum extare publicum voluisti prior. Meum est tanto studiosius istis amicitiæ officiis respondere, et cum maxime curare, ne, sublato nuper e vivis summo rei literariæ malo, Viro Amplissimo, Fred. Bened. Carpzovio, præcipuo Commercii nostri Conciliatore et Interprete, illius usus nunc exolescat,

aut sensim una cum communi amico intermoriatur. Lubens itaque arripui qualemcumque hanc occasionem testandi publice meam de te existimationem, et simul arbitrium ad te deferendi hujus de Dictye Cretensi et ejus Interprete disputationis, tenuis illius quidem et exiguæ prorsus, sed cui peritior te, aut æquior constitui arbiter non poterat, quippe qui ipse omnis generis et ætatis Scriptores veteres non tantum excusseris sedulo, sed et per te illustratos edideris. Vale, Vir Præstantissime, et feliciter porro tuam ac literariam rem gere. Lugduni in Batavis, a. d. *IV*. Idus Sextiles, CIↃ IↃCCI.

SYLLABUS DISSERTATIONIS.

I. Nullus extitit Dictys Cretensis, qui Trojanas res illis temporibus scripserit, quod tradiderunt Græci sequioris ævi, et recentiores Eruditi. II. Græcos istos non habuisse alium Dictyn, quam illum, quem Septimius vertit, probatur contra Mercerum aliosque. III. Eadem illi tradunt de invento Dictye, quæ Septimius de suo. IV. Per Claudium apud eos intelligi *debet Nero*, et sæpe ita confunduntur diversi eorundem nominum *Imperatores*. V. Revera enim in Neronem conveniunt, quæ de terræ motu, et Dictye tunc invento ac Neroni oblato traduntur. VI. Utriusque et Græci et Latini Dictyos idem fuit titulus, quod liquet ex Suida, si ejus verba recte distinguantur. VII. Uterque dicitur literis Punicis suam scripsisse Historiam. VIII. Johannes Malelas ex Græco Dictye, et Septimius noster, in Historia Belli Trojani, prorsus conveniunt. IX. Quædam tamen veluti Characteres Heroum, apud Malelam et alios, exponuntur, quæ in Septimiano Dictye non reperiuntur. X. Sed Septimius liberius vertit Dictyn, eumque contraxitque, et quædam in eo prætermisit. XI. Patet id clarissime ex loco Dictyos nostri I. 4. qui explicatur ex Malela. XII. In quibusdam tamen etiam in diversum a Septimio abit quandoque Malelas, cujus rei variæ redduntur rationes. XIII. Argumentum Merceri ex Historia Œnones ad probandum, Dictyn Græcum fuisse alium a Septimiano, refellitur. De verbo Ἀπάγχεσθαι. XIV. Sequitur ex his, Septimium vere vertisse hanc Historiam ex Græco, quod male negatur a Vossio et Mercero. XV. Probatur id ex Græcismis ei frequentibus. XVI. Pro Græcismis habenda in Versionibus, quæ ex Græco formata istic sunt frequentia, licet apud alios quoque similis locutio, sed rarius, occurrat. XVII. Malelæ cum Cedreno, et Dictyos Septimiani verba inter se conferuntur, emendantur etiam, et notantur. XVIII. Alia eorum verba rerum plane singularium itidem congruere ostenduntur. Malelas etiam explicatur. XIX. Confertur denuo longa series Historiarum, eodem prorsus ordine,

ex utroque Malela scilicet et Septimio. Explicatur Malelas. XX. Barthii sententia, credentis Græcos Septimii nostri opusculum vertisse in Græcam linguam, rejicitur. Septimius ex Malela exponitur. XXI. Refellitur porro Barthius, ex comparatione sexti libri cum Malela. XXII. Præter hunc Græcum Dictyn, quem Septimius vertit, et Cretensis ille supposuit tempore Neronis, nullus extitit alius aut antiquior istius nominis Scriptor. XXIII. Suppositum hunc Dictyn non fuisse Trojanæ expeditionis socium probatur, 1. ex erroribus ejus Historicis. XXIV. 2. Ex Poëticis figmentis historice ab ipso traditis. XXV. 3. Quod jam tunc Trojanos semper vocat Barbaros, qui istius vocabuli usus serior est. XXVI. 4. Quod Thessaliam nominat, 'Corinthum,' et Corcyram 'Melænam,' quæ posterioris sunt temporis. XXVII. 5. Quod de Punicis literis ait et diversitate sermonis in Græcia. XXVIII. 6. Quod toties suam fidem commendat, ut solent malæ fidei homines. XXIX. Dictyn hunc composuisse videtur Praxis seu Eupraxides Cretensis, eumque Neroni obtulisse, ut præmium ab eo consequeretur, quod et consecutus est, atque antiquitatem mentiretur scripsisse eam literis Punicis et in Philyris. XXX. Prologus Latini Dictyos videtur Græce primum scriptus, et dein Latine versus, sed post Septimii tempora. XXXI. Interpres tamen ille accommodavit eum Latino Dictyi, et erravit in eo, quod Dictyn Punice scriptum, et Græce versum tradit. XXXII. Septimii Epistola genuina est, contra quam sensit Mercerus, cujus rationes refelluntur. XXXIII. Septimii ætas ex Q. Aradii Rufini, cui Epistolam inscripsit, ætate est indaganda. Homines plurimis nominibus Constantiniano sæculo præditi, ultimo maxime designari solebant. XXXIV. Q. Aradii Rufini ætas indagatur, et familia ordinatur. XXXV. Septimius videtur Senatoriæ fuisse dignitatis, familiaris quippe isti Rufino, et forte vel Bassus, vel Acindynus, qui Præfecti fuerunt Urbis. XXXVI. Vixit tempore Diocletiani et paulo post, istamque versionem fecit forsan odio Christianismi. XXXVII. Errant, qui eum longe infra Constantinum demittunt. XXXVIII. Magis autem Scioppius, qui eum et ejus stylum proxime ad Corn. Nepotem accedere censet. Septimianæ locutionis exempla ab ævo Nepotis aliena. XXXIX. Varia Septimiani Dictyos loca emendantur. XL. Alia vindicantur a conjecturis Cl. Vindingii. XLI. Nonnulla male itidem ab eo tentata, nec satis intellecta, explicantur.

I. Dictyn Cretensem, Idomenei Cretensium Reguli comitem in bello Trojano, cujus nomine Historiam istius belli laudant passim Græci Scholiastæ, Grammatici, Rhetores, Chronicorum Scriptores, qui fuerunt sequiori ævo, sed et suum ornavit libellum Septimius, si maxime isthoc nomine inter Idomenei comites quisquam extitit, nihil tamen scripsisse et posteris prodidisse certus sum. Quin miror fuisse Eruditos cum hujus, tum pristinæ ætatis, quibus persuaderi potuit tam antiqui vere hominis esse, quod eo nomine

sibi præscripto in vulgus quondam exiit. Nempe Suidas, Johannes Malela, et ex eo Tzetzes, Cedrenus, aliique, quos vide apud Leonem Allatium de Patria Homeri pag. 53. &c. eo usque nobis præiverunt hac in sententia, ut quidam ex iis etiam Homerum ex illo Dictye sua hausisse affirmaverint. Inde ergo et Vossius Pater in Historicis Græcis, Scriptores quosdam, inque iis hunc Dictyn, ad Trojana tempora refert. Sed et Leo Allatius Græculis suis, quos modo memoravi, nimis facilem aut credulum se præbuit, Dictynque hunc vere 'Troicis temporibus æqualem,' et ideo 'Italica,' quæ vulgata Suidæ lectio illi tribuit, 'scribere non potuisse' contendit, 'cum tunc Italicæ res in obscuro essent.'

II. Errare autem eos ut constet, ostendendum nobis prius Græcos hosce, qui Dictyn subinde laudant, non alium habuisse, quam hunc, qui Neronis tempore fingitur inventus in Cretensis terræ sepulcro, et ex quo Septimius quidam Latinam hanc Versionem seu Epitomen nobis concinnatam reliquit. Posterius hoc negant tamen cum alii, tum *Vossius in Historicis Latinis*, in Septimio: utrumque vero Jos. Mercerus, et Anna Fabri, in Notis ad Prologum nostri Auctoris et ad lib. IV. cap. 21. Quos alii plerique sequuntur. Ego vero neutiquam illis assentior, et contrarium, nisi fallor, liquebit clarissimum in modum ex iis, quæ dicam. Prius autem ostendam, quod prius posui, Græcos modo memoratos non alium habuisse aut novisse Dictyn, quam hunc Septimii.

III. Id vero manifestum ex eo, quod suum Dictyn agnoscunt itidem tempore demum Claudii vel Neronis inventum, et eodem quidem modo, quo id nobis narrat Septimius, scilicet in sepulcro illius, ut aiunt, Dictyos, aperto per terræ motum, et isthic quidem ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ, 'in arcula stannea.' Ita certe Suidas, et Joh. Malela, quem videas, et cum Latini Dictyos Prologis conferas velim, pag. 168. et maxime pag. 322.

IV. Nam quod sub Claudio propric inventum tradunt quem Septimius sub Nerone ait, id ostum ex eo, quod

Nero, æque ac ille Claudius, Claudii Neronis nominibus fuit appellatus, quæ nomina et in hac Historia apud Malelam priore loco juncta reperiuntur, εὑρέθη, inquit, ἐπὶ Κλαυδίου Νέρωνος Βασιλέως ἐν κιβωτίῳ, 'inventum est' hoc opus Dictyos 'tempore Claudii Neronis Imperatoris, in arcula.' Hinc jam factum, ut posteriores Græculi, uno ad designandum hunc Imperatorem defuncturi nomine, prius potissimum arripuerint, et Claudium simpliciter dixerint, ut ipse facit Malelas posteriore loco, qui tamen erat Nero. Frequens hic error etiam apud Latinos Scriptores, ex iisdem diversorum, sed proximorum, Imperatorum nominibus ortus. Ipse Suetonius ita Neroni tribuit in ejus vita cap. 17. quæ Claudii erant. Vide elegantissimum Brummeri Commentarium ad L. Cinciam, cap. 5. Quin quod propius accedit, unum idemque SCtum tempore Neronis factum, in jure Romano modo Claudianum, modo Neronianum, dicitur, ut docuit P. Faber, Semestrium lib. I. cap. ult. Neque aliunde videtur ortum, quod toties Hadriano simpliciter ascribuntur, quæ ab Antonino Pio sunt profecta, (vide Bertrandi Vitas JCtorum in Gaio,) quam quia per adoptionem Antonini ab Hadriano factam hoc Hadriani nomen Antonini Pii genuinis nominibus addi et præmitti solebat. Qua eadem prorsus ratione etiam Hadrianus sæpe Trojani nomine designatur, ut ostendit Rupertus ad Pomponium, de Or. juris pag. 16. 17. 18.

v. Quod autem Nero potius, quam Claudius fuerit is, qui in hac Historia memoratur, id vero non tantum ex Septimio nostro liquet, qui diserte Neronem nominat, sed et probabile est ex eo, quod Malelas pag. 322. æque ac Septimius, tertiodecimo Imperatoris anno Dictyn hunc inventum et prolatum ait, idque post cladem seu terræ motum, quo graviter afflicta tunc fuerit Creta. Ea autem optime conveniunt in illum non Claudii, sed Neronis annum. Nero enim, ut erat Musicis Græcorum artibus ad insaniam usque deditus, profectus est eo anno in Græciam, et per omnia isthic ludorum certamina ac spectacula, in unum hunc annum consulto vel jussu ipsius coacta, circumiit. Quam

occasionem arripuisse videtur ille, seu Praxis, seu Eupraxides, libellos hosce confingendi, et quasi ex sepulcro antiquissimi Dictyos post terræ motum collapso erutos, Vanissimo Principi, qui Iliaca maxime cantare solebat, qui et ipse Troica scripsit, citata sæpius a Servio ad Virgilium, in Græcia tunc offerendi. Terræ autem motus revera tunc afflixerat Cretam quando Nero in Achaiam abiit, siquidem, cum Apollonius Tyaneus apud Philostratum in ejus Vita, lib. IV. cap. 11. ut jam monuit Vir eruditione simul et dignitate amplissima conspicuus, Ulr. Obrechtus, ex Græcia in Cretam, ejus tantum videndæ gratia, esset profectus, ac inde porro Romam iter pararet, tum vero σεισμὸς ἀθρόως τῇ Κρήτῃ προσέβαλε, 'terræ motus universam afflixit Cretam;' et ita, ut quasi tonitru ex terra ederetur, et mare subsideret. Inde autem Romam jam contendens, in eam urbem venisse dicitur cap. 13. Telesino Consule, qui eo anno Neronis ineunte Consulatum revera gessit.

VI. Sic patere jam puto, eundem fuisse Dictyn, et quem noster Septimius in Latinum vertit sermonem, et quem Græci habuerunt. Accedit his vero, quod, sicuti noster opusculum hoc Dictyos vocat Ephemerida Belli Trojani, sic et Suidas suum Dictyn scripsisse dicat Ἐφημερίδα Τρωϊκοῦ διακόσμου, hoc est, 'Ephemerida rerum apud Trojam gestarum.' Nam vix dubito, quin apud Suidam hæc verba, Δίκτυς Ἱστορικὸς ἔγραψεν Ἐφημερίδα, ἔστι δὲ τὰ μεθ' Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ'. Ἰταλικά, Τρωϊκοῦ διακόσμου: legenda sint cum Allatio, et distinguenda cum Obrechto: Δίκτυς Ἱστορικὸς ἔγραψεν Ἐφημερίδα (ἔστι δὲ τὰ μεθ' Ὅμ. καταλ. ἐν βιβ. θ'. Ἰλιακά) Τρωϊκοῦ διακόσμου. Parentheseos istius, sive ab ipso sit Suida, sive ab aliis in marginem primum ac dein in textum illata, distinctio, unde pendet genuinus loci sensus, debetur, ut dixi, illustri Obrechto, quem ad Epistolam Septimii velim videas. Ceterum quod apud Suidam legimus Dictyn 'novem libris' hæc executum, cum Septimius ei tribuere videatur 'decem libros,' dum 'priorum quinque voluminum eundem se numerum servasse, residua' autem

'quinque in unum redegisse' ait, id vero levis ac tenuis est discrepantiæ, cum facillimus et creberrimus in numeris librariorum sit lapsus: ut adeo prorsus putem, vel apud Suidam legendum δέκα, vel potius apud Septimium, 'residua quatuor.'

VII. Denique sicuti noster Dictys seipse ait v. 17. scripsisse hoc opus 'literis Punicis ab Cadmo Danaoque traditis,' sic et Græcus Scriptor in Prolegomenis Rhetoricis, citatus ab Allatio de Patria 59. 'Dictyn' Græcum, seu 'Gnossium, comitem Idomenei,' tradit, συγγράψαι τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον Φοινίκων γραμμάσιν, οἷς Ἕλληνες τότε ἀπὸ Κάδμου μαθόντες ἐχρῶντο, 'scripsisse Trojanum bellum literis Phœnicum, quibus Græci tunc a Cadmo acceptis utebantur.' De his literis agemus deinceps, quando probabimus, neutiquam fuisse auctorem nostrum Trojanis temporibus æqualem, quod præ se fert. Nunc sufficit nostro instituto, declarasse etiam harum literarum argumento, Dictyn, quo Græci, et quo Septimius hic est usus, fuisse eundem.

VIII. Sed vel maxime id liquet ex Joh. Malela, si cum nostro conferatur Septimio in iis, quæ ex Dictye se hausisse profitetur. Adeo enim congruunt isthic, non in historiam tantum, sed et in ordinem rerum ac verborum, ut cæcus esse debeat aut obstinatus, qui neget, illum habuisse nostrum, sed Græcum tamen, Dictyn ante oculos. Specimina quædam proferemus mox, ut ostendamus, Septimium ex Græco Dictye hanc concinnasse Versionem.

IX. Multa tamen et alia habet, quæ apud Nostrum non comparent, multa etiam aliter. Prioris generis sunt characteres et descriptiones Græcorum Trojanorumque Ducum ac Matronarum, quas Malelas, et Isacus Porphyrogenitus pariter ex Dictye sumsisse se tradunt, licet ipsi in verbis multum quoque inter se sæpe diversi, et quas in nostro Dictye frustra quæras: quo argumento Janus Rutgersius Var. Lect. v. 20. ubi Isaci Porphyr. Characteres ex Msto Amstelædamensi exhibet, eum censet 'aut alium, quam nos habemus, habuisse Dictym, aut memoria lap-

sum, quando suos Characteres e Dictye se sumsisse dicit.' At vero non ille tantum, sed et Malelas ex Dictye se eos repetiisse tradit 134.

x. Neque mirum adeo, in Nostro non reperiri eos, cum Septimius diserte testetur se Dictyn Græcum contraxisse, et ejus posteriora certe, quatuor vel quinque, volumina 'in unum redegisse.' Priorum quidem ait 'se eundem servasse numerum,' sed cum delectu haud dubie, et solita Versionum istius temporis libertate, ut vel ex Rufino Josephi interprete constat, atque adeo ita, ut in iis prioribus quoque prætermitteret quædam, vel quibus parum ipse delectabatur, vel quæ ad argumentum ornandum aut instruendum minus censebat necessaria. Nam quod affirmat, se 'ea, uti erant, Latine disseruisse,' id vero cum in universum de toto dicatur opusculo, cujus tamen posterior pars certissime ex pluribus voluminibus in unum est contracta, intelligendum ergo ita, ut non tantum nihil rerum de suo scripserit, aut aliunde adjecerit, sed neque quicquam immutaverit ex iis, quæ Græcus ille Dictys memoriæ prodiderat. Certe enim omisisse eum nonnulla, aut brevius exposuisse, etiam in prioribus, manifestum ex eo, quod pleraque eadem plane, sed nonnulla concisius, complura tamen longe uberius, edisserat, quam Malelas, qui vicissim plerasque orationes Dictyos prætermisit, ut alienos a Chronographia.

xi. Prius illud, ut pateat, liquido declaratum dabo ex uno Dictyos loco, et ita simul Historiam ejus loci, concise et ideo ambigue nimis traditam, illustrabo. Refert Dictys lib. i. cap. 3. Parin, cum Helena fugientem, 'abstulisse etiam Æthram et Clymenam, Menelai affines,' (hoc est, cognatas, συγγενίδας, ut ait Malelas,) 'quæ ob necessitudinem cum Helena agebant.' Dein cap. 4. 'Quis cognitis Menelaus, etsi abstractio conjugis animum permoverat, multo amplius tamen ob injuriam affinium, quas supra memoravimus, consternabatur.' Cum in superioribus nihil de hisce 'affinibus' occurrat, nisi quod cum Helena ablatæ quoque sint, cumque nullo illæ amoris studio aut impetu,

sicut Helena, fuerint raptæ, et ideo potius, tanquam vilia corpora, in servitutem videantur abductæ, quis hæc verba historiæ parce adeo expositæ aliter acciperet, quam Menelaum fuisse animo consternatum ob injuriam, quam passæ fuerint eo raptu illustres illæ fœminæ? Et miror sane, nihil prorsus isthic a quoquam ea de re annotatum. Nam certe longe aliter se res habuit, et Græcus ille Dictys historiam hanc, non aliter quidem, sed copiosius tamen enarravit, dum non omisit, ut noster Septimius, circumstantias, ex quibus illius 'injuriæ' et 'consternationis' ratio appareret. Nam, ut ex Malela novimus lib. v. pag. 119. Paris per Æthram et Clymenen 'corrupit' (ὑπενόθευσε) Helenam, et ita ultro hæ mulieres cum Helena de Paride in fugam se dederunt. Hinc jam apud Malelam pag. 120. Menelaus, cum intellexisset hunc raptum et fugam, stetit et mansit aliquamdiu 'stupore defixus:' πολὺ γὰρ ἐλυπήθη διὰ τὴν Αἴθραν· ἦν γὰρ ἔχουσα ὑπόληψιν παρ' αὐτῷ σώφρονος πάνυ: 'multum enim animo commotus est in tristitiam,' scilicet iræ, 'propter Æthram: excitaverat enim illa sibi apud ipsum existimationem fœminæ prorsus castæ et probæ.' Videmus hinc, quare ita 'multo amplius ob injuriam suarum affinium consternatus' fuerit Menelaus, tum quæ illa fuerit earum 'injuria,' scilicet, non quam passæ a Paride, sed quam fecerunt Menelao, dum furtivi amoris inter Parin et Helenam fuerunt internuntiæ et conciliatrices, ac dein fugæ adjutrices et comites, quod et Ovidius in Epistolis Paridis et Helenes haud obscure significat, sed cujus nullam vel minimam suis lectoribus injecit suspicionem Septimius noster, prætermissa, quæ ad historiæ et 'injuriæ' illius cognitionem pertinebat, circumstantia prorsus necessaria, quamque ideo Græcus Dictys, et qui eum sequi se profitetur, Malelas, minime præteriit.

XII. In quibusdam tamen etiam in diversa, ut dixi, abiit a nostro Septimio Malelas iste, atque adeo si omnia sua ex Dictye sumsit, alium oportet habuisse eum Dictyn, quam habuit Septimius. Immo vero non ex solo Dictye suam ille consarcinavit rerum Trojanarum narrationem,

sed et ex aliis, et maxime ex Sisypho Coo, scriptore ejusdem farinæ et notæ, quem finxerunt Teucri in ista expeditione fuisse Comitem, et ante Homerum itidem Trojanas res posteritati prodidisse. Vide Malel. pag. 167. et 168. Inde ergo habuit Malelas haud dubie pauca illa, quæ aliter ac Septimius ex sua Dictyos Ephemeride refert. Taceo etiam, Septimium liberius in vertendo egisse, ac modo indulsisse orationi in rebus disertius explanandis, modo narrationem rerum contraxisse, Malelam vero, ut sæpissime in aliis facit historiis, etiam hic haud dubie, memoriæ vitio aut imperitiæ culpa, sæpius errasse; denique sæpe etiam utriusque librarios a vero et genuino ipsius auctoris deflexisse. Quo refero, incertus tamen, utrum ad librariorum, an potius Malelæ ipsius culpam, quod in modo memorata historia alteram illarum Menelai affinium, non 'Clymenen,' ut facit Homerus, Ovidius, et Septimius noster, sed 'Clytæmnestram' semper vocet. Accedit his, quod et Malelas non descripserit plane Dictyn, sed summa itidem cum libertate ex memoria longius aut brevius suis verbis res ex eo singulas expresserit, ut liquet ex tot barbaris vocabulis, sicuti passim alibi, ita in hac quoque historia apud eum occurrentibus. Veluti δουλίδων κουβικουλαρίων, 119. πραιδεύειν τὴν χώραν, 126. ἐν τῷ ἰδίῳ παπυλεῶνι, 127. ἴδια μανδάτα, 136. et alia, quæ alienissima sunt a Græco temporis Neroniani scriptore.

XIII. Aliud vero huic sententiæ opposuit Vir doctissimus, Jos. Mercerus, et quæ eum sequitur, Anna Fabri, credentes pariter, Dictyn illum, 'cujus mentio apud Suidam et Tzetzen, alium esse a Nostro, quia apud illum Œnone, audita morte Paridis, suspendio seipsam sustulerit, quæ apud Nostrum IV. 21. per mœrorem deficiente animo conciderit.' Respiciunt locum Tzetzis ad Lycophronem, 61. ubi dicitur Œnone, cum deprehendisset 'mortuum jam Parin, se ipsam sustulisse, vel secundum Cointum,' (quem a Quinto Calabro tanquam diversum male distinguit Anna, notans ad IV. 21. 'Cointum secutus Q. Calaber,' cum unus idemque fuerit, de quo velim videas quæ notavit

diligentissimus Reinesius ad Rupertum Epist. 67.) 'injiciens se in rogum Paridis,' ἢ, κατὰ τὸν Δίκτυν, βρόχοις ἀπαγχθεῖσα, hoc est, 'vel, secundum Dictyn, laqueis suffocata, vel denique secundum Lycophronem, de turri se præcipitans.' Addo, etiam Tzetzi astipulari Malelam pag. 141. et Cedrenum, qui pariter de Œnone, ἑαυτῇ ἀπεχρήσατο ἀγχόνῃ, 'seipsam extinxit suspendio.' Verum cum hi ipsi, Malelas pag. 156. &c. ut et pag. 140. et Cedrenus pag. 127. 128. 129. 130. a cæde Hectoris usque ad necem Achillis, immo et mortem Paridis, prorsus conveniant in eandem plane rerum summam ac ipsam seriem, (quam vide infra § 19.) cum nostro Septimio a lib. III. 15. usque ad lib. IV. 22. nisi quod hic plura paulo habeat, in hac autem una mortis circumstantia videantur dissentire; ideo nullus ego dubitem, quin apud Græcum Dictyn adhibitum fuerit verbum ambigui sensus, et potissimum celebre illud ἀπήγξατο, quo simpliciter posito frequentissime notatur suspendium, ut erat id genus voluntariæ et per mœrorem quæsitæ mortis usitatissimum, sed tamen etiam alia qualiscumque mors ex tristitia et angore animi nimio orta, ut liquido ostendi ad Æliani Var. Hist. v. 8. Atque ita Tzetzes id verbum de suspendio, quo modo periisse Œnonen tradunt etiam Apollodorus et Conon, interpretatus, addidisse videtur de suo, βρόχοις, quod ipsum addi minime esset opus, si τὸ Ἀπάγχεσθαι per se nullum aliud genus mortis quam strangulationem, quæ laqueo fit, notasset apud Græcos: Septimius vero ita accepisse illud, quasi eam strangulasset inclusus dolor, et immodica suffocasset animi ægritudo: plane ut alii quoque auctores sæpius illud Ἀπάγχεσθαι per generale verbum moriendi reddiderunt, quod itidem d. l. probatum dedi.

XIV. Ita satis jam certum et clarum esse puto, Græcos scriptores non alium habuisse et laudasse Dictyn, quam hunc ipsum, quem Septimius Latino expressit sermone. Inde vero sequitur, verum ergo esse haud dubie, quod Septimius ipse ultro profitetur, se 'libellos' hosce 'Græca oratione' scriptos, 'uti erant, Latine disseruisse.' Nam

quæ tandem est ratio id negandi, aut in dubium vocandi fidem Epistolæ, quam huic opusculo præmisit interpres ille Septimius, cum utique extiterit revera post tempora Neronis Græcus scriptor istius nominis a Græcis posterioribus sæpius laudatus, cum conveniat Titulus Græci Latinique hujus operis, cum congruant utrimque res ipsæ in eandem plane sententiam, cum denique eadem tradatur inventi operis historia, quæ ergo ratio est, inquam, satis idonea, quare secus quam res ipsa ultro clamat, et Septimius ille palam de se fatetur, censeamus Latinum hoc opusculum non esse ex Græco versum? Ita tamen Vossius in Historicis Latinis, 'Q. Septimius Romanus Latine CREDITUR vertisse Dictyn Cretensem de Bello Trojano, sed quisquis auctor est ejus operis, Latine, non Græce, scripsit, Græcos tamen auctores cum judicio legit, atque ex iis excerpsit, quæ veritati consentanea viderentur.' Vult ergo, opus hoc Septimii, vel quicunque ejus auctor, non Græce primitus, sed Latine tantum scriptum esse et compositum. Disertius etiam Mercerus in Notis ad Prologum: '*Et multa indicia* sunt Latine scripsisse Nostrum, non ex Græco vertisse, et habere a Græcis τὴν ὕλην, a Latinis multas dictiones expressas, præcipue a Sallustio.' Vellem 'indicia' hæc protulisset et nobis commonstrasset Vir doctissimus. Nam quod phrases multas sumserit ex Latinis et Classicis auctoribus, ac potissimum ex Sallustio, quid, obsecro, in eo inest ab interpretis ratione adeo alienum, cum utique Latina oratione, et liberius quidem, ut solebant tunc interpretes, Græci scriptoris expresserit historiam? Neque enim postulat quisquam eorum, qui ex Græco Nostrum hæc vertisse censent, ut verbum verbo semper anxia nimis et obscura plane diligentia reddidisse credatur.

XV. Et tamen adeo fidus fuit sæpe interpres, ut etiam Græcismis ejus dictio abundet, et verba ac phrases Græcas subinde Latino sermone expressas retinuerit. Speciminis loco sint sequentia ex duobus tantum libris petita, lib. v. 'Eadem cupiditate universam domum ejus in scelus

proprium convertit,' hoc est, omnem ejus rem familiarem per scelus sibi vindicat: nam omnia istic 'indigne rapta' mox dicuntur. Plane ut Græci οἶκον et οἰκίαν eo sensu adhibere sunt soliti. Ibid. 'Cum obstinate hi regis necem defenderent,' hoc est, ulciscerentur: nam rex jam cæsus erat. Græcum fuit ἀμύνασθαι, quod non 'defendere' tantum aliquem, et 'propulsare ab eo malum,' sed et 'ulcisci' notat. cap. 6. 'Conducto Concilio,' Græce, συναγαγὼν ἐκκλησίαν, συναχθείσης ἐκκλησίας. Et sic cap. 8. 'Senes conducit,' συνάγει τοὺς πρεσβυτέρους, vel τοὺς Γέροντας. c. 14. 'Achilles Pelei et Thetidos, quæ ex Chirone dicebatur:' omisso in prioribus 'filius,' quod Græcis, qui articulo, quo carent Latini, id designant, est frequentissimum, unde id Noster quoque habuit, qui passim ita præter morem Latinorum. Sic I. 1. 'Clymenæ et Nauplii Palamedes.' II. 11. 'Sarpedon Xanthi et Laodamiæ,' IV. 18. 'Helenus Priami,' atque alibi. Posteriora certi sunt Græcismi, et solitæ Græcis ellipseos, ἥτις ἐκ Χείρωνος ἐλέγετο, scilicet οὖσα, hoc est, 'quæ,' non ex Nereo, ut vulgo fertur, sed verius 'ex Chirone dicebatur,' orta. Possis etiam ita accipere, quasi Græce fuisset, τῆς ἐκ Χείρωνος καλουμένης, seu λεγομένης, 'quæ a Chirone cognominabatur,' hoc est, dicebatur Chironis filia. Sic apud Dionem Cassium lib. LVII. τὸν Τιβέριον ἀπ' αὐτῆς ἐπικαλεῖσθαι, 'Tiberium cognominari ex ea,' seu 'dici ejus Liviæ filium.' Plutarch. de Mulier. Virtute, 'Lex erat Xanthiis, μὴ πατρόθεν, ἀλλ' ἀπὸ μητρὸς χρηματίζειν, ne a patre, sed a matre cognominarentur,' hoc est, ut eorum nomini adderetur, non cujus patris, sed cujus matris essent filii. Ælianus VIII. 5. ἀφ' ὧν αἱ δώδεκα πόλεις ἐκλήθησαν, 'a quibus XII. illæ urbes appellabantur,' dum scilicet illæ urbes, suo proprio nomine præditæ, vulgo etiam dicebantur illorum esse hominum. Ibid. 'Medicinæ artis' in hoc auctore ad Græcismum potius refero, quam cum Scioppio ad Archaismum. Græcis Ἰατρικὴ τέχνη dicitur. II. 5. 'Non alienos generis sui,' et VI. 7. 'Assandro non alieno Pelei.' Plane uti apud Græcos cum hoc casu construitur τὸ Ἀλλότριος. cap. 15. 'Nihil summetuentem,' Græce, οὐδὲν ὑποδεδοικότα,

vel ὑποδείσαντα. cap. 24. 'A bono honestoque elapsi,' Græce τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ ἐκπεσόντες. Ibid. 'Eundem casum atque exitum utriusque custodiendum,' hoc est, cavendum ipsis, siquidem quicquid ab his Græcis in Polydorum Priami F. designaretur, idem eventurum esset Menelao. Ita vero apud Græcos φυλάσσεσθαι, 'custodire' et 'cavere' aliquid. Ælianus Var. Hist. I. 5. τὸ μὲν γὰρ δέλεαρ οὐχ' ὑφορᾶται, οὐδὲ μὴν φυλάττεται τοῦτο, 'escam non habet suspectam, neque sibi ab ea cavet.' Act. Apost. XXI. 25. φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τὸ εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷμα, &c. 'ut illi caveant sibi ab iis,' tanquam a malo. cap. 30. 'Virgo' de Chryseide, quæ tamen nupta jam fuerat Regi Eetioni. Vide 17. Sed sine dubio in Græco fuit Κόρη, qua voce Virgo, Filia, et Puella, etiam Nupta, notatur. c. 52. 'Reliquis ducibus favorem attollentibus,' hoc est, εὐφημίαν, 'bona omina,' quia quod Græci in sacris εὐφημεῖν, hoc Latini 'favere linguis' dicebant. Hinc Noster etiam extra sacra ubi reperit εὐφημίαν apud auctorem suum, id reddidit per 'favorem.' Vide istic etiam illustrem Obrechtum. Adde his pene perpetua ex Græcismo, 'Legatorum Palamedes' I. 6. 'Græcorum Menelaus' II. 20. 'Barbarorum Hectore et Sarpedone, Græcorum Diomede' II. 32. Similiter II. 38. 43. &c. Tum, quia Græci copulas τε καὶ sibi invicem respondentes fere semper geminant, ideo et Noster passim 'que et' in proximo jungit, et opponit. Sic II. 29. ter uno et brevi in capite: 'Qui ob amorem captivæ mulieris seque et tanti numinis Deum contemtui habuisset, ac mox universi execrati deseruere ob idque et memores Palamedis.' Dein 'Achilles in ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat.' Similiter II. 42. 'Nostrosque, atque hostes;' τοὺς ἡμετέρους τε, καὶ τοὺς πολεμίους.

XVI. Satis superque hæc ex duobus tantum libris collecta declarant quantopere Græcisset noster Interpres: atque adeo quam probabile sit, quod ait, ex Græco Scriptore hanc historiam se vertisse. Neque rejici ea velim, quod nonnulla ex iis etiam apud alios alicubi occurrant Latinæ Linguæ Scriptores. Nec enim singulæ phrases separatim,

sed tot simul ubivis obviæ apud Septimium, argumento mihi sunt ad id probandum, quod affirmavi. Sed et quod in lingua Latina ad solitam Græcæ phrasin formatum, apud unum auctorem, qui Græca ante oculos habuit, præcipue et sæpius adhibitum reperitur, nihilo minus pro Græcismo haberi debet, licet apud alium quoque unum et alterum forsan, et rarius quidem, deprehendatur, quam pro Hebraismo accipitur in LXX. Interpretibus et Apostolicis scriptis, quod apud illos crebro ex usu et genio Hebræi sermonis Græcis verbis est expressum, licet similis locutio, sed rarius, in aliis quoque Græcis scriptoribus investigari tandem aut ostendi queat.

XVII. Verum versio hæc suo se indicio clarius et certius proderet, si vel Græcus superesset Dictys, vel Malelas, qui ex eo Historiam Trojanam in suam retulit Chronographiam, fidelius eum descripsisset, nec maluisset interpolatam, et contractam, suisque verbis, illam exhibere nobis Historiam. Et tamen vel sic manifesta satis reperimus vestigia concurrentium simul Malelæ, et qui eum sequitur, Cedreni, ac nostri Septimii, in eundem fontem et Auctorem. Veluti quando Dictys noster seu Septimius, ait I. 9. Helenam rogatam, 'quæ, cujusque esset,' respondisse, 'Alexandri se affinem, magisque ad Priamum et Hecubam, quam ad Plisthenis filios genere pertinere: Danaum enim atque Agenorem et sui et Priami generis auctores esse. Namque ex Hesiona Danai filia et Atlante Electram natam, quam ex Jove gravidam Dardanum genuisse, ex quo Tros, et deinceps insecuti reges Ilii.' Conferamus jam cum hisce, in quibus multa sunt singularia, quæ apud alium non temere reperias, Malelam, qui se Dictyn in his sequi profitetur. Apud eum ergo pag. 120. Helena itidem rogata, *τίς εἴη, ἢ τίνων ἀπόγονος*, respondet, *Ἀλεξάνδρου εἰμὶ συγγενὴς, καὶ μᾶλλον προσήκειν Πριάμῳ, καὶ τῇ Ἑκάβῃ, καὶ οὐ τῷ Πλειοσθένους υἱῷ Μενελάῳ. Δαναοῦ γὰρ ἔφη καὶ Ἀγήνορος τῶν Σιδωνίων καὶ ἐκ γένους τοῦ Πριάμου*, (lege *εἶναι ἐκ γένους τὸν Πρίαμον*,) *καὶ αὐτὴν ὑπάρχειν ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ. Ἐκ Πλησιώνης γὰρ τῆς Δαναοῦ θυγατρὸς ἐγεννήθη ὁ Ἄτλας καὶ ἡ Ἠλέκτρα, ἐξ ἧς ὁ Δάρδα-*

νος βασιλεὺς, ἐξ οὗ ὁ Τρῶος, καὶ οἱ τοῦ Ἰλίου βασιλεῖς. Videmus in his easdem res, et eandem rerum seriem, eadem ferme bona et mala; jungi Danao Agenorem, qui illius erat patruus, quæ conjunctio saltem verbo exponi debuisset, ut constaret, qua ratione per illos in idem genus et eandem originem convenirent Priamus et Helena, sicuti jam, et recte, monuit Mercerus, et fecit Cedrenus, sed haud dubie de suo, cum Agenorem dicit Danai πατράδελφον. Deinde videtur in nostro Dictye legendum, non *Hesiona*, nec *Pleiona*, sed *Plesiona*, unde facile formari potuit illud *Hesiona*, quod præferunt Msti Dictyos, non hic, ubi mutilatum exhibent hoc nomen prima syllaba, leguntque tantum, *Iona*, *Ona*, *Sona*, testibus Mercero et Obrechto, sed IV. 22. At antiquissima Mediol. editio haud dubie suis etiam ex Codd. 'Plesionem' hic legit, plane uti non Malelas modo, sed et Cedrenus, qui consensus non videtur temere repudiandus, quamvis ceteroqui neque 'Pleiona,' neque 'Plesiona,' neque 'Hesiona' inter Danai filias memoretur ab iis, qui illas ex professo enumerant, Apollodoro et Hygino: contra ab omnibus Atlantis uxor dicatur, non Danai, sed Oceani Filia, sive 'Pleione,' sive 'Æthra,' nomine. In uno autem seorsum abit a Septimio Malelas, sed haud dubie vitio memoriæ vel negligentiæ, quod Atlantem hunc Plesiones facit filium et Electræ fratrem, cum ex ipso Dictye nostro haud minus, quam ex omnibus aliis constet, maritum fuisse Pleiones sive Plesiones, Electræ autem patrem. Denique videmus prætermisisse eos pariter Erichthonium, qui interserendus erat inter Dardanum et Troa, hujus quippe pater, illius filius. Neque omisit eum Noster infra IV. 22. ubi plenius familiam et posteros Dardani exponit. Culpa ejus rei hic loci hæret haud dubie in illo ipso, qui tempore Neronis Græcum nobis Dictyn composuit, quo pariter usi Malelas et Septimius, ut ex hisce, nisi fallor, abunde patet, in eundem hic inciderunt errorem.

XVIII. Sequitur mox apud Nostrum: 'Agenoris quippe filium Phœnicem et Dymæ patris Hecubæ, et Ledæ consanguinitatis originem dimisisse.'. Quæ ita Malelas expres-

sit: *Καὶ διὰ Φοίνικα τὸν Ἀγήνορος υἱὸν, οὗτινος ἐγένετο ἀπόγονος Δύνας βασιλεὺς ὁ Ἑκάβης πατὴρ, ἐκ τοῦ γένους δὲ τοῦ Δύνα καὶ ἡ Λήδα ἔλεγεν εἶναι.* Maxima in his, et ferme dixerim, inscita, antiquorum hominum et fabularum confusio, sed quæ quanto major, et quanto magis est singularis, tanto certius nobis præbet argumentum, vere Malelam et Septimium pariter ex eodem fonte, hoc est, ex Græco Dictye, quod et ipsi fatentur, sua hausisse. Etenim Agenores fuere plures, nempe Sidonius ille, pater Phœnicis et Cadmi, alius pater Phinei Thracis, illius ab Harpyiis vexati, de quo Valer. Flaccus, Argon. IV. 444. 'Non ego nunc magno quod cretus Agenore Phineus,' scilicet commemorem. Denique avus Ledæ, Thestii Ætoli pater. Hos omnes, ætate et patria licet diversos, in unum Sidonium contulit Dictys, dum ad illum refert originem Ledæ et Hecubæ: et præterea quem Agenoris filium hic 'Phœnicem' dicit, eum dein III. 5. et IV. 22. 'Phineum' appellat, facitque socerum Dardani, unde reges Trojani, et ipse Dymas, pater Hecubæ. Ceterum ex Malela patet, nihil hic in Septimio vel Dictye mutandum. Sed et posteriora Malelæ, quæ tentari video a doctissimo ejus editore, qui voluit *καὶ τὴν Λήδαν*, satis mihi quidem videntur integra. Sæpe enim hic auctor in eadem oratione modum loquendi mutavit ex directo in indirectum, ex finito in infinitum. Respiciantur modo illa ipsa, quæ proxime superiore paragrapho exhibuimus. Sensus vero est, dixisse Helenam hæc ipsa: 'Ex genere autem Dymæ' (nam rectius ita Septimius noster, quam Malelas et Cedrenus 'Dynas') 'etiam Leda se esse dicebat.' Plane ut eadem mutatione loquendi Cedrenus *ἐκ γένους δὲ τοῦ Δύνα, καὶ Λήδα ἐστὶ μήτηρ ἡ ἐμὴ*, licet et istic superiora per infinitum sint exposita. Subjiciuntur hisce dein apud illos omnes, Malelam, Cedrenum, et Septimium, eædem Helenæ preces, 'orare, ne se, quæ semel in fidem eorum recepta esset, prodendam putarent; ea secum domo Menelai, quæ propria fuissent, nihil præterea ablatum.' Malelas, *ἤτησεν αὐτοὺς ὁρκώσασα μὴ προδοθῆναι, καὶ λέγουσα μηδὲν τῶν Μενελάου εἰληφέναι, ἀλλὰ τὰ ἴδια μόνα ἔλεγεν ἔχειν.* Hisce dictis He-

cuba itidem apud utrumque fertur eam complexa omnium maxime deinceps defendisse. Adeo conveniunt inter se hæc omnia, ut neminem putem negaturum, utrumqne ab uno habuisse ea auctore, et quem memorant, uno Dictye, atque ita nostrum revera Græcum illum Dictyn, 'ut erat, Latine exposuisse,' quod ipse ait, et ego probandum susceperam.

xix. Idem vero agnoscet, quicumque cum Malela conferre etiam volet nostrum Septimium II. 18. de Polymnestore Thracum rege ad pactionem et deditionem adacto, de Polydoro Priami filio Græcis tradito, quem alii plerique per avaritiam clam a Polymnestore interfectum perhibent, et de Teuthrante occiso ab Ajace, et abducta ejus filia Tecmessa. Ea enim omnia non Malelas tantum, sed et Cedrenus, æque ac Septimius, et eodem ordine, sine ulla circumstantiarum varietate nobis prodiderunt. Porro autem Hectorem per insidias cæsum ab Achille, cum obviam Penthesileæ prodiret: Unum ex illius comitibus truncatum manibus, et ita remissum Trojam; isthic re intellecta editum ejulatum tam vehementem, ut etiam aves ex aëre deciderint: Priamum mox cum Andromacha et Polyxena venisse ad Achillem, eumque orasse, ut cadaver Hectoris sibi redderet, immo obtulisse ei, post impetratum jam cadaver, Polyxenam, sed quam distulerit tunc Achilles: Penthesileam vero, audita nece Hectoris, redire domum voluisse, sed a Paride multo auro inductam mansisse, et mox commissa pugna, cum aciem ipsa ordinasset et inter equites constitisset, fortiter dimicasse, sed ab Achille equo dejectam, et crinibus tractam, occisam, abjectamque in fluvium Scamandrum: Græcos dein peremisse multos ex hostibus: at Amazonibus pepercisse, servituti destinatis: Venisse postea Memnonem Regem Indorum cum maxima manu ad suppetias Priamo ferendas: victos ab eo Græcos ad naves refugisse, quas ipsas sola nox superveniens servaverit: sorte dein ductum Ajacem Telamonium, qui postridie cum Memnone pugnaret: hic vero cum illi succumberet, Indos invasisse Ajacem, sed interim Achillem, nuda-

tum Memnonis collum hasta trajecisse, et ita eum occidisse: Eum ipsum dein vicisse denuo Trojanos, et captos Priami filios, Troilum et Lycaonem, jugulasse: denique cum induciæ essent propter solenne Thymbræi Apollinis, et ab utrisque sacra fierent in ejus luco extra Ilium, Priamum misisse Idæum ad Achillem de Polyxena ipsi despondenda, Achillem vero separatim cum Idæo collocutum, idque Græcos sequius accepisse: Mox accessisse Paridem et Deiphobum, quorum ille Achillem, quem hic per speciem amicitiæ complexus tenebat, apud aram gladio confoderit: quo facto illos alia via, quam qua venerant, luco egressos, cursu contendisse Ilium: Ajacem vero Diomedem et Ulyssem, qui extra lucum expectabant Achillem, cum eo acturi, cum illos aufugientes ex luco vidissent, accurrisse, et invenisse istic Achillem letaliter vulneratum: dixisse tunc Ajacem, 'Fuit confirmatum ac verum per mortales, nullum hominum existere, qui te vera virtute superaret, sed uti palam est, tua te inconsulta temeritas prodidit.' Vel, si malumus hæc Græce legere ex Malela, *Ἦν ἄρα ἀληθῶς, ὅστις ἀνθρώπων* (dicuntur hæc quasi per interrogationem, 'Fuit ergo vere aliquis hominum, qui,' &c. ?) *ἠδύνατο κτεῖναί σε ἀλκῇ διαφέροντα πάντων; Ἀλλ' ἡ σὴ προπέτεια ἀπώλεσέ σε*: Respondente Achille, 'dolo me atque insidiis Deiphobus atque Alexander Polyxenæ gratia circumvenere.' *Δόλῳ εἰργάσαντό με Πάρις καὶ Δηΐφοβος διὰ Πολυξένην.* Quæ Malelæ verba temere solicitat ejus editor, legens: *Δόλον εἰργάσαντό με.* Nam eadem plane habet Cedrenus, et magis conveniunt cum nostro Septimio. Posuerunt autem illi, ut liquet, *εἰργάσαντο* pro *διειργάσαντο*, hoc est, 'confecerunt, interfecerunt.' Hæc ergo omnia tanto consensu, et rerum a communi sententia sæpe abhorrentium, et aliquando etiam ipsarum locutionum, eodem prorsus ordine, reperies apud Nostrum, III. et IV. qui tamen et alia minoris paulo momenti, ac minus Historica, subinde aspergit, et hæc ipsa plerumque pluribus aliquanto verbis exsequitur: et apud Malelam in Teucri Telamonii narratione rerum ab Achille potissimum gestarum ad Pyrrhum hujus filium,

pag. 156.—166. denique apud Cedrenum in serie Historica sui Compendii. Sequuntur dein alii, pleraque itidem singularia, et inter se tamen in hisce auctoribus congruentia, veluti de morte Paridis tribus vulneribus a Philocteta vulnerati, et insecuta Œnones morte, de prodigio infausto, quod Trojanis dein obvenerit, de legatione Antenoris ad Græcos, de pactione inter Græcos et Trojanos, turpiter proditos ab Antenore, et deceptos jurejurando Græcorum, de lite inter Ulyssem et Ajacem, non de armis Achillis, sed de Palladio, denique de nece Ajacis noctu in tentorio suo occisi, non sua manu, sed dolo Ulyssis, qui et ideo ex castris Græcorum aufugerit in Thraciam: quæ omnia iterum Noster habet lib. IV. extr. et toto lib. V. Malelas autem in oratione Ulyssis ad Græcos de Palladio p. 140.—144. et Cedrenus p. 130. 131. 132. Ceterum indicio hæc sunt, nisi valde fallor, certissimo, verissimum esse, quod ait noster Septimius, ex Græco Scriptore, qui Dictyos Cretensis nomen præferebat, hosce libellos ab se versos, et illo quidem ipso, qui a posterioribus Græcis, ac inprimis *Malela*, cognitus fuit eo nomine, et sæpe citatus.

XX. Nam quod Barthius suspicabatur, Græcos ea, quæ Dictyos nomine citant, sumsisse ex hoc Latino Septimii opusculo, vel hoc ipsum opusculum in Græcam postea linguam convertisse, id profecto ab omni veri specie est alienissimum, cum noster sua se ipsum e Græco vertisse, et nonnulla Græci auctoris contraxisse, ultro profiteatur: cum tot in eo occurrant passim Græcismi, ut supra ostendimus, immo et vocabula ab ipso primum ex Græco sermone expressa et formata, quale est illud 'Jovis Anteædificialis' ex Jove Ἑρκαίῳ, et similia, quæ versionem liquido declarant: cum noster in Sex Libros historiam redegerit, quam Græcus Scriptor novem vel decem libris exposuerat, teste Suida: cum Græci ex suo Dictye multa afferant, quæ in nostro non reperiuntur, veluti Characteres Heroum: cum denique Malelas, qui linguam Latinam vix intellexit, ut abunde probavit Clarissimus Hodius in Prolegomenis, ex Dictye pleraque hujus historiæ hausisse

se tradat, et tamen nonnulla etiam accuratius et disertius expresserit, quam noster Septimius, qui aliquando circumcisis necessariis ad rei intelligentiam circumstantiis obscure quædam et ambigue narrat. Veluti quod de Æthra et Clymena supra memoravimus. Cui adde locum IV. 3. 'Fugam capessunt, clausisque civitatis portis, nostri reliquos, quos fuga bello exemerat, obtruncant, fœminis tantum abstinentes manus, parcentesque sexui.' Dubium enim hic relinquitur, utrum illi, qui sub Penthesilea militabant, et fugerant ex acie ad urbem, clauserint ipsi dein portas, an vero Trojani, qui in urbe manserant. Prius crederet quis, qui Septimium tantum legit, at vero, qui et Malelam, deprehendet continuo, verum esse posterius. Nam Trojanos dicit ille 'clausisse portas,' διὰ τοὺς φεύγοντας, 'propter illos fugientes,' ut repugnare scilicet Græcis cogerentur, sed et de 'Fœminis' illis addit, fuisse Amazonas, quas Græci captas inter se diviserint.

XXI. Denique res manifesta vel maxime ex Libro Sexto nostri interpretis, in quem unum redegisse se ait quatuor vel quinque volumina Græci Dictyos, certe retulit totam historiam de reditu Græcorum. Malelas autem similiter quidem defunctus est paucis in ea historia, sed ita tamen, ut non sequatur Septimium, verum reliquis ex Græcorum reditu prætermissis, delegerit potissimum historiam Ulyssis, ac dein Agamemnonis, occisi ab uxore, ut et hujus filii, Orestis, de quibus omnibus longe plura, licet congruentibus summis rerum ab Homericis narrationibus aliquando secedentium capitibus, refert, quam Noster, et tamen ex Dictye, ut diserte identidem ait. Vide p. 152. de Circe, quam Noster nihil aliud, quam nominat, et p. 155. 168. et 172. Clarum ex eo, habuisse Græcos posteriores illa, quæ Dictyos nomine laudant, non ex nostro Septimio, sed ex Græco Dictye, quem ipsum vertit Latine Septimius, et hac in parte, quæ de reditu Græcorum agebat, contraxit in Epitomen, et ideo minus, quod ad filum Historiæ et seriem rerum, cum Malela et Cedreno istic congruit.

XXII. Ista autem uberius paulo et copiosius demonstrare

volui, quia in hisce consistit τὸ κρινόμενον, et totius controversiæ nodus. Illis enim expeditis, res ipsa tot inanibus conjecturis implicita et obscurata, in liquidam emergit lucem, et patet tandem, de Dictye Cretensi quid nobis sit statuendum. Nam si hoc constat, Septimium vertisse hosce libellos ex illo Dictye, quem Græci Scriptores et Scholiastæ identidem laudant, seu Græcos hosce nullum alium habuisse, novisse, designasse, Dictyn, quam hunc ipsum, quem Septimius sermone Latino expressit, evadet tunc diurna luce clarius et certius, falsum ergo esse, quod Græci illi tradiderunt diserte, quodque ideo crediderunt atque affirmarunt Vossius Pater, Leo Allatius, et plerique hodie alii, scripsisse historiam de Bello Trojano antiquissimum quendam Dictyn, Idomenei Cretensium Reguli comitem, qui ipse bello Trojano interfuerit, et res ab se ipso visas memoriæ mandaverit. Nomen ejus, personam in ista expeditione, ætatem, et scriptionem finxit ille, qui Græcam hanc Historiam tempore Neronis composuit, et unde unice tota hæc fabula de antiquissimo illo Dictye Cretensi videtur orta. Nam nullus alius usquam memoratur, sed et nemo in Græcia extitit, qui ante Homerum quid scripserit, et de Trojanis quidem rebus, ut satis probasse me puto ex variis Auctoribus ad Ælianum Var. Hist. XI. 2. Viri doctissimi, qui hoc tempore, alius alium secuti, talem nobis Dictyn narrant, credidere alium fuisse Græcorum Dictyn, atque hunc nostri Septimii. Quod cum liquido in superioribus refutaverim, nec quisquam alius ab illo Græcorum et nostri Septimii Dictye extiterit Scriptor illius nominis, superest nihil aliud, nisi unum hoc, quod tamen nullius ferme negotii est, cum vix quenquam in eo habiturus sim refragantem, ut ostendam, neque illum nostri Dictyos auctorem, qui se finxit antiquissimum illum Dictyn, comitemque Idomenei, fuisse temporibus Trojanis æqualem: atque adeo falsum esse illum et mendacem, quando id per totam historiam solicite adeo inculcat.

XXIII. Arguunt etenim illum multi errores historici, partim ab ipso profecti, partim ex Poëtis repetiti: veluti

de 'Æthra' comite Helenæ, quæ fuerit mater Thesei, et quæ ideo Demophoonti Thesei F. extra ordinem assignata, IV. 13. redierit post captam Trojam Athenas, quod a vero est alienissimum, et ideo jam ab ipsis Veteribus explosum: de 'Castore et Polluce,' Helenæ fratribus, adhuc viventibus extremo belli Trojani anno, III. 25. de Memnone 'Tithoni atque Auroræ,' seu, ut ait VI. 10. 'Hemeræ' filio, qui 'cum Indis atque Æthiopibus ab jugis Caucasi montis' Trojam venerit, IV. 4. Tum quod Io dicit 'ex Sidoniorum regione' raptam ab Argivis II. 26. quod ex Herodoto, quem lib. I. ipso in initio videas velim, et cum nostro conferas, aberrans nostri auctoris memoria videtur sumsisse: denique quod Telephum facit Regem 'Mœsiæ' in Europa, unde difficilis esset navigatio Trojam versus, nec institui commode posset nisi initio veris, quapropter et Græci inde redïerint in Bœotiam, ut ita sequenti demum anno, repetentes hanc navigationem, Trojam ipsam invaderent II. 7. cum fuerit ille Rex Mysiæ in Asia, regionis quæ proxima erat Trojæ. Vide ibi doctiss. Mercerum, qui et alia passim annotavit, inque iis etiam male ex Homero descripta. Ut adeo certum ex hisce omnibus sit, fuisse eum non modo non socium istius expeditionis, quo pacto tam graviter in illis errare non potuisset, sed ipso etiam Homero seriorem.

XXIV. Porro etiam quamplurima poëtarum commenta, nihil veri continentia, et tamen hic, si Diis placet, pro vero nobis venditata, auctoritatem ejus, et maxime antiquitatem tantam, prorsus elevant et destruunt. Tale est Palladium, quo ablato exitium Trojæ immineret: Equus ligneus, cujus in urbem inducendi causa Trojani confestim primo die, quasi magnum in mora periculum esset, portam et muros urbis dejecerint: Muri hi ipsi, 'Neptuni atque Apollinis monumenta,' hoc est, ab illis Diis, ut fingebatur, exstructi: Hecuba Parin editura, somnians se parere facem, qua conflagraverit Troja, exceptis ædibus Antenoris et Æneæ, ideoque expositus tunc Paris, idque postea referens ipse Priamus: Helenus Priami F. fata Trojæ enun-

tians et prædicens Græcis, monensque ut ligneum illum Equum exstruant: Cassandra Agamemnoni eventura declarans: denique Cyclopes et Læstrygones, Antiphates et Polyphemus, Circe et Calypso, Penelope cum XXX. procis. Hæc omnia satis superque ostendunt, auctorem nostrum hausisse sua potissimum ex Homero, atque aliis poëtis, licet, forsan ut id dissimulet, sæpe haud parum immutata, tum vero a fide Historica hominis, qui rebus gestis interfuerit, easque simpliciter, ut gestæ erant, narraverit, longum abire.

XXV. Sed et suo ipse indicio antiquitatem illam, quam jactat, clarissimum in modum passim refellit. Huc pertinet, quod ubique etiam in orationibus Græcorum ad Trojanos (vide *II.* 22. et *III.* 23. et apud Malelam 158.) hosce vocitat Barbaros, eoque nomine Græcis opponit, cum ea vox illo certe sensu tunc temporis nondum fuerit in usu. Unde observarunt jam olim Thucydides I. 3. et Strabo lib. XIV. 661. &c. ne Homerum quidem, qui tanto tempore post vixit, non dicam Trojanos, sed neque ullos alios, appellare Barbaros, tantum semel Caras dicere *βαρβαροφώνους*. Oppositio autem isthæc Græcorum et Barbarorum longe serior fuit, non Trojanis tantum temporibus, sed et ipso Homero. Strabo d. l. *εἶτα κατεχρησάμεθ᾽ ὡς ἐθνικῷ κοινῷ ὀνόματι, ἀντιδιαιροῦντες πρὸς τοῦ Ἕλληνας*, 'postea abusi sumus' hac voce in alium usum, scilicet ut Barbaros quasi 'communi' hoc 'Gentium vocabulo distingueremus a Græcis.' Ea tamen cum apud nostrum Dictyn sit frequentissima, nemo non facile intelligit, fuisse ergo illum Homero longe posteriorem.

XXVI. Similis pretii et notæ est, quod 'Thessaliam' memorat VI. 7. cum hoc nomen ne fando quidem auditum fuerit Trojani belli tempore. Diserte Velleius Paterculus I. 3. appellationis hujus originem ad tempus demum, quod fuit post reditum Heraclidarum in Peloponnesum, refert, cum antea 'Myrmidonum civitas' ea regio et gens fuerit appellata. Subjicit tunc verba hic notanda: 'Quo nomine mirari convenit eos, qui Iliaca componentes tempora de ea

regione, ut Thessalia, commemorant, quod cum alii faciant, Tragici frequentissime faciunt, quibus minime id concedendum est: nihil enim ex persona poëtæ, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerunt, dixerunt. Quod si quis a Thessalo Herculis F. eos appellatos Thessalos dicit, reddenda erit ei ratio, cur nunquam ante insequentem Thessalum ea gens id nominis usurpaverit.' Liquet ex his abunde, longe seriorem Trojanis temporibus esse illam appellationem. Sed et qui eam ab Thessalo Herculis F. derivabant, non tamen illius tempore cœptam, sed aliquanto post ab illius Thessali posteris ortam, et regioni ab se occupatæ in honorem progenitoris sui impositam tradebant. Vide Strabonem lib. IX. extremo. Adde autem iis Velleii etiam ea, quæ mox memorat idem de 'Corintho, multo' etiam 'post Ilium captum' sic nominata, et tamen a nostro Dictye sæpius solo hoc Nomine designata. Sed et huc refero, quod 'Corcyram Melænam,' ab Ænea 'constitutam' ait v. 17. 'civitatem his, qui secum navigaverant.' Etenim 'Corcyræ' nomen necdum habuit tunc ne præcipua quidem istius nominis insula, sæpissime licet ab Homero memorata, sed dicta ab eo Σχερία, et Φαιάκων νῆσος, at postea demum, immo demum postquam Corinthii eam tenuerunt, si fides Cononi, Κερκύρας, seu 'Corcyræ' nomen accepit. Vide Palmerii Græciam Antiquam II. 10. Quod si major insula necdum id nomen tunc temporis habuit, neque minor illa et interior in Adriatico mari habuisse videtur. Certe epitheto distinctionis, ut diceretur Corcyra Nigra, seu Μέλαινα, opus non fuit, quando nulla alia erat insula, quæ isto nomine designaretur. Adde jam, Strabonem tradere, urbem istius insulæ, non ab Ænea, sed a 'Cnidiis' conditam, VII. 315.

XXVII. Porro autem quam ineptum est et alienum a Trojani temporis scriptore, quod memorat de literis Punicis, ab Cadmo Danaoque traditis, quibus in conscribenda hac historia usus sit, et de 'diversitate sermonis' inter Græcos, immo et ipsos Cretæ, unius insulæ, incolas. Nam 'literas' utique diversi generis non habuerunt antiquissimi

Græci, quippe quos inter rarus omnino erat literarum usus. Acceperunt eas ex Phœnicia, quas auctor Punicas ideo dicit, et præter quas nullas illi alias habebant aut norant. Quocirca quid opus erat sui temporis homines, quorum tamen ratio maxime habetur a Scriptoribus, monere, se iis literis usum, quæ solæ tunc illis erant notæ? Nonne ineptus esset hodie, qui doceret lectores, se librum suum edidisse, arte typographica excusum, quæ inventa sit ante hos ducentos et quinquaginta ferme annos? Sed satis, opinor, patet cuilibet, inculcari hæc non Trojani temporis hominibus, sed illis, qui multis sæculis post vixerunt tempore Neronis, ut scilicet rationem quandam haberent, quare hæc historia in lucem tunc prodiens, sermone fuerit Græco composita, et tamen Punicis literis, quæ tunc multum diversæ erant a Græcis, scripta. De 'Sermone' vero quod ait, sumtum id est ex Homero Odyss. *T*. 175. ubi de Cretæ incolis ait, Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη, 'alia aliorum est lingua inter se permixta.' Verum hæc de Dialectis exiguæ prorsus discrepantiæ in pronunciando, qualis etiam hodie inter proximas unius Gentis urbes plerumque reperitur, sunt intelligenda, ut ipse censet Eustathius. Neutiquam ergo debebant Græci propterea dici 'diverso inter se sermone agere,' aut hæsitatio oboriri homini istius temporis aliquid publice scripturo, qualem præfert noster lib. v. 17. usum se 'Oratione ea' testatus, 'quam maxime inter tam diversa loquendi genera consequi ac comprehendere potuerit,' cum utique ex omni Græcia homines tunc fuerint diu in unam expeditionem conjuncti, et alter alterum facillime intellexerint, ut homines unius linguæ solent. Longe major fuit discrepantia elocutionis Græcæ, in varias tunc dialectos distinctæ, quando Græci jam erant sparsi non per totam modo Græciam, in latissimos tandem fines diffusam, sed et in Asiam minorem, in Italiam, et Siciliam. Neque tamen ita tunc hæsitavit Herodotus, historiam suam editurus, Ionica licet dialecto uteretur inter Athenienses et Thurios. Sed haud dubie affectavit Dictys noster obsoletas et antiquatas jam, forte et peregrinas locutiones, ut ita speciem

antiquitatis suæ daret scriptioni: earum autem rationem in linguam antiquissimi temporis, ut plane incertam, voluit referre hac excusatione, quæ tamen ipsa magis iterum idonea est ad docendos, non Trojani temporis homines, sed longe posteriores, quos antiqui moris et linguæ ignaros non vult 'mirari' suam hæsitationem.

XXVIII. Denique ut absolvam, cui non suspectum erit, qui animum attendet anxium illud et quæsitum adeo studium reddendi toties rationem, unde hæc omnia cognoverit? Etiam vulgo fertur, eos, qui se studiose nimis identidem excusant, ipsos se accusare. Ita vero suspectus quoque est malæ fidei, qui solicite adeo suam fidem toties prædicat et commendat, ut Noster facit minimum ter ex professo in exiguo hoc libello, inculcans identidem se interfuisse rebus gestis, quod nemo tunc, in patria certe ejus, ignorare potuisset. Vide I. 13. V. 17. VI. 10. Sed et hoc sine dubio aspersum est unice ad faciendam novo et supposito operi, tam antiqui auctoris, cujus nomen præ se ferebat, fidem, speciem, et auctoritatem.

XXIX. Quis ergo verus istius historiæ auctor fuerit, si quis me roget, ego vero vix dubito, quin 'Praxis' ille Cretensis, vel 'Eupraxides,' qui 'Neroni' hosce libros obtulit, eos etiam composuerit. Ille enim, cum sciret Neronem, principem vanissimum, Græcis artibus et fabulis mirifice deditum, videtur historiam hanc eo animo partim de suo finxisse, (nam multa profecto habet prorsus singularia, in quibus ipsi ego certe haud multum fidei tribuerim,) partim ex poëtis atque aliis scriptoribus antiquis collegisse, ut Neroni eam offerret, et ita a prodigo et stolido homine lautum consequeretur præmium. Quod et ita evenit. Nam cum Nero in Achaiam venisset, opportunissimo tempore hoc opus ad eum detulit, et plurimis ab illo muneribus vicissim donatus dicitur. Verum ut existimationem operi et auctoritatem adderet, fecit quod artifices tunc facere solebant, qui ut pretium operibus novis et suis majus invenirent, Praxitelis aut Myronis nomen iis inscribebant, teste Phædro. Eadem ergo ratione et ille Dictyos Cretensis nomen

suo operi præscripsit, eumque finxit Idomenei Cretensium reguli fuisse comitem in expeditione a Græcis in Trojam suscepta. Ut vero opus hoc tam specioso nomine ornatum, etiam ætatem antiqui adeo auctoris ipsis veluti oculis ingereret, scripsit illud 'literis Punicis,' quales tunc erant Pœnis in usu, et qualibus credebat antiquissimos Græcos olim usos, quia illos literas ex Phœnicia per Cadmum accepisse norat, licet Punicæ Neroniani temporis literæ multum haud dubie mutatæ jam essent ab illis, quas olim Cadmus in Græciam intulerat. Præterea scripsit illud in 'Philyris,' seu 'Tiliis,' hoc est, vel in tabellis tiliaceis, de quarum antiquo et frequenti usu ante inventam papyrum et membranam pergamenam, egimus ad Ælianum, Var. Hist. XIV. 12. Vel in voluminibus ex libro, seu interiore tunica inter corticem et lignum tiliæ, formatis, in quibus et ipsis scripserunt vel maxime antiquissimis temporibus. Vide Vossium de Arte Grammat. I. 36. Denique finxit inventos esse hos libellos in sepulcro illius Dictyos, quod terræ motu, quem senserat tunc Creta, collapsum et apertum fuerit. Neque caruerunt successu suo hæ artes et fraudes, siquidem non ipse tantum Praxis unctius ab Cæsare retulit caput, sed et ipsum hoc opus literis Græcis seu Atticis descriptum, tanquam genuinum 'antiqui Viri, qui apud Ilium fuerat, monumentum,' in publicam tunc fuit receptum Bibliothecam, et ita vulgatum deinceps, ut Græci multum eo fuerint usi, et pro vero antiquissimi Dictyos habuerint fœtu, unde, ut ait Prologus Operis, 'verior Trojani belli textus innotuerit.'

XXX. Nec minus magnifice de eo sensit Septimius, qui idcirco 'avidus,' ut ait, 'veræ historiæ' illud Latine versum suo stylo explicuit, si fides Epistolæ huic Versioni præmissæ est habenda. Eam vero derogat illi Jos. Mercerus, eamque Epistolam 'omnino' affirmat 'nuperi esse et imperiti Grammaticuli,' cum, quod ad alteram Præfationem, seu Prologum, non dubitet, quin sit ab ipso operis scriptore, quem id opus non ex Græco vertisse, sed Latino sermone composuisse contendit. Posterius hoc abunde

et copiose confutavimus in superioribus. De illo autem Prologo, quem solum in suis ait reperiri Mstis Codicibus, lubens iverim in sententiam amplissimi Obrechti, qui illum Græce primitus scriptum, et Græco Dictyi præmissum fuisse arbitratur. Ita vero et ille ex Græco debuit sermone in Latinum esse translatus, non tamen a Septimio, quippe a quo in quibusdam in diversa abit, et cujus idcirco tempore nondum extitisse videtur, certe non in omnibus exemplaribus, neque adeo in iis, quæ in Septimii manus devenerunt. Patet inde quam male igitur eum Leo Allatius pro illius quoque prologi auctore habeat, et ideo sibi incaute nimis adversari, in Prologo scil. et Epistola, putet, de Pat. Homeri 59. Ego vero Prologum hunc ab ignoto nobis homine, et incerto tempore ut formatum primo, ita dein ab alio etiam versum Latine crediderim, quia plura ad historiam inventi Operis pertinentia continebat, quam Septimii illius Epistola. Quæ et causa forsan fuit, quare in quibusdam codd. non reperiatur, in aliis vero ejectæ Septimii Epistolæ sit substitutus.

XXXI. Ceterum Interpres ille, quisquis fuit, accommodasse tamen eum videtur ad Latinam hanc Dictyos versionem, siquidem auctorem ipsum in sex tantum volumina, quot sunt hujus versionis, historiam digessisse ait, cum Græcus Dictys illius Praxeos in novem fuerit vel decem volumina divisus, ut ex Septimii Epistola et Suida constat. Sed et erravit auctor illius Prologi in eo, quod ait 'jussisse' Neronem 'in Græcum sermonem ista transferri,' quasi alio fuissent sermone conscripta. Rectius Septimius 'Orationem fuisse Græcam' affirmat, 'literis' tantum 'Punicis conscriptam,' quod ipsum utique ipse etiam auctor operis præ se fert lib. v. cap. 17. An ergo voluit Prologus, quia forsan obsoleto et barbaro ferme sermone historia hæc consulto fuit a Praxide composita, redactam eam jussu Neronis, sublatis illis obsoletis et peregrinis, in nitorem linguæ tunc usitatum, æque ac Punicæ literæ commutatæ sunt Atticis? Id pæne credidissem, quia ceteroquin ille Prologus diserte nimis auctori suo adversatur,

nisi verba essent nimis simplicia et aperta, ac jam antea Dictyn etiam 'Vocis Phœnicum' dixisset 'peritum,' quod non alia videtur ratione isthic expositum, quam ut inde intelligeremus, non tantum literis, sed et voce ac lingua Punica hoc opus a Dictye illo fuisse scriptum, unde 'in Græcum sermonem transferri' debuerit. Et forsan crediderunt id posteriores Græci tanto facilius, quia stylus Græci Dictyos, prout ad illos pervenit, non præferebat tantam antiquitatem, quantam jactabat auctor Operis.

XXXII. Frivola autem sunt quæ Septimii Epistolæ opponit Mercerus. Non extitit in ejus codicibus: At reperitur in aliis, et in iis unde expressa est prima omnium Editio, a quibus vicissim tunc abest ille Prologus. Dein 'seriem' seu nexum Prologi et Operis ipsius 'turbat:' At Prologus ille non est ab auctore operis, sed ab alio, ut ex eo ipso liquet, incertum quo et quando compositus, ut adeo nulla hic sit genuina series. Porro 'Q. Arcadio inscripta in Ruffinum desinit:' At unus idemque fuit homo 'Q. Aradius (non 'Arcadius') Rufinus.' Denique 'Ephemeridem nominat hunc librum minus proprie.' At ille fuit verus libri, seu ipsius Græci Dictyos, titulus, ut ex Suida constat, quem bona itaque fide servavit Septimius. Græcis autem ἐφημερὶς notabat proprie diurnos historiæ Commentarios, deinde vero etiam omnem historiam, quæ perpetuo temporis ordine progreditur, unde, ut notavit jam ampliss. Obrechtus, etiam Cæsaris commentarios ἐφημερίδας illi dixerunt. Malelas tamen laudat Dictyn titulo ῥαψῳδιῶν, sed qua voce designantur singula hujus operis volumina. Ita certe pag. 172. *Ταῦτα Δίκτυς ἐν τῇ ἕκτῃ αὐτοῦ ῥαψῳδίᾳ ἐξέθετο.* Nihil ergo in illis est, quo minus genuina hæc habeatur et antiqua ipsius Interpretis Epistola. Quod et esse eam vere, etiam inde liquet, quod ad 'Q. Aradium Rufinum' est scripta, hominem satis suo tempore illustrem, non ita tamen cuilibet etiam post sua fata notum, ut 'nuperus et imperitus Grammaticulus' ejus potissimum videatur arrepturus nomen ad epistolam talem fingendam.

XXXIII. Major vero est difficultas in 'Septimio,' ejus

epistolæ auctore et operis hujus interprete, reperiundo, seu in declarando, quis fuerit ille Septimius, et quando proprie vixerit. Nulla habemus vestigia, quæ in eo indagando et eruendo sequamur, nisi quæ nobis una 'Q. Aradii Rufini' mentio præbet. Ea enim sola uti debemus ad constituendam Septimii ætatem. Sed illius quoque ætas aliquantulum incerta, quia plures fuerunt istius nominis homines. Nec enim, quod Viri docti videntur existimasse, unus fuit, et qui jam sub Diocletiano Præfectus Urbis primum fuit, et qui LX. annis post ab Juliano factus est Comes Orientis apud Ammianum Marcellinum lib. XXIII. init. Neque etiam putem, Aradium hunc Rufinum esse illum in Lapidibus memoratum 'Q. Aradium Rufinum Valerium Proculum,' ut censet Onufrius in Fastis ad Annum MLXVIII. quem tamen in eo sequuntur omnes, quos vidi. Nam ille unico nomine, vel paucis, si designaretur, dicendus erat potissimum 'Valerius Proculus,' vel tantum 'Proculus,' more istius temporis, quo ex plurimis nominibus semper ultimo maxime, tanquam sibi potissimum proprio,' appellabantur homines. Ita Imperator 'L. Messius Quintus Trajanus Decius,' ab omnibus, Trebellio Pollione, Eutropio, Victore, Orosio, Sulpicio Severo, &c. passim simpliciter 'Decius,' vel 'Trajanus Decius' dicitur. Ejus autem sive filius, sive gener, 'C. Valens Hostilianus Messius Quintus,' simpliciter 'Quintus,' sicuti Augusta illius temporis 'Gnæa Seia Herennia Sallustia Barbia Orbiana' breviter 'Barbia Orbiana' vocatur. Sed et hic ipse 'Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus' in corpore ipso inscriptionis I. p. 362. apud Gruterum omnibus quidem hisce nominibus ita exprimitur, at in ejus fastigio lapis iste positus scribitur tantum 'Valerio Proculo V. C. Præsidi Provinciæ Val. Byzacenæ.' Neque aliter 'L. Aradius Valerius Proculus,' apud Gruterum p. 361. in duobus carminibus majori titulo, qui omnes ejus honores continet, subjectis, tantum 'Proculus' dicitur. Quæ ipsa carmina etiam ad Q. Ar. Ruf. Val. Proculum Onufrius male retulit, licet is Consul, certe ordinarius, nunquam fuisse videatur.

XXXIV. Quid ergo? Familiam hanc sic ego ordinaverim, sed ex conjectura, ut puto tamen, probabili. Primus in ea vir illustris fuit Q. Aradius Rufinus, Præfectus urbi, Anno MLVI. et MLXII. qui male in libello Præfectorum urbis, modo Eraclius Rufinus, modo Heraclius Ruf. et ideo ab Onufrio etiam pejus, Heraclius Rufinus nominatur. Vide Juretum ad Auctarium Symmachi Ep. I. Idem Consul videtur fuisse Anni MLXVIII. non autem ille Q. Ar. Ruf. Val. Proculus, ut vult Onufrius, et alii. Nam Consul iste ab Eusebio, Cassiodoro, &c. non Proculus, sed Rufinus simpliciter dicitur. Denique hic est ille Aradius Rufinus, quem his nominibus celebrat Symmachus Pater in Auctario Ep. I. addens ad extremum,

Principibus, quorum viguisti tempore, doctus
Aut calcaria ferre bonis, aut fræna tyrannis.

Intelligit autem omnes illos Principes et Cæsares, qui fuerunt inter Diocletianum et Constantinum Magnum, quorum omnium tempore viguit revera hic homo, 'ex ruina' idcirco 'proximæ ætatis,' quam patrem suum istis carminibus 'illuminare' ait filius Symmachus, ab illo patre, qui floruit sub Constantio et Juliano, repetendus. Huic Rufino proxima necessitudine junctus fuisse videtur Valerius Proculus, ille ipse, quem ei jungit Symmachus pater, et præmittit Anicio Juliano ac Petronio Probiano, Consulibus Anni MLXXIV. quos sequitur isthic unus Verinus, qui Præfectus urbis fuit proximis annis MLXXV. et MLXXVI. Cum ergo videatur in istis quinque hominibus ratio ætatis servata, inde colligo, fuisse ergo hunc Valerium Proculum, quem a priscis Valeriis Publicolis repetit Symmachus, ætate proximum Aradio Rufino, reliquis vero superiorem, atque adeo diversum quoque ab illis Aradiis Val. Proculis, qui paulo post extiterunt, et quos ferme crediderim fuisse ejus jam tunc ætate provecti supra Anic. Julianum et Petr. Probianum Consules (senes autem illo tempore plerumque jam erant privati homines, qui ad Consulatum, supremum etiam tunc honorum fastigium, et ideo in Titulo L. Aradii Val. Proculi ultimo loco memoratum, producebantur,

unde et 'honorem senilem' vocat Symmachus lib. I. Ep. 1.) filios. Nempe Proculus iste habuit, ut reor, in matrimonio Aradii Rufini sororem, et ex eo matrimonio nati sunt Q. Arad. Ruf. Val. Proculus Præses Provinciæ Byzacenæ Anno MLXXIII. et L. Arad. Val. Proculus Præf. urb. MLXXIX. Consul MXCII. et multis aliis honoribus insignis, quos memorat Marmor apud Gruterum 361. et 363. Solebant autem istis temporibus, qui diversarum gentium nomina ita jungebant, nisi ea ex adoptione haberent, ex materna familia, maxime si illustris esset, potissimum sumere, et paternis addere vel præmittere. Ipsius vero Q. Aradii Rufini filium vel nepotem puto illum Aradium Rufinum, qui Anno MCXVI. ab Juliano, Comes Orientis est factus.

XXXV. Ita vero plures jam habemus istius nominis viros, ex quibus primum censeam esse hunc Septimii nostri amicum, quia eodem tempore duos reperio illustres itidem Septimios, alterum Bassum, tertio decimo anno post Arad. Rufinum, alterum Acindynum XI. anno ante Ar. Rufinum, urbis Præfectos. Posterioris hujus filius, ut opinor, collega etiam fuit in Consulatu L. Ar. Val. Proculi anno MXCII. Ex illis, Basso, et Acindyno patre, alterutrum crediderim fuisse nostrum Septimium. Nam certe, qui hanc versionem tam familiariter misit ad Q. Ar. Rufinum, virum adeo illustrem, ejusque favorem quasi jure suo exegit, ut scriberet, 'Tu, Rufine mi, ut PAR est, fave cœptis,' eum oportet itidem fuisse fortunæ et dignitatis haud multo inferioris hominem. Verum uter illorum, immo etiam an plane quispiam ex illis, Dictyn hunc Latina ornaverit locutione, quia incertum est, relinquemus in medio.

XXXVI. Hoc certius arbitramur ex ætate Q. Aradii Rufini, Septimium hunc, quisquis fuit, vixisse et versionem hanc confecisse tempore Diocletiani aut circiter, atque adeo paulo ante, quam Christianismus in Imperium Romanum fuit tandem publice receptus. Quin, cum huic Christianismo adversos etiam postea fuisse plerosque illustres urbis Romanæ Senatores, vel ex Symmacho constet,

idcirco suspicer ferme, libellum hunc, qui tantam præ se ferebat antiquitatem, et in quo varia Historicæ fidei prætextu memorantur oracula, vaticinia, prodigia, eventu suo firmata, multa etiam vindictæ Deorum Ethnicorum in impios et sui contemtores exempla, veluti in Agamemnonem, qui Dianæ capram jaculis confixerat: in Græcos, Chrysen sacerdotem Apollinis aspernantes: in Parin, qui Achillem ad aram Apollinis occiderat: in Græcos iterum, omnia sacra incendio Trojano violantes, illum ergo libellum a Septimio tunc eo potissimum animo versum, ut veluti antiquissimi temporis historia, ab homine omnium rerum teste et arbitro conscripta, ac Deorum Ethnicorum majestatem et potentiam tot exemplis asserens, Historiæ Sacræ et Christianis in Italia ac urbe Roma opponeretur. Ac nescio an tale quid in fine Epistolæ Septimianæ extiterit, quod librarii deinceps Christiani consulto omiserint. Certe aliquid isthic extitisse videtur, quod in legendo Dictyn Septimius Rufinum et alios lectores potissimum notare voluerit.

XXXVII. Quapropter haud ita facile accesserim Vossio, qui Septimium 'sæculis aliquot post Constantini ævum vixisse censet,' sed nullis plane rationibus in medium allatis. Josias Mercerus post Constantinum quoque scripsisse putat, sed futili prorsus argumento, quia scil. in Prologo liber hicce tempore Neronis inventus ad Cretæ Consularem perlatus dicitur, quæ Consularium in Provinciis appellatio a Constantino sit profecta. Sed falsum hoc esse multis probavit Merceri gener Claudius Salmasius ad Spartiani Hadrianum c. 22. et jam ante hunc Guido Pancirollus ad Notitiam Imperii Orientis 155.

XXXVIII. Longe autem turpius se dedit hac in re Gasp. Scioppius Paradoxis Literariis Ep. 5. ubi hanc Dictyos Historiam 'ad Cornelium Nepotem et ejus styli similitudinem proxime accedere' ait, et 'omnino Velleii, Valerii Maximi, et Curtii ætate ab elegantis ingenii homine scriptam' contendit. Videtur ergo et ille existimasse, non esse versam ex Græco, sed Latine primitus compositam, id

quod jam satis supra confutavimus. Verum de stylo quod ait, indecorum est, ita vivam, viro, qui Latinitati tantopere attendit. Quid enim? An ad Nepotis stylum, aut ad Velleii ævum accedunt 'Contestari' eodem sensu, quo nunc vulgo dicunt 'Protestari:' 'Testari brevi ultionem,' hoc est, minari, denunciare: 'adhospitare sibi Deos,' ex Græcismo, ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν: 'Reformare diem: cum nullo remedio mederi posset,' passive: 'Funus' pro ipso cadavere et sepulcro: 'Cuncta extrema ratus experiri: 'Redarmare manus:' 'Conjuges Principalium,' quod frequens sequioris ævi scriptoribus: 'Alter Echinadibus imperator, Agapenor Arcadiæ:' 'Desinere pernoctando humi:' 'Quanti mortales, quinam et quanti Pelopidæ,' hoc est, quot, quod usitatissimum fuit Septimiano ævo: 'Delutare:' 'Is Agamemnoni insinuans, quæ circa filiam ejus evenissent, animum atque ornatum regis reformavit,' hoc est, comiter et modeste significans: 'Super quæ juvenis, aliud tempus, alium locum, tractatumque fore respondit. Et indignatus nondum sibi a Priamo super his, quæ secum tractaverat, mandatum,' hoc est, nunciatum: 'Rumorem in Verum traxerant. 'Solito,' absolute: 'Coadunare:' Quietum disceditur, hoc est, cubitum: 'Relatum differt in proximum diem,' hoc est, renuntiationem legationis suæ. 'Sullapsum cœlo,' hoc est, delapsum. 'Super qualitate eorum exertius,' hoc est, acrius, 'disserturum:' 'Impossibilia postulare:' 'Placitum confirmat,' hoc est, conventum pactum. 'Jovis Anteædificialis:' 'Forma perlaudabilis.' Hæc et similia quis tandem Latinæ elegantiæ haud imperitus dixerit illius esse ætatis, qua maxime isthæc lingua floruit? Vide etiam Olaum Borrichium, et Gronovium Patrem, Observ. Eccles. 25.

XXXIX. Neque tamen negaverim Scioppio, quod addit, 'nonnullis locis Dictyos aliquid mali a mala esse objectum manu.' Nec enim dubito, quin multis in locis etiam librariorum culpa Scriptor hic fœda sit stribiligine vitiatus, et complura ejus generis etiam nunc supersint. Eorum nonnulla nostræ animadversionis hic proferemus. Sic I. 4. 'Po-

satis etiam ex divisione, quæ in tali negotio tempus patiebatur, navem ascendere facit.' Ubi sine hæsitatione legendum censeo, *impositis*. Ita, v. 12. 'Græci, ubi cuncta navibus imposita sunt, ad Sigeum secedunt,' et vi. 1. 'Postquam impositis, quæ singuli bello quæsiverant, ascendere ipsi.'

i. 6. 'Non se ignorare ait, quantis mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret.' Deceret hæc confessio Priamum aut Trojanum quempiam, neutiquam vero Legatum Græcorum, accusantem id facinus. Quapropter malim sane, *non posse ignorari*, vel, si velis, *ignorare*, scilicet eos, ad quos verba facit. Sic ii. 23. 'Neque ignorare quenquam, si tam atrox injuria probanda sit, fore,' &c.

Ibidem respondet Priamus, 'iniquum videtur insimulari eum, qui absit, maxime cum fieri possit, uti quæ criminose objecta sunt, præsenti refutatione diluantur.' Quis, ubi animum attendit, non videat legendum, *præsentis*?

i. 8. 'Reguli repente Concilium' (vel 'Consilium:' erat enim non *Populi*, sed 'senum,' quos Rex 'conduxerat,' hoc est, coëgerat, et 'consulebat') 'irrumpunt, atque inconditis moribus malum singulis minitantur.' Scio equidem etiam 'inconditos mores' dici, etiam ab auctore nostro. Sed et memini hosce ipsos regulos paulo ante 'lingua moribusque barbaros' vocari. Nihilo tamen minus huic loco et hisce comminationibus longe videtur opportunius, 'inconditis clamoribus,' quomodo et infra iii. 10. loquitur.

i. 9. 'Rex hortatu Hecubæ ad Helenam adit.' Hic vero legendum videbatur, 'Regis hortatu Hecuba.' Nam ut taceam, magis decorum esse, ut Helenam recens advenientem adiret *Regina* socrus, quam solus Rex Socer, emendandum ita videbatur vel maxime, quia statim post hocce colloquium cum Helena, subjicit auctor; 'igitur Hecuba, complexa Helenam, ne proderetur' quod Helena in illo colloquio rogaverat, 'summis opibus adnitebatur.' Sed tamen, Malelam cum confero, tum vero explicandus vide-

tur potius hic locus ex eo in hunc sensum, ut rex cum Hecuba, hujus hortatu, Helenam adierit. Utrumque enim ille ait pariter egisse cum Helena. Vide eum 120. et 121.

I. 11. 'Ulysses contestandi magis gratia, quam aliquid ea oratione profuturus.' Nescio unde in usum Delphini editum sit 'promoturus.' Propius et probabilius mihi videtur 'profecturus.' Sic Hirtius B. Alex. 12. 'quantum parvulis navigiis profecissent, sentiebant.'

II. 9. 'Is namque summœsto ac luctu obsito Agamemnoni.' Ita edidit, ut credi par est, ex Mss. vel Mercerus primum, vel Obrechtus, cum aliæ edd. legant, 'is namque diu mœsto luctu obsito Agam.' Ego Msstorum vestigia secutus malim, 'summe mœsto, ac luctu obsito Agam.' Nam 'summœstus' non tantum insolens est vocabulum, sed et a summo revera Agamemnonis luctu alienum, cum vocula 'sub' in compositis minuere soleat significationem simplicium. 'Summe' autem usitatum etiam Classicis est auctoribus. Cic. Fam. IV. 3. 'omnium doctrinarum summe studiosus.' Et IV. 7. 'summe diffidere.' Plaut. Milit. IV. 4. 29. 'Summe cupiens.'

II. 13. 'Mæandriorum.' Videtur sane legendum 'Neandriorum.' Forsan etiam paulo ante 'Neandriensium' pro 'Mentorensium.' Nam nulli fuerunt in Troade Mæandrii, nulli Mentorenses. Et solam Neandrum urbem Troadis in hac Cygni historia memorant Malelas et Cedrenus. Quod autem Neandrii hic 'fideles atque amicissimi Græcis ad hoc tempus permansisse' dicuntur, id intelligendum tunc foret ab eo tempore usque, quo se Græcis dediderunt. Et videntur his verbis respici sane superiora, 'Civitatem innoxiam, et paulo post FIDAM sibi.' Paulo ante filios Cygni 'Coben' et 'Cocarcum' nominat Malelas, filiam vero æque ac Noster Glaucen.

II. 15. 'Ob amorem ducis in exercitum.' Lege omnino, 'exercitu,' ut paulo ante de eodem, 'vir optimus acceptusque in exercitu,' ubi male et sine causa Vindingius, 'acceptusque exercitui:' cum et infra c. 29. de eodem dicatur,

'quem gratum acceptumque in exercitu.' Ceterum hoc loco agitur de amore, non quo Palamedes exercitum prosequebatur, sed quo exercitus ipsum, 'regi ab eo cupiens, et tradendum ei imperium palam loquens.' Hic amor eum Agamemnoni suspectum et invisum reddebat.

II. 21. 'Quod amice impetrare nequitum est.' Ipsa Syntaxeos Grammaticæ ratio postulat, ut legamus 'impetrari.' Vide omnino Festum in 'nequitum,' ubi præter Pacuvii et Plauti loca, etiam hæc Catonis Prisci verba nostris similia plane reperies; 'Id fanum nequitum exaugurari.' Adde Plaut. Rud. IV. 4. 20. 'Ut nequitur comprimi.'

II. 26. 'Egregie hercule actum nobis est.' Borrichius hoc explicat, 'actum nobiscum,' et inter indicia sequioris ætatis refert. Ego vero librariorum hanc esse culpam arbitrer, non Septimii ipsius, qui scripsit, opinor, 'actum vobis,' pro, a vobis, haud dubie quia repererat in Græco, Καλῶς, μὰ Δία, πέπρακται ὑμῖν. Sed et Latini solent Dativum ita jungere passivis. Sueton. Aug. 1. 'Ara Octavio consecrata,' Cæs. 19. 'Opera optimatibus data est.' Tac. Ann. XIV. 14. 'Quod Regibus factitatum memorabat.'

II. 31. 'Cuncta extrema ratus experiri;' hoc est, certus. Sed putem scripsisse Septimium, 'paratus.'

II. 41. 'Campo, qui reliquus non pugnæ opportunus erat.' Videtur legendum, 'qui reliquus, nec pugnæ opportunus erat.'

II. 42. 'Quos primus hostis incesserat.' Lege omnino 'primos.' Sequitur enim mox, 'jamque fusis, qui in medio erant;' scilicet inter primos et postremos.

II. 46. 'Ut quemque sors conglobaverat.' Et, 'ad postremum, uti quidque sors dederat, præripiunt.' Notarunt omnes, ab Septimio diligenter lectum esse Sallustium, atque expressum. Ille vero hunc in sensum passim et ubique 'fors' adhibet, Jug. 51. 'Fors omnia regere,' 78. 'Uti fors tulit,' 97. plane ut hic, 'Catervatim, uti fors conglobaverat, in nostros incurrunt.' Noster etiam infra V. 12. 'cædere eos, quos fors objecerat.' Sed et in plerisque

aliorum auctorum, et his ipsis Sallustii locis, 'sors' olim male fuerat editum, at ex Mstis 'fors' restitutum. Vidè et Gronovium Patrem ad Livium I. 9.

II. 47. 'Trojani ex muris respectantes.' Mirum, ni scripserit 'despectantes,' hic æque ac III. 13. 'Qui muris despectantes, postquam nostros paratos prœlio vident.' Et c. 20. 'Cum super murum despectantes Trojani, comitatum regis oculis prosequerentur.' Ita vero et Liv. XXXVI. 25. 'Regionem ea maxime despectat oppidum, qua breve intervallum videtur, et omnia in conspectu sunt.'

III. 1. 'At Trojani cum auxiliaribus laxiores militia, neque circa exercitium soliciti, socordius agitare.' Certum mihi est scripsisse Septimium, 'laxiore militia.' Solent enim ita Veteres, et maxime Sallustius et Tacitus. Sall. Jug. 25. 'Legantur in Africam majores natu, nobiles, amplis honoribus;' ubi contra Mstos addiderant Editores 'usi.' 61. 'Facile Numidiæ persuadet, cum ingenio infido,' scilicet homini, 'tum metuenti, ne,' &c. 63. 'Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat.' 94. 'Cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior, otio luxurioso esse.' IV. Hist. 'Regnum Persidis inclytis divitiis,' quod male mutant Faërnus apud Ciacconium, et Douza, in 'inclytum' vel 'inclytæ.' Sed et nihil mutandum in Tac. Hist. I. 8. 'Cluvius vir facundus, et pacis artibus, belli inexpertus.' Ubi neque subaudio 'expertus' cum Rhenano, neque addiderim 'clarus' cum Faërno et Ursino, neque deesse quid puto cum Mureto, sed expono, homo artium pacis, seu cujus artes erant artes pacis. Ita idem II. 3. 'simulacrum Deæ, non effigie humana, continuus orbis.' Vide et Gellium V. 8. Ut vero hic 'laxiore militia,' sic 'laxiore imperio habere milites,' ap. Sall. Jug. 64.

III. 5. 'Ac mox cognito per universum exercitum prælium in ea parte, reliqui duces confirmati, ubi quisque pugnaverat, undique eo confluunt.' Sic edidit Ampliss. Obrechtus: in aliis Edd. legitur 'prælio.' Quod si illud ex Mstis, sive a Mercero, sive ab Obrechto, est haustum, (ut auguror; certe enim Mercerus scribit, multas se mendas, codi-

cum suorum ope, detersisse, quarum omnium rationem in Notis non sit redditurus) vix dubito, quin legi debeat, 'cognito per universum exercitum prœlium esse in ea parte.' Solet enim ille participii ablativus ita cum infinito construi. Sic VI. 15. bis. 'Ita credito, Telegonum ad inferendam vim Regi adventare;' dein, plane ut hic, 'Telegonus, cognito parentem esse.' Tac. Ann. IV. 36. 'comperto ficta in eum crimina.' Liv. XXVIII. 17. 'Haud cuiquam dubio, opprimi posse.' Mox legendum omnino cum Barthio et Vindingio, 'confirmatis.' Sic paulo ante, 'dispositis satis strenuis, ubi pugnabat;' et 10. 'relicto, ubi pugnabat.'

III. 13. 'Neque multo post ex alio: abnuentibus jam Barbaris, ac sine ulla difficultate versis.' Nullum habet sensum satis commodum illud 'abnuentibus.' Putem manum Septimii fuisse, 'abeuntibus.' Primum enim Trojani cum aliquandiu oppugnassent frustra vallum, et Græci jam erumperent ex una parte, ultro abire incipiebant, sed mox ab erumpentibus ex alia quoque parte, in fugam facile sunt versi.

III. 14. 'Reliquias (Patrocli) in urnam collegerat (Achilles), decretum quippe animo gerebat, secum in patrium solum uti adveheret, vel si fortuna in se casum mutaret, una atque eadem sepultura cum carissimo sibi omnium contegi.' Integrum exscripsi locum, quia ex nexu et oppositione rerum liquere satis puto, legendum esse, 'maturaret.' De morte enim agitur, quam obiturum quoque Achillem, serius aut citius, certum erat, sed id incertum, an moriturus esset, antequam rediret 'in patrium solum.' Casus κατ' ἐξοχὴν, et per εὐφημίαν, ponitur hic pro novissimo casu, hoc est, morte: plane ut de ea dicere solebant Veteres; 'si quid sibi accideret.' Ita Sueton. Aug. 101. et Calig. 3. Noster infra de hoc ipso Achille, IV. 13. 'deflentibus cunctis casum tanti viri,' hoc est, mortem. Et sic passim alibi.

III. 21. 'Quippe hi fisi regno per juventutem, cum semper cupiditates animi quoquo modo explere gestiunt, ultro

sibi mihique perniciem machinati sunt.' Solita Syntaxeos analogia postulat, ut scribatur hic, 'gestiant.'

III. 25. 'Namque hi (fratres Helenæ) execrati facinus ejus, ne in militiam quidem nobiscum conjuraverunt, scilicet ne quam audire incolumem nollent, ei per se reditum in patriam quærerent.' Nemo, opinor, negabit, qui modo animum attendet ad loci nexum, et 'reditum,' de quo agitur, quin et in prioribus restituendum sit, 'redire incol.'

IV. 12. 'Dein plurimos, uti quemque intra telum, ferit,' scilicet, 'habebat.' Sed durior est hæc ellipsis, et ideo videtur legendum, 'uti quisque.' Sic II. 2. 'uti quisque in manus venerat:' vel 'unumquemque intra telum,' scilicet 'existentem.'

IV. 18. 'De cujus oraculo imminentia Trojanis mala cum cognovisset, ultro supplicem ad eos decurrere.' Refert priora hæc Anna ad 'senem parentem,' hoc est, Anchisen, et ejus filium Æneam; posteriora nescio utrum ad Æneam quoque, an ad Helenum. Sed certissimum est, excidisse ante hæc verba aliquid, et mentionem quidem Apollinis, ea vero deinde Heleno tantum intelligenda, qui ex 'oraculo' Apollinis, cujus erat vates, 'mala Trojanis imminentia cognoverat,' et ideo 'ultro ad Græcos decurrebat.'

VI. 13. 'Ut sermo hominum ferebatur.' Legerim, vel *ferebat*. Sic Liv. I. 45. 'Fama fert id esse factum.' Cic. Off. III. 9. 'Æneum equum, ut ferunt fabulæ, animadvertit.' Fam. I. 9. 'ut mea opinio fert.' Vel, 'sermone.' Ita Liv. I. 42. 'Ut posteri fama ferrent conditorem Servium.' Sall. Cat. 8. 'Res Atheniensium aliquanto minores fuere, quam fama feruntur.'

XL. Neque vero mirum hæc et similia a librariis passim vitiata, cum etiam viri doctissimi, qui notas in hunc auctorem scripsere, multa Latinissime dicta temere prorsus sollicitaverint. Magna eorum seges ex Cl. Vindingii notulis colligi posset, nisi jam absolvere hanc dissertationem animus ferret. Speciminis tamen loco sequentia habe.

I. 20. 'Agamemnon affectione paternæ pietatis motus, an ne tam illicito immolationis sceleri interesset, fugam parat.' Ubi pro 'an' vult legi 'ac.' Et IV. 4. 'permoti querelis Rhodiorum, an cupidine diripiendarum rerum:' ubi legit 'permotine.' Scilicet ferre nequit simplex illud 'An.' At elegantissimum id est: Liv. I. 33. 'Discrimine recti, an perperam facti, confuso.' Sueton. Vesp. I. 'Centurio, an evocatus.' Cic. Fam. VII. 8. 'Cn. Octavius, an Cn. Cornelius, terræ filius.' XIII. 29. 'non plus duobus, an tribus mensibus.'

II. 1. 'Neque versis his, atque in fuga, parcere.' Legit, 'neque versis his in fugam.' Immo vero solet ita concise loqui Sallustius, et cum eo Noster. Syntaxis est, versis his, atque in fuga, scilicet existentibus. Sall. Jug. 54. 'Multa oppida temere munita, aut sine præsidio, capit.' 66. 'Milites palantes, inermes, ac sine imperio, aggrediuntur;' scilicet, existentes.

II. 14. 'Quisque partium ad eum venerat.' Emendat, 'ut quisque;' sed male. 'Quisque' ponitur pro quicumque. Plaut. Curc. IV. 2. 17. 'Tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo.' Et Mil. Glor. II. 2. 1. 'Nisi hercle defregeritis talos, posthac quemque in tegulis videritis alienum, ego vestra faciam latera lorea.' Liv. I. 24. 'Cujusque populi cives eo certamine vicissent.' Ubi vide Gronovium Patrem.

II. 30. 'Ille enim perspicere se originem morbi.' Ad hæc Vindingius, 'aut hic addendum *ait*, aut delendum *se*.' At neutiquam delendum 'Se,' sed neque opus, ut addamus 'ait.' Solent enim hoc per ellipsin omittere Sall. Jug. 109. 'Tum Rex post diem decimum redire jubet, ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum.' Phædr. 29. 'Repressit iram, et, facilis vindicta est mihi, sed inquinari nolo ignavo sanguine;' et 37. 'Venit per auras cornix, et propter volans, Opimam sane prædam rapuisti unguibus,' &c. Ubique in his intelligitur 'dixit.' Vide et meas ad Sanctii Minervam notas IV. 5.

III. 3. 'Quæ res eo habere fidem videbatur, quoniam,'

&c. Leg. 'ideo' ait Vindingius. At vero frequens est apud optimos auctores, ut 'eo' ponatur pro 'ideo.' Sallustius, 'Eo Respubl. in extremo sita est.' Et, 'eo fit ut impetus fiat.' Cat. 52. 'Nobilitas noxia atque eo perculsa.' Jug. 42. Et ita passim Livius, Tacitus, Sulpicius Severus, qui, æque ac Noster, Sallustium imitari solet.

III. 10. 'Alter Echinadibus imperator.' Vindingius, 'lege Echinadum.' Quod miror, cum ipsi Septimio usitatum sit, talia cum dativo construere. Ita mox 14. 'Hi Larissæis, Asius Sesto regnantes.' Plane ut Ennius apud Festum in voce 'Quadrata:' 'Romæ regnare quadratæ.'

III. 15. 'Gens bellatrix, et ob id ad finitimos indomita.' Etiam hic jubet 'apud' pro 'ad' legi, quamvis hoc pro 'apud' passim occurrat. Liv. I. 3. 'Celebre ad posteros nomen fluvio dedit.' 26. 'Ingrati ad vulgus judicii.' 36. 'Ut esset ad posteros miraculi ejus monumentum.' Plaut. Prol. Capt. v. 49. 'Hic manet in servitute ad suum patrem.' Sticho III. 1. 35. 'Jubebo ad Sagarinum cœnam coqui.' Possis etiam exponere, 'quod ad:' sic Mela II. 3. 'Urbes pares ad famam.'

III. 26. 'Tantum se in Hecubæ filiarumque recordatione cruciari.' Tolli in his jubet particulam 'in.' At ita Plautus Sticho I. 1. 54. 'In cogitando mœrore augeor.' Trinum. II. 1. 1. 'Multum in cogitando dolorem indipiscor.' Cic. Fam. I. 6. 'quem dolorem in rebus tuis capio;' et VI. 2. 'nihil esse cuiquam dolendum præcipue in eo, quod accidat universis.' Sueton. Vesp. 16. 'Sola est, in qua merito culpetur, pecuniæ cupiditas.' Patet ex his, quam male etiam mox 8. 'non jam dolor in casu Memnonis,' legi velit 'ex casu.'

IV. 1. 'Qui inclyta per gentes fama.' Hic legendum, 'inclytus,' ait, quod turpe est viro: cum utique in hac ipsa Periodo sequatur de eodem Hectore, quod fuerit in pace, 'præclara pudicitia,' non 'præclarus.' Et mox c. 4. de Memnone, 'magna fama.' De hac autem constructione vide quæ notavi § superiore ad III. 1.

IV. 8. 'Qui peterent eorum, qui in bello ceciderant, hu-

mandi veniam.' Notat 'forte legendum *eos*,' licet addat, 'et alios priori modo loquendi usos.' Nihil ergo erat isthic tentandum, cum locutio sit proba et usitata. Vide hic Mercerum, et maxime Sanctii Minervam III. 8.

Ibid. 'At Græci lautum bene cadaver Antilochi, justisque factis, Nestori tradunt.' Vind. 'dele *que*.' Male. Sensus est, tradunt cadaver Nestori, postquam illud bene laverant, et justa ei fecerant. Sæpe autem ita res diversæ constructionis per copulam junguntur. Supra II. 29. Agamemnonem 'universi deseruere, ob idque et memores Palamedis, quem,' &c. Mox c. 11. 're maxima, et super vota omnium,' perfecta, c. 13. 'Cum viro egregio ne honestam quidem mortem, aut aliter quam in obscuro, oppetere licuerit.' Vide et me ad Sanct. Min. I. 18. Neque vero opus, ut in sequentibus, 'æquo animo ferret fortunæ bellique adversa,' ea vocula inducatur, quod isthic itidem voluit Vindingius.

IV. 14. 'Genitus Achille ex Deidamia.' Sic Liv. I. 3. 'quacumque genitus matre, certe natum Ænea constat.' Tac. Ann. III. 76. 'Catone avunculo genita.' Nulla ergo ratio legendi cum Vindingio contra Msstos 'Achilli.'

V. 2. 'Neque inferendo bellum, quicquam prius temeratum ab his, quam,' &c. 'Temerare' dicitur de quibuscumque rebus, quæ corrumpuntur, aut violantur. Sic 'temerare' alterius uxorem. Tac. An. I. 53. 'Castra infausta temerataque' per seditionem scilicet. An. I. 30. 'Eadem lascivia vigilias et cetera militiæ munia temerare.' Hist. I. 48. 'Vitio gentium temeratus est ille mos.' Pomp. Mela III. 5. 'Temerare vittas' dicitur Virgo Vestalis apud Ovid. Fast. VI. 457. Quid igitur opus, legere hic 'tentatum,' aut 'temere actum,' quod ille censet?

V. 4. 'Itaque cum quibus antea, ad confirmanda, quæ tempus monebat, secedunt.' Putat 'forte legendum, *cum quibusdam*:' sed recte Anna exponit 'cum iisdem, quibus antea.' Sæpe enim omittitur, si ex rerum nexu intelligi possit substantivum, ad quod refertur pronomen, quod sequitur. Sic paulo ante; 'At lucis initio, quibus impera-

tam erat, ad naves veniunt.' Vide et hic Sanct. Minerv. ii. 9. et quæ ego isthic notavi.

vi. 3. 'Hujusmodi numine armatus,' hoc est, illo oraculo confirmatus ad audendum aliquid. Sic Corn. Nep. in Hannib. 10. 'Neque aliud quicquam egit, quam regem armavit et excitavit adversus Romanos.' Cic. Fam. xii. 23. 'Philosophia me contra omnes fortunæ impetus armat.' Plin. Paneg. 12. 'Feræ gentes non telis magis, quam suo cœlo, suo sidere, armantur.' Sulpic. Sev. ii. 2. in extr. 'Si hominem acrem sacerdotali auctoritate armassent.' Satis ex his, ni fallor, patet, male Vindingium maluisse 'animatus.'

xli. Sed desino plura, cum pleræque breves illæ notulæ Vindingii, quæ tantum legi aliter, aut tolli voculam quandam, jubent, nulla nitantur idonea satis ratione, sæpe etiam declarent, non satis intellexisse eum auctoris sui mentem, verbis nihil vitii habentibus expressam. Sic ii. 22. 'an vos soli ignoratis, ut affectæ sint vicinæ atque amicæ vobis civitates, vel quæ in dies residuis præparentur.' Sensus est clarissimus. Nondum enim omnes erant vastatæ, quædam erant 'residuæ,' sed quibus eadem vastatio imminebat. Ille tamen legendum censet 'residuos.'

ii. 39. 'Dein signo dato conflixere acies compositæ, Græcis ac singulis per distributionem, imperia ducum exsequentibus.' Ita hæc distinguenda, et ita nihil hic hæsitationis superest. Ille tamen legi vult 'Græcorum singulis.'

iv. 1. 'Queis animo ita hæserat, nulla spe impetrandi cadaveris, ipsumque Priamum, et qui cum eo fuissent, retineri a Græcis.' Ille vero, 'lege,' ait, 'Queis animo inhæserat nulla spes impetrandi,' &c. Immo quia nulla ipsis erat spes impetrandi cadaveris, ideo animo eorum hæserat, Priamum retineri a Græcis. Nam quod ait geminata copula, 'ipsumque et qui cum eo fuissent,' Græcismus est auctori nostro frequens. Vide supra § 15.

iv. 14. 'Cum insidiis tantum perfecerit, quantum ne in certamine auderet quidem.' Vult dicere, in certamine

prælii adigi homines ad aggrediendos hostes, et tamen Paridem in illo certamine haud dubie vitaturum fuisse Achillem, nec ausurum eum aggredi, quod per insidias extra necessitatem certaminis feliciter fecerit. Frigidi aliquid et inepti forsan inest in hoc sensu, sed id in tota etiam est laudatione Paridis, quam eo nomine fecisse dicuntur Trojani et multo magis friget, nec Latinum satis est, quod volebat Vindingius, 'quantum ne in certam auderet quidam.' IV. 15. 'Ceterum sibi eo leviorem dolorem esse, quod non in certamine, neque in luce belli, Achilles interfectus esset, quo fortiorem ne optasse quidem quemquam existere nunc, vel in præteritum, excepto uno illo Hercule.' Vindingio substituendum videtur 'graviorem,' sed perperam. Nam sententia loci, inepte forsan gloriosa, hæc est, leviorem sibi esse dolorem necis paternæ, quod non aperto Marte ab adversario validiore sit victus et occisus: Ita enim mansisse eum invictum ab omnibus: Ita constare, non extitisse quenquam fortiorem ipso, nisi unum Herculem, immo neminem ausum fuisse cum eo in certamen congredi. Quæ omnia secus se habuissent, si in certamine et luce belli interfectus fuisset, nam ita validiori succubuisset adversario.

V. 11. 'Quem offerri donum Minervæ, maxime omnium ore agitabatur.' Legit 'maximum,' et ita ediderunt alii. Sed nihil eo opus, modo distinguas, ut feci, quando sensus est perspicuus.

VI. 1. 'Postquam impositis, quæ singuli bello quæsiverant, ascendere ipsi.' Quid magis planum, minus impeditum dari potest? 'Ipsi' homines opponuntur rebus in naves 'impositis.' Et tamen quod mireris, delendum 'ipsi' pronuntiat.

LUD. SMIDS

SCENA TROICA;

SIVE TABULARUM,

DICTYOS CRETENSIS DE BELLO TROJANO

LIBRIS APPENSARUM, SUCCINCTA INTERPRETATIO.

TABULA PRIMA.

I. ATREUS.

Lib. i. Cap. 1.

'Hi non Plisthenis, ut erant, magis quam Atrei dicebantur.'

Neque Menelai, cujus uxor Helena, Trojani belli pulcherrima causa, neque Agamemnonis, qui in Trojana hac expeditione rex regum, sive in Nummo, sive in Marmore occurrunt icones. Horum igitur vicem hic supplebit Atreus, utriusque, veluti plurimi volunt, pater. Notus ille ex L. Ann. Senecæ sublimi dramate; Thyestem fratrem fallens, et in ipsius liberos captos sæviens; ferro eos transverberans, membra lacerans, coquens et epulanda patri apponens.

Statua hæc cernitur in ædibus Farnesiorum, Romæ. Volunt vero Perrier ceterique omnes, qui hanc edidere, esse Commodi Imperatoris, nempe gladiatoris. Hic autem puer, dextro pede atrocissime arreptus, in quem nunquam etiam ferocissimus gladiator sæviit. Quare mihi potius, veluti ipsi quoque Gronovio, e tribus liberis unus, a cujus cæde perfidiam patris vindicare aggreditur Atreus.

II. DIOMEDES.

Lib. i. Cap. 12.

'Opportunus locus ad conveniendum, et in quo de apparatu belli ageretur, Argi Diomedis regnum deligitur.'

Diomedes, Ætolus, Tydei ex Deiphila Argiva filius; in oppugnatione Trojæ, post Achillem et Ajacem Salaminium fortissimus. Præter Trojanos nobiles cæsos, etiam adversus Hectorem et Æneam singularem iniit pugnam; Martem Veneremque sauciavit; Palladium Trojanis eripuit. Domum reversus post excisum Ilium, Ægialam uxorem invenit, adulteriis et libidinibus involutam. Ita exosus patriam, proficiscitur in Apuliam Italiæ regionem, a Dauno partem accipit regni et ibidem Argos condit.

De singulari illo prælio, ut et de Diis vulneratis, legendus Homer. v. Il. Virg. xi. Æn. 277.

De Palladio, Procopius, B. Goth. i. 13. Ovid. xiii. Metam 337. Virg. xi. Æn. 165. quin et Silius xiii. Punic. 50. cujus hæc verba:

Tum meus adjuncto monstratam evasit in arcem
Tydides Ithaco, et dextra molitus in ipso
Custodes aditu templi, cœleste reportat
Palladium ac nostris aperit mala Pergama fatis.

Denique et de ejus urbe, Virg. xi. Æn. 246. et Horat. i. Sat. v. 92.

Hunc autem Diomedem sedentem et (sicuti heroës Græci pingunt. Plin. H. N. xxxiv. 5.) nudum, e Gemma petitum exhibet Begerus, Thesaur. Brandeb. i. 94. et in ant. bell. Trojanor. Comment. 56. mox et Ez. Spanhem. in Addend. ad Callimach. 757.

III. ACHILLES.

Lib. i. Cap. 14.

'Post quos Achilles, Pelei et Thetidis, quæ ex Chirone dicebatur.'

Poetarum (Homerum sileo) carminibus admodum decantatus Achilles, de cujus moribus hæc Horat. A. P. 120.

Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge,
Scriptor; honoratum si forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.

In ejus Græco nomine ludunt Grammatici: quippe quibusdam est Achilles, quod dolore confecerit Ilienses; quibusdam quod exusta ipsius labra, cum Thetis quicquid in eo mortale, igne injecto eximere pararet.

Invulnerabilis erat; postquam eum, adhuc infantem, mater Stygi immerserat, pede retinens; cujus pars idcirco vulneri patens.

Educabatur a Chirone Thessalo, qui bellicis artibus, musica ac medicina eum instruxit. Juvenal. VII. 210. cui adde Ovid. I. Art. 11. et Statius, I. Achill. 186.

Verum ingruente Trojanæ expeditionis fama, quia ex oraculo didicerat eum ante Trojam periturum, mater adultum inter Lycomedis (qui rex Scyri) filias occuluit. Ovidius, I. Art. 681. ubi Ulyssis artibus compertus, ad bellum protractus est. Stat. II. Achilleid. 191.

Arma dabat mater, a Vulcano fabricata. Ovid. XIII. Metam. 288. Hom. Il. τ.

Inter Trojanos, ejus dextra percussos, Hector; cujus cadaver alligatum currui raptavit, ac demum patri vendidit. Hom. Il. ψ. et ω.

Tandem occubuit; insidias ei struente Paride; si Virg. VI. Æn. 57. Servio, ad III. Æn. 85. et Hygino. 107. et 113. Fab. fides habenda, feriente Apolline.

Videantur tamen et de Achillis interitu personati nostri; Dictys IV. 11. et Dares, 35.

Hanc autem Achillis faciem e Nummo (forte ficto) protulit Caninius, 24. quam mutuam sumsit Thesauroque suo, ad Lit. IV. inseruit Gronovius: plane saltem diversa ab ea quam dedere, in Troicis, 32. e Numismate Begerus; et in Dactyliothec. II. tom. 521. et 522. G. e Gemma, idem Gronovius.

IV. MACHAON.

Lib. i. Cap. 14.

'Podalirius et Machaon, Triccenses, Æsculapio geniti, acciti ad id bellum, ob solertiam Medicæ artis.'

Machaon, Æsculapii filius fraterque Podalirii; in arte medica adeo clarus, ut ejus nomen Poëtæ simpliciter ponant pro medico. Sic etenim Martial. ii. 16. 5.

Quid tibi cum medico? dimitte Machaonas omnes.

Non solum cum reliquis Græciæ principibus Trojanam suscepit expeditionem; verum Virgilius eum numerat inter eos, qui equo votivo inclusi, Trojæ portas suis reserarunt: nempe, ii. Æn. 263.

Illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætique cavo se robore promunt
Tisandrus, Sthenelusque duces et dirus Ulysses,
Demissum lapsi per funem: Athamasque, Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon.

Tandem occisus est ab Eurypylo, Telephi filio. Q. Smyrnæus (qui Calaber vulgo. vide Vossium, Poët. Græc. 9.) sexto operis libro. Sepultus autem Gereniæ, quæ Laconiæ oppidum, ad cujus tumulum, in magnifico templo, variorum morborum poscuntur remedia. Ubi et ejus simulacrum ex ære, coronatum. Pausan. in Messen. 26.

V. AJAX OILEUS.

Lib. i. Cap. 14.

'Ajax Oilei, ex Locride.'

Ajax, Oilei filius, inter Græcorum duces præsertim notus, propter Cassandram, virginem et vatem, Priami filiam, in æde Minervæ ab eo compressam. Virg. ii. Æn. 403. Q. Smyrnæus, xiii. Tryphiodorus, &c.

Quam ob causam, cum ceteris Græcis domum repetens, in ipso mari fulmine percussus est Minervæ. Hom. Od. δ.

Senec. Agamem. 527. Virg. I. Æn. 45. Ovid. in Ibin, 339. Horat. X. Epod. 14. Unde Silius, XIV. Punic. 480.

Qualis Oilides, fulmen jaculante Minerva
Surgentes domuit fluctus ardentibus ulnis.

Licet naufragium enatasse eum dicat Timæus Locrus, II.

Hunc vero ex omnibus Græcorum ducibus, qui Trojam oppugnavere, apud inferos torqueri et excruciari docet Lucian. Hist. Veræ, II.

Denique Ajacis hujus nostri imago est ex Locrensium Numismate, quod exhibetur ab Hub. Goltzio, Græc. 18. qualis et est Opuntiorum, apud Begerum, Thesaur. Brandeb. I. 477. et nominatum Goltzium, Tab. citata.

VI. PHILOCTETES.

Lib. II. Cap. 14.

'Philocteta cum paucis, uti curaretur, in insulam Lemnum mittitur.'

Philoctetes, Pæantis filius, inter Argonautas quoque minime ignobilis. Val. Flacc. Argonaut. I. 391.

Ei, comiti suo, in Œta monte concremandus arcum et sagittas dederat Hercules; sine quibus Trojam non posse capi oracula responderant. At venenatarum sagittarum una ipsius pedem forte decidens sauciavit, Græcique, cum per dolorem vulneris navigare non posset, eum in insulam Lemnon exposuerunt.

Philoctetes itaque relictus, aucupio sagittarum vitam miserrime propagare, pennarumque contextu corpus obtegere et velare coactus fuit. Sophocles, in Philoctet. et (omissis Pindari, Theocriti, Philostrati plurimum variantibus narrationibus) Ovidius, (videas et XIII. Metam. 45.) V. Trist. 1. eleg. 5.

Hoc erat in gelido quare Pæantius antro
Voce fatigaret Lemnia saxa sua.

Philoctetes autem noster, sedens et, uti videtur, conquerens, Liceto, immo etiam Gronovio, Dactyliothec. II. 388. Gem. est miles sagittarius atroci bello superstes, nudus et

pauper: at Begero, Troicor. 40. Hector. Scilicet quia Hector depictus sedens, apud Pausaniam, in Phocic. et utraque manu lævum genu premens: tristi admodum facie et lugubri habitu. Sit tibi, Pausaniæ auctoritate, Hector, Begere, propter arcum et pharetram (Herculis olim arma) mihi certe Philoctetes: quem quoque eadem facie nuper exhibebam, Pictur. Loquent. 28. Tab.

TABULA SECUNDA.

VII. EUROPA.

Lib. i. Cap. 2.

'Omnes ex origine Europæ, quæ in ea insula summa religione colitur.'

Europæ, Agenoris Tyrii filiæ, a Jove raptæ et in Cretam insulam delatæ, ex Ovid. ii. Metam. 875. et v. Fast. 605. necnon Horatio, iii. Od. 27. 15. notissima.

Hæc autem facta pulcherrima, postquam puella Angelo, Jovis et Junonis filia, pigmentum matri surreptum huic obtulisset. Scholiastes, ad Theocr. ii. Idyll. 12.

Ea postmodum Sidoniorum dea; cultu illius instituto in solatium Agenoris, post filiam a Cretensi quodam prædone raptam. Ita Lucianus, de Dea Syria.

Apud Corinthios tamen, per Ellotiorum festa, in pompa Europæ circumferebantur ossa. Athenæus, xv. 6.

Interim ejus vector, taurus (aliis navis est, taurum in puppe pictum ostendens, et non animal) inter Zodiaci duodecim signa cœlestia relatus. Hyginus, Astronom. Poët. ii. 21. Seneca, Herc. Fur. 3. Manilius, i. Astronom.

Europam, e Sidoniorum Numismate (in quo legunt, Colonia Aurelia Pia Metropolis Sidon) depinxit Vaillant, Colon. ii. 104.

VIII. CHIRON.

Lib. I. Cap. 14.

'Thetidis, quæ ex Chirone dicebatur.'

Chiron, Centaurus Thessalus, Saturni ex Phyllira filius. Apollon. II. Argonaut. Hygin. 138. Fab. Prudentia, probitate, justitia et plurimis excellens artibus; unde et Achilli pædagogus datus. Apollon. I. Argonaut. Pausan. in Laconic. Alciat. 145. Emblem. Nam et medicus (Hygin. 274. Fab.) Æsculapium fecit medicum. Ovid. II. Metam. 963. et Mathematicus Herculem reddidit astrologum. Natal. Comes. Mytholog. lib. VII. 1.

Præsertim vero equitandi docuit artem: quippe cum apud Thessalos Centauri equitando sese exercebant. Stat. IX. Thebaid. 220. quinimmo quibus equorum debetur gubernatio, auctore Lucano; cujus, VI. Pharsal. 396. hæc verba.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiluit, primus chalybem frænosque momordit.

Unde et in Zodiaco Sagittarius; post mortem (periit e vulnere pedis, cum Herculeas tangeret sagittas. Ovid. V. Fast. 297. Apollodor. variante fabula, II.) in cœlum translatus. Manil. 1. Astron. Hyginus, Astronom. I. in Centaur. aliique, in Aratæis.

Hic autem Chiron. e Gemma Gorlæi, apud Gronovium, Dactyliothec. II. 516. Gemm.

IX. THETIS.

Lib. I. Cap. 14.

'Achilles Pelei et Thetidis, quæ ex Chirone dicebatur.'

Thetis, aliis Nerei ex Doride; aliis Chironis Centauri filia. Aristoteles, apud Muretum, ad Catull. 65. sive Pel. et Thet. pulcherrimum Epithalam. Hanc forma captus amabat Jupiter, verum a Prometheo monitus, ita esse in

fatis, ut qui ex ea nasceretur, patre major esset futurus, ab ejus concubitu abstinuit. Thetidem vero postmodum Peleus, Æaci filius, uxorem duxit, et ex ea Achillem suscepit. Ovid. XI. Metam. 265. Catullus, in modo citato Epithalam.

Cum vero oracula canerent, filium in expeditione Trojana casurum, eum occuluit, in Scyro. Statius, I. Achill. 245. At Ulyssis dolo detecto arma dedit, quæ Vulcanus, ejus motus precibus, fabricaverat, et artificio multo exornaverat. Hom. Il. ρ. et Ovid. XIII. Metam. apud quem Ulysses, Ajacem in contemtum adducens, 288.

Scilicet idcirco pro nato cærula mater
Ambitiosa suo fuit, ut cœlestia dona
Artis opus tantæ rudis et sine pectore miles
Indueret ?

Verum, Achille interfecto, hæc arma Græcorum proceres Ulyssi adjudicavere, Ajace neglecto; qui, injuriarum impatiens, ense latus hausit. Ovid. XIII. Metam. 390. Postea tamen, eversa Troja, Græcis in Ægæo mari navium clade attritis, Achillis clypeum vi fluctuum ad Ajacis in Rhetæo tumulum delatum, testantur Græci, Antholog. I. 22. 1. apud Alciatum, ad suum 28. Emblem.

Thetis hæc, arma ferens Achilli, et in incisa Gemma, et argenteo majoris moduli spectatur Numismate; uti docet Gronovius, ad Dactyliothec. II. 522. Gemm. At videantur de Numismatis fide Fabrettus, apud Begerum, Troicor. 32.

X. FŒDUS.

Lib. I. Cap. 15.

'Porcum marem in forum medium afferri jubet, quem in duas partes exsectum, Orienti Occidentique dividit.'

Fœdus priscis ita dictum, quod in eo porca, fœdum scilicet animal, mactaretur.

Apud Romanos, utriusque gentis pater patratus arripiebat porcam, et diis pangendi fœderis testibus invocatis,

alter silice (quem sumebant ex æde Jovis Feretrii. Val. Maxim. III. 2.) interimebat animal; inter alia et hæc exclamans: 'Populus Romanus prior non deficiet. Si prior defecit, publico consilio, dolo malo, tu illo die, Jupiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hic hodie feriam; tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque.' Liv. I. 24. et IX. 5. Quem veterum Fœderis feriendi cerimoniam, diu neglectam, in usum revocavit imp. Claudius. Sueton. Claud. 25.

Hoc vero inter Feciales peracto sacrificio, sus ille vel in mare vel alibi abjiciebatur: quippe vesci victima, super qua jusjurandum conceptum, religiose vetitum. Pausanias, Eliac. prior. 24. ubi de Agamemnone; ex Hom. Il. T. Videatur Everh. Feithius, Antiq. Homericar. IV. 17.

Nummus hic Antistiæ gentis spectatur inter Wildianos Select. 124. Num. quem tamen, respectu vestimentorum, accuratius depinxit et in Speciminis 8. Tab. produxit Morellius.

Denique eo hæc Virg. VIII. Æn. 639. egregie illustrantur:

Post idem, inter se posito certamine, reges
Armati Jovis ante aram, paterasque tenentes
Stabant, et cæsa jungebant fœdera porca.

Necnon quæ idem habet, XII. Æn. 170.

XI. IPHIGENIA.

Lib. I. Cap. 21.

'Virginem Ulysses et Menelaus cum Calchante (quibus id negotium datum erat,) remotis procul omnibus, sacrificio adornavit.'

Iphigenia, Agamemnonis et Clytæmnestræ; de qua fabulæ plurimum discrepantes. Cum pater in Aulide Dianæ sacrum cervum imprudens occidisset, indignata Dea, tempestate concitata, Græcorum in Asiam trajectum morabatur. Qua de causa cum vates consulerentur, responsum sanguine Agamemnonio Dianam esse placandam. Ergo

mittitur Ulysses. Iphigenia a matre abducitur. Nuptiæ simulantur. Sacra parantur. Dea tamen miserta virginis, hostiam supposuit, puellam in regionem transtulit Tauricam, ubi sacris Dianæ præfecta est. Huc vero cum postmodum Orestes, maternis agitatus furiis venisset, jamque more gentis Scythicæ immolandus esset, a sorore est agnitus et liberatus. Mox, ablato Dianæ simulacro, aufugere, et cum in Italiam errabundi venissent, in Aricino nemore id collocavere. Euripides, in Iphigen. Aulid. et Tauric. Ovid. XII. Metam. 30. Lucret. I. Hygin. 98. Fab.

Iphigenia tamen non translata, sed vere mactata et jugulata dicitur, Virgilio II. Æn. 116. Propert. III. 7. et IV. 1.

Victima autem, Iphigeniæ supposita, fuit cerva. Ovid. lib. cit. 34. et IV. Trist. 4. 67. Martial. III. 49. et Juvenal. XII. 120. vel juvencus sive taurus; quod Nicandro; vel et ursa, quod placuit Phœnodemo.

Numisma hoc (si modo non fictum) sicuti dedit Cuperus (cujus scriptis nihil exactius, eruditiusque) Observ. I. 12. ita Gronovius, Thes. lit. S. 4.

XII. APOLLO SMINTHIUS.

Lib. II. Cap. 14.

'Eadem tempestate oraculum Pythii Græcis perfertur, concedendum ab omnibus, uti per Palamedem Apollini Sminthio sacrificium exhiberetur.'

Cognominis hujus originem luculenter dedit ad Hub. Goltzii Græc. ins. 14. Tab. Ludov. Nonnius; ex quo notata ad hunc Tenediorum Nummum solummodo repetere constitui.

Apollo igitur Sminthius sive Smintheus, a muribus, quos Σμίνθους appellabant Æoles et Trojani. Verum appellationis causam hoc modo memoriæ tradidit Ælianus, Hist. Anim. XII. 5.

Cum murium magna vis Æolensium ac Trojanorum popularentur arva, immaturasque segetes consumerent,

oraculum Delphicum consulentibus responsum est, oportere ut sacrificent Apollini Smintheo. Quod cum fecissent, murium hæc desiit calamitas.

Longe aliter Strabo, XIII. cujus hoc commentum.

Teucris e Creta profectis oraculum erat datum, ut ibi sedem figerent, ubi eos terrigenæ adorirentur. Contigit autem hoc eis circa Hamaxitum, Troadis urbem; ubi noctu mures, quicquid armorum et utensilium ex corio invenissent, corrosere. Hic ergo figunt sedes Trojani, et montem ab Ida, quæ in Creta, vocant Idam.

Apollinis autem Sminthii templum in Tenedo. Hom. Il. α. et Strabo XIII. circa quod murium (sacrorum scilicet et immunium) magna copia. Quinimmo cujus simulacrum murem pede premit. Quale et est in urbe Chrysa, quod Scopas Parius fecit, cujus pedibus quoque mus subjacet: eodem Strabone et Heraclide Pontico, auctoribus.

TABULA TERTIA.

XIII. LUCTATORES.

Lib. III. Cap. 19.

'Præmia luctandi intacta permansere: quippe Ajax arripiens medium Ulyssem dejicit, qui ruens, pedibus ejus circumnectitur, atque ita præpedito obligatoque nexu, Ajax pene jam victor ad terram ruit.'

Exercitatio campestris ingenuorum puerorum et adolescentium apud Græcos (tandem quoque apud Romanos) generibus extabat quinque. Erat autem vel Disci jactus, vel Cursus, vel Saltus, vel Jaculatio, vel denique Lucta; victorque in cunctis appellabatur Πένταθλος. Græcis sive Romanis quinquertio.

Exercebantur in palæstra (cui nomen a Πάλη, lucta) nudi, γύμνοι, (Virg. II. Georg. 521. et III. Æn. 281.

Exercent patrias, oleo labente, palæstras
Nudati socii.

unde et locus dicebatur gymnasium. Lucan. VII. Pharsal. 270. Lucian. in Anacharsid.) ceromate, id est, athletarum oleo inuncti, ut manus fallerent apprehendentium. Lucan. IV. Pharsal. 613. de Hercule luctaturo. Statius, VI. Thebaid. 830. Unde sese invicem arena jacta conspergebant, ut lubrica corpora prehensiones admitterent. Ovid. IX. Metam. 35. de eodem Hercule. Quippe in lucta se invicem non verberabant, sed solummodo complectebantur, ut alter alterum humi dejiceret. In quo præsertim laudandus athleta, qui concertantem, sine pulveris jactu vinceret. Plin. H. Nat. XXXV. 11. de Dioxippo Alcimachi.

Hi vero luctatores in Segestanorum Nummo spectantur, apud Begerum, Thesaur. Brandeb. in Sicil. Num. 370. quales et ex Aspendiorum Num. e Patino nuper dederam, ad Ovid. Heroid. 18. Epist. et Martialis, IV. 55. 7. Quos tamen arte et elegantia superant luctatorum Statuæ, apud Perrierium, Episcopium, ceterosque Monumentorum marmoreorum collectores.

XIV. NAUPLIUS.

Lib. VI. Cap. 1.

'Eos Nauplius ultum iri cupiens Palamedis necem, per noctem igni elato ad ea loca deflectere, tanquam ad portum coëgerat.'

Nauplius, Neptuni et Amymones filius, rex Eubææ, pater Palamedis. Hunc, Ulyssis arte, judicio iniquo circumventum, lapidibus obruerant Græci. Pater, ulciscendæ necis avidus, Græciam universam peragratur, uxoresque principum, qui ad Trojam militabant, in juvenum adulteria pellicit, futurum sperans, ut atrocissimis ob hanc jurgiis inter eos exortis, necem Palamedis cæde mutua expiarent. Præterea, Græcis, eversa jam Troja, redeuntibus ac tempestate laborantibus, a Caphareo Eubœæ promontorio ignem extendit, classemque tanquam ad salutarem portum adnavigantem in Chœradum asperrimos pellexit scopulos, ærumnosoque castigavit naufragio. At intelligens post-

modum, Ulyssem et Diomedem, quibus hasce insidias præsertim struxerat, incolumes evasisse, doloris impatientia in mare sese præcipitem dedit. Hyginus, 116. Fab. et præter Ovidium, Virgilium atque Senecam, breviter Propertius, IV. 1.

Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes,
Et natat exuviis Græcia pressa suis.

Nummus est Buthrotiorum, quem Goltzius dedit, Græc. v. Tab. 3. Num. et hærente Nonnio, expedite illustravit Begerus, Spicileg. 15. Num. et Troicor. 68.

XV. URNA SEPULCRALIS.

LIB. II. CAP. 15.

'Igitur a cunctis Græcis, velut publicum funus ejus crematum igni, aureo vasculo sepultum est.'

CADAVERA cremare Thebanis ac Trojanis temporibus, Græcis erat in more positum. Hom. Il. α. et ψ. quinimmo et post illa. Thucyd. II. et Lucret. VI. apud Kirchmannum, de Fun. Romanor. I. 1. sed et Romanos, nisi nos fallant Poëtæ, ab ipsa Roma condita. Ovid. IV. Fast. 856. de Remi exequiis, et quidem usque ad Theodosii imperium. Macrob. Saturnal. VII. 7. Verum vide et Plin. H. Nat. VII. 54.

Cineres autem, post cremationem: et ossilegium (de quibus prolixe Kirchman. III. 2. et III. 7.) a cognatis condebantur in urceis, urnis, ollis et amphoris: quæ modo fictiles, (Propert. II. 13.) modo marmoreæ, (Dio, 76.) modo æneæ, (Virg. VI. Æn. 228. de Miseni tubicinis,) modo argenteæ, (Ammian. XIX. 2. de Grumbatis, Chionitarum regis, filii,) modo, veluti hic, etiam aureæ, (Eutrop. VIII. de Trajani imp. Plutarch. in Demetr. de Demetrii regis. Moschus, IV. Id. Homerus, Iliad. ψ. et ω.)

Interim hæc urna, juxta assidentem sive matrem, sive sororem, sive conjugem, ex incisa Gemma; quam nobis exhibet, Thes. Brandeb. I. 140. pluries prolatus Laur. Begerus, eruditorum encomiis dignissimus.

XVI. PYLÆMENES.

Lib. III. Cap. 5.

'Progressusque in medio Pylæmenem Paphlagoniæ regem impedimento sibi oppositum cominus fundit, non alienum sanguinis Priamidarum.'

Pylæmenis regis inter Trojanorum auxiliares socios meminit, præter Dictym, Hom. Il. β. eumque a Menelao hasta peremtum narrat, Il. ζ.

Nummum nobis, post Sebast. Fæschium, offert Sponius, Recherch. XXII. Dissertat. 307. ubi et Paphlagoniæ (Pylæmeniæ Plinio, VI. 2.) ejusdem nominis, ex Justini XXXVII. 4. Orosii VI. 2. Sex. Rufi Breviar. 11. Jornandis, de Regnor. Suet. 55. Paul. Diaconi, V. 11. et VI. 12. Strabo XII. Nepitis, in Datam. II. plures reges ac Dynastas observat.

Hinc Nummum Fæschii non Pylæmenem fabulosæ ætatis heroëm, at Paphlagonum regem, Romanorum amicum, a *Mithridate* pulsum, a Cn. Pompeio restitutum, respicere mihi est persuasissimum.

Interim regis caput non præfert; verum, sine inscriptione, caput bovinum; et in aversa parte, Mercurii caduceus. Significant autem hæc, si credendum Sponio, Paphlagonas origine esse Ægyptios. Nempe bovinum caput Isidis est emblema; veluti caduceus, Mercurii, a quo sopitus et obtruncatus Argus, bovis, id est Ius transmutatæ custos. Vide Ovid. I. Metam. 671.

XVII. AMAZON.

Lib. III. Cap. 15.

'Quæ regina Amazonum, incertum pretio an bellandi cupidine auxiliatum Priamo adventaverat.'

Amazones (ut late Justin. II. 4.) vixere ad Thermodontem, bellicis expeditionibus celebres; præter quarum habitum virilem et expeditum (vide Arrian. VII. apud

Petr. Petitum, de Amazon. 21.) quoque observatione digna.

Mamma dextra exerta; quæ vel igne admoto absumta, vel fasciis, vinculis et medicamentis minor reddita. Hippocrates, lib. de Aëre. Galenus, de symp. Medic. Facult. ita de Amazone, Virg. I. Æn. 490.

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix.

Amazonum autem harum regina Penthesilea, ab Achille cæsa; prout etiam Trajani Nummus probat contorniatus, quem quidem apud Mediobarbum video annotatum, at depictum nusquam.

Hujus igitur vicem suppleat Amazon, ex Otaciliæ Augustæ Nummo, a Samiis cuso: quæ mihi (veluti ad Wildian. Select. 138. Num. probatum) non Martialis Juno; uti ad Gallieni Num. 414. opinatur Patinus; non Admeta, Tyrrhenos sacrilegos insequens; uti, ad Gallieni dicti Num. in N. N. Urb. et Pop. 586. credidit Harduinus: non Samia virgo, in stadio decurrens; uti, ad Specim. 19. Tab. 3. Num. 193. probare nititur, amor meus, Morellius: sed procul omni dubio (juvat Plutarchus, Græcar. 56. Quæst.) Amazon, Bacchum fugiens, navi constructa ex Ephesia ditione transfretans. Et tu, Begere, noli contra tendere. Respice, respice saltem picturam, et cogitabis aliud esse in ludis currere, aliud vero trepide hostem fugere.

XVIII. BIGA. LUDOR. CURULIUM.

Lib. III. Cap. 17.

'Tum primum quadrijugis qui Eumelus ante omnes victor declaratur: bigarum præmia Diomedes meruit.'

Inter certamina sacra et ludicra apud Græcos (de Romanorum ludis circensibus hic digressus nolo) fuere quoque curulia. Sophocles, Electr. in narratione pædagogi ficta. Statius, VI. Theb.

In hisce vero agitabantur non tantum quadrigæ. Stat. VIII. Theb. 870. verum et bigæ. Hom. Iliad. ψ. Quæ spectantur in pluribus Siculorum atque Græcorum Numismatibus apud Goltzium, Parutam, Volkhamerum, Begerum, &c.

Hæ autem bigæ apud citatum Goltzium, Græc. 30. Tab. in Philippi regis Nummo. Quippe hic non solum sæpe in Olympicis vicit, quadrigarum bigarumque curriculo, (Justin. XII. 16.) verum etiam curules Olympicorum victorias Numismatibus insignire est solitus, teste Plutarcho.

Ludorum denique Olympicorum curulium meminere Horat. I. Od. l. 3. Pindar. Olymp. 2. Od. Virg. III. Georg. 18. &c.

TABULA QUARTA.

XIX. HYDRA.

Lib. IV. CAP. 19. ubi de Philoctete.

'Quippe Herculis armatus sagittis, quæ infectæ Hydræ sanguine haud sine exitio corpori figebantur.'

INTER labores sive certamina Herculis præsertim emicuit nex Hydræ. Erat autem serpens, ad Lernæ lacum in Argia Peloponnesi regione delitescens, quinquaginta capitum, ex quibus uno amputato, mox alia duo repullulabant. Ovid. IX. Metam. 193. Apollodor. II. Quamobrem non clava sed ignibus hanc bestiam tollere cogebatur Hercules. Unde Seneca, in H. Furent. 241.

Quid? sæva Lernæ monstra, numerosum malum,
Non igne demum vicit et docuit mori?

Videantur et Albricus, de Deor. Imagin. et Ptolem. Hephæstio, apud Photium: qui aurea ex parte capita huic fuisse refert.

Interim Iolcum, Iphicli filium, Herculi laboranti affuisse, et admota face truncatas cervices adussisse, priusquam

nova e stillanti vulnere emergerent capita, fabulatur Apollodorus. Biblioth. II.

Hujus autem Hydræ fel erat tantæ malignitatis, ut spicula eo tincta vulnera infligerent insanabilia. Diodor. IV. 11. Hyginus. 30. Fab. Seneca, H. Fur. 1359. ut et Æschylus, Pindarus, &c.

Nummus hic est Phæstiorum, in Creta; quem dedit Græc. Insular. 7. Tab. Hub. Goltzius, et 225. illustravit Lud. Nonnius.

XX. EURYPYLUS.

Lib. IV. Cap. 14.

'Inter quæ nuncius Priamo supervenit, Eurypylum Telephi ex Mœsia adventare, quem rex multis antea illectum præmiis ad postremum oblatione desponsæ Cassandræ confirmaverat.'

Eurypylus, filius Telephi et Astyochæ (quæ soror Priami) propter amorem Cassandræ Trojanis opem ferens; adducendo Cetheos, quibus imperabat ad Caicum amnem. Q. Smyrnæus, VI. 121.

Fuit autem pulcherrimus, Homero teste, apud quem (Od. λ. 519.) inter infernales umbras occurrit Ulyssi, Sed et bellator, in præliis plurimos Græcos interimens, tandemque tamen ipse, Pyrrho feriente, occumbens. Idem Smyrnæus VII. 180.

Cernitur Eurypylus in Pergamenorum Numismate, apud Ezech. Spanhemium, de Num. us. et Præstant. v. 479. Hadriani Imp. tempore percusso. Unde Begerus Pergamenos, Hadriano supparasitantes, ejusque favorem aucupantes, in Eurypylo fere Antinoi dilectissimi effigiem expressisse, non ineleganter conjicit.

XXI. PALLADIUM.

LIB. V. CAP. 5.

'Cognoscunt ab Antenore editum quondam oraculum Trojanis, maximo exitio civitati fore, si Palladium quod in templo Minervæ esset, extra mœnia tolleretur.'

DE Trojanorum Palladio multi multa. Omnia compilare labor esset Herculeus. Saltem dubitant:

I. Cujus id originis: sunt enim qui e cœlo in Pessinuntem, Phrygiæ urbem, delapsum credant. Herodian. I. 35.

II. Cujus materiæ: quippe sunt, inter quos Clemens Alexandrinus, qui ex ossibus Pelopis factum contendunt; verum ligneum fuisse volunt Scriptores, in Annotationibus inferius citati, 193. lapideum dicit Procopius, B. Goth. I. 13.

III. An fuerit stans vel sedens statua. Namque stantem sive ambulantem credit Apollodorus, III. sedentem vero affirmat Strabo, XIII.

Interim (de Palladio vide cætera, 193. citata) fuit fatum Trojæ. Dionys. Halicarn. I. 69. Ovid. XIII. Metam. 330. Silius XIII. Punicor. 50. et mox Romæ, ab Æneа in Italiam translatum. Pausan. in Corinth. Dionys. Hal. II. 67. Cic. II. Philipp. 10. Lucan. IX. Pharsal. 994. Ovid. VI. Fast.

Denique non omittendum quod Pherecydes habet, a Pallade omnes imagines, quæ non manibus factæ et e cœlo in terram dejectæ, dictas esse Palladias.

Hoc autem Palladium nostrum est e vulgari Domitiani Imp. Nummo, apud Oudano-Oyzelium, 52. Tab. 1. Num.

XXII. ANDROMACHE.

LIB. V. CAP. 13.

'Reliquorum sors agi cœpta, atque ita Neoptolemo Andromacha.'

ANDROMACHA filia erat Eëtionis, (qui rex Cilicum, qui

littorales in Troade Caici tangebant ostia,) uxor Hectoris, cui peperit Astyanacta. Hom. Il. ζ. Hectore vero interemto et Troja capta, Pyrrhus eam in Græciam avexit, et ea Molossum suscepit. Qui tamen postea Hermiones amorem captans, eam Heleno, Priami regis filio, cum parte regni dedit. Virg. III. Æn. 205. Pausan. in Attic.

Amorem in ea conjugalem laudat Ovidius, I. Am. 9. eleg. hisce verbis:

Hector ab Andromaches complexibus ibat in armis,
Et galeam capiti, quæ daret, uxor erat.

Verum et ejus in adversa fortuna constantiam alii. Quippe non tantum mariti luxit mortem et Trojæ flebiles aspexit ruinas, sed et filii, de turre præcipitati, lacera membra colligere fuit coacta. Videatur Seneca, in divina Troade.

Andromaches autem faciem servat Chaoniorum Nummus elegans apud Goltzium, Græc. III. Tab. 9.

XXIII. AJAX, TELAMONIUS.

Lib. v. Cap. 15.

'At lucis principio Ajacem in medio exanimem offendunt; perquirentesque mortis genus, animadvertere ferro interfectum.'

Ajax, filius Telamonis et Hesiones, quæ regis Laomedontis filia. Ovid. Metam. II. 217. Græcorum fortissimus: et quidem invulnerabilis, præterquam in cervice et in latere. Quippe (sic saltem ad Lycophr. Tzetzes) cum Hercules aliquando Salamina adiens, Telamonem inviseret, ibi Ajaci, adhuc tenero, injecit λεοντὴν suam, precatus, ut, qua tegeretur, invulnerabilis fieret puerulus. Ergo, qua non tegebatur, Ajax factus vulnerabilis. Achille mortuo, ut proximus hæres, ejus arma petiit; verum Græcorum proceres, eloquentia moti, hæc Ulyssi tradidere. Unde, præ nimia ira insaniens, in pecora irruit, eaque occidit, Atridas atque Ulyssem sese interimere credens. Verum ad mentis sanitatem rediens et errorem agnoscens, gladio

(quem ei Hector post certamen singulare dono dederat) incubuit: cujus cruor in florem est transmutatus. Sophocles, in Ajace Flagellif. cui adde Alciatum, ad 167. et 175. Emblem. necnon Ovid. XIII. Metam. 391.

In pectus, tum demum vulnera passum,
Qua patuit ferro, letalem condidit ensem.

Nummum hunc, a Prusensibus, in honorem Caracallæ Imp. cusum, ante nos depinxere Patinus, in Impp. Roman. 243. et Sponius, in Itinerar. cui respondet Liceti Gemma, apud Gronovium, Dactylioth. II. 503. Gem. ubi et fax ardens, Ajacem (de Brenno somnium) noctu semet ipsum confodisse significat.

XXIV. NAUSICAA.

Lib. VI. Cap. 6.

'Neque multo post, precibus atque hortatu Ulyssis, Alcinoi filia Nausicaa Telemacho denubit.'

Nausicaa, Alcinoi, Phæacum regis in Corcyra, et Aretes filia, quæ forte cum pedissequis regia exiens, in flumine vestes ablotura, incidit in Ulyssem, naufragum, in littore sedentem, nudum. Huic autem supplici vestes dedit, eumque ad patrem perduxit. Hom. Od. ζ.

Nausicaæ autem pater justus ac pacificus; cujus pomariorum mira fertilitas abiit in proverbium. Statius I. Sylv. 3. 81. Juvenal. V. Sat. 151. Propert. III. 1. Unde et in Nummis Corcyrensium et Dyrrachiensium, apud Goltzium, Græc. 1. 2. et Tab. conspiciuntur, uti primus credidit Begerus, Thesaur. Palatin. I. 455. atque etiam a me confirmatur, ad Wildianor. Selector. 55.

Porro hæc Nausicaa e Numismate Mitylenensium apud Sponium, Miscellan. Erudit. IV. 130.

TABULA QUINTA.

XXV. ALEXANDER, SIVE PARIS.

Lib. i. Cap. 3.

'Per idem tempus Alexander Phrygius, Priami filius, cum Ænea aliisque ex consanguinitate comitibus, Spartæ in domum Menelai hospitio exceptus, indignissimum facinus perpetraverat.'

Paris, Priami, Trojanorum regis filius, patris jussu in sylvis expositus, postquam mater Hecuba in somnis se facem parere visa esset, et vates puerum Trojani excidii caussam fore respondissent. Mater tamen curavit, ut inter pastores Idæos furtim nutriretur. Ibi jam adultus, Œnonem nympham amavit; (Ovid. v. Heroid. Epist.) quæ quoque postmodum, Paridis rogum conscendens, laqueo sibi gulam fregit. Apollod. iii. Tzetzes in Lycophron.

Ceterum de formarum inter Deas Judicio hic non repetemus, quæ citatus Naso, xv. Heroid. Epist. Silius, vii. Punic. 465. Apuleius, x. Milesiacar. Dares, vii. et sic breviter Propert. ii. 2. ubi suam laudat puellam:

Cedite jam, Divæ, quas pastor viderat olim
Idæis tunicam ponere verticibus.

Neque de Helenæ raptu, quæ Coluthus, lib. de Rapt. Helenæ, Horat. Od. ii. 15. aliique.

Inducitur autem parum strenuus, et amorum quam armorum magis studiosus. Interemit tamen Achillem, tandemque a Pyrrho, sive Philoctete, ut alii, est confossus. Vide quæ ad Dictym, iv. 19.

Porro hoc Numisma est imp. Antonini Pii, spectaturque apud Sponium, Recherch. xxiv. 384.

XXVI. JUNO, ARGIVA.

Lib. i. Cap. 16.

'Dein in templo Junonis Argivæ rectorem omnium declarari statuit.'

Juno, ut Sami, (Pausan. in Achaic. et alii, citati ad Wildian. Selector. 136.) ita et Argis, in Peloponneso, culta; nempe super qua regione cum Neptuno decertavit. Pausanias, in Corinth. Horat. i. Od. 7. 8. Argivæ tamen etiam Junonis templa ubique fuere; ut in Lucania, Italiæ parte, (Strabo, vi.) in Campania, (Statius, iii. 1. 105. Plin. H. N. iii. 5.) et in Laconia; Pausan. in Laconia.

Hujus vero sacerdos fuit Admeta, Eurysthei filia; quæ Argis profuga, et Samum sospes appulsa, ut Junoni gratiam referret, perpetuam templi suscepit curam. Sed Argivi, fugam vindicaturi, Deæ rapuerunt simulacrum, ut sic Admetam Samiis redderent exosam. Verum ventis adversantibus abitumque negantibus, exportatam rursus e navi statuam in littore deposuere. Ubi a Samiis repertam Admeta *vinclis* expedivit et in sedem restituit. Vide quæ ex Athenæi xv. ad Wildian. Selector. 141. diximus; et mox ea confer quæ Gronovius, Thesauri i. tom. 5. 4.

Junonis porro templum, columnis et statuis exornatum, ut et Deæ sedentem statuam, eximia magnitudine ex auro et ebore fabricatam, coronatam, et sceptriferam, describit jam citatus Pausan. in Corinthiac.

Nummus autem hic est Brundusiensium, apud Goltz. Sicil. Tab. et Beger. Thes. Brandeb. i. 343.

XXVII. CASTOR et POLLUX.

Lib. i. Cap. 9.

'Agenoris porro Taygetam, eamque ex Jove habuisse Lacedæmonem, ex quo Amyclam natum, et ex eo Argalum, patrem Œbali, quem Tyndari (ex quo Helena genita videretur) patrem constaret.'

Castor et Pollux ergo fuere fratres Helenæ, etiam filii

Jovis et Ledæ, quæ conjux Tyndari. Horum ille equorum domitor. Horat. I. Od. 12. 26. hic vero pugillatu nobilis: teste ibidem Horatio.

Pinguntur pileati. Catull. XXXVIII. nisi pileos voces, quæ aliis olorinorum ovorum (ex iis enim prognati. Horat. II. Sat. 1. 26.) putamina. Lucian. in Dialog. Apoll. et Mercur. Certe hi Lacones, (Pausan. in Lacon. et Messeniac.) et pileus apud Spartanos nobilitatis insigne. Pileis autem adduntur stellæ: (Apuleius X. Metam. Valer. Flaccus, Argonaut. V. 361.) quæ navigantibus salutares. Lucian. Dialog. cit. Horat. I. Od. 3. 3. Silius XV. Punic. 643. Quocirca non solum pilei hi stellati maritimarum urbium (tot Nummis testibus) consueta symbola: verum et ipsi Tyndaridæ littoreis urbibus (Plinio, Strabone, et Stephano probantibus) sua detusere nomina.

Revera enim (aliis et in Zodiaco esse Geminos non ignoro) tantummodo sunt ignes, stellarum instar; quod meteori genus navigantibus prosperum, si in antennis navium appareat geminum: triste vero periculosumque, si solitarium (quod Helenæ tribuitur) in naves delabatur. Statius, III. Sylv. 2. 8. Seneca, Q. Natur. I. 1. Plin. H. N. II. 37.

Nummum hunc Oyzelio debemus, qui eum e gente Sulpiciorum Thesauri 41. dat.

XXVIII. HECTOR.

LIB. III. CAP. 6.

'Postquam Hector per aliam partem relicto curru aufugerat.'

HECTOR, Priami et Hecubæ filius, Andromaches maritus et Astyanactis pater; omnium Trojanorum fortissimus; quo sospite Troja inexpugnabilis. Seneca, in Troad. chor. 125.

Græcis innumeras clades attulit, plurimos interfecit, cum Ajace singulari certamine pugnavit. Hom. Il. η.

Etiam postmodum cum Achille; sed qui eum devicit, occidit, armis spoliavit, raptavit. Hom. Il. ψ. Virg. I. Æn. 487. et II. Æn. 273. corpus auro redemtum patri fere invitus reddidit. Hom. Il. ω. Dictys, III. 27.

Qui tamen, restaurata Troja, ab Iliensibus, narrante Philostrato, divinis honoribus prosecutus.

Spectatur autem Hector in Nummo (de eo barbato quidem, in tabula depicto, Pausan. in Phocic.) ab Iliensibus, in honorem Severi Aug. percusso, quem operis II. parte exhibet Tristanus: quemadmodum et in altero Commodi apud Sambucum; qui Martialicis nostris insertus, XIV. 212.

XXIX. ÆNEAS.

LIB. V. CAP. 17.

'Æneas apud Trojam manet.'

ÆNEAS, Anchisis et Veneris filius, præsertim pietate in patrem notus, quem senio gravem, Troja capta et flammis tradita, per media Græcorum agmina, et per ruentia circa se urbis ædificia ad tuta pertulit. Virg. II. Æn. 707. Statius, III. Sylv. 3. 188. Propert. IV. 1. Martialis, XI. 4. denique et Ovidius noster, ut alibi sæpissime, sic præsertim, XIII. Metam. 624.

Sacra, et sacra altera patrem,
Fert humeris, venerabile onus, Cythereius heros.
De tantis opibus prædam pius eligit illam.

Errores ejus descripsit in divina Æneide Virgilius; in hoc solo culpandus, quod, odio Carthaginis et Pœnorum, Didonem (quæ hisce Dea) Æneæ (a quo gens Julia) fingat scortum: quippe quæ Trojanum nec vidit nec videre potuit. Vide Macrobium, V. Saturnal. 17. Auson. 118. et inter Chronologos, Petavium, Ration. Temp. II. 4.

Nummus porro hic imp. Antonini Pii, maximæ molis est, e Sponii Recherch. XXIV. 384. in quo fœta porca respicit ostentum, de quo Virg. III. Æn. 390. et VIII. Æn. 43.

XXX. ULYSSES.

Lib. vi. Cap. 16.

'Ulysses, vulneratus ab eo, quem minime crediderat, triduo post mortem obiit.'

Ulysses rex Ithacæ insularumque finitimarum, filius Laërtæ et Anticleæ, conjux Penelopes, pater Telemachi.

Sunt tamen qui e Sisypho malunt conceptum; nempe a quo Anticlea, cum duceretur ad Laërtæ nuptias, vim fuerat passa. Videatur Ovid. xiii. Metam. 31.

Erat autem vir pollens facundia, præditus experientia, vafer consilio, egregius bello, patiens laborum. Unde pellax Virgilio, ii. Æneid. 90. duplex Horatio, i. Od. 6. 7. varius Statio, ii. Achilleid. 17. fallax Ovidio, xiii. Metam. 713. audax Tibullo, iv. 1. eleg. ad Messalam.

Hujus egregia ad Trojam consilia et certamina, denique et post eversam urbem errores ejus multiplices longius prosequuntur Homerus, in Il. et Odyss. Ovidius, xii. xiii, atque xiv. Metam. et strictim Tibullus, iv. 1.

An tamen oceanum intraverit, et extra orbis terrarum antiquos limites erraverit Ulysses, grande est dubium. Consulantur Strabo, i. Polyb. Seneca, 88. Epist. Stobæus, Sermon. in Bionis monito.

Hæc nostra Ulyssis pictura desumta ex Abrah. Gorlæi Dactyliothec. edit. primæ 176. Gemma.

TABULA SEXTA.

XXXI. LAOCOON.

Lib. v. Cap. 11.

'Itaque destructa murorum parte, cum joco lasciviaque induxere equum, fœminis inter se atque viris certatim attrahere festinantibus.'

Inter viros tamen, equum intra urbem non recipiendum

suaserat Laocoon, Priami regis ex Hecuba filius et Apollinis Thymbræi sacerdos; hastamque in eum vibraverat. Verum quo facinore Minervæ, ut ejus doni violator, provocavit iram; quæ duos immensæ magnitudinis serpentes e fluctibus evocans, Antiphantem et Thymbræum, Laocoontis filios, mox et ipsum auxilio accurrentem, iis necavit. Virg. II. Æn. 212. Petronius, Satyric. 49. denique Smyrnæus, in multis discrepans; veluti et Hyginus, qui 135. Fab. mavult Apollinem serpentes e mari summisisse; iratum nempe, quod Laocoon sacerdos uxorem duxisset, liberosque ex ea procreasset.

Statuam hanc depictam dedere Pererius, Dalenus, Episcopius, Audrantius, et ante eos Merc. Ravennas, Marlianus, plurimique Itali. Meminit ejus ipse Plin. H. Nat. XXXVI. 5. 'Laocoon,' inquit, 'qui est in Titi imperatoris domo, opus omnibus et picturæ et statuariæ artis præferendum. Ex uno lapide eum, et liberos, draconumque mirabiles nexus, de consilii sententia fecere summi artifices, Agesander, et Polydorus, et Athenodorus, Rhodii.' Quare et hodie eam, e marmore quidem candidissimo, anxie servat Pontificis Maximi Vaticanum viridarium.

Recte autem Begerus hoc monumentum Maronis exornavit carmine, quod funestum Laocoontis casum sic depingit:

Agmine certo
Laocoonta petunt, et primum parva duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterque
Implicat, et miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
Corripiunt, spirisque ligant ingentibus: et jam
Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite et cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit divellere nodos,
Perfusus sanie vittas atroque veneno.
Clamores simul horrendos ad sidera tollit.



E Gemma apud Licetum.

DICTYOS CRETENSIS[a]

DE BELLO TROJANO,

Q. SEPTIMIO ROMANO INTERPRETE,

LIBER I.

[1.] CUNCTI reges, qui Minois Jove geniti pronepotes[b] Græciæ imperitabant,[c] ad dividendas inter se Atrei[1] opes,[d]

1 Delph. *Cretei,* et mox *Creteus:* sic legendum putat Mercerus; Obrecht.

NOTÆ

[a] *Dictyos Cretensis*] Jam de eo plura in præfatione dicta sunt: illud tantum adjiciam, subdititium hunc Dictyn alium esse ab illo quem Græci habuere, qui et ipse supposititius fuit. Nam magna semper hujus generis scriptorum seges fuit. Dictys Græci fragmenta quædam apud Cedrenum leguntur, quæ cum Latino Dicty frustra conferas.

[b] *Pronepotes*] Minois pronepotes, quia ex Cretei filiabus nati; qui Creteus Minois filius fuit.

[c] *Græciæ imperitabant*] Sic infra dixit 'reges Græciæ,' et tres tantum commemoravit, Palamedem, Œacem, et Menelaum.

[d] *Atrei* [*Cretei*] *opes*] In vett. impressis, 'Atrei' et mox 'Atreus namque,' mendo insigni; unde et vulgatus error Grammaticorum de duobus Atreis. 'Cretei' vera lectio, sive Cratei, Dorica dialecto. Nam Creteus Minois filius natu maximus, et

Cretam convenere.[e] Atreus namque ex Minoë [f] postrema sua ordinans, quicquid auri atque argenti, pecorum [g] etiam fuit, nepotibus, quos filiæ genuerant, ex æquo dividendam reliquerat, excepto civitatum terrarumque [h] imperio. Hæc quippe Idomeneus cum Merione,[i] Deucalionis Idomeneus,[k] alter Moli, jussu ejus [l] seorsum habuere. Convenere au-

NOTÆ

regni successor, et cave hunc Creteum confundas cum Cretheo qui Æoli filius fuit.

[e] *Cretam convenere*] Nam ibi regnabat Creteus; quod hic ait Dictys, reges Græciæ Cretam convenisse ut Cretei avi sui successionem dividerent, idem innuit Ovid. in Epist. Paridis Helenæ, ubi de Menelao loquens ait: 'Non habuit tempus quo Cressia regna videret Aptius, o mira calliditate virum!' Et in Epist. Helenæ Paridi, ubi Helena de Menelao: 'Vela quidem Creten ventis dedit ille secundis.' Item: 'Ille quidem procul est ita re cogente profectus: Magna fuit subitæ justaque causa viæ.'

[f] *Ex Minoë*] Supple *genitus*.

[g] *Pecorum*] Nam antiquis illis temporibus regum et aliorum divitiæ pecoribus præcipue constabant; unde et Homero *Polumeloi* et *Eumeloi* dicti sunt.

[h] *Civitatum terrarumque*] *Cretensium*, scilicet.

[i] *Hæc quippe Idomeneus cum Merione*] Nullibi reperio Merionem imperii Cretensis cum Idomeneo participem fuisse, neque video unde illud expiscari potuit Dictys, nisi ita esse crediderit, quod apud Homerum legisset Merionem cum patruo Idomeneo Cretensium ducem fuisse.

[k] *Deucalionis Idomeneus*] Creteus et Deucalion fratres fuere, Minois scilicet filii. Deucalion filios habuit Idomeneum, Creteu, Nothum, et Molum. Apollod. III. Bibliothec. Δευκαλίωνι δὲ ἐγένοντο Ἰδομενεύς τε, καὶ Κρήθη, καὶ Νόθος, καὶ Μῶλος. Qui locus Apollodori mihi mendi suspectus est; neque enim legas alibi Nothum ullum nomine Deucalionis filium fuisse. Legendum, ut et alii monuere, καὶ νόθος Μῶλος: ut Molum non genuinum, sed nothum esse significet. Unde etiam colligere est Merionem nothi filium Idomeneo legitimo Deucalionis filio minime regni participem fuisse.

[l] *Jussu ejus*] Cretei scilicet. Creteus quidem marem filium habebat nomine Althemenen, qui regnum occuparet, verum Althemenes veritus ne patri Creteo mortem inferret, quem oracula monuerant fore ut ab uno e filiis interficeretur, relicta Creta, appulit Rhodum. Illuc postea contendit Creteus senio confectus, Althemeni suo regnum tradere cupiens, isque cum e navi cum principibus sociis in desertum quendam insulæ locum descendisset, a bubulcis prædones ingruisse putantibus ejicitur: interim dum Creteus se Althemenis patrem esse clamat, neque a bubulcis propter canum latratum et pugnæ tumultum exauditur, supervenit Althemenes, qui telo contorto Creteum patrem minime agnitum interfecit, posteaque re cognita Deos comprecatus, terræ hiatu absorptus est: Apollod. III. de quo locum pessime accepit interpres, ubi scribit Apollod. Καὶ μὴ δυναμένων ἀκοῦσαι λέγοντος αὐτοῦ ἀλήθειαν, διὰ τὴν κραυγὴν τῶν κυνῶν, ἀλλὰ βαλλόντων

tem Clymenæ et Nauplii Palamedes, et Œax,[2] [m] dictus ex Cretæ Ida:[3] [n] item Menelaus Æropa et Plisthene genitus, a quo Anaxibia[4] soror,[o] quæ eo tempore Nestori denupta

Catreus.—2 Sic correxit Mercer. antea in Mss. *Æas.*—3 Ms. unus, *dictus ex Creteida:* alter *Dictys ex Creteida:* vulgo *Dictys ex Cretæ Ida*, et sic Delph. Mercer. *dicti Creteidæ.*—4 In vett. codd. *Anaxibæa.*—5 Sic correxit

NOTÆ

κὰκεῖνον, παραγενόμενος Ἀλθημένης, &c. Vertit interpres: 'Quippe vera dicens, cum ob canum latratum, quod ab insulanis percuteretur, exaudiri non posset, Althemenes superveniens,' &c. Quid absurdius? vertere debuerat: 'Et cum eum vera dicentem non modo non exaudirent bubulci ob canum latratum, sed etiam ultro percuterent, pellerent,' &c. Id quidem amantissimum patrem meum fugit, fateor, dum majora sectatur; sed, quod miror, eum etiam latuit qui, post patrem meum, Apollodorum percurrit, quamvis, ut aliquid diceret vel minima rimari necesse habuerit. Sed de eo alibi.

[m] *Clymenæ et Nauplii Palamedes, et Œax*] Nauplius, Neptuni ex Amymone filius, Clymenam Cretei filiam duxit uxorem, et ex ea suscepit Palamedem, et Œacem, quem male quidam *Œacum* appellant.

[n] *Dictus* [*Dictys*] *ex Cretæ Ida*] In Mss. 'dictus ex Cretida,' vel 'Dictys ex Crete Ida.' Sed quæ hic Dicty pars est in hac divisione? an hunc libri titulus irrepsit, qui ita scriptus fuerit, 'Dictys ex Cretæ Ida.' More Græcorum ut subintelligatur *oriundus*, γενόμενος. Vir doctus rescripsit 'dicti Creteidæ;' quippe cum mox Agamemnonem et Menelaum referat dictos Atridas, qui erant Plisthenis, ad tegendam obscuritatem paterni nominis, verisimile est eadem ratione addidisse Palamedem et Œacem Nauplii, dictos Creteidas ab avo materno Creteo, cum origo paterna esset multo ignobilior; Nauplius enim mercaturæ laude potius cluebat quam ulla alia arte; ut ex Apollodoro certum est.

[o] *Anaxibia soror*] Fuit quidem Anaxibia Menelai et Agamemnonis soror, Plisthenis filia. Sed quæ Strophio, non Nestori, ut hic habet Dictys, nupta fuit, et Pyladem peperit. Pausan. in Corinth. Κρίσου δ' ἦν ἀπογόνος τρίτος Πυλάδης, Στροφίου τε ὢν τοῦ Κρίσου, καὶ Ἀναξιβίας ἀδελφῆς Ἀγαμέμνονος. 'Crisi autem erat tertius nepos Pylades, ab Strophio Crisi filio et Anaxibia genitus, Agamemnonis sorore.' Hanc Anaxibiam 'Cyndragoram' vocat Scholiastes Eurip. in Orest. οὗ Στροφίου Ἀστυδάμεια καὶ Πυλάδης ἐκ Κυνδραγόρας τῆς ἀδελφῆς Ἀγαμέμνονος. Etsi idem alibi non semel eandem, cum Pausania, 'Anaxibiam' vocat et Cyndragoram Atrei filiam. Παρόσον, inquit, ὁ Στροφίος Ἀναξιβίαν ἔγημε τὴν Ἀγαμέμνονος ἀδελφὴν, ἐξ ἧς ἐγένετο Πυλάδης, ὥς φησι Κράτης, ἢ ἐπεὶ ὁ Στροφίου πατὴρ Κρίσος Ἀτρέως θυγατέρα ἐγάμει τὴν Κυνδράγοραν. 'Vel quia Strophius Anaxibiam sororem Agamemnonis uxorem duxit, ex qua natus Pylades, ut ait Crates, vel quoniam Strophii pater Crisus Cyndragoram Atrei filiam duxit.' Tandem Hyginus ab aliis discedit et hanc Agamemnonis sororem vocat 'Astyocheam.' Fab. 117. Anaxibia vero, quæ Nestori nupsit, Cratiei filia fuit. Vel potius, ut habet Eustathius,

erat, et Agamemnon major frater, ut vice sua in divisione uteretur,[p] petiverant. Sed hi[q] non Plisthenis,[r] ut erant, magis quam Atrei dicebantur: ob eam causam, quod cum Plisthenes,[s] admodum parvis,[s] ipse agens in primis annis vita functus, nihil dignum ad memoriam nominis reliquisset, Atreus miseratione ætatis secum eos habuerat, neque minus quam regios educaverat. In qua divisione singuli pro nominis celebritate[t] inter se quisque magnifice transegere. [2.] Ad eos re cognita omnes ex origine Europæ,[u] quæ in

NOTÆ

'Atrei;' unde et eam idem Eustathius Agamemnonis sororem dixit: quippe qui Homerum secutus Agamemnonem et Menelaum Atrei, non Plisthenis, filios facit. Sed hic aliter Dictys, qui sic minime excusari potest.

[p] *Vice sua in divisione uteretur*] Hoc est, ut suas partes ageret. Ait Dictys Anaxibiam et Agamemnonem, quorum altera propter sexum, alter propter regni sui custodiam, Cretæ cum aliis adesse non poterant, a Menelao petiisse ut pro ambobus faceret in divisione Cretei, et colligeret amborum sortem.

[q] *Sed hi*] Respondet superioribus: 'Æropa et Plisthene genitus.'

[r] *Non Plisthenis*] Plisthenis etiam filios facit Apollodorus, et multi alii. Hesiod. Æschyl. Porphyrius. Serv. Æn. I. Atridas, inquit, usurpatum est, nam Plisthenis filii fuerunt Agamemnon et Menelaus. Tamen major numerus eorum qui Atrei filios dicunt. In iis constanter Hom. Iliad. II. et *Odyss.* IV.

[s] *Quod cum Plisthenes*] Eustath. II. Il. οὗτοι μὲν ἦσαν κατὰ μὲν τὸ σύνηθες Ἀερόπης καὶ Ἀτρέως παῖδες, τοῦ Πέλοπος· τῇ δὲ ἀληθείᾳ Πλεισθένους, ὥς φασιν ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Πορφύριος ἐν τοῖς ζητήμασι. Ἀλλ' ἐπειδὴ Πλεισθένης νέος τελευτᾷ, μηδὲν καταλήψας μνήμης ἄξιον, νέοι πάνυ ἀνατραφέντες ὑπὸ Ἀτρέως, αὐτοῦ παῖδες ἐκλήθησαν. 'Illi quidem communiter Aëropes et Atrei existimabantur, sed re vera erant Plisthenis filii, ut cum multi alii, tum Porphyrius scribit in suis Quæstionibus. Sed quoniam Plisthenes juvenis adhuc mortuus est, nihil memoria dignum post se relinquens, parvuli ab Atreo avo educati, ejus etiam filii dicti sunt.' Schol. Eurip. Orest. Ἀτρεὺς μὲν τὴν Κλεόλαν τὴν Δίαντος εἰσαγόμενος ἔχε Πλεισθένη τὸ σῶμα ἀσθενῆ, δε Ἐριφύλην γήμας ἔχεν Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον καὶ Ἀναξιβίαν· νέος δὲ τελευτῶν ὁ Πλεισθένης καταλείπει τοὺς παῖδας τῷ πατρί· i. e. 'Atreus, ducta uxore Cleola Diantis filia, Plisthenem genuit corpore infirmum, qui ex Eriphyle Agamemnonem et Menelaum et Anaxibiam liberos suscepit. Eosque Atreo patri suo juvenis adhuc moriens reliquit.' Tamen nescio unde Cleolam Atreo, et Eriphylem Plistheni nuptas dicit.

[t] *Singuli pro nominis celebritate*] Pro cujus nominis celebritate, an cujus opes dividebantur, an singulorum qui eas inter se dividebant? ita ut dicat Dictys, singulos pro sui nominis celebritate magnifice pro se transegisse rem, pepigisse. Gall. *avoit fait son parti.* Nihil aliud video.

[u] *Origine Europæ*] Vellem sane commemorasset aliquos ex iis quos ex origine Europæ Cretam ait inhabitasse. Europa enim ex Jove

ea insula[v] summa religione colitur,[w] confluunt, benigneque salutatos in templum deducunt. Ibi multarum hostiarum more patrio immolatione celebrata, exhibitisque epulis, largiter[6] magnificeque eos habuere: itemque insecutis diebus. At reges Græciæ, etsi ea quæ exhibebantur cum lætitia accipiebant,[7] tamen multo magis templi ejus[x] magnifica pulchritudine, pretiosaque exstructione operum[y] afficiebantur, inspicientes repetentesque memoria singula quæ ex Sidone[z] a Phœnice patre ejus[8] atque nobilibus matronis transmissa magno tum decori erant. [3.] Per idem tempus Alexander Phrygius, Priami filius, Ænea[9] aliisque[a] ex consanguinitate comitibus, Spartæ in domum Menelai hospitio receptus, indignissimum facinus perpetraverat. Is namque ubi animadvertit regem abesse, quod erat Helena præter cæteras Græciæ fœminas miranda spe-

Obrecht. *parvus*. Delph. et vulg.—6 Delph. *large*.—7 Delph. *Itemque i. d. reges Græciæ, et si ea q. e. magnifice c. l. suscipiebant*: in vet. cod. *itemque i. d. Atrei gratia*.—8 Vet. Cod. *quæ ex Sidone Phœniciæ patria ejus*.—9 Ante vocem *Ænea* inserit Delph. *cum*. vett. codd. *filius aliisque ex c.* omissis vocibus *cum*

NOTÆ

Minoëm, Sarpedonem, et Rhadamanthum genuit; nullosque ex Astero sive Asterione Cretensium rege, qui eam uxorem duxerat, liberos suscepit.

[v] *Quæ in ea insula*] Non memini me legisse Europam Cretæ cultam fuisse. Scio quidem eam in Deorum numerum relatam, et apud Phœnices habuisse templa et altaria.

[w] *Colitur*] Ait sua ætate cultam, ut melius lectoribus imponat, tutiusque verum Dictyn mentiatur.

[x] *Templi ejus*] Europæ scilicet.

[y] *Operum*] 'Pendent opera interrupta.' Virg.

[z] *Quæ ex Sidone*] Vetus liber: 'Quæ ex Sidone Phœniciæ, patria ejus.' Inepte; nam vel ea quæ sequuntur 'atque nobilibus matronis,' satis ostendunt legendum *a Phœnice patre ejus*. Et Europæ patrem Phœnicem vocat, ut Homerus, Moschus, et alii multi, tamen potior pars Agenore natam Europam dicit. Utramque opinionem retulit Apollodorus lib. III. *τίνες δὲ Εὐρώπην οὐκ Ἀγήνορος, ἀλλὰ Φοίνικος λέγουσιν*. 'Quidam vero Europam non Agenoris sed Phœnicis filiam dicunt.'

[a] [*Cum*] *Ænea aliisque*] Isthæc 'cum Ænea' absunt a Mss. et sane non convenit cum historia sequenti hic Æneæ comitatus, quem Dares et alii auctores minus verisimiliter commenti sunt. Et non alius infra nominatur quam Glaucus Antenoris, qui expeditionis pœnas morte luit. Erat autem Glaucus ex consanguineis Alexandri; nepos scilicet Æsietæ et Cleomestræ, quæ amita Laomedontis.

cie,[b] amore ejus captus, ipsamque et multas[1] opes[2] domo

Æsea.—1 Delph. *ipsam multasque.*—2 Delph. *degebant.*—3 Delph. *cuncta ei*

NOTÆ

[b] *Miranda specie*] Helenam suæ ætatis pulcherrimam fuisse omnes scriptores tradunt, sed illam nobis fere depingit Dares Phrygius, 'Helenam similem illis Dioscuris, formosam, animo simplici, blandam, cruribus optimis, notam inter duo supercilia habentem, ore pusillo.' Cedrenus: *ἦν γὰρ εὔστολος, εὔμαστος, λευκὴ ὡσεὶ χιὼν, εὔοφρυς, εὔρινος, οὐλόθριξ, ὑπόξανθος, ὀφθαλμοὺς ἔχουσα μεγάλους.* Id est, ut ego interpretor: 'Erat enim longa, mammosa, nive candidior, pulchris superciliis ornata, naso formoso, crispis capillis, subflava, magnis oculis.' Cedreni *τὸ εὔστολος* non intellexerunt viri docti; inter quos doctissimus Meziriacus (is mihi in hisce commentariis instar omnium fuit) qui vertit, *elle étoit propre en habits*, quasi illud inter egregiæ formæ dotes debeat censeri; sed et falsum est etiam Helenam cultu nitidam et ornatam fuisse, antequam Paridem secuta fuisset. Nam Paris, apud Ovidium in Epist. parcam Spartam repræsentat, et ipsam Helenam Spartanasque sordide ornatas. 'Parca sed est Sparte; tu cultu divite digna; Ad talem formam non facit iste locus. Hanc faciem largis sine fine paratibus uti, Deliciisque decet luxuriare novis. Cum videas cultum nostra de gente virorum, Qualem Dardanias credis habere nurus?' Igitur *εὔστολος* est Homero et Pindaro *βαθύζωνος*, ut et notavit Eustath. Nam nisi *βαθύζωνον* longam, *de belle taille*, interpreteris, non video quomodo possit intelligi. Sed de Helenæ pulchritudine omnium optime Constantinus Manasses, nisi in eo tautologiam reprehendas. Ejus verba sunt: *ἦν ἡ γυνὴ περικαλλὴς, εὔοφρυς, εὐχρουστάτη, εὐπάρειος, εὐπρόσωπος, βοῶπις, χιονόχρους, ἑλικοβλέφαρος, ἁβρὰ, χαρίτων γέμον ἄλσος, λευκοβραχίων, τρυφερὰ, κάλλος ἀντικρὺς ἔμπνουν, τὸ πρόσωπον κατάλευκον, ἡ παρειὰ ῥοδόχρους, τὸ πρόσωπον ἐπίχαρι, τὸ βλέφαρον ὡραῖον, κάλλος ἀνεπιτήδευτον, ἀβάπτιστον, αὐτοχροῦν, ἔβαπτε τὴν λευκότητα ῥοδόχροια πυρίνῃ, ὡς εἴτις τὸν ἐλέφαντα βάψει λαμπρᾷ πορφύρᾳ, δειρὴ μακρὰ, κατάλευκος, ὅθεν ἐμυθουργήθη κυκνογενῆ τὴν εὔοπτον Ἑλένην χρηματίζειν.* Id est: 'Erat enim mulier formosissima, pulchris superciliis, corpulenta, pulchris genis, vultu honesto, magnis oculis, nive candidior, superciliis incurvis, delicata, gratiarum sylva, albis brachiis, voluptatibus dedita, pulchritudo spirans, candida grataque facie, genis roseis, sine fuco, albitudinem ejus distinguebat rubor roseus, veluti si quis ebori misceret splendidam purpuram, collo longo, percandido, unde et cycno genita Helena dicta est.' Illa *χαρίτων γέμον ἄλσος* nove et duriter dicta sunt, nullumque ejus locutionis exemplum reperias; neque enim 'sylvam' illi hoc sensu dicunt, quod sciam, nec 'montem;' nam Callimachus poëtam nescio quem irridens quod gratiarum montem dixerit, ait montem illum nihil aliud esse quam siccum et aridum gratiarum collem. Ejus verba sunt: *Ἧπερ ἀδσταλέον χαρίτων λόφον.* 'Quam aridum gratiarum collem.' Eleganter sane, ut quidem ego hunc locum interpretor, qui hucusque interpretum diligentiam fugit, neque ego etiam montes illos et sylvas ferre possim: est enim illud non delphi-

ejus aufert, Æthram quoque et Clymenam[d] Menelai affines,[e] quæ ob necessitudinem cum Helena[f] agebant.[a] Post-

NOTÆ

num sylvis, ut ait poëta Venusinus, sed sylvas et montes hominibus appingere. Quanto melius Anacreon, qui amicæ suæ non sylvam gratiarum imponit, sed eas omnes ejus cervici involitantes describit. Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι. 'Circa collum marmoreum Gratiæ involitent omnes.' At illa, κάλλος ἀντικρὺς ἔμπνουν, satis diu me suspensam habuere. Nam et fuit etiam cum putarem κάλλος esse quarti casus et ἔμπνουν jungi debere cum πρόσωπον, ut esset πρόσωπον ἔμπνουν κάλλος, 'Vultus pulchritudinem spirans.' Qualia multa apud veteres leguntur, sic βλέπειν Ἄρηα. 'Videre, aspicere Martem.' *Avoir le regard martial.* Sed tandem me verum hujus loci sensum assecutam existimo.

c *Multas opes*] Unde infra Helenam, et quæ cum ea abrepta fuerant, per legatos repetit Menelaus. Idem Herodot. in Euterpe, et Homer. Ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι. 'Pro Helena et opibus ejus pugnare.'

d *Æthram et Clymenam*] Earum meminit Ovid. in Epist. Paridis Helenæ. 'Et comitum primas Clymenen Æthramque tuarum Ausus cum blandis nuper adire sonis.' Rursus in Epistola Helenæ Paridi: 'Cetera per socias Clymenen Æthramque loquamur, Quæ mihi sunt comites consiliumque duæ.' Earum meminit et Hom. Il. Γ. Ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο, Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις. 'Et illam una famulæ duæ sequebantur, Æthra Pitthei filia, Clymeneque pulchra.' Hyginus Thisadien quandam Æthræ conjungit: Fab. 92. 'Alexander,' inquit, 'Veneris impulsu Helenam a Lacedæmone ab hospite Menelao Trojam adduxit, eamque in conjugio habuit, cum ancillis duabus Æthra et Thisadie, quas Castor et Pollux captivas ei assignarant, aliquando reginas.' Eam Phisadiem vocavit, Fab. 79. 'Castor et Pollux belligerarunt, et Æthram Thesei matrem et Phisadiem Pirithoi sororem ceperunt, et in servitutem sorori dederunt.' Ita et forsan ista non alia sit quam Clymene Ovidii et Homeri.

e *Affines*] Affinem hic cognatam dicit, et de Æthra quidem certum est, quæ filia fuit Pitthei. Pittheus autem Pelopis filius, Atrei frater. Pittheus genuit Æthram, Atreus Plisthenem. Sic Æthra et Plisthenes erant consobrini, *cousins germains.* At Menelaus Plisthenis filius fuit; fuit igitur Æthræ cognatus. Clymene autem ignota est. Si sit eadem quæ Thisadie sive Phisadie Hygini, soror Pirithoi, certum est eam ad Menelaum pertinere, etsi gradu remotiori: nam Menelaus et Ixion, Thisadiæ pater, erant quod vulgo dicimus; *cousin au quatrième degré.* Id quod clarius patebit ex hoc diagrammate.

Jupiter genuit

Apollinem.	Tantalum.
Apollo	Tantalus
Lapithen. Lapith.	Pelopem. Pel.
Periphan. Periph.	Atreum. Atr.
Anthonem. Anth.	Plisthenem. Plis.
Ixionem. Ixi.	Menelaum.
Pirithoum et Phisadien.	

quam Cretam nuntius venit, et cuncta,[3] quæ ab Alexandro adversus domum Menelai commissa erant, aperuit, per omnem insulam, sicut in tali re fieri amat,[g] fama in majus divulgatur: expugnatam quippe domum regis, eversumque regnum, et alia in talem modum singuli disserebant. [4.] Quibus cognitis Menelaus, etsi abstractio conjugis animum permoverat, multo amplius tamen ob injuriam affinium, quas supra memoravimus, consternabatur. At ubi animadvertit Palamedes, regem ira atque indignatione stupefactum, consilio excidisse, ipse naves parat, atque omni instrumento compositas terræ applicat. Dein pro tempore regem breviter consolatus, positis etiam ex divisione,[h] quæ in tali negotio patiebatur,[4] navem ascendere facit: atque ita ventis ex sententia flantibus, paucis diebus Spartam pervenere. Eo jam Agamemnon et Nestor, omnesque qui[i] ex origine Pelopis in Græcia regnabant, cognitis rebus confluxerant. Igitur postquam Menelaum advenisse sciunt, omnes in unum coëunt. Et quanquam atrocitas facti ad indignationem, ultumque injurias[k] rapiebat, tamen ex consilii sententia legantur prius ad Trojam[l] Palamedes,

quæ.—4 Delph. *quibus ... patiebantur* Vinding. *partiebantur.*—5 Delph. *iisque.*

NOTÆ

[f] *Ob necessitudinem cum Hel.*] Supra ex Hygino vidimus eas Helenæ in servitutem a Castore et Polluce datas fuisse. Idem Apollodorus de Æthra.

[g] *Fieri amat*] Ita in Mss. Male correctores ediderunt 'solet.' 'Amat' eleganter dicitur: sic Græcis φιλεῖ.

[h] *Positis etiam ex divisione*] Positis, in naves scilicet. *Ayant chargé sur les vaisseaux.*

[i] *Omnesque qui*] De regibus Achivorum: vide Hygin.

[k] *Ultumque injurias*] Phrasin mutavit, rapiebat ad indignationem et rapiebat ultum injurias: sed melius dixisset, Ad indignationem et ultionem injuriarum rapiebat. Tamen ejusmodi exempla reperias apud bonos auctores, sed quæ nolim sæpius imitari.

[l] *Legantur prius ad Trojam*] Certum est et Palamedem, Ulyssem, et Menelaum ad Trojam legatos, sed hic Dictys videtur innuere Ulyssem cum aliis Spartam convenisse, quod falsum est: nam Homerus et alii auctores tradunt Agamemnonem et Menelaum in insulam Ithacam ad Ulyssem venisse, ut eum sibi militiæ suæ socium asciscerent. Id cum recusaret Ulysses, insaniam simulans salemque serens equo et bove ad aratrum junctis, Palamedes ei Telemachum filium

Ulysses, et Menelaus: hisque[5] mandatur, ut conquesti injurias, Helenam, et quæ[m] cum ea abrepta erant, repeterent. [5.] Legati[6] paucis diebus[n] ad Trojam veniunt, neque tum[7] Alexandrum in loco offendere. Eum[8] namque properatione navigii inconsulte usum venti[o] ad Cyprum

—6 Vocem *Legati* omittit Delph.—7 Delph. *tamen.*—8 Delph. *Tum . . . usi ventis.* Barth. legendum proponit, *Dum n. propera itione . . . usi ventis.*—

NOTÆ

aratro subjecit, quo viso Ulysses aratra suspendit, seque ita prodidit, et ad bellum ivit.

[m] *Helenam et quæ, &c.*] Solennes legationum formulæ sic apud Plaut. 'Continuo Amphitryo delegit viros primorum principes. Eos legat, Telebois jubet sententiam ut dicant suam. Si sine vi et sine bello velint rapta et raptores tradere, Si quæ asportassent redderent, se exercitum exemplo domum Reducturum,' &c.

[n] *Paucis diebus*] Triduo iter illud confici potuit, si auctori carminum Cypriorum creditur: sane Homerus alicubi dicit Nestorem et Diomedem ex Ilio domum suam quarto die devenisse.

[o] *Inconsulte, &c.*] Certe hic aliquid turbatum est. Legendum puto: 'Neque tum Alexandrum in loco offendere, tum namque properatione navigii inconsulte usus ventis ad Cyprum appulerat, unde.' Et Alexandrum ait post Helenæ raptum inconsulte usum ventis Cyprum devenisse, deinde Phœnicen. Verum Homeri interpretes scribunt eum consulte eandem viam, qua Spartam pervenerat, non iterasse, ne scilicet a Menelao retraheretur. Rursus hic quædam prætermisit Dictys, dum innuit Paridem Cyprum delatum, deinde Phœnicen, ex Phœnice Trojam devenisse. Nam ex aliis scriptoribus docemur eum etiam ad Ægyptum ad Proteum penetrasse, qui Proteus, audito Paridis scelere, eum quidem incolumem dimisit, sed Helenam opesque omnes, quæ cum ea raptæ fuerant, apud se retinuit et Menelao reservavit. Vide Herodot. in Euterp. Homerus quidem Paridem Helenam abducentem tum alibi errabundum describit, tum etiam Sidonem Phœniciæ applicuisse significat, dum ait: Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς Ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον, Τὴν ὁδὸν, ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν. 'Ubi erant pepli varie picti opere mulierum Sidoniarum, quas ipse Paris Deo similis adduxit e Sidone, navigans per latum pontum, ea via qua Helenam abduxit nobilem.' Idem ejus in Ægyptum adventum non obscure innuit, dum ait Helenam pharmaca quædam habuisse, quæ illam Polydamna uxor Thonis docuerat. Ejus verba sunt Odyss. Δ. Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα, Ἐσθλὰ, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις, Αἰγυπτίη. Id est, 'talia Jovis filia (Helena) habebat pharmaca utilia, bona, quæ ipsi Polydamna dedit Thonis uxor, Ægyptia.' Niliaci ostii præfectus erat is Thon sive Thonis, ex Herodoto. Tandem ab aliis omnibus dissentit auctor Carminum Cypriorum, qui ait Paridem ex Sparta triduo Ilium pervenisse.

appulere. Unde sumtis aliquot navibus Phœnicem delapsus, Sidoniorum regem, qui eum amice susceperat, noctu per insidias[9] necat: eademque qua apud Lacedæmonam[1] cupiditate, universam domum ejus in scelus proprium convertit.[p] Ita omnia quæ ad ostentationem regiæ magnificentiæ fuere, indigne rapta,[q] ad naves deferri jubet. Sed ubi ex lamentatione eorum, qui casum domini deflentes, reliqui prædæ aufugerant, tumultus ortus est, populus omnis ad regiam concurrit. Inde quod jam Alexander abreptis, quæ cupierat, ascensionem[2] properabat, pro[3] tempore armati ad naves veniunt, ortoque inter eos acri prælio, cadunt utrimque plurimi; cum obstinate hi regis necem defenderent, hi ne amitterent partam prædam summis opibus anniterentur. Incensis dein duabus navibus, Trojani reliquas strenue defensas liberant, atque ita, fatigatis jam prælio hostibus, evadunt. [6.] Interim apud Trojam legatorum Palamedes, cujus maxime[4] ea tempestate domi bellique[r] consilium valuit, ad Priamum adit,[5] conductoque

9 Delph. *insidiis.*—1 *Lacedæmoniam* Delph. et Barth. ‘qui dubitare se ait an urbs ipsa a Latino auctore ita sit usurpata. Sed observare debuit vir doctissimus, Lacedæmonam apud auctorem, non pro urbe, quæ et Sparta, sed pro Laconia, et regione ipsa sumi, ut ex c. 17. evidens est.’ *Vinding.*—2 Delph. *abscessionem.*—3 Delph. *parvo.*—4 Delph. *in ea.*—5 Delph. *adiit.*—6 Delph.

NOTÆ

Eustath. Ὁ δὲ τὰ Κύπρια ποιήσας λέγει ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀφίκετο εἰς τὸ Ἴλιον ἄγων Ἑλένην, εὐαεῖ τε πνεύματι χρησάμενος, καὶ θαλάττῃ λείᾳ. Id est, ‘Qui Cypria carmina scripsit, dicit quod tertio die ex Sparta Alexander Ilium pervenit, secundo vento usus et mari tranquillo.’ Postrema, εὐαεῖ τε πνεύματι, mihi videntur esse ipsamet verba auctoris Cypriorum. Nam et eadem sic attulit Herodot. Deinde mere poëtica sunt.

[p] *In scelus proprium convertit*] Hæc duriora sunt quam ut recte possint explicari. Facile tamen sentiuntur. Ait Paridem compilatam domum Sidonii regis per scelus sibi propriam fecisse.

[q] *Indigne rapta*] Homeri Interpres ad locum supra laudatum ubi de peplo et mulieribus Sidoniis, quas secum Alexander duxerat, scribit: Παριὼν οὖν διὰ τῆς Σιδῶνος, κἀκεῖθι γυναῖκας ἔξω τοῦ ἄστεος εὑρὼν ἔλαβε τρόπῳ λῃστρικῷ. ‘Per Sidonem præteriens Paris, extra urbem inventas mulieres rapuit more latronum.’ Ubi, ut vides, diversus abit a Nostro, ut et Eustathius ipse, qui τὰς γυναῖκας εἴληφε, inquit, τυχὸν μὲν ὠνησάμενος, ἴσως δὲ καὶ λῃϊσάμενος. ‘Mulieres cepit, forte-an emtas, forte etiam et raptas.’

[r] *Cujus maxime ea tempestate domi bellique*] Neque immerito domi mili-

concilio,[s] primum de Alexandri injuria conqueritur, exponens communis hospitii eversionem. Dein monet, quantas ea res inter duo regna simultates concitatura esset, interjaciens memoriam discordiarum Ili et Pelopis,[t] aliorumque[u] qui ex causis similibus ad internecionem usque gentium pervenissent. Ad postremum, belli difficultates, contraque pacis commoda astruens, non se ignorare ait, quantis mortalibus[v] tam atrox facinus indignationem incuteret: ex quo[w] auctores injuriæ ab omnibus derelictos, impietatis supplicia subituros. Et cum plurima dicere cuperet, Priamus medium ejus interrumpens sermonem: Parcius, quæso, Palamede,[6] inquit; iniquum etenim videtur, insimulari[7] eum qui absit: maxime cum fieri possit, uti quæ criminose objecta sunt,[8] præsenti refutatione diluantur. Hæc atque alia hujusmodi[9] inferens, differri querelas ad adventum Alexandri jubet. Videbat enim, ut singuli, qui in eo concilio aderant, Palamedis oratione moverentur; ut taciti vultu tamen[1] admissum facinus condemnarent, cum singula miro genere orationis

Palamedes.—7 Delph. *videretur insimulare.*—8 Delph. *ut si . . . sint.*—9 Delph.

NOTÆ

tiæque cluebat Palamedes, qui et multas literas Græcas invenerat, et scientiam numerorum, ponderum, et mensuræ. Præterea ne exercitus otio corrumperetur invenit et ludum tesserarum, et πεττείαν, 'laterculorum ludum;' neque enim est, *le jeu du trictrac*, ut quidam putant, verum, *les échecs*. Quod facile ostendi posset. Sed illud præcipue Palamedem commendavit, quod tacticam docuit, artem scilicet ordinandi milites, rationem etiam excubiarum disponendarum invenit, primus dedit tesseram, *donna le premier le mot*.

[s] *Conductoque concilio*] Gallice, *ayant assemblé le conseil;* sic infra, 'senes conducit.'

[t] *Discordiarum Ili et Pelopis*] Quæ scilicet a raptu Ganymedis ortæ, quem Tantalus Pelopis pater rapuerat, vel, ut Suidas et Cedrenus tradunt, apud se a Troë missum, quasi speculatorem, retinuerat, donec apud eum vita decessit.

[u] *Aliorumque*] Ut Centaurorum et Lapitharum, propter raptas uxores. Idæ et Lyncei, qui ob raptum Phœbes et Ilairæ adversus Pollucem et Castorem pugnaverunt.

[v] *Quantis mortalibus*] Legendum omnino: 'Quantam mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret.'

[w] *Ex quo*] Nemo certe ita locutus est, quod sciam: id voluit quod Gallice diceres, *d'où il arriveroit que*, et certe Dictys nostri oratio, etsi alicubi limpida, sæpius tamen cœnosa fluit et lutulenta.

exponerentur: atque in sermone Græci regis [x] inesset quædam permixta miserationi[2] vis. Atque ita eo die concilium dirimitur.[3] Sed legatos Antenor,[y] vir hospitalis, et præter ceteros boni honestique sectator, domum ad se volentes deducit. [7.] Interim paucis post diebus, Alexander cum supradictis comitibus venit,[4] Helenam secum habens. Cujus adventu in tota civitate cum partim exemplum facinoris [z] execrarentur,[5] alii injurias in Menelaum admissas dolerent, nullo omnium approbante, postremo cunctis indignantibus, tumultus ortus est. Quis[6] rebus anxius Priamus filios convocat, eosque quid super tali negotio agendum videretur, consulit: qui una voce minime reddendam Helenam,[a] respondent. Videbant quippe quantæ opes cum ea advectæ[7] essent: quæ universa, si Helena traderetur, necessario amitterent. Præterea permoti forma mulierum quæ cum Helena venerant, nuptias sibi singularum jam animo destinaverant: quippe qui lingua moribusque barbari nihil pensi[b] aut consulti patientes,[8] præda atque libidine transversi agebantur.[c] [8.] Igitur Priamus, relictis his, senes conducit, sententiam filiorum aperit. Dein

ejusmodi Priamus.—1 Delph. *tantum.*—2 Delph. *miserationis.*—3 Delph. *dimittitur.*—4 Delph. *revertitur.*—5 Delph. *Cujus adventum tota civitas . . . exemplo . . . execraretur.*—6 Delph. *Quibus.*—7 Delph. *adductæ.*—8 Delph. *facientes: ha-*

NOTÆ

[x] *Græci regis*] Palamedis.

[y] *Sed legatos Antenor*] Ipse Antenor, apud Hom. Il. Γ. *Ἤδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἤλυθε δῖος Ὀδυσσεύς, Σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης, σὺν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ· Τοὺς δ' ἐγὼ ἐξείνισσα, καὶ ἐν μεγάροισι φίλησα.* 'Jam enim et huc venit divinus Ulysses, tui causa legatus, cum Menelao bellicoso: hos ego hospitio excepi et in meis ædibus amice tractavi.' In cujus facti gratiam, Agamemnon, Ilio capto, Antenoris domum servavit, pantheræ pelle ibi appensa, quæ milites admonebat ut eam præterirent. Eustath. 1616.

[z] *Exemplum*[*Exemplo*] *facinoris*] Gall. *pour l'exemple d'une si vilaine action.*

[a] *Minime reddendam Helenam respondent*] Tamen omnes, excepto uno Deiphobo, reddendam Helenam censebant.

[b] *Nihil pensi*] Pro 'facientes' melius 'habentes,' ut quidam legunt. Sic Sallust. Catil. 'Nihil pensi neque moderati habere:' et Jugurth. 'Nihil pensi neque sancti habere.'

[c] *Transversi agebantur*] Imitatur Sallustium, qui 'transversos agere' dixit pro 'a recto deducere;' *pousser hors du sens, hors du bon chemin.*

conctos, quid agendum sit,[9] consulit. Sed priusquam ex more sententiæ dicerentur, reguli [d] concilium repente irrumpunt, atque inconditis moribus malum singulis minitantur, si aliter, quam ipsis videretur, decernerent. Interim omnis populus indigne admissam injuriam, atque in hunc modum multa alia, cum execratione reclamabat.[e] Ob quæ Alexander cupidine animi præceps, veritus ne quid adversum se a popularibus oriretur, stipatus armatis fratribus impetum in multitudinem facit, multos[1] obtruncat: reliqui interventu procerum, qui in concilio fuerant, duce liberantur Antenore. Ita infectis rebus, populus contemtui habitus, non sine pernicie sua,[f] domum discedit.[2] [9.] Dein secuta die rex hortatu Hecubæ Helenam adit,[3] eamque benigne salutans, bonum animum uti gereret hortatur, quæ cujusque esset,[g] requirit. Tum illa, Alexandri se affinem respondit, magisque ad Priamum et Hecubam, quam ad Plisthenis filios genere pertinere, repetens ordinem[4] omnem majorum: Danaum enim atque Agenorem [h] et sui et Priami generis auctores esse. Namque ex Hesiona[5] Danai filia, et Atlante, Electram natam, quam ex

bentes conjicit Mercer.—9 Delph. *Dein .... esset.*—1 Delph. *multosque.*—2 Delph. *discessit.*—3 Delph. *Deinde ... adiit.*—4 Delph. *originem.*—5 Delph.

NOTÆ

[d] *Reguli*] Filii Priami. Putabam legendum 'regii,' ut subintelligeretur 'pueri.' Sed ita loqui amat Dictys. Sic infra, 'Et reliqui reguli,' de iisdem.

[e] *Reclamabat*] Reclamare proprie est contradicere, recusare, refragari. Verum hic usurpavit pro sæpius clamare. Cujus significationis exemplum frustra alibi quæras.

[f] *Non sine pernicie sua*] Quia multi cæsi.

[g] *Quæ cujusque esset*] Hoc agebat Priamus, ut a se invidiam amoveret. Erat autem ille solennis mos in fidem recipientium: sic apud Virgil. de Sinone: 'Hortamur fari quo sanguine cretus, Quidve ferat, memoret, quæ sit fiducia capto.' Quod si illud non peterent, dicebant, 'quisquis es.' Idem, ibid. 'Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Graios: Noster eris.' Idem et Livius.

[h] *Danaum enim atque Agenorem*] Antequam ad Danai et Agenoris posteros deveniret, ipsius Danai et Agenoris cognatio ante oculos ponenda fuit, quæ talis est; Neptunus ex Libya genuit Belum et Agenorem, Belus Danaum: sic Agenor Danai fuit avunculus, eorum autem posteros sic persequitur Dictys.

Jove gravidam Dardanum genuisse. Ex quo Tros,[i] et deinceps insecuti reges Ilii. Agenoris porro Taygetam, eamque ex Jove habuisse Lacedæmonem, ex quo Amyclam natum, ex eo Argalum patrem Œbali, quem Tyndari, ex quo ipsa genita videretur, patrem constaret. Repetebat etiam cum Hecuba materni generis affinitatem. Agenoris quippe Phineum,[k] et Dymæ patris Hecubæ et Ledæ con-

---

et vulgo, *Pleiona.* Ms. unus, *Iona;* alter, *Ona.* Arg. *Sona.* Med. *Plesione.*—

NOTÆ

Belus genuit
1 Danaum, qui
2 Pleionam, quæ
3 Electram, quæ
4 Dardanum, qui
5 Erichthonium, qui
6 Troëm, qui
7 Ilum, qui
Laomedontem, qui
Priamum, qui
Paridem.

Agenor genuit
1 Taygetam, quæ
2 Lacedæmonem, qui
3 Amyclam, qui
4 Argalum, qui
5 Œbalum, qui
6 Tyndarum, qui
7 Helenam.

Quare, ut vides, remotissima erat Paridis et Helenæ cognatio. Sed et multa etiam in hac serie, contra omnium auctorum sententiam: nam ibi Pleiona Danai filia, quam alii Oceani, et Taygeta Agenoris, quam alii Atlantis, et Œbalus Argali filius, quem alii Perieris filium dicunt. Ita ut Argalus Perieris avunculus fuerit. Simplicius fuisset dicere, Electram et Taygetam sorores Pleionæ, et Atlantis filias fuisse.

Ex Electra,
1 Danaus, qui
2 Erichthonium, qui
3 Troëm, qui
4 Ilum, qui
5 Laomedontem, qui
6 Priamum, qui
7 Paridem.

Ex Taygeta,
1 Lacedæmonem, qui
2 Amyclam, qui
3 Argalum, qui
4 Cynortam, qui
5 Perierem, qui
6 Œbalum, qui
7 Tyndarum, qui
8 Helenam.

[i] *Ex quo Tros*] Erichthonium præterit; ut ex superioribus patet.

[k] *Agenoris quippe Phineum* [*filium Phœnicem*] Legebam, 'Agenoris quippe filium Phœnicem, et deinde Hecubam et Ledam consanguinitatis originem divisisse.' Neque tamen mihi sic satisfaciebam: in Mss. 'Et Dyme patris Hecubæ et Ledæ.' Item 'de Dyme:' unde vir doctus legebat, 'Agenoris quippe Phineum et Phœnicem, et inde patres Hecubæ et Ledæ consanguinitatis originem divisisse.' Sed neque sic etiam video quomodo Hecubæ et Ledæ consanguinitatis ratio constabit. Ex iisdem

sanguinitatis originem demisisse.[6] Postquam[7] memoriter cuncta retexuit,[l] ad postremum flens, orare,[m] ne se, quæ in fidem semel illorum recepta esset, prodendam putarent. Ea secum domo Menelai, quæ propria fuissent,[8] nihil præterea ablatum. Sed utrum immodico amore Alexandri, an pœnarum,[9] [n] quas ob desertam domum a conjuge metuebat, ita sibi consulere maluerit, parum constabat. [10.] Igitur Hecuba, cognita voluntate, simul ob generis conjunctionem complexa Helenam, ne proderetur, summis

6 Delph. *Agenoris quippe filium Phœnicem et deinde . . . divisisse.* Ms. unus *Dime.*—7 Ante *postquam*, inserit Delph. *quæ.*—8 Ante *domo* inserit Delph. *de,* et post Menelai vocem *apportata.*—9 Vulgo addebatur *metu;* sic Delph.; mox

NOTÆ

Mss. forte melius legatur, 'Agenoris quippe filium Phœnicem et Dymam patrem Hecubæ, et Tyndarum Ledæ, consanguinitatis originem divisisse.' Ita ut innuat ex Agenoris posteris patres Hecubæ et Ledæ originem duxisse. Nimirum ex posteris Phœnicis Dymantem patrem Hecubæ: sed illud plane incertum est, nam omnino ignoratur genus Dymantis, quis et a quo satus fuerit. Solus Cedrenus, quod sciam, illum ex Danai posteris ortum dicit, et ita, si illum sequaris, eadem erit Hecubæ et Helenæ affinitatis maternæ ratio, quæ supra paternæ fuit.

[l] *Cuncta retexuit*] Retexere proprie est, quod jam textum est solvere, disjungere. Unde per metaphoram 'detexere' de verbis usurpavit, pro ea quæ intus quasi texta sunt, ordine effutire, foras ejicere. Quo sensu non memini me alibi observasse. Non male etiam 'retexere' accipias pro simplici texere. Sic infra de Menelao.

[m] *Orare*] Subauditur *cœpit.*

[n] *An pœnarum*] Ita in Mss. ita ut vox 'amore' utrique conveniat, et 'Alexandri' et 'pœnarum:' et sane ejusmodi exempla in veteribus scriptoribus leguntur, ut diversis enuntiationibus unica particula aptetur, quamvis alteri minus proprie congruat. Sic Divus Paulus, Ep. ad Tim. I. 4. Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, &c. 'Vetantibus uxores ducere, abstinere cibis,' &c. Ubi necesse est intelligere verbum aliquod contrariæ significationis verbo 'vetantibus,' quod præponatur verbo 'abstinere,' nempe, jubentibus. Sic Phædrus, IV. 17. 'Non veto dimitti, verum cruciari fame.' Pro *verum jubeo cruciari fame.* Et apud Tacit. Agric. 'Nec pœna semper, sed sæpius pœnitentia contentus esse.' Ubi manifestum est 'contentus esse' cum 'pœna et pœnitentia' non posse ex æquo convenire. Tale est et apud Terent. Andr. III. 5. 'Namque hoc tempus præcavere mihi me, non te ulcisci sinit.' Ubi pro 'sinit' debet subintelligi 'cogit' in priori membro sententiæ. Sed illud potius et vitiosum notari debet, cum ob alia, tum maxime quod perspicuitatem tollat. Et hic etiam magis probo 'an pœnarum metu.'

opibus annitebatur: cum jam Priamus et reliqui reguli[o] non amplius differendos legatos dicerent, neque resistendum popularium voluntati;[p] solo omnium Deiphobo Hecubæ assenso; quem non aliter,[q] atque Alexandrum, Helenæ desiderium a recto consilio præpediebat.[r] Itaque cum obstinate Hecuba nunc Priamum, modo filios deprecaretur, modo complexu ejus nulla ratione divelli posset, omnes qui aderant in voluntatem suam[s] transduxit.[1] Ita, ad postremum, bonum publicum[t] materna gratia corruptum est.[2] Dein postero die Menelaus cum suis in concionem venit, conjugem, et quæ cum ea abrepta essent, repetens. Tunc Priamus inter regulos medius astans, facto silentio, optionem Helenæ, quæ ob id in conspectu[3] popularium venerat, offert, si ei videretur, domum ad suos regredi. Quam ferunt dixisse, neque se invitam navigasse,[4] neque sibi cum Menelai matrimonio convenire. Ita[5] reguli, habentes Helenam, non sine exultatione e concione discedunt. [11.] His actis, Ulysses contestandi magis gratia,[u] quam aliquid ea oratione profuturus,[6] cuncta quæ ab Alexandro contra Græciam indigne commissa essent, retexuit.[v] Ob quæ ultionem brevi testatus est. Dein[7] Menelaus ira percitus, atroci vultu exitium minatus, concilium dimittit. Quæ ubi ad Priamidas perlata sunt, confirmant inter se clam, uti

nec pro *neque*.—1 Delph. *nec a . . . ullo modo ulla . . . quæ . . . in voluntate ejus traduxit.*—2 Omittit Delph. *est.*—3 Delph. *conspectum.*—4 Delph. pro vocibus *invitam navigasse* omissis, legit, *in patriam regredi velle.*—5 Delph. *Itaque.*—6 Delph. *ex oratione promoturus.*—7 Delph. *Deinde.*—8 Delph. *ut per dolos.*—

NOTÆ

[o] *Reliqui reguli*] Filios Priami intelligit. *Sic supra.*

[p] *Popularium voluntati*] Qui reddi Helenam petebant.

[q] *Quem non aliter*] Unde etiam mortuo Alexandro uxorem duxit; quare a Menelao postea crudeliter occisus.

[r] *A recto consilio præpediebat*] Hic explicat quod supra dixerat, de filiis Priami, 'transversi agebantur.'

[s] *In voluntatem suam*] Melius dixisset, opinor, 'in voluntatem suam traduxit.'

[t] *Bonum publicum*] Ex Sallust. Jug. 'Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum.' Et ita in vett. edit.

[u] *Contestandi magis gratia*] Contestari est, testes complorare, obtestari.

[v] *Retexuit*] Vide supra.

per dolum[8] legatos circumveniant. Credebant quippe, quod non frustra eos habuit,[9] si legati imperfecto negotio revertissent, fore uti adversum se grande prælium concitaretur. Igitur Antenor, cujus de sanctitate morum supra memoravimus, Priamum convenit, conjurationemque factam conqueritur: filios quippe ejus non legatis, sed adversus se[w] insidias parare, neque id se passurum: dein non multo post legatis rem aperit. Ita exploratis omnibus, adhibito præsidio, cum primum opportunum visum est, inviolatos eos dimittit. [12.] Dum hæc apud Trojam aguntur, disseminata jam per universam Græciam fama, omnes Pelopidæ[x] in unum conveniunt, atque interposita jurisjurandi religione,[y] ni Helena cum abreptis redderetur, bellum se Priamo illaturos confirmant. Legati Lacedæmonam[1] redeunt; de Helena, ejusque voluntate, narrant. Dein Priami filiorumque ejus adversum se dicta gestaque; grande præconium fidei erga legatos Antenoris[z] præferentes. Quæ ubi accepere, decernunt[a] uti singuli in suis locis atque imperiis opes belli parent. Igitur ex concilii sententia, opportunus locus ad conveniendum, et in quo de apparatu belli ageretur, Argi Diomedis reg-

9 Ante *habuit* inserit Delph. *consilium*.—1 Delph. *Lacedæmona*.—2 Delph.

NOTÆ

[w] *Sed adversus se*] Quippe qui legatos hospitio excepisset. Non tam legatis injuriam quam sibi fieri arbitrabatur. Similia in hospites pietatis exempla in veteribus passim invenias; præcipue in Sacris Literis Vet. Testamenti.

[x] *Omnes Pelopidæ*] Quos mox commemorabit.

[y] *Interposita jurisjurandi religione*] Dictys videtur innuere semel duces conjurasse domo Menelai antequam Argos convenirent; et iterum antequam ad parandas opes militiæ in sua regna discederent. Verum istud a se Dictys protulit, contra veterum auctoritatem; apud quos bis tantum Græcorum duces conjurasse reperias; semel, antequam Helenam Menelao collocaretur, cujus jurisjurandi Ulysses auctor dicitur: Apollod. III. Hygin. Fab. 78. et iterum, postquam Argos convenissent, cum se non ante domum suam reversuros, quam Trojam subvertissent, jurati sunt. De quo Horat. I. Od. 15. 'Quam multo repetet Græcia milite, Conjurata tuas rumpere nuptias, Et regnum Priami vetus.'

[z] *Antenoris*] Fidei Antenoris.

num[a] deligitur. [13.] Ita ubi tempus visum est, primus omnium ingenti nomine virtutis atque corporis[b] Ajax Telamonius advenit, cum[3] eo Teucer frater.[c] Dein haud multo post Idomeneus et Meriones, summa inter se juncti concordia. Eorum ego[d] secutus comitatum, ea quidem quæ antea apud Trojam[e] gesta sunt ab Ulysse cognita[4] quam diligentissime retuli: et reliqua quæ deinceps insecuta sunt, quoniam ipse interfui, quam verissime potero exponam. Igitur post eos, quos supra memoravimus, Nestor cum Antilocho et Thrasymede, quos ex Anaxibia susceperat, supervenit. Eos Peneleus[f] insecutus, cum Clonio et Arcesilao[g] consanguineis.[h] Dein Prothenor et Leitus,[i] Bœotiæ principes.[k] Itemque Schedius et Epistrophus,[l] Phocenses; Ascalaphus, et Ialmenus,[m] Orchomenii.

decernitur.—3 Ante *cum* inserit Delph. *et.*—4 Vinding. inserendam vult vo-

NOTÆ

[a] *Argi Diomedis regnum*] Per Diomedis autem regnum, Argos Peloponnesi urbem intellige, ad Inachum fluvium, ubi Diomedes, pro Agamemnone, scilicet, imperitabat.

[b] *Virtutis atque corporis*] Nam et post Achillem fortissimus existimabatur. Hom. Il. B. Ἀνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, Ὄφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν, ὁ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν. 'Virorum autem longe præstantissimus erat Telamonius Ajax, dum Achilles iratus erat, nam hic multo præstantissimus erat.'

[c] *Teucer frater*] Ex patre tantum; nam Ajax ex Peribœa, at Teucer ex Hesiona natus est.

[d] *Eorum ego*] Hoc falsum esse jam multis antea probatum.

[e] *Quæ antea apud Trojam*] In legatione, scilicet, Ulyssis et Menelai.

[f] *Peneleus*] Hippalei et Asteropes filius. Alii patrem vocant 'Hippalmum,' alii 'Hippaleimum.'

[g] *Cum Clonio et Arcesilao*] Clonius Lacreti et Cleobules filius, Archesilaus Lyci et Theobulæ. Hunc Lycum, Archilicum vocat Diod. IV. Homerus, Areilycon, Il. Ξ.

[h] *Consanguineis*] An paterna vel materna origine, nondum potui comperire.

[i] *Prothenor et Leitus*] Prothenem Archesilai fratrem facit Hyginus. Leitus Aletrionis et Cleobules filius.

[k] *Bœotiæ principes*] Ab Homero discedit, ut auctorem suum dissimulet: Homerus enim non solum Prothenorem et Leitum, sed etiam Arcesilaum, Clonium, et Peneleum Bœotiorum principes facit: Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως, καὶ Λήϊτος ἦρχον, Ἀρκεσίλαός τε, Προθοήνωρ τε Κλονίος τε. 'Bœotis quidem Peneleus et Leitus imperabant, Archesilausque, Prothenorque, Cloniusque.'

[l] *Schedius et Epistrophus*] Iphiti Naubolidæ et Hippolites filii. Αὐτὰρ Φωκήων Σχεδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον, Υἱέες Ἰφίτου μεγαθύμου Ναυβολίδαο.

Tum Diores[n] et Meges, ex Phyleo genitus, Thoas ex Andræmone, Eurypylus Euemonis, Ormenius,[o] et Leonteus.[p] [14.] Post quos Achilles Pelei et Thetidis, quæ ex Chirone dicebatur.[q] Hic in primis adolescentiæ annis, procerus, decora facie, studio rerum bellicarum omnes jam tum virtuteque[5] et gloria superabat. Neque tamen aberat[r] ab eo vis quædam inconsulta, et effera[6] morum impatientia. Cum eo Patroclus[s] et Phœnix,[t] alter propter conjunctionem amicitiæ,[u] alter custos[v] atque rector ejus. Tlepolemus[w] dein Herculis: eum[7] insecuti sunt Phidippus et An-

cem *postea* ante *ab Ulysse cognita*.—5 Deest in Delph. *que*.—6 Delph. *fera*.—7 Delph. pro voce *Herculis* habet *Eutaphrates;* omittit quoque *eum*.—

NOTÆ

'Verum Phocensium Schediusque et Epistrophus duces erant, Filii Iphiti magnanimi Naubolidæ.' Et nescio quos auctores secutus, Hyginus eos Argis venisse dixerit, Fab. 97.

[m] *Ascalaphus et Ialmenus*] Filii Martis et Astyoches. De iis vide infra in Catalogo.

[n] *Diores*] Amarnncei filius.

[o] *Eurypylus, Euemonis, Ormenius*] Scribe 'Evæmonis.' *Εὐρύπυλος Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός.* 'Eurypylus, Evæmonis inclytus filius.' Ormenius autem ab Ormenio urbe Thessaliæ, de qua infra. Sed obiter corrigendus Hyginus Fab. 97. Ubi 'Eurypylus Evæmonis et Opis filius Orchomeno navibus XL.' Scribe 'ex Ormenio.' Nihil certius.

[p] *Leonteus*] Filius Coroni, qui Coronus Cænei filius fuit. Hom. *Ἅμα τῷ γε Λεοντεὺς ὄζος Ἄρηος, Υἱὸς ὑπερθύμοιο Κορώνου Καινείδαο.* 'Et cum illo (Polypœte, filio Pirithoi) ibat Leonteus, ramus Martis, filius magnanimi Coroni Cænidæ.'

[q] *Quæ ex Chirone dicebatur*] Sic et libro VI. Thetidem Chironis filiam dicit. Idem Scholiast. Apollonii I. Argon. illum vide. Verum alii Achillis matrem non *Thetidem*, sed Philomelam, Actoris filiam, dicunt. In iis scholiastes Apollonii, et apud eum Deimachus, Eustathius, et schol. Aristophanis, in Nub.

[r] *Neque tamen aberat*] Optime ex Homero et aliis. Sic Horat. in A. P. 'Honoratum si forte reponis Achillem; Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.'

[s] *Patroclus*] Menœtii et Philomelæ, sive potius, Sthenelæ, filius.

[t] *Phœnix*] Amyntoris filius.

[u] *Alter propter conjunctionem*] Patroclus scilicet, qui et Achilli genere proximus fuit. Nam Actor Menœtium suscepit ex Ægina, quæ antea ex Jove Æacum pepererat. At ex Æaco Peleus, Achillis pater. Æacus igitur et Menœtius ex matre fratres erant, Peleus et Patroclus consobrini. Alii hanc proximitatem aliter texunt, et Peleum et Menœtium fratres faciunt, adeoque Patroclum Achillis consobrinum.

[v] *Alter custos*] Vide Hom. Il. IX.

[w] *Tlepolemus*] Herculis et Astyo-

tiphus,[x] insignes armorum specie, avo Hercule. Post eos[8] Protesilaus Iphicli,[y] cum Podarce fratre. Affuit et Eumelus Pheræus,[z] cujus pater Admetus[a] quondam vicaria morte conjugis fata propria protulerat.[9] Podalirius et Machaon, Triccenses,[b] Æsculapio geniti, asciti ad id bellum ob solertiam medicinæ[1] artis.[c] Dein[2] Pæantis Philocteta,[d] qui comes Herculis post discessum ejus ad Deos sagittas divinas, industriæ[e] præmium, consecutus est. Nireus pulcher.[3][f] Ex Athenis Mnestheus,[g] et Ajax Oilei ex Locride. Ex Argis Amphilochus et Sthenelus,[h] Amphiarai

8 Delph. *hos*.—9 Sic correxit Barth. 'ita legendum cum inepte alioqui legatur *pertulerat*.' vulgo et Delph. *pertulerat*.—1 Delph. *medicæ*. nostram lectionem defendit Mercer. 'Ita diserte libri nostri, non *medicæ*; sic, terra Italia, mulier meretrix, senecta ætas, et alia ejusmodi.' Assentitur Vinding. Mercero.—2 Delph. *Deinde*. Delph. et vulgo *a diis*. Arg. *adeos*, 'unde difficile non fuit genuinam lectionem restituere, quam pridem conjectaverat Tollius ad Ausonii Eidyl. IV. Velleius I. 2. 'Anno octogesimo post Trojam captam; centesimo et vigesimo quam Hercules *ad deos* excesserat.' *Obrecht*. —3 Post *pulcher* inserit Delph. *ex Syme*.—4 Delph. *Amphilochus Amphiarai*,

NOTÆ

ches filius. Hom. Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ. 'Quem peperit Astyocha virtuti Herculeæ.'

[x] *Phidippus et Antiphus*] Ex Thessalo et Chalciope nati, qui Thessalus Herculis filius fuit.

[y] *Protesilaus Iphicli*] Ejus mater Eustathio et Hygino 'Diomedea,' Apollodoro dicitur 'Automedusa.' Hic prius Iolaus dicebatur, sed postquam Trojam venit, primusque ex navibus exsiliit, Protesilai nomen invenit, quod πρῶτος τοῦ λαοῦ καθήλατο τῆς νεὼς, καὶ πρῶτος τοῦ λαοῦ πέπτωκε.

[z] *Pheræus*] A Pheris urbe Thessaliæ, de qua infra.

[a] *Cujus pater Admetus*] Eurip. Alcest. Apollod. I. Hygin. fab. 51. Tzetzes, Chiliad. hist. 53.

[b] *Triccenses*] Ex Trica urbe Thessaliæ juxta Peneum; de qua infra.

[c] [*Medicæ*] *Medicinæ artis*] Hom. Ἰητῆρ' ἀγαθὼ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων. 'Medici boni, Podalirius et Machaon.'

[d] *Pæantis Philocteta*] Philoctetæ matrem 'Demonassem' vocat Hyginus.

[e] *Ad Deos* [*a Diis*] *sagittas divinas industriæ*] Non a Diis, sed ab Hercule, neque ob industriam, etsi Homero τόξων εὖ εἰδὼς, sed quod Herculi pyram struxisset.

[f] *Nireus pulcher*] Aglaies et Charopi filius. Νιρεὺς Ἀγλαΐης θ' υἱὸς, Χαρόποιό τ' ἄνακτος, Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. 'Nireus Aglaies filius et Charopi regis, Nireus, qui pulcherrimus vir ad Ilium venit Aliorum Danaum, post inculpabilem Achillem.'

[g] *Mnestheus*] Homero Menestheus, filius Petei.

[h] *Sthenelus*] Capanei et Evadnes filius.

Amphilochus,[i] Capanei alter:[4] cum his Euryalus[*] Mecistei. Dein ex Ætolia Thessandrus[k] Polynicis. Postremo omnium Demophoon,[5] atque Acamas[l] fuere, cuncti ex origine Pelopis.[m] Sed eos quos[6] memoravimus, plures alii ex suis quisque regionibus, partim ex regum comitibus, alii ipsius regni participes insecuti sunt: quorum nomina sigillatim exponere haud necessarium visum est. [15.] Igitur ubi Argis convenere,[7] Diomedes hospitio cunctos recipit, necessariaque præbet. Dein[8] Agamemnon grande auri pondus Mycenis apportatum per singulos dispertiens, promtiores animos omnium ad bellum quod parabatur facit. Tum communi consilio super conditione prælii[†] jusjurandum interponi hoc modo placuit: Calchas filius Thestoris,[9][n] præscius futurorum, porcum marem[o] in medium forum afferri jubet; quem in duas partes exsectum,[p] orienti

et Sthenelus Capanei, et cum his . . . omisso Amphilocho altero.—5 Delph. *Demophon.*—6 Post quos inserit Delph. *supra.*—7 Delph. *Igitur ubi Argos omnes venere.*—8 Delph. *Deinde.*—9 ‘Ita scribendum, non *Nestoris*, quamvis accla-

NOTÆ

[i] *Amphilochus*] Amphilochus quidem Amphiarai filius fuit, sed nemo eum inter Græciæ duces præter Dictym retulit, et Homerus ne ejus meminit quidem.

[*] *Et cum his Euryalus*] Ex Homero *Τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν ἰσόθεος φὼς, Μηκιστέως υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος.* ‘Et cum his Euryalus tertius ibat, Deo similis vir, Mecistei filius Talæonidæ regis.’ Verum hic Dictys Euryalum Amphilochi et Stheneli socium facit, quem Homerus Diomedis et Stheneli.

[k] *Thessandrus*] Non meminit Homerus; at eum Hyginus inter eos qui in equo Trojano sederunt commemorat.

[l] *Demophoon, atque Acamas*] Thesei et Phædræ; eorum quidem non meminit Homerus. Verum Plutarchus in vita Thesei. Pausan. Euripid. Scholiastes, Quint. Calab. Tryphiod. et alii eos affirmant bello Trojano interfuisse.

[m] *Cuncti ex origine Pelopis*] Nescio quos auctores secutus hic Noster sit, eos omnes duces ex origine Pelopis fuisse; nam id omnino falsum est; lege modo Apollod. Hygin. &c.

[†] *Conditione prælii*] *Prælium* et *bellum* confundit Noster, et utroque promiscue utitur.

[n] *Calchas Thestoris*] Κάλχας Θεστορίδης. Hom.

[o] *Porcum marem*] Recte. Sic antiquis dicebatur bos mas, bos fœmina, agnus fœmina.

[p] *Quem in duas partes exsectum, &c.*] Qui mos in fœderibus sanciendis, primis illis temporibus, solennis fuit. Genesis, xv. 9. ‘Et respondit Dominus, Sume, inquit, mihi vaccam triennem, et capram trimam, et arietem

occidentique dividit, atque[1] singulos nudatis gladiis per medium transire jubet. Dein[2] mucronibus sanguine ejus oblitis, adhibitis etiam aliis ad eam rem necessariis, inimicitias sibi cum Priamo per religionem confirmant: neque prius se bellum deserturos,[q] quam Ilium atque omne regnum eruissent.[r] Quis perfectis pure lauti, Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere.[s] [16.] Dein in templo Junonis Argivæ rectorem omnium declarari placuit. Igitur singuli in tabellis, quas ad deligendum belli principem, quem cuique videretur,[t] acceperant, Punicis literis[u] nomen Agamemnonis designant. Ita consensu omnium secundo rumore, summam belli atque exercitus in se suscipit: quod ei[3] et propter germanum,[v] cujus

mantibus imperite omnibus libris; mox recte libri veteres.' *Mercer.*—1 Inserit *ita* post *atque* Delph.—2 Delph. *Deinde.*—3 Deest *ei* in Delph.—4 Delph.

NOTÆ

annorum trium, turturem quoque et columbam.' v. 10. 'Qui tollens universa hæc, divisit ea per medium, et utrasque partes contra se altrinsecus posuit, aves autem non divisit,' &c. v. 17. 'et apparuit clibanus fumans, et lampas ignis transiens inter divisiones illas.' Inter divisiones illas transibant etiam qui feriebant fœdera, Jerem. xxxiv. 18. 'Et dabo viros qui prævaricati sunt fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus.' vs. 19. 'Principes Judæ et principes Jerusalem, Eunuchi et Sacerdotes, et omnis populus terræ, qui transierunt inter divisiones vituli.' Eo autem significabant ita se in duas partes dividi et scindi velle, si scientes fallerent.

[q] *Neque prius se bellum deserturos*] Repete verbum 'confirmant' a communi: (ut Græcis dicunt:) itaque sic vox 'confirmant' duplicem habet significationem. Quod ego vitiosum puto; nam obscuritatem affert, et contra judicium est. Sed vide not. n. p. 106.

[r] *Quam Ilium atque omne regnum eruissent*] Pausanias: *ἐνταῦθα παραμένειν πολεμοῦντας ἕως ἂν ἢ τὸ Ἴλιον ἕλωσιν, ἢ μαχομένους τελευτὴ σφᾶς ἐπιλάβῃ.* 'Ibi permansuros donec vel Ilium ceperint, vel pugnantes eos mors occuparit.'

[s] *Adhospitavere*] Sibi amicos faventes et propitios reddidere. Nemo quod sciam hac voce usus est. 'Hospitare' etiam activa, quod alii passiva terminatione 'hospitari.'

[t] *Quem cuique videretur*] Subaudi 'deligere.'

[u] *Punicis literis*] Punicæ literæ Græcis ignotæ esse non poterant; nam a Phœnicibus ad eos cum literis scientiæ venerunt. Sed unde Noster istud hauserit, incertum est. Puto eum de suo addidisse, ut sibi majorem fidem conciliaret.

[v] *Et propter germanum*] Hanc opi-

gratia id parabatur bellum, et propter magnam opum vim, quibus præter ceteros Græciæ reges magnus atque clarus habebatur, merito acciderat.[w] Dein duces præfectosque navium Achillem, Ajacem,[x] et Phœnicem[4] destinant. Præponuntur[5] etiam campestri exercitui Palamedes cum Diomede et Ulysse, ita ut inter se diurnas,[y] vigiliarumque vices dispertiant. His peractis, ad parandas opes atque instrumenta militiæ, singuli in sua regna discedunt. Interim belli studio ardebat omnis Græcia: arma, tela, equi, naves, atque hæc omnia toto biennio[z] præparantur: cum juventus partim sua sponte, alii æqualium ad gloriam æmulatione munia[6] militiæ festinarent. Sed inter hæc, summa cura, vis magna navium præcipue fabricatur: scilicet ne multa millia exercituum undique versum[a] in unum collecta, incuria navigandi[b] tardarentur. [17.] Igitur peracto biennio ad Aulida[c] Bœotiæ, nam is locus delectus fuerat, singuli reges pro facultate opum regnique instructas classes præmittunt. Ex quis primus Agamemnon ex Mycenis naves centum,[d] aliisque[7] sexaginta,[e] quas ex diversis civi-

Phœnicemque.—5 Delph. *Præponitur.*—6 Deest *ad* ante *munia* in Delph. ‘Deleo voculam *ad*, et ita Noster initio lib. III.’ *Vinding.*—7 Delph. *aliasque.*

NOTÆ

nionem secutus Euripid. in Iphig. in Aulid. Κἀμὲ στρατηγεῖν κατὰ Μενέλεω χάριν Εἵλοντο, σύγγονόν γε. ‘Et me ducem exercitus in Menelai gratiam elegerunt, ejus fratrem.’ Sed eam refutat Eustath. et alteram amplectitur; namque Agamemnonem ducem omnium factum, quod ceteros divitiis superaret, quippe qui præter Peloponnesum plures insulas sub ditione teneret, ut Rhodum, Æginam, &c.

[w] *Merito acciderat*] Certe rescribendum ‘accidit.’ Nisi dicas hic Noster male tempora mutasse.

[x] *Ajacem*] Telamonium scilicet, qui Achilli consobrinus.

[y] *Diurnas*] Repete ‘vices.’

[z] *Toto biennio*] Vid. loc. insig. Eustath. circ. finem Il.

[a] *Undique versum*] Unica voce legendum *undiqueversum*. Sic Solin. 58. ‘undiqueversum quousquam gentium sint ad regiam Memnonis convenere.’

[b] *Incuria navigandi*] Pro, incuria eorum quæ ad navigandum necessaria erant.

[c] *Aulida*] Juxta Euripum Eubœæ.

[d] *Naves centum*] Supple, præmisit, adduxit, &c. Et Homerum præcipue hic sequitur Dictys, etsi ab eo aliquando diversus abit; quod ego indicasse contenta, reliqua præteribo, ubi cum illo congruit.

[e] *Aliisque sexaginta*] Nemo non videt legendum esse: *aliisque sexagin-*

tatibus quæ sub eo erant, contraxerat,[8] Agapenorem præfecit. Nestor nonaginta navium instructam classem: Menelaus ex omni Lacedæmonia[9] naves sexaginta: Mnestheus ex Athenis quinquaginta: Elephenor[f] ex Eubœa quadraginta:[1] Ajax Telamonius Salamina[2] duodecim: Diomedes[g] Argis[3] octoginta navium classem: Ascalaphus et Ialmenus, Orchomenii,[h] naves triginta: Oileus Ajax quadraginta: item ex omni Bœotia Arcesilaus, Prothenor, Peneleus, Leitus, Clonius naves quinquaginta: quadraginta ex Phocide Schedius et Epistrophus; dein Thalpius et

'Lege *aliisque sexaginta* . . . *Agapenorem præfecit;* adeo ut centum naves duxerit Agam. sexaginta Agapenor, quas tamen ab Agam. acceperat; sed ipse ex Arcadia milites et remiges imposuerat, teste Hom. 'Ιλ. β.' *Vinding.*—8 'Ita recte libri, non *construxerat.*' Mercer.—9 Delph. *Lacedæmone.*—1 Delph. *triginta.* 'In libris: *Mnestheus ex Athenis LXI. Elephenor ex Eubœa; Ajax Telamonis XII.* Scribe, *ex Athenis LX. XL. Elephenor ex Eubœa; Ajax S. XII.* Convenit cum Homero.' *Mercer.*—2 Delph. *Salamine.*—3 Inserit Delph. *ex* ante *Argis,* et mox ante *Elide* . . . *Rhodo* . . . *Methona* . . . *Acarnania* . . . *Thebis* . . .

NOTÆ

ta, &c. Agapenorem præfecit. Sexaginta illas naves Arcadiis dederat Agamemnon, qui, quod mediterranei essent, fabricandis navibus parum idonei videbantur. Hom. Τῶν ἦρχ' Ἀγκαίοιο πάϊς κρείων Ἀγαπήνωρ Ἑξήκοντα νεῶν· πολέες δ' ἐν νηῒ ἑκάστῃ Ἀρκάδες ἄνδρες ἔβαινον ἐπιστάμενοι πολέμοιο. Αὐτὸς γάρ σφιν δῶκεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων Νῆας ἐϋσσέλμους, περάαν ἐπὶ οἴνοπα πόντον, Ἀτρείδης· ἐπεὶ οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει. 'His imperabat Ancæi filius rex Agapēnor Cum sexaginta navibus: multi autem in singulam navem Arcades viri ascenderunt, bello instructi. Ipse enim eis dedit rex virorum Agamemnon Naves bene transtratas, ad transfretandum magnum pontum, Atrides, quoniam non ipsis marina opera curæ erant.'

[f] *Elephenor ex Eubœa quadr.* [*triginta*] At illi Hom. quadraginta naves tribuit. Τῶν δ' αὖθ' ἡγεμόνευ' Ἐλεφήνωρ, ὄζος Ἄρηος, Χαλκωδοντιάδης, μεγαθύμων ἀρχὸς Ἀβάντων. Τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο Θοοί, ὄπιθεν κομόωντες, &c. Τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο. 'Horum autem duxerat Elephenor, ramus Martis, Chalcodontis filius, magnanimorum princeps Abantum. Hunc simul Abantes sequebantur veloces, a tergo comati, &c. Hunc simul quadraginta nigræ naves sequebantur.' Sed hic noster Hyginum sequutus est.

[g] *Diomedes*] Cum Sthenelo et Euryalo. Verum Diomedis tantum meminit Dictys, quia Συμπάντων δ' ἡγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης: 'Omnibus præerat fortis Diomedes.' Euryali non meminit Hygin. qui Diomedi naves triginta tribuit, Sthenelo viginti quinque.

[h] *Orchomenii*] Ex Orchomeno, urbe Bœotiæ, supra Copaidem lacum, ad Cephissum fluvium. Alia est Orchomenus in Arcadia, intra Parthenium montem et Stymphalum fluvium. Hujus vestigia sua ætate vix apparuisse scribit Strabo.

Diores, cum Amphimacho et Polyxeno, Elide aliisque civitatibus[i] regionis ejus naves quadraginta: Thoas ex Ætolia[k] quadraginta: Meges ex Dulichio et ex insulis Echinadibus[l] quadraginta: Idomeneus cum Merione ex omni Creta classem navium octoginta: ex Ithaca[m] Ulysses duodecim: quadraginta Prothous Magnes:[4 n] Tlepolemus Rhodo, aliisque circa eam insulis,[o] novem: undecim[5 p] Eumelus Pheris:[q]

Coloph. quam vocem in illis locis expunxit Artop.—4 'Ita scribendum, non *manus*, quod est in omnibus editis et scriptis libris.' *Mercer.*—5 Delph. *aliisque insulis quæ circa eam erant octo.* Mercerus, cui assentitur Obrecht., vulg.

NOTÆ

[i] *Elide aliisque civitatibus*] Ut Buprasio, Hyrmine, Myrsino. De quibus vide Strab. VIII. Elis autem regio Peloponnesi, ad littus occiduum.

[k] *Ætolia*] Inter Acarnaniam et Corinthiacum sinum.

[l] *Ex Dulichio et ex insulis Echinadibus*] At de Echinadibus insulis una est ipsum Dulichium. Nimirum Homerum imitatus est, qui figura uti amat, qua pars ponitur cum toto: Οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων. 'Quique ex Dulichio sacrisque Echinadibus.' Et Οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον, καὶ Χαλκίδα τ' Εἰρέτριάν τε. 'Quique Eubœam habitabant, et Chalcida et Eiretriam.' Cum sint in Eubœa Chalcis et Eretria. Eadem figura usi sunt Hipponax, Alcman, et Æschylus. Echinades insulæ in mari Ionio, juxta Peloponnesum; nunc *Cozzulari*.

[m] *Ex Ithaca*] Ionii maris insula, supra Cephaleniam; hodie *Valle di Compaze*, *Phiaci* Turcis dicitur. Neque ex Ithaca tantum naves suas instruxerat Ulysses, sed ex Cephalenia, Leucade, Zacyntho, Samo, insulis, et ex Epiro. Homer.

[n] *Prothous Magnes*] E Magnesia, Thessaliæ regione intra Peneum fluvium et Pelium montem. Verum cum circa Peneum et Pelium habitarent etiam alii, quos Homerus commemoravit, ut Gortynii, Pheræi, qui Eumelum secuti sunt, et alii plures, quæritur qui fuerint illi Magnetes Prothoo subditi; neque enim ullum eorum locum signavit Homerus, sed obscure designavit, inquiens eos circa Peneum habitare. Respondet Strabo, ob continentes migrationes, mutationes, permixtionesque communitatum, etiam nomina gentesque confusas esse: unde factum est ut nostris hominibus nonnunquam offeratur perplexitas.

[o] *Rhodo, aliisque circa eam insulis*] Scripserat Homerus: Οἳ Ῥόδον ἀμφενέμοντο, διάτριχα κοσμηθέντες, Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον· Τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν. 'Qui Rhodum habitabant, trifariam distincti, Lindum, Jalyssumque, et argillosam Camirum: His quidem imperabat Tlepolemus hasta inclytus.' Noster putavit 'Lindum, Jalyssum et Camirum' esse insulas, Rhodo adjacentes; quæ revera sunt ipsius Rhodi urbes. Vide Strab. XIV.

[p] *Octo*] Homerus novem naves dat, ut Hygin. et Dares.

[q] *Pheris*] Hyginum corrigendum puto, qui scribit Eumelum ex Perrhebia. Sane Homer. Pheras, lacum Bœbeidem, Bœben, Glaphuras, et Iolcum nominat, cum Eumelo subditos

Achilles ex Pelasgico[r] quinquaginta: tres Nireus ex Syme:[s] Podarces et Protesilaus ex Phylaca, aliisque[t] quibus præerant locis, naves quadraginta: triginta Podalirius et Machaon:[u] Philocteta[*] Methona[6] aliisque civitatibus[v] naves septem: Eurypylus Ormenius[7][w] quadraginta: duas et viginti Guneus Perrhæbis:[x] Leonteus et Polypœtes ex suis regio-

lect. *octo* in *novem* correxit.—* Delph. *Philoctetes.*—6 Delph. *Methone.*—

NOTÆ

recenset. Pheræ termini sunt Pelasgici campi ad Magnesiam, qui ad Pelium usque montem porrigitur, stadiis CLX. Bœbeis palus Pheris vicina est, et contigua extremitatibus Pelii atque Magnesiæ. Bœbe, oppidulum est, paludi imminens. Glaphyrarum non meminit Strabo. Stephanus Thessaliæ urbem dicit. Eustathius a Glaphyro quodam dictas scribit, cujus locum obiter emendabis: *κληθείσας ἀπὸ τοῦ μνημονευθέντος γλαφύρα.* Rescribe, *Γλαφύρου*, 'a supra memorato Glaphyro.' Iolcos ad littus maris sinus Pelasgici. Hinc Argonautæ navem solverunt. Iaolcon vocat Homer.

[r] *Ex Pelasgico*] *Pelasgicum* hic dicit, quod Homerus 'Pelasgicum Argos;' nimirum Thessaliam illam, quæ est inter ostia Penei et Thermopylas, usque ad montem Pindum: quod ea loca Pelasgi, vaga gens, quondam obtinuerint.

[s] *Syme*] Insula maris Carpathii, inter Rhodum et Gnidum; olim Metapontis dicta, et Ægle.

[t] *Ex Phylaca, aliisque, &c.*] Ut Pyrrhasum, fanum Cereris, Itona, Antrona, et Pteleum; quæ sub Protesilao fuerunt, et sitæ erant in ora maritima Phthiotidis, secundum Achillis ditionem usque ad Antronem. Et Phylace Thebis Phthioticis propinqua, quæ et ipsæ suberant Protesilao, ut Alos quoque et Larissa, Cremaste, et Demetrium, versus ortum a monte Othry. Demeter Græcis est Ceres; itaque Demetrium Cereris fanum. Et Homerus vocavit Pyrasum. Fuit Pyrasus urbs commodo portu prædita, a duobus stadiis habens lucum Cereri sacrum, ejusdemque templum. Infra Thebas viginti stadiis jacebat Pyrasus. Prope Amphrisium amnem Iton; ubi Itoniæ templum Minervæ. Supra Antronem est Pteleum; supra Pteleum, Thebæ; supra Thebas, Alos. Strab. IX.

[u] *Podalirius et Machaon*] Ex Tricca, Methone, et Œchalia. Homer. Tricca quidem et Methone urbes Æstiæotidis, Thessaliæ regionis, supra Peneum fluvium. Sed de Œchalia, quam Eurysti urbem Homerus vocat, ambigitur ubi locorum sita fuerit: nam eam in Æstiæotide ponunt, et in Eubœa, et in Arcadia.

[v] *Methona aliisque civitatibus*] Thaumacia, Melibœa, et Olizone; quæ omnes in Magnesia, ad ipsum maris littus: nam Magnesiæ Philoctetæ ditionem Veteres ascripserunt.

[w] *Ormenius*] Ex Ormenio, civitate Magnesiæ, in littore sinus Pelasgici, sub Pelio monte. Homerus addit fontem Hypeream et urbem Asterium. Hypeream in media Pheræorum urbe ponit Strabo, et non procul inde Asterium.

[x] *Perrhæbis*] Perrhæbi primo eam Thessaliæ partem tenuerunt, quæ est supra Peneum ad Olympum montem; sed postea a Lapithis superati, mon-

nibus[y] quadraginta: triginta ex insulis[z] Co, Crapatho, et aliis, cum Antipho Phidippus:[8] Thessandrus, quem Polynicis[a] supra memoravimus, Thebis naves quinquaginta: Calchas Acarnania[b] viginti: Mopsus[c] Colophona[9] viginta: Epios[1 d] ex insulis Cycladibus triginta.[e] Easque magna vi frumenti, aliorumque[2] necessariorum ci-

7 Ita scripsit Mercer ex Homero. *Orchomenius* erat in omnibus libris.—8 Delph. *Ex insulis Nisyro, Carpatho, Co, Caso, et Calydnis;* omissis vocibus *et aliis cum Antipho Phidippus.* Mercerus *ex insulis congregatis.* 'Ita libri: intelligit eas quæ in Homer. catalogo, N. C. C. C. et C. quas frustra hic intruserant correctores.' Arg. *Triginta ex insulis congregatas.* Med. *ex insulis Eutaphrates XXX.* Venet. *ex insulis Nisyro, Caprate, Coo Eutaphrates.*—9 Delph. *Colophone.*—1 Delph. *Epeus.*—2 Delph. *aliis quoque.*—

NOTÆ

tana Pindi occupavere, juxta Athamanas. Et de his loquitur Dictys. Nam inde erat Gnneus. Ibidem etiam Enienes populos fuisse existimo, et urbem Cyphum; de quibus Homerus.

[y] *Ex suis regionibus*] Ex Argissa, Gyrtone, Orthe, Elone, Oloossone, urbibus Perrhæbiæ superioris, ejus scilicet quæ ad Olympum montem. Vide Strab. IX.

[z] *Ex insulis*] De his insulis, quæ sunt in mari Carpathio, vide Strab. X. in fine.

[a] *Thessandrus Polynicis*] Deest in Catalogo Homeri. Noster, quia auctore suo deficitur, sibi non constat: nam hic ait Thebis venisse cum supra memoratis, hoc est, Bœotis Arcesilao, Prothenore, Peneleo, Leito, Clonio; et paulo ante dixit, venisse ex Ætolia. Quod nulla ratione fulciri potest; cum Thessandrus per Epigonos restitutus sit in Thebarum regnum, ante expeditionem Trojanam. At in Homero nulla ejus mentio; quia occisus ante iram Achillis. Addit etiam noster Calchantem, Mopsum, Epeum; quorum nulla mentio in Homeri Catalogo. Nec verisimile Calchantem et Epeum tot naves instruxisse. Mopsi in Trojana expeditione non memini fieri alibi mentionem; contra omnis antiquitas consentit, in reditu Calchantem, cum aliis comitatus appulisset Colophona, ubi regnabat Mopsus Mantus filius, insignis vaticinandi peritia, victum a Mopso, arguente ejus inscitiam, pudore an dolore confusum, interiisse. *Jos. Mercer.*

[b] *Acarnania*] Sub sinu Ambracio. At Mycenis Calchantem venisse, scribit Hygin. Porro hic ei naves dat Noster, illo Homeri deceptus Iliad. Καὶ νήεσσ' ἡγήσατο Ἴλιον εἴσω. 'Et navibus dux fuit Achivorum intra Ilium.'

[c] *Mopsus*] Duo fuere Mopsi, ambo divinandi scientia illustres. Prior Ampyei et Chloridis filius, qui Argonautas secutus, morsu serpentis interiit. Alter Mantus filius, quæ Manto ex Tiresia nata fuit. De posteriori loquitur Dictys, etsi eum Dares inter Priami duces recenset.

[d] *Epios* [*Epeus*] Hic est, qui equum Trojanum fabricavit.

[e] *Triginta*] Itaque ex Dicty navium Græcarum numerus fuit 1253. at ex Homero, 1186. Scholiastes Euripidis, in Oreste, fuisse dicit 1155. Dares, tantum 1140. Cedrenus, 1148. Thucydides et Chrysostomus, 1200.

bi[f] replent. Quippe ita ab Agamemnone mandatum acceperant, scilicet ne tanta vis militum,[g] necessariorum penuria fatigaretur. [18.] Igitur inter tantum classium apparatum, equi atque currus bellici,[h] pro locorum conditione[3] multi, sed pedestres milites pars maxima; ob eam causam, quia[4] per omnem Græciam[i] multo majore egestate pabuli equitatus usus prohibetur. Præterea fuere multi, qui ob artis peritiam necessarii nautico apparatui credebantur. Per idem tempus Lycius Sarpedon, neque pretio neque gratia Phalidis[5] Sidoniorum regis[k] illici quivit,[6] ut

3 Delph. *ob locorum conditionem.*—4 Omittit *quia* Delph.—5 'Librorum unus *frigio*, alter *frigie;* ut videatur *Phrygis.*' Mercer. Arg. *Phrygii.* Conjicit Obrecht. *Balidis Sidoniorum regis.*—6 Delph. *allici potuit.*—7 Deest *instructus*

NOTÆ

[f] *Aliorumque* [*aliis quoque*] *necessariorum cibi*] 'Necessaria cibi,' ut in fine hujus libri: 'Frumenta, vinum, aliaque cibi necessaria Anius ejusque filiæ præbuerunt.' Et 'aliis necessariorum,' *τοῖς ἄλλοις τῶν ἐπιτηδείων.* Sic supra: 'Interea legatorum Palamedes:' *τῶν δὲ πρέσβεων ὁ Παλαμήδης.* Sic l. IV. 'aurum atque reliquá prædæ.' *Mercer.*

[g] *Tanta vis militum*] Eustathius tradit Græcorum exercitum fuisse 120,000. militum. Et apud eum Aristarchus, 142,320. alii numerant 315,000. verum Thucydides regulam dat, qua vere numerus militum Græcorum dignosci possit. Nam cum Homerus Bœotiorum naves singulas centenum ac vicenum hominum fuisse dixerit, Philoctetæ vero singulas hominum quinquagenum, inde colligere licet maximas, minimas naves fuisse tantum hominum 85. At ex Homero naves erant 1186. quibus per 85. multiplicatis numerus militum erit 1,006,100. quod si alium navigiorum numerum cum aliis sequaris, eodem per 85. multiplicato, quot milites fuerint, facillime invenies.

[h] *Equi atque currus bellici*] Euripid. Iph. Aul. *Τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ἀΐξαντες δορὶ, Τεύχη λαβόντες στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα Ἥκουσι τῆσδε, ναυσὶν, ἀσπίσιν θ' ὁμοῦ, Ἵπποις τε, πολλοῖς θ' ἅρμασίν γ' ἠσκημένοι.* 'Hinc Græci ruentes ad bellum, Armis correptis in angustas Aulidis sedes Veniunt hujus, navibus et clypeis simul Ac equis et multis curribus instructi.'

[i] *Omnem Græciam*] Homerus tamen ubique Argos dicit: *ἱππόβοτον, εὔπωλον.* Unde Horat. I. Od. 7. 'Aptum dicit equis Argos.'

[k] *Phalidis Sidoniorum regis*] Lectio hæc a correctoribus est, qui legerant infra, lib. IV. 'Phalam Sidonium;' sed is Sidonius quidem, at non rex Sidonis, sed classis rector Memnonis; ut videtur, mercenarius. Et alioqui a 'Phala' non fit 'Phalidis.' Librorum unus 'frigio;' alter 'frigie,' ut videatur fuisse 'Phrygis.' Hæc Jos. Mercerus. Sed profecto aliud latet. Nam cum Memnon Trojanorum partes secutus sit, non video qui Sarpedonem per mercenarios suos sollici-

societatem militiæ nostræ adversus Trojanos sequeretur. Quippe quem jam Priamus donis amplioribus, iisque postea duplicatis, fidissimum sibi retinuerat. Omnium autem classium numerus, quem ex diversis Græciæ regnis contractum supra exposuimus, toto quinquennio præparatus instructusque[7] est. Ita cum nulla jam res profectionem nisi absentia militis retardaret, cuncti duces, velluti signo dato, una atque eodem tempore Aulida[8] confluunt. [19.] Interim in ipsa navigandi festinatione Agamemnon, quem a cunctis regem omnium declaratum supra docuimus, longius paulo ab exercitu progressus, forte conspicit circa lucum Dianæ[1] pascentem capream; imprudensque religionis, quæ in eo loco erat, jaculo transfigit:[m] neque multo post irane cœlesti,[n] an ob mutationem aëris corporibus pertentatis,[o] lues[p] invadit: atque interim in dies

in Delph.—8 Delph. *Aulidem.*—9 Delph. *Quibus.*—1 Delph. *cum quippe.*—

NOTÆ

tare potuerit ut Græcis opem ferret. Quare omnino adducor ut credam, hic desiderari nomen regis Sidoniorum, cujus sive patrem sive fratrem ab Alexandro interfectum supra refert Dictys. Sed verum ejus nomen invenire, 'hoc opus, hic labor est.'

[l] *Circa lucum Dianæ*] Quæ religiose colebatur in Aulide. De hoc luco Dianæ intelligenda sunt ista Euripidis, in Iph. Aul. Πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος Ἀρτέμιδος ἤλυθον, &c. 'Ad multorum sacrificiorum lucum Dianæ veni.' Quem locum male cepit interpres, qui vertit 'per nemus.' Atqui si id voluisset Euripid. sane scripsisset δι' ἄλσους. Nimirum non vidit τὸ διὰ referri debere ad ἤλυθον, διήλυθον· perveni.

[m] *Jaculo transfigit*] Addit Hyginus, eum etiam superbe in Dianam locutum. Illum vide fab. 98.

[n] *Irane cœlesti*] Innuit veram causam fuisse mutationem aëris; creditam vulgo iram cœlestem. Sic l. II. 'tædione an recordatione suorum domuitionem cupiebant.'

[o] *Pertentatis*] Optime sane. Id est, usque ad intima tentatis. Sic apud Virg. I. Æn. 506. 'Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.'

[p] *Lues*] Pestis, a luendo, quia luit, solvit corpora. Sed hic ab aliis omnibus Noster dissentit, qui scribunt non luem, sed maris tranquillitatem, et ἄπλοιαν a Diana Græcis immissam. Quare ei clavum navis suæ Agamemnonem consecrasse dicit Callimach. ut eo quasi redimeret εὔπλοιαν. Hymn. in Dian. 229. Σοὶ δ' Ἀγαμέμνων Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ, Μείλιον ἀπλοΐης, ὅτε οἱ κατέδησας ἀήτας. 'Tibi etiam Agamemnon Clavum navis suæ dedicavit in templo Aulidis, Munus contra navigandi difficultatem, quando ipsi detinebas ventos.'

magis magisque sæviens, multa millia fatigare, et promisce[q] per pecora atque exercitum[r] grassari: prorsus nullus funeri modus, neque requies: uti quidque malo obvium fuerat, vastabatur. Quis[9] rebus solicitis ducibus mulier quædam[s] Deo plena Dianæ iram fatur: eam namque ob necem capreæ, qua maxime lætabatur, sacrilegii[t] pœnas ab exercitu expetere: nec leniri priusquam auctor tanti sceleris filiam natu maximam, vicariam victimam,[u] immolavisset. Quæ vox ut ad exercitum venit, omnes duces Agamemnonem adeunt: eumque[1] primo orare, recusantemque ad postremum cogere, uti malo obviam properaret. Sed ubi obstinate renuere vident, nec ulla vi queunt flectere, plurimis conviciis[v] insecuti, ad postremum regio honore spoliavere:[w] ac ne tanta vis exercitus sine rectore effusius,[2] ac sine modo[3] militiæ vagaretur, præficiunt ante omnes Palamedem; dein Diomedem, et Ajacem Telamonium; quartumque,[4] Idomeneum. Ita per æquationem muneris[5] atque partium, quadripartitur exercitus. [20.] Neque inte-

2 Delph. *profusius*.—3 Delph. *more*.—4 Deest *que* in Delph.—5 Delph. nu-

NOTÆ

[q] *Et promisce*] 'Promisce' pro 'promiscue;' antiquis.

[r] *Per pecora atque exercitum*] Homericis istis forte allusit. *Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς· Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς*, Βάλλ'· *αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί*. 'Mulos quidem primum invasit, et canes veloces: Sed postea in ipsos sagittam mortiferam immittens, Jaciebat: semper autem pyræ mortuorum incendebantur frequentes.'

[s] *Mulier quædam*] Vero similius, istud Calchanti tribuit Hyginus.

[t] *Sacrilegii*] Proprie.

[u] *Vicariam victimam*] Quæ scilicet ei esset vice capræ, quam Agamemnon occiderat.

[v] *Conviciis*] Convicium proprie quasi convocium, Gallice dicimus *vacarme*. Sed hic intelligit Dictys quod nos dicimus, *des injures*, crimina: neque enim eorum parci erant veteres illi heroes; ita dura erant et contumaci indole.

[w] *Regio honore spoliavere*] Nescio unde hoc Dictys. Nam et Euripides scribit, Agamemnonem, cum filiam suam occidi pati non posset, jussisse exercitum dimitti. Ejus verba, Κλύων *δ' ἐγὼ ταῦτ', ὀρθίῳ κηρύγματι* Ταλθύβιον *εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατὸν*, *Ὡς οὔποτ' ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν*. 'Hæc autem audiens ego, claro præconio jussi Talthybium dimittere totum exercitum, ut nunquam passurus meam filiam occidi.'

rim ullus finis vastitatis,[x] cum[6] Ulysses simulata, ex pervicacia Agamemnonis,[y] iracundia, ob id domuitionem[z] confirmans, magnum atque insperabile cunctis remedium excogitavit.[7] Profectus namque Mycenas, nullo consilii participe, falsas literas tanquam ab Agamemnone[a] ad Clytæmnestram perfert, quarum sententia hæc erat:[b] Iphigeniam, (nam ea major natu erat,) desponsatam[8] Achilli; eumque non prius ad Trojam profecturum, quam promissi fides impleretur; ob quæ festinaret, eamque et quæ nuptiis usui[c] essent mature mittere. Præterea multa pro negotio locutus ementito[d] argumento fidem fecerat.[e] Quæ ubi accepit

meri.—6 Delph. *tum.*—7 Sic correxit Mercerus, cum in vulgatis esset *domum demigrationem*, in scriptis, *domi mentionem.*—8 Delph. *desponsam.*

NOTÆ

[x] *Vastitatis*] Proprie. Sic vastitatem cum pestilentia conjungit Cic. Off. II. 'Qui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiæ, vastitatis.'

[y] *Ex pervicacia Agamem.*] I. propter pervicaciam Agamem. Pervicacia, est pertinacia, *opiniâtreté*. Pervicaciam bonam, pertinaciam malam esse contendunt Grammatici. Sed sæpissime confunduntur.

[z] *Domuitionem*] Sic infra, lib. II. 'Domuitionem cupiebant.' Sic Pacuvius in Hermiona: 'Nam solus Danais hic domuitionem dedit.' Et Lucil. lib. XXVI. 'Domuitionis cupidi imperium regis pæne imminuimus.' Inde in Gloss. Philoxeni: 'Domuitionem, *ἐπάνοδον*.'

[a] *Falsas literas tanquam ab Agamem.*] In tota hac historia ab Euripide diversus abit; qui scripsit ipsum Agamemnonem ad uxorem Clytæmnestram literas misisse, ut Iphigeniam adduceret; Calchante, Ulysse, et Menelao consciis. Verum id sciens et solens fecit Dictys. Ut auctores suos celet.

[b] *Quarum sententia hæc erat*] Ex Euripide: Κἀν δέλτου πτυχαῖς Γράψας, ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμὴν, Πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρ', ὡς γαμουμένην· Τό τ' ἀξίωμα τἀνδρὸς ἐκγαυρούμενος, Συμπλεῖν τ' Ἀχαιοῖς τοὔνεκ' οὐ θέλοι λέγων, Εἰ μὴ παρ' ἡμῶν εἶσιν εἰς Φθίαν λέχος. 'Et in epistolæ plicis Scribens misi ad meam uxorem, Mitteret filiam tanquam Achilli nupturam; Et viri dignitatem extollens, Dixi eum negare Græcos ad Trojam sequi, Nisi a nobis veniat connubium in Phthiam.'

[c] *Et quæ nuptiis usui*] Nimirum munera dotalia. Eurip. 'Ἀλλ' ὀχημάτων Ἔξω πορεύεσθ', ἃς φέρω φερνὰς κόρῃ, Καὶ πέμπετ' εἰς μέλαθρον εὐλαβούμενοι. 'Verum e curribus Efferte munera dotalia, quæ puellæ fero, Et mitte in aulam diligenter.'

[d] *Ementito*] Passive sumit, pro falso, supposito.

[e] *Fidem fecerat*] Ulysses scilicet, quem dicit literas ad Clytæmnestram curasse.

Clytæmnestra, cum propter gratiam Helenæ,[f] tum maxime quod tam celeberrimi nominis viro filia traderetur, læta Iphigeniam Ulyssi committit.[g] Isque confecto negotio paucis diebus ad exercitum revertitur, atque ex improviso in luco Dianæ cum virgine conspicitur. Quis cognitis, Agamemnon, affectione paternæ pietatis[h] motus, an[9] ne tam illicito immolationis sceleri interesset, fugam parat. Eum[1] re cognita Nestor, longam exorsus orationem, ad postremum persuadendi genere,[i] in quo præter ceteros[k] Græciæ viros jucundus acceptusque erat, a proposito cohibuit. [21.] Interim virginem Ulysses et Menelaus cum Calchante, quibus id negotium datum erat, remotis procul omnibus, sacrificio adornant: cum ecce[l] dies fœdari[m] et cœlum nubilo tegi[n] cœpit: dein repente tonitrua, corusca,[o 2] fulmina,

9 Deest *an* in Delph.—1 Delph. *eumque.*

NOTÆ

[f] *Propter gratiam Helenæ*] Propter gratiam Helenæ, nempe ut ea citius a Trojanis abduci et retrahi posset; quod fieri nequibat, nisi Achilles ad Trojam pergeret.

[g] *Ulyssi committit*] Euripides ait, ipsam Clytæmnestram filiam suam duxisse.

[h] *Paternæ pietatis*] Proprie. Nam pietas est vel filiorum in parentes, vel parentum in filios. Unde apud Virgil. IX. Æn. 824. 'Subiit patriæ pietatis imago.'

[i] *Persuadendi genere, &c.*] Nunquam, puto, invenies ita loquentes bonos auctores: 'Cum Nestor a proposito prohibuit persuadendi genere in quo,' &c. Qui Latine sciunt, id certe sentiunt.

[k] *In quo præter ceteros*] Nam et de Nestore sic Homer. Τοῖσι δὲ Νέστωρ Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς, Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. 'His autem Nestor Suaviloquus surrexit, argutus Pyliorum orator, A cujus lingua melle dulcior fluebat oratio.'

[l] *Ecce*] Fere semper apud idoneos auctores de re fœda, terribili, et horrenda. Virg. II. Æn. 203. 'Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta, Horresco referens, immensis orbibus angues Incumbunt pelago,' &c. Ubi Servius: 'Cum ex improviso vult aliquid ostendere, ecce ponit, ut: Ecce autem telis Panthus. Sicut Cicero: Ecce autem repente ebrio Cleomene esurientibus ceteris.' Et Donatus: 'Ecce semper ponitur, ubi res horrenda et repentina significatur.'

[m] *Fœdari*] Optime. Sic fœda tempestas, Virg. Geo. I. 323. 'Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris.' Sic alicubi idem, 'atra tempestas.' Sic infra Noster, 'inter tam tetra,' &c.

[n] *Nubilo tegi*] 'Nubilum' substantive; id est, nubes.

[o] *Corusca fulmina*] Fortasse hæc

et per ea[3] terræ marisque ingens motus, atque ad postremum confusione aëris[p] ereptum lumen. Neque multo post imbrium atque grandinis vis magna præcipitata:[q] inter quæ tam tetra, nulla requie tempestatis, Menelaus, cum his qui sacrificium curabant, metu atque hæsitatione diversus[4] agebatur: terreri quippe primo subita cœli permutatione, idque signum divinum credere: dein ne incœptum omitterent,[5] detrimento militum[r] commoveri. Igitur inter tantam animi dubitationem, vox quædam luco emissa, aspernari numen sacrificii genus, et ob id abstinendum a corpore virginis; misereri namque ejus Deam: ceterum pro tanto facinore[s] satis pœnarum Agamemnoni a conjuge[t] ejus post Trojanam victoriam comparatum: itaque curarent id, quod in vicem virginis oblatum animadverterent, immolare. Dein[6] cœpere venti atque fulmina, aliaque quæ in magno cœli motu oriri solent, consenescere.[u] [22.] Sed cum hæc in

2 'Ita libri, non *coruscationes*.' Mercer.—3 Delph. *præterea*.—4 Delph. *in diversa*.—5 Delph. *omitteret*.—6 Delph. *deinde*.—7 Delph. *accipit*.—8 Delph.

NOTÆ

sic distinguenda sunt: 'tonitrua, corusca, fulmina.' Tonitru, ipsa nubium collisio, fragor: corusca, ignis et coruscatio: fulmen, telum ipsum. Corusca ἀστραπὰ, tonitrua βρονταὶ, fulmina κεραυνοί. Verum nihil mutandum censeo: nam sic et Virgil. corusca dixit fulmina I. Georg. 'Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca Fulmina molitur dextra.' Nisi *corusca* conjungas cum *dextra*; quod mihi etiam magis placet: quomodo et Horatius dixit, 'rubentem dexteram.' Od. II. 1. 'Et rubente Dextera sacras jaculatus arces Terruit urbem.'

[p] *Confusione aëris*] Eleganter sane, etsi satis nove, ut puto. Confusus aër, i. turbatus, opponitur puro et liquido.

[q] *Præcipitata*] Eleganter Virg. x. Æn. 'Ac velut effusa si quando grandine nimbi Præcipitant.'

[r] *Dein ne incœptum omitterent, detrimento militum*] Id est, detrimento militum tangi cœpit et labefactari ne incœpto desisteret. Detrimento autem militum, quia eos ibi misere perituros putabat, ni Iphigenia immolaretur; quæ morte sua εὔπλοιαν, navigandi facultatem erat datura.

[s] *Pro tanto facinore*] Scilicet cum interfecit cervam Dianæ.

[t] *Satis pœnarum Agamemnoni a conjuge*] Nam Clytæmnestra reducem eum occidit. Verum imprudentissimus fuit Agamemnon, qui post tam apertam imminentis mali significationem sibi non cavit, sibique quoquomodo consuluit. Certe hic nobis verba daret Pseudo-Dictys.

[u] *Consenescere*] Id est, imminui, debilitari, frangi: nove dictum de tempestate.

luco aguntur, Achilles literas seorsum missas [v] sibi a Clytæmnestra, cum auri magno pondere, accepit,[7] in quis[8] ei filiam atque omnem domum suam commendaverat. Quæ postquam,[9] et Ulyssis consilium patefactum est, omissis omnibus, propere ad lucum pergit,[1] magna voce Menelaum, et qui cum eo erant, inclamans, ab inquietudine Iphigeniæ cohiberent sese,[w] comminatus perniciem,[2] ni paruissent. Mox attonitis his atque obstupefactis,[3] ipse supervenit, reformatoque jam die[x] virginem abstrahit.[y] Interim deliberantibus [z] cunctis, quidnam, et ubi esset, quod immolari juberetur, cerva forma corporis admiranda [a] ante ipsam aram intrepida consistit. Eam prædictam hostiam rati, oblatamque divinitus, comprehendere, moxque immolant. Quis [4] peractis, sedata lues, instarque æstivi temporis cœlum reseratum [b] est. Ceterum virginem Achilles, atque hi qui sacrificio præfuere, clam omnes [5] regi Scytharum,[c] qui eo tempore aderat, commendavere. At ubi duces sedatam vim mali animadvertunt, ventorumque flatus navigandi [6] prosperos,[d] atque æstivam maris faciem, omnes læti Agamem-

quibus.—9 Delph. *Quas postquam perlegerat.*—1 Post *pergit* inserit Delph. *Achilles.*—2 Post *perniciem* inserit Delph. *omnibus nisi.*—3 Delph. *Attonitus ... stupefactus.*—4 Delph. *Quibus.*—5 Delph. *omnibus.*—6 'Lege *navigando,*

NOTÆ

[v] *Achilles literas seorsum missas*] Hæc aliter disposuit Euripides; quem certe Noster ob oculos habuit, sed noluit sequi, ut nova diceret, et sic iis faceret fidem.

[w] *Ab inquietudine Iphigeniæ cohiberent sese*] Id est, ne Iphigeniam inquietarent. Sed barbare loquitur.

[x] *Reformatoque jam die*] In melius restituto, purgato, sereno: sed hujus locutionis exemplum frustra quæras.

[y] *Virginem abstrahit*] At alii omnes aiunt, Dianam eam eripuisse et in Tauricam regionem vexisse.

[z] *Deliberantibus*] Improprie dicit 'deliberantibus,' pro quærentibus, sciscitantibus, &c.

[a] *Cerva forma corporis admiranda*] Nicander ait juvencam substitutam; Phænodemus, ursam. Alii dicunt, Iphigeniam in anum edentulam mutatam fuisse. Hesiodus vero eam a Diana Hecaten factam scripsit.

[b] *Reseratum*] Eleganter. Sic clausum mare dicitur cum hyemat; et idem apertum et reseratum, cum tranquillum est.

[c] *Regi Scytharum*] Quis hic fuerit, mihi ignotum est; nisi Thoantem Tauricæ regem intelligat.

[d] *Navigandi prosperos*] Elegantissime, sed tamen audaci modo usus est, Horatium secutus, qui scripsit

nonem adeunt, eumque interitu filiæ[e] permœstum consolati honore regni rursus[7] concelebrant.[f] Quæ res pergrata atque accepta per exercitum fuit. Eum quippe optimum consultorem sui,[8] non secus[g] quam parentem miles omnis percolebat. Sed Agamemnon sive eorum quæ præcesserant satis prudens, seu[9] humanarum rerum necessitatem animo reputans, et ob id adversus infortunia firmissimus, dissimulato quod ei acciderat, honorem suscipit, atque eo die duces omnes ad se in convivium[1] deducit. Dein haud multis post diebus, exercitus ordinatus per duces, cum opportunum jam tempus navigandi ingrueret, ascendit naves repletas multis rebus pretiosissimis,[2] quæ ab incolis regionis ejus offerebantur. Ceterum frumenta, vinum, aliaque cibi necessaria, Anius et ejus filiæ præbuere,[h] quæ Œnotro-

sc. faventes: neque opus hic est cum Barthio *flatus* in *status* mutare, illud quippe magis Latium sapit.' *Vinding.*—7 Delph. *honorem r. rursus.*—8 Delph. *suum.*—9 Delph. *sive.* Delph. *in convivium ad se.* Delph. 2. *preciosissimis rebus.*

NOTÆ

iv. Od. 6. 'Rite crescentem face noctilucam, Prosperam frugum, celeremque pronos Volvere menses.' Ubi Interpres Cruquius, 'adjectivum verbale, agendi vim habens cum gignendi casu.' Sed non vidit Cruquius hic esse ellipsim, 'Prosperam frugum,' pro prosperam proventui frugum. Et apud Nostrum, 'flatus prosperos navigandi,' pro prosperos tempori navigandi, vel quid simile.

[e] *Interitu filiæ*] Neque enim adhuc resciverat quæ facta erant.

[f] *Honorem regni rursus concelebrant*] Certe hic hæreo, neque possum ista recte interpretari. Ait Græcos duces regni honorem, quem antea Agamemnoni abstulerant, in eundem rursus transtulisse, et magna lætitia celebrasse.

[g] *Optimum consultorem sui* [*suum*,] *quem non secus*] Homerus ubique fortissimum et prudentissimum Agamemnonem inducit. Etsi virtutes ejus omnes uno tantum versu complexus est alicubi: Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. 'Utrumque, et rex bonus, et fortis bellator.'

[h] *Frumenta, vinum, aliaque cibi necessaria, Anius et ejus filiæ præbuere*] Fabulam de Anio Deli rege et sacerdote, et ejus filiabus, quæ vinum, et oleum, et omne tritici genus ultro funderent, habes apud Ovidium Metam. xiii. 630. ut et apud veteres Grammaticos, e quibus enarrator Lycophronis: Ἄνιον Ἀπόλλων ἤνεγκεν εἰς Δῆλον, ὃς Δωρίππην γήμας γεννᾷ τὰς οἰνοτρόπας, Οἰνὼ, Σπερμὼ, Ἐλαΐδα· αἷς ὁ Διόνυσος ἐχαρίσατο, ὁπότε βούλοιντο, οἶνον, σπέρματα, καὶ ἔλαιον λαμβάνειν, κατὰ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις. Φερέκυδες δέ φησιν ὅτι Ἄνιος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας παραγενομένους πρὸς αὐτὸν, αὐτοῦ μένειν τὰ ἔννεα ἔτη, δεδόσθαι δ'

pæ[1] et divinæ religionis antistites memorabantur. Hoc modo ex Aulide navigatum est.

NOTÆ

αὐτοῖς τῷ δεκάτῳ ἔτει ναυστολῆσαι ἐπὶ τὴν Ἴλιον καὶ πορθῆσαι αὐτήν· χρησμὸς γὰρ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόθη, Τροίας κρατῆσαι τῷ δεκάτῳ χρόνῳ· ὑπέσχετο δ' αὐτοῖς καὶ ὑπὸ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τρέφεσθαι· quæ postrema verba corrupta sunt. Lego θυγατέρων Ἀνίου. Reddit rationem cur eos Anius per novem annos detinuerit, et decimo tantum emiserit. Χρησμὸς γὰρ, 'oraculum enim:' nihil certius. Totum autem locum sic verto: 'Apollo Anium in Delum tulit, qui ducta uxore Dorippa genuit oinotropas, Oino, Spermo, et Elaida, quibus Bacchus dedit ut, quodcumque vellent, in vinum, fruges, et oleum commutarent, secundum nominum suorum positiones. Pherecydes autem dicit, quod Anius Græcos Delum delatos persuaserat, ut ibi manerent novem annos. Eisque dedit decimo demum anno navigare ad Trojam et eam vastare. Nam oraculum Græcis datum fuit fore ut decimo anno Trojam caperent. Promisitque eis fore ut a filiis Anii alerentur.' De Anio, Virg. Æn. III. 'Egressi veneramur Apollinis urbem. Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique Sacerdos, Vittis et sacra redimitus tempora lauro, Occurrit, veterem Anchisen agnovit amicum.' Ubi Servius: 'Anius autem, Rex Deli, Apollinis sacerdos, cum trium filiarum esset parens, ne unius tantum Dei esset tutus auxilio, (ita legit Jos. Mercerus,) filias numini Liberi patris devovit, qui parem ei gratiam reddens effecit ut quidquid una attigisset, verteretur in fruges, altera in vinum, tertia in oleum. Id cum comperisset Agamemnon dux Argivorum, cum mille navibus oppugnaturus iret Trojam, misit qui eas accerserent, ut posset alere Græciæ exercitum. Quæ cum vinctæ tenerentur, invocaverunt Liberum patrem, quas ille in columbas vertit, et ita vincula fecit effugere. Unde hodieque Deli columbas violare nefas est. Hunc tamen Anium Palæphatus etiam propinquum tradit Anchisæ.' Verisimile est, ut notat Jos. Mercer. Delum electam a Græcis ducibus, quo annonam ex omni Græcia comportarent, ad necessarios usus exercitus transvehendam; ejusque curam datam Anio, qui singulis filiarum eam custodiam distribuerat.

[1] *Œnotropæ*] Ab οἶνος, vinum, et τρέπω, verto. Atqui erat una tantum quæ vinum faceret, sed una reliquis nomen dabat.

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO

LIBER II.

Postquam ad Mœsorum [1] regionem [a] universas classes venti appulere, propere omnes, signo dato, naves littori admovent.[2] Dein egredi cupientibus, a custodibus loci ejus obviam itum est: eos namque Telephus, qui tum Mœsiæ imperator erat, quo omnis regio ab incursione maritimorum hostium defensaretur, littori præfecerat. Igitur ubi descendere prohibentur, neque prius permittitur terram attingere quam regi, quinam essent, nuntiaretur; [b] nostri primo quæ dicebantur negligere, et singuli navibus egredi. Dein postquam a custodibus nihil remittebatur, et summa

1 Delph. *Mæsiorum.*—2 Delph. *admoverunt.*—3 Delph. *ac.*—4 Delph. *ma-*

NOTÆ

[a] *Ad Mæsiorum regionem*] Perperam Mœsiam et Mysiam distinguunt viri docti, ita ut illa Europæa, hæc Asiatica sit. Nam utraque vere Mysia dicta, *Μυσία*, postea Mœsia, et ipsa Mysia Asiatica ab altera Europæa, sive Thracia, orta est. De Mysia autem Asiatica hic loquitur Dictys, quæ circa Caicum et Pergamum, ubi Teuthrania: nam Teuthras, Mysiæ rex, Telephum Herculis et Auges filium adoptavit, eique regnum reliquit. Ceterum hunc Argivorum in Mysiam appulsum, ibique debellatam pugnam cum Telepho, fuse describunt Tzetzes in Lycophronem, et Eustath. Iliad. I.

[b] *Quam regi, quinam essent nunciaretur*] De more scilicet: sic apud Virgil. Pallas Æneam littori suo appulsum alloquitur: 'Qui genus, unde domo? pacemne huc fertis, an arma?' Hunc rursus Æneas: 'Evandrum petimus; ferte hæc, et dicite lectos Dardaniæ venisse duces, socia arma rogantes.'

vi resisti et[3] prohiberi cœptum est, duces omnes injuriam manu[4] vindicandam rati, arreptis armis evolant navibus, incensique ira custodes cædere, neque versis his atque in fuga[5] [c] parcere, sed uti quisque fugientem comprehenderat, obtruncare. [2.] Interim ad Telephum, qui primi fuga Græcos evaserant, veniunt; irruisse multa hostium millia, eosque cæsis custodibus littora occupasse; multa prætcrea singuli[6] pro metu suo adjicientes nuntiant. Dein re cognita, Telephus cum his quos circum se habebat, aliisque qui in ea festinatione in unum conduci potuere, propere Græcis obviam venit, ac statim condensis[7] utrimque frontibus vi magna concurritur. Dein uti quisque in manus venerat, interficitur. Cum interim his aut illis[d] ex casu suorum perculsis, vehementius invicem instaretur, Thessandrus,[*] [e] quem Polynicis supra memoravimus, congressus cum Telepho, ictusque ab eo cadit, multis tamen hostium ante interfectis, in quis[8] Telephi comitem, quem rex ob industriam virium atque ingenii inter duces habebat, strenue dimicantem obtruncaverat:[9] atque ita paulatim elatus secundo belli eventu, et ob id majora viribus aggressus, interficitur. Atque ejus cruentum corpus Diomedes, quod ei jam tum a parentibus[f] cœptum cum eo societatis jus perseverabat, humeris extulit: idque igni crema-

---

m *injuriam*.—5 Delph. Vinding. *neque versis his in fugam*.—6 Omittit Delph. vocem *singuli*.—7 Delph. et vulg. *condensatis*. Arg. *condensi satis*: 'quod indicio est, *condensatis* illud a glossatore profectum. Sed veteres *densere* et *condensere* dicebant. Sallust. Hist. 3. 'Ille subsidiis principes augere, et densere frontem.'' Obrecht.—* Totus hic locus sic distinguitur et legitur in ed. Delph. *Dein* . . . *interficitur* : *cum* . . . *instaretur*. *Sed in ea pugna Thessandrus*, &c.—8 Delph. *quibus*.—9 Delph. *obtruncarat*.

NOTÆ

[c] *Atque in fuga*] Subauditur particip. 'existentibus,' in fugam versis.

[d] *His aut illis*] Lego, 'his et illis.' Ait enim Græcos et Mysios suorum casu percussos commotos vehementius et majore impetu instasse.

[e] *Thessandrus*] Male igitur hunc Thessandrum inter eos, qui in equo Trojano latuere, intelligunt. Inter eos Servius ad illud Æn. II. 'Thessandrus, Sthenelusque duces, et dirus Ulysses.'

[f] *A parentibus*] Polynice et Tydeo, qui Adrasti filias duas uxores duxere. Statius I. Theb. Apollod. III.

tum, quod superfuerat, patrio more[1] sepelivit. [3.] At ubi animadvertere Achilles et Ajax Telamonius, magno suorum detrimento eventum belli trahi,[g] exercitum in duas partes dispertiunt, ac pro tempore cohortati suos, tanquam restauratis viribus acrius hostes incurrunt, ipsi duces principesque certaminis;[h] cum modo insequerentur fugientes, modo ingruentibus semet instar muri[i 2] opponerent. Atque ita omnino primi aut inter primos bellantes, præclaram jam tum virtutis suæ famam apud hostes atque inter suos effecere. Interim Teutranius,[k] ex Teutrante[3] et Auge genitus, frater Telephi uterinus, ubi animadvertit Ajacem tanta adversum suos gloria dimicantem, propere ad eum convertit,[l] ibique pugnando ictus telo ejus occubuit. Ejus casu Telephus non mediocriter perculsus, ultionemque fraternæ mortis expetens, infestus aciem[4] invadit, atque fugatis quos adversum ierat,[m] cum obstinate Ulyssem inter vineas,[n] quæ ei[5] loco adjunctæ erant, insequeretur, præpeditus trunco vitis[o] ruit. Id ubi Achilles procul animadvertit, telum[6] jaculatus femur sinistrum ei[7] transfigit. At Telephus im-

1 Delph. *more patrio*.—2 'Ita recte libri: male edebatur, *montis*.' Mercer.—3 Delph. *Teuthranius ex Teuthranio*.—4 Sic correxit Mercer. vulg. *Ajacem*.—5 Omittitur *ei* in Delph.—6 Delph. *telo*.—7 Delph. *regi*.—8 Delph. *fer-*

NOTÆ

[g] *Trahi*] Differri, produci.

[h] *Principes certaminis*] Primos in certamine, nam hic 'principes,' infra 'primos' dicit.

[i] *Instar muri*] Sic Homerus ubique τεῖχος vocat viros fortes; ut Achillem τεῖχος Ἀχαιῶν, 'murum Græcorum.'

[k] *Teutranius*] Hujus Teuthranii nemo, quod sciam, meminit; neque verisimile est Teuthrantem Telepho regnum relicturum fuisse, si ex Auge liberos tulisset.

[l] *Ad eum convertit*] 'Convertit' pro convertitur, ut apud Virgil. 'præcipitat' pro præcipitatur: et notant Grammatici, sed non viderunt hic esse Ellipsin, et subintelligi 'se convertit, se præcipitat.' 'Venti posuere' apud Virgil. 'posuere se' vel 'iram,' &c.

[m] *Quos adversum ierat*] Sallustiana phrasis; sic enim ille, in Jug. 'Profligatis iis quos adversum ierat, rediens a latere Mauros incursit.'

[n] *Inter vineas*] Verum Tzetzes scribit, truncum hunc vitis a Baccho subito emissum.

[o] *Præpeditus trunco vitis*] Ita Tzetzes. Sed Eustathius non ipsum Telephum præpeditum scribit, sed ejus equum.

pigre resurgens, ferrum ex corpore extrahit,[8] et protectus concursu suorum, ab instanti pernicie[9] liberatus est. [4.] Jamque diei plerumque[1] processerat, cum utraque acie[2] [p] intenta prælio sine ulla requie, ac jugi certamine strenuis adversum se ducibus, fatigaretur. Namque nostros multorum dierum navigio[3] aliquantum[4] [q] exhaustos maxime præsentia Telephi debilitaverat.[5] Is namque Hercule genitus, procerus corpore, ac pollens viribus divinis, patris virtutibus propriam gloriam æquiparaverat. Igitur adventante nocte, cunctis cupientibus requies belli facta est. Ac Mœsi[6] ad se domum,[r] nostri ad naves digrediuntur. Ceterum in ea pugna utriusque exercitus interfecti multi mortales,[7] sed et vulnerati pars maxima, prorsus nullo, aut perpaucis clade belli ejus expertibus.[8] Dein[9] secuta die, legati invicem de sepeliendis qui in bello ceciderant mittuntur. Atque ita induciis interpositis, collecta corpora atque igni cremata sepeliunt.[1] [5.] Interim Tlepolemus, et cum fratre Antipho Phidippus, quos Thessalo genitos,[s] nepotes Herculis supra memoravimus, cognito Telephum in

rumque ex corpore trahit.—9 Delph. *periculo.*—1 Delph. *plurimum.*—2 Sic Arg. Cod. rectius quam vulg. *utraque acies.*—3 Delph. *navigatione.*—4 Delph. *In aliquantum*, probante Mercero.—5 Sic restituit Mercerus e Petav. Cod. male in altero, *dubitaverat*: in vulgatis, *exanimaverat*, et sic in Delph.—6 Delph. *Mœsii.*—7 Delph. ita transposita habet hæc verba; *multi mortalium interfecti utriusque exercitus ac v. p. m.*—8 Delph. *P. nulli a. perpauci cladis b. expertes.* —9 Delph. *Deinde.*—1 Delph. *sepeliuntur.*—2 Delph. *Deinde.*—3 Delph. *at-*

NOTÆ

[p] *Cum utraque acie*] Certe ex hac periodo vix me satis possum expedire. Tamen ut aliquid tentem, legendum puto: 'Cum utraque acies intenta prælio sine ulla requie,' &c. hoc sensu: Cum uterque exercitus sine ulla requie attentus pugna fatigabatur longo, perpetuo certamine. Et 'ducibus strenue adversum se,' supple 'pugnantibus.' Jam si quis vulgatam lectionem malit, is mihi dicat velim, an illud sit Latine scribere: 'Prælium fatigatur jugi certamine et ducibus adversum se pugnantibus.'

[q] *Aliquantum* [*in aliq.*] Nostro scriptori hæc est familiaris locutio.

[r] *Ad se domum*] Ita recte libri. Catullus: 'Ad se quisque vago passim pede discedebat.'

[s] *Quos Thessalo genitos*] Phidippum, scilicet, et Antiphum. Nam Tlepolemus ipsius Herculis filius fuit.

his locis imperitare, fiducia cognationis[t] ad eum veniunt, eique quinam essent, et quibuscum navigassent, aperuere. Dein[2] multa invicem consumta oratione, ad postremum nostri acrius incusare, quod tam hostiliter adversum suos versaretur. Agamemnonem namque et Menelaum Pelopidas, non alienos generis[u] sui, eum exercitum contraxisse. Dein quæ circa domum Menelai ab Alexandro commissa essent, raptumque Helenæ docent: ob quæ[3] decere eum, cum propter consanguinitatem, tum præcipue ob scelus violati communis hospitii, Græcis ultro ferre[4] auxilium, in quorum gratiam[v] ipsius etiam Herculis plurima laborum monumenta per totam Græciam existerent.[5] Ad ea Telephus: etsi dolore vulneris immodice afflictabatur, benigne tamen respondens, ipsorum potius ait culpa factum, quod amicissimos, et junctos sibi generis affinitate, regno suo appulsos ignoraverit: præmittendos etenim fuisse, per quos cognito eorum adventu obviam ire gratulantem oportuerit: atque amice hospitio receptos, donatosque muneribus,[w] cum commodum ipsis videretur, remittere. Ceterum militiam Priamum adversum[x] recusare: Astyochen[6] enim Priami,[7] [y] sibi matrimonio junctam, ex qua Eurypylus genitus,

que.—4 Delph. *adferre.*—5 Delph. *existere.*—6 Delph. *Astyochem.*—7 Post

NOTÆ

[t] *Fiducia cognationis*] Nam Telephus eorum erat avunculus, nempe frater Thessali, eorum patris.

[u] *Non alienos generis*] Nam Tantalus Pelopis parens, Jovis filius fuit, et ita frater Herculis, qui Telephum suscepit. Igitur Pelops et Telephus consobrini. Agamemnon vero et Menelaus Plisthenis filii, Plisthenes Atrei, Atreus Pelopis.

[v] *In quorum gratiam*] Ait plurimos labores in gratiam Græcorum ab Hercule exantlatos, ut ab exemplo patris eum in militiæ societatem pertraheret. Sed cur non potius ista, scilicet Herculem olim Ilium obsedisse, Laomedontem interfecisse? &c.

[w] *Donatosque muneribus*] Quæ ideo *Xenia* dicebantur, quod darentur Hospitibus, qui Græcis 'Xenoi.'

[x] *Priamum adversum*] Pro, adversum Priamum: sic supra, 'quos adversum,' pro 'adversum quos.'

[y] *Astyochen enim Priami*] Filiam scilicet. At Telephi quidem uxorem Astyochen vocat Eustath. in Odyss. Λ. Sed eam Priami sororem, non filiam dicit. Alii verius eam Laodicen vocant, quam Priami filiam fuisse omnes consentiunt.

arctissimum affinitatis pignus intercederet. Dein[8] propere popularibus uti ab incepto desisterent nuntiari jubet: atque ita nostris liberam egrediendi navibus potestatem permittit. Tlepolemus,[9] et qui cum eo venerant, Eurypylo traduntur:[a] hique, perfectis[1] quæ cupierant, ad naves pergunt, nuntiantes[2] Agamemnoni ac reliquis regibus pacem, concordiamque cum Telepho. [6.] Quæ ubi accepere, apparatum belli læti omittunt. Dein ex consilii sententia Achilles cum Ajace ad Telephum pervenere,[3] eumque jactatum magnis doloribus consolati, ut viriliter incommodum ferret, deprecantur.[4][a] At Telephus, ubi aliquantum requies doloris intercesserat, Græcos incusare, quod ne nuntium quidem adventus sui præmisissent. Dein percontatur, quinam, et quanti Pelopidæ in ea militia essent: doctusque[b] multis precibus orat, ut ad se omnes veniant. Tum nostri, facturos se quæ [5] vellet polliciti, desiderium regis reliquis nuntiavere. Igitur omnes Pelopidæ, præter Agamemnonem et Menelaum, in unum congregati ad Telephum veniunt, multumque gratulationis atque[6] lætitiæ præsentia sua regi obtulere: ac deinde muneribus largiter donati, hospitio recipiuntur. Neque tamen miles reliquus, qui apud naves erat, munificentiæ regis expers fuit: namque ex numero navium[c] frumentum, aliaque necessaria affatim portabantur. Ceterum rex, ubi Agamemnonem fratremque ejus abesse animadvertit, multis precibus Ulyssem deprecatur, uti ad eos acciendos pergeret: hi itaque[7] ad Telephum veniunt,

Priami exhibet Delph. vocem *filiam*.—8 Delph. *Deinde*.—9 Ante vocem *Tlepolemus*, legit Delph. *Tumque*.—1 Delph. *peractis*.—2 Delph. *nunciantque*.—3 Delph. *perveniunt*.—4 Delph. *deprecabantur*.—5 Delph. *quæcunque*.—

NOTÆ

[a] *Eurypylo traduntur*] Ut ejus ductu a pastoribus et Telephi militibus tuti ad naves pervenirent.

[a] *Deprecantur* [*deprecabantur*] Id est, vehementer, obnixe precabantur; nam de est intensivum ut in 'deamare,' &c.

[b] *Doctusque*] Edoctus.

[c] *Ex numero navium*] Id est: pro numero navium; secundum numerum navium.' Sic loqui amat.

ac more regio invicem acceptis datisque donis, Machaonem et Podalirium Æsculapii filios venire, ac vulneri mederi jubent: qui inspecto crure[8] [d] propere apta dolori medicamina imponunt. [7.] Sed ubi tritis aliquot diebus, tempus navigandi remorari, ac ventis adversantibus mare in dies magis magisque sævire [e] occœpit,[9] Telephum adeunt, eumque de opportunitate temporis consulunt: atque ab eo docti, initio veris ex his locis ad Trojam navigandi [f] tempus esse, reliqua adversa, cunctis volentibus Bœotiam revertuntur.[g] Ibique subductis navibus, singuli in regna sua hyematum discedunt. Interim in eo otio regi Agamemnoni cum Menelao fratre exercere discordias vacuum fuit,[h] ob proditam Iphigeniam. Is namque [i] auctor, et veluti causa luctus[1] ejus credebatur. [8.] Per idem tempus, ubi de conjuratione universæ Græciæ apud Trojam compertum est, auctoribus nuntii ejus Scythis barbaris,[k] qui mercandi gratia per omnem Hellespontum commutare res [2] [l] cum accolis sueti,

6 Delph. *et.*—7 Delph. *Hique ita.*—8 Sic correxit Vinding. probante Obrecht. Delph. et vulg. *inspecta cura.*—9 Delph. *occipit.*—1 Ante *luctus* inserit Delph. vocem *tanti.*—2 Med. Cod. *commutare merces.* 'Sed nihil mutandum.' Sallust. Jug. cap. XVIII. 'nam fretô divisi ab Hispania, mutare res inter se instituerant' Obrecht.

NOTÆ

[d] *Inspecto crure* [*inspecta cura*] Id est, 'curatione.' Et 'curam' hoc sensu posuit alicubi Cicero. Inde nostrum *cure.*

[e] *Sævire*] Sic Lucilius dixit 'tempestates sævas.' 'Sævas procellas.' Lucret. et Cicero, 'ventum sævum' et 'turbines sævos.'

[f] *Initio veris ex his locis ad Trojam navigandi*] Hæc vero magna Geographiæ ignoratio: Mysia enim, in qua regnabat Telephus, proxima Troadi; ut diximus supra, et inde ut ad Trojam navigarent, ora tantum legenda. Sed hæc ita finxit, ut novennium expeditionis impleret: et decennium vulgatum belli Trojani ad novem annos ipsius apparatus redactum in decimum ipsius belli contraheret.

[g] *Bœotiam revertuntur*] De duplice Græcorum expeditione in Trojam egit Eustath. in Il. A. Vide Pausan. 4.

[h] *Exercere discordias vacuum fuit*] Ex Sall. Catil. 'Postquam remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit.'

[i] *Is namque*] Menelaus scilicet.

[k] *Auctoribus nuntii ejus Scythis barbaris*] Scythæ enim jam tum nautica et mercatura clari. Unde mox eos duces navigationis assumunt Græci.

[l] *Commutare res*] Hæc enim fuit emtio primis temporibus usitata, res suas cum rebus alterius commutare, quem morem et adhuc populi quidam obtinent.

ultro citroque vagabantur, metus atque mœror universos invasere; cum singuli, quibus ab initio Alexandri facinus displicuerat, male actum adversus Græciam, et ob id paucorum pravitate in communem[3] perniciem præcipitatum iri testarentur. Inter quæ tam solicita, magna cura plurimi ex omni ordine lecti ad contrahenda ex finitimis regionibus auxilia ab Alexandro, aliisque pessimis consultoribus, dimittuntur: hisque[4] mandatur, uti quamprimum expedito negotio remearent: quod ea gratia maxime a Priamidis festinabatur, uti propere instructo exercitu, tempus profectionis antecaperent, atque omne quod parabatur bellum in regiones Græciæ transportaretur. [9.] Dum hæc apud Trojam geruntur, Diomedes incepti eorum certior factus, magna celeritate per omnem Græciam pervagatus, universos duces convenit: eisque consilium Trojanorum aperiens, monet atque hortatur, uti quamprimum instructi rebus bello necessariis, ad navigandum festinarent. Neque multo post re cognita,[5] Argos ab omnibus convenitur. Ibi Achilles regi indignatus, quod propter filiam[m] renueret profectionem, ab Ulysse in gratiam reductus est. Is namque summœsto[6] ac luctu[n] obsito Agamemnoni insinuans, quæ circa filiam ejus evenissent, animum atque ornatum regis[7] reformavit.[o] Igitur cunctis præsentibus, quanquam a nullo officia militiæ negligebantur, præcipue tamen Ajax Telamonius, et Achilles cum Diomede curam maximam, studiumque importandi belli susceperant: hisque placet, uti præter contractam classem, naves, quibus loca hostilia[p] in-

3 Arg. Cod. *in commune*. 'Apparet scriptum fuisse, *commune in perniciem præcipitatum iri*.' Obrecht.—4 Delph. *eisque*.—5 Delph. *post recognita*.—6 Delph. *diu mœsto*.—7 Delph. *magis*.—8 Delph. *Omnino*.—9 Ante vocem

NOTÆ

[m] *Quod propter filiam*] Iphigeniam. Agamemnon enim quod de vicaria cerva dictum fuerat aspernabatur; quasi illud confictum esset, ut luctus et mœror desineret.

[n] *Summœsto* [*mœsto luctu*] Ex Euripid. πένθεος λυγροῦ, 'luctus mœsti.'

[o] *Reformavit*] Restituit. Sic supra 'reformatoque jam die.'

[p] *Loca hostilia*] De quibus infra.

cursarent, præparentur. Ita diebus paucis, quinquaginta navium classem instructam omni genere compingunt. Ceterum ab incepto militiæ ejus, octavo jam anno ad hoc usque tempus[q] consumto, initium noni occœperat. [10.] At ubi instructæ omnimodo[8] classes et mare navigii patiens,[r] neque ulla res impedimento erat, Scythas, qui forte mercandi gratia appulerant,[9] conductos mercede, duces profectionis ejus, delegere. Per idem tempus Telephus dolore vulneris ejus, quod in prælio adversum Græcos acceperat, diu afflictatus, cum nullo remedio mederi posset, ad postremum Apollinis oraculo monitus, uti Achillem atque Æsculapii filios[s] adhiberet,[1] propere Argos navigat. Dein cunctis ducibus causam adventus ejus admirantibus, oraculum refert, atque ita orat, ne sibi prædictum remedium ab amicis negaretur. Quæ ubi accepere, Achilles cum Machaone et Podalirio adhibentes curam vulneri,[t] brevi fidem

appulerant legit Delph. *eo*.—1 Delph. *adiret*.—2 Delph. *incipientibus*.—3 Post

NOTÆ

[q] *Octavo jam anno ad hoc usque tempus*] Ad institutum suum pergit, ut scilicet ad nonum annum expeditionem Græcorum trahat, et nono tantum eos applicet oræ Trojanæ.

[r] *Mare navigii patiens*] Sic 'terra patiens aratri.'

[s] *Uti Achillem atque Æsculapii filios*] De Achille tantum locutum est oraculum ut refert Hygin. fab. 101. 'Responsum est ei, neminem mederi posse nisi eandem hastam qua vulneratus erat.'

[t] *Adhibentes curam vulneri*] Quidam scribunt, Achillem iterum hasta sua vulnerasse Telephum, et ita eum sanasse, sed verum hujus curationis modum nos docet Hygin. fab. 101. 'Cum Græci ab Achille peterent ut Telephum sanaret, Achilles respondit, se artem medicam non posse.' (lego, *se arte medica non posse*.) Tunc Ulysses ait: Non te dicit Apollo, sed auctorem vulneris hastam nominat: quam cum rasissent, remediatus est.' Sic ramentis hastæ sanatum Telephum scripsit Euripid. Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν. 'Abrasis hastæ mulcetur ramentis.' Alii herba quadam usum Achillem dicunt, alii ipsa hastæ ærugine. Plin. xxv. 5. 'Invenit et Achilles discipulus Chironis qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos vocatur. Hac sanasse Telephum dicitur. Alii primum æruginem invenisse utilissimum emplastris, ideoque pingitur ex cuspide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alii utroque usum medicamento volunt.' Et xxxiv. 15. 'Est et rubigo ipsa in remediis, et sic Telephum proditur sanasse Achilles; sive id ærea sive ferrea cuspide fecit. Ita certe pingitur eam decutiens gladio.'

oraculi firmavere. Ceterum Græci multis immolationibus Deos adjutores incepto invocantes Aulida cum prædictis navibus veniunt. Atque inde propere navigare incipientibus[2] dux Telephus[u] ob acceptam gratiam factus. Ita ascensis navibus, ventos nacti,[3] paucis diebus ad Trojam pervenere. [11.] Per idem tempus Sarpedon Lycius Xanthi, et Laodamiæ,[4][v] frequentibus nuntiis a Priamo accitus, cum magna armatorum manu adventabat. Is ubi animadvertit procul magnam vim classium admotam littori, ratus ut negotium erat, propere suos instruit, Græcosque egredi incipientes invadit. Neque multo post Priamidæ re cognita, arreptis armis accurrunt: cum interim Græci infestis hostibus, et omni modo instantibus, neque egredi sine pernicie, neque arma capere[w] turbatis omnibus, et ob id cuncta impedientibus, possent. Ad postremum tamen, hi quibus in ea festinatione armandi semet potestas fuit, confirmati inter se invicem, acriter hostes incurrunt. Sed in ea pugna Protesilaus, cujus navis prima omnium terræ admota erat,

nacti, inserit Delph. voces *ex sententia.*—4 Post *Laodamiæ* exhibet Delph.

NOTÆ

[u] *Dux Telephus*] Verum alii omnes consentiunt Telephum societatem militiæ recusasse, quod esset gener Priami. Hygin. fab. 101. 'A quo cum peterent ut secum ad Trojam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is Laodicem Priami filiam uxorem haberet; sed ob beneficium quod eum sanarunt, eos deduxit, locos autem et itinera demonstravit.'

[v] *Xanthi, et Laodamiæ*] Male quidam: 'Anthi et Laomadeæ.' Hujus Xanthi meminit D. Augustin. XVIII. 12. de Civ. Dei. 'Per eos annos a rege Xantho Cretensium, cujus apud alios aliud nomen invenimus, (Asterii scilicet,) rapta perhibetur Europa et inde geniti Rhadamanthus, Sarpedon, et Minos, quos magis ex eadem muliere filios Jovis esse vulgatum est.' Ubi, ut vides, eorum opinionem tangit, qui Sarpedonem Jovis et Europæ filium dicunt. Inter quos Apollodor. Herodot. Strab. Hesiod. Bacchilides, et alii. Verum Homerus illum Jovis et Laodamiæ filium dicit, ipsamque Laodamiam filiam Bellerophontis. Fuit et alius Sarpedon, Neptuni filius, quem Hercules interfecit.

[w] *Neque arma capere*] Rideo certe, et scriptoris hujus judicium demiror. Jam Græci cum Sarpedone Lycio manus conseruerant; at ii adventantibus Trojanis mirum in modum trepidant, pavent, ita ut vix arma capere turbatis omnibus possint. Nimirum hujus pugnæ meminisse ita horrebat Dictys, ut, cum hæc scriberet, illi adhuc præ timore cum mem-

inter primos bellando, ad postremum telo Æneæ [x] ictus ruit. [12.] Occidere etiam duo Priami filii,[y] neque reliqua multitudo utraque ex parte cladis ejus expers fuit. Ceterum Achilles et Ajax Telamonis,[3] quorum virtute Græci sustentabantur, magna gloria dimicantes, metum hostibus, et fiduciam suis effecere. Neque amplius resisti jam apud[4] eos poterat, quin paulatim decedentibus his quos adversum ierant, ad postremum cuncti fugarentur. Ita libero ab hostibus tempore, Græci subductas naves, atque in ordinem compositas[5] tuto collocant. Dein ex omnibus Achillem et Ajacem Telamonium, quorum virtute maxime fidebant, custodes diligunt: hisque[6] tutelam classium atque exercitus per latera atque cornua[a] distribuentes tradunt. Igitur ordinatis dispositisque omnibus, Telephus, cujus ductu ad Trojam navigatum est, magna sui apud exerci-

vocem *filius*.—3 Delph. *Telamonius*.—4 Delph. *adversum*.—5 Delph. *positas*.

NOTÆ

bris mens etiam solveretur.

[x] *Telo Æneæ*] Palæphatus etiam scripsit Protesilaum ab Ænea occisum fuisse. Alii vero ab Achate Æneæ socio; sed potior pars, ab Hectore. Homerus autem nomen reticuit cum scripsit: Τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ. Nisi ibi 'Dardanus' viri proprium esse putes, ut quidam faciunt, quod mihi non placet. Immo miror non vidisse viros doctos Homerum scientem et volentem, ut aiunt, Protesilai interfectorem celasse, ut verisimilitudinem et decorum servaret scilicet: nam cum Protesilaus primus e navibus exsiliret, adeoque ab omnium telis peteretur, ridicule fecisset poëta certum aliquem Protesilai interfectorem dicere. Atque hæc in gratiam Homeri dicta sint, quem ego præ reliquis amo, demiror, et manibus fero.

[y] *Duo Priami filii*] Vide Homer.

[z] *Achilles et Ajax Telamonis*] Ajax in fronte navium collocatus, Achilles in tergo. Homer. Iliad. Στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηῒ μελαίνῃ, Ἥ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε, Ἠμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίης Τελαμωνιάδαο, Ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος, τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἐΐσας Εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν. 'Stetit autem in Ulyssis ceti instar magna navi nigra, Quæ in medio erat, ad clamandum in utrumque latus, Tum ad Ajacis tentoria Telamonii, Tum ad Achillis, qui in extremas partes naves æquales Subduxerant, fortitudine freti et robore manuum.'

[a] *Per latera atque cornua*] Fateor me nescire quid sit, 'distribuere naves per latera:' nisi velit dicere, naves conjunctis lateribus collocatas, ordinatas fuisse, et in cornua distributas; quo facilius assultus hostium propulsarent.

tum gratia domum discedit. Neque multo post circa Protesilai sepulturam nostris occupatis, nihilque tali tempore hostile metuentibus, Cygnus,[b] cujus haud procul a Troja regnum [c] erat, cognito adventu nostro, clam atque insidiis [7] Græcos invadit; eosque, ancipiti malo territos, sine ullo ordine ac disciplina militari fugere coëgit. Dein propere reliqui, quibus non ea humatio [d] demandata [8] erat, re cognita armati eunt contra. In quis [9] Achilles congressus cum rege, eumque et magnam vim hostium interfecit,[e] conversis in fugam hoc modo liberatis.[f] [13.] Ceterum solicitis ducibus, et multorum clade ob crebras hostium incursiones anxiis, decernitur, uti primum finitimas Trojæ civitates cum parte exercitus adeant, easque omnimodo incursent. Ita omnium primam Cygni regionem invadunt, vastantque circum omnia. Sed ubi Mentorensium [1] civitatem,[g] quæ regni caput, filiorumque Cygni nutrix memorabatur, nullo resistente invasere, atque ignem subjicere cœpere, cives ejus multis precibus lacrymisque orare, uti

—6 Delph. *eisque.*—7 Delph. *ex insidiis.*—8 Delph. *mandata.*—9 Delph. *quibus.*—1 Arg. Cod. [M]*torensium.* Med. *Mentorensium.* Venet. *Methoren-*

NOTÆ

[b] *Cygnus*] Neptuni filius, ex Calyce Hecatonis filia. Fuere et alii quatuor viri illustres eodem nomine insigniti. Primus Cygnus, Stheneli regis Liguriæ: de quo Ovid. II. Metam. Secundus Cygnus, Apollinis et Hyriæ filius, de quo Ovid. VII. Metam. et Anton. Liberalis. Tertius, Martis et Pyrenæ filius. Apollodor. Hygin. Quartus, Martis et Pelopiæ filius, ab Hercule occisus; alium etiam memorat Hygin. fab. 97. Ociti et Autophiles filium.

[c] *Cujus haud procul a Troja regnum*] Insula Tenedos scilicet, quæ in conspectu Trojæ. Virg. 'Est in conspectu Tenedos notissima fama Insula.'

[d] *Ea humatio*] Protesilai.

[e] *Eumque interfecit*] Achillis pugnam cum Cygno fuse et eleganter describit Ov. XII. Metam. Hic Cygnus nullo telo vulnerari poterat; sed Achilles, humi affixo, galeæ loro fauces pressit, et ita eliso gutture interemit. Ita Aristoteles lib. II. Rhet. 22. verum Lycophronis scholiastes scribit, eum capite tantum lædi potuisse, ibique ab Achille lapide percussum occidisse.

[f] *Conversis in fugam hoc modo liberatis*] Id est: hoc modo liberatis Græcis, qui in fugam a Cygno conversi fuerant.

[g] *Mentorensium civitatem*] Nondum comperire potui, quænam hæc fuerit Mentorensium civitas.

ab incepto desisterent: per omnia humana atque divina nixi genibus deprecantes, ne delicta pessimi ducis civitatem innoxiam, et paulo post fidam sibi, luere paterentur.[h] Hoc modo per miserationem servata civitas. Ceterum regios pueros, Cobin et Corianum,[2] eorumque sororem Glaucen,[i] expetentibus Græcis tradidere. Quam nostri Ajaci, ob fortia facta ejus, exceptam reliquæ prædæ, habendam concedunt. Neque multo post Mentorenses supplices et cum pace[k] ad Græcos conveniunt:[3] amicitiam, et omnia quæ imperassent,[l] facturos polliciti. Quis perfectis, Græci Cillam[m] aggressi expugnavere. Neque tamen Coronen,[n] quæ haud procul aberat, contingunt, in gratiam

sium. Obrecht. *Methonensium* legendum putat.—2 Delph. *Cobim.*—3 Delph.

NOTÆ

[h] *Delicta pessimi ducis luere paterentur*] Horat. 'Delicta majorum immeritus lues.'

[i] *Cobin et Corianum, eorumque sororem Glaucen*] Horum apud alios auctores nulla mentio; qui 'Tenen' tantum Cygni filium memorant, a quo dicta 'Tenedos' insula, quæ antea 'Leucophrys' dicebatur. Tenedos quasi Τένου ἕδος, 'Tenis solium.' Aristot. Heraclid. Strab. Diodor. Pausan. Plutarch. &c. Quam fabulam ex ultima vetustatis memoria petitam non esse ex eo colligit doctissimus Bochartus, quod de hoc Tene nil quicquam apud poëtas vetustiores reperiatur; ut neque apud Apollodorum, Hyginum, Palæphatum, aliosque Mythologorum: neque etiam a τένου et ἕδος diceretur 'Tenedos,' sed 'Tenovedos.' Quare optime docuit Phœnices Tenedum dixisse quasi insulam 'Tin-edom,' id est, 'luti rubri;' cujus multus usus in figulinis, quibus Tenedus abundavit. Unde 'Tenedia vasa' in magno pretio, apud veteres. Porro Cygni filiam Glaucen nullam inveni, sed aliam dictam 'Hemithean;' quam male Servius 'Homithean.' Leucothean vocat Homeri scholiastes.

[k] *Cum pace*] Cum pacis insignibus scilicet, ut mos erat: præferebant autem ramum olivæ vitta comtum. Virgil. VIII. Æn. 127. 'Optime Grajugenum, cui me fortuna precari, Et vitta comtos voluit prætendere ramos.' Unde Dictys 'supplices et cum pace' dixit.

[l] *Omnia quæ imperassent*] Ex formula: 'imperata faciam, imperata feci.'

[m] *Cillam*] Urbem Troadis; Apollini sacram. Unde Homer. Κίλλαν τε ζαθέην. 'Cillam divinam.' Eam in Adramyttena regione ponit Strabo.

[n] *Coronen*] Puto hic Coronem esse, quam *Colonas* vocat Strabo; non procul a *Larissa* et Achæo, e regione Tenedi. Etsi non video unde rescire potuit Dictys, eam sub ditione Mæandriorum fuisse.

Mæandriorum,[4] qui domini civitatis ejus,[5] fideles atque amicissimi nobis ad hoc tempus permanserant. [14.] Eadem tempestate oraculum Pythii[o] Græcis perfertur, concedendum ab omnibus, uti per Palamedem Apollini Sminthio[p] sacrificium exhiberetur: quæ res multis grata ob industriam et amorem viri, quem circa omnem exercitum exhibebat, nonnullis ducum dolori fuit. Ceterum immolatio centum victimarum, sicuti prædictum erat, pro cuncto exercitu exhibebatur, præeunte Chryse[q] loci ejus[r] sacerdote. Interim re cognita Alexander, congregata armatorum manu, ad prohibendum venit: eum duo Ajaces,[6] priusquam ad templum appropinquaret, interfectis plurimis fugavere. Sed Chryses, quem sacerdotem Sminthii Apollinis supra diximus, utriusque exercitus offensam[s] metuens, quisque[7] partium ad eum

pervenient.—4 ‘Cillam, Carenen, *Neandron* junctim memorat Plinius, v. 30. Ex Stephano, vero, Toronen in Troade, itemque *Neandriam* sive *Neandrium* fuisse constat. Qui *Neandriam* etiam subinde corrumpi a scriptoribus notavit in *Leandriam*. Strabo et Scylax *Neandriæ* Cebrenen jungunt: in qua nominum varietate tutissimum visum est hic nihil mutare. Med. et Venet. pro *Mæandriorum* exhibent *Meandriorum*.’ Obrecht.—5 Venet. Cod. *qui contermini civ. ejus.*—6 Delph. *quem quidem Ajaces duo.*—7 Delph. *quisquis*. Vin-

NOTÆ

[o] *Oraculum Pythii*] Apollinis scilicet. Et oraculum illud fuisse suspicor, quo Græcis edicebatur eos Ilium non antea eversuros, quam supra Chrysæ aram sacrificassent. Quod ex ipsius Philoctetæ verbis facile colliges, apud Dionem Chrysostomum, qui ex Euripidis Philoctetæ fabula, quæ hodie non extat, Philoctetem cum Ulysse absente colloquentem inducit: *Ὥσπερ ἀμέλει κἀμὲ ἐξέθηκας, ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ, δεικνύντα τὸν Χρύσης βωμὸν, οὗ θυσάντες κρατήσειν ἔμελλον τῶν πολεμίων, εἰ δὲ μὴ, μάτην ἐγίγνετο ἡ στράτεια.* Id est: ‘Quippe certe et me exposuisti, qui pro communi salute et victoria huic calamitati incideram, cum ostenderem aram Chrysæ, ubi cum sacrificassent Græci, futurum erat ut hostium potirentur, sin vero, frustra coactus exercitus.’

[p] *Apollini Sminthio*] Sic dicto a muribus, qui Cretensibus dicti *σμίνθοι*. Hujus cognominis rationem vide apud Strab. XIII. et Eustath. Il. A. templum Apollinis Sminthii fuit in Chrysa Troadis urbe, et in Tenedo. De priori loquitur Dictys.

[q] *Chryse*] De quo Homer. Il. A.

[r] *Loci ejus*] Chrysæ urbis.

[s] *Utriusque exercitus offensam*] Id est: offensam quam inferre poterat uterque exercitus. Ita apud Horat. ‘vulnus Achillei,’ pro, vulnus ab Achille illatum. Vel potius utrumque exercitum offendere metuens.

venerat, cum his se adjunctum esse simulabat. Interim in eo sacrificio Philocteta, haud procul ab ara templi ejus astans,[t] morsu serpentis forte contingitur: dein ab omnibus qui animadverterant, clamore sublato, Ulysses accurrens serpentem interficit: neque multo post Philocteta cum paucis, uti curaretur, Lemnum[8] insulam mittitur: namque in ea sacri Vulcani antistites inhabitare ab accolis dicebantur, soliti mederi adversus[9] venena hujusmodi.[u] [15.] Per idem tempus Diomedes et Ulysses consilium de inter-

ding. legendum putat, *ut quisque partium venerat.*—8 Delph. *in Lemnum.*—

NOTÆ

[t] *Haud procul ab ara templi astans, morsu serpentis*] Ait Philoctetem morsum fuisse juxta aram Chrysæ Troadis. Verum alii hanc Chrysam in Lemno ponunt; ut interpres Homeri. Alii prope Lemnum: scholiastes Sophoclis: *ἔστι δὲ καὶ πόλις Χρύση πλησίον Λήμνου, ἔνθα ὑπὸ τοῦ ὄφεος ἐδήχθη, τὸν βωμὸν ζητῶν, ἐν ᾧ ἔθυσεν Ἡρακλῆς ἡνίκα κατὰ Τροίας ἐστράτευσεν.* 'Est urbs Chrysa prope Lemnum; ubi a serpente morsus est Philocteta, aram quærens, ubi sacrificaverat Hercules, cum iret adversum Trojam.' Philostratus in imagin. scribit juxta Chrysæ aram in Lemno vulneratum Philoctetem, eam vero aram non ab Hercule, sed a Jasone excitatam dicit, cum Colchos pergeret. Alii in Næa insula inter Hellespontum et Lemnum hoc factum narrant: Stephanus, Suidas, alii alibi. Ut neque a serpente morsum omnes scribunt: sunt enim qui narrant eum sagittæ unius casu vulneratum: vid. Serv. III. Æn. Solus, quod sciam. Theocritus scribit morsum a serpente Philoctetam, cum contemplaretur sepulcrum Troili ab Achille occisi; quod erat in templo Apollinis Thymbræi.

[u] *Soliti mederi adversus venena hujusmodi*] Eustath. Iliad. B. *ᾔδεσαν γὰρ τοῦ Ἡφαίστου ἱερεῖς θεραπεύειν τοὺς ὀφιοδήκτους.* 'Noverant enim Vulcani antistites sanare morsus serpentum.' Sed istæc sunt fabulæ. Verum est eo delatum Philoctetam propter terram Lemniam, cujus astrictoria vi labra vulnerum obducuntur et coalescunt, maxime in venenoso morsu. Galenus, cum in Lemnum ideo navigasset, ut hujus terræ vires penitus cognosceret, quendam refert se convenisse, qui *ἐπὶ τραυμάτων καὶ παλαιῶν καὶ δυσεπουλώτων, ἐχιοδήκτων τε καὶ ὅλως θηριοδήκτων, ἐπί τε τῶν θανασίμων φαρμάκων, οὐ προδιδοὺς μόνον, ἀλλά τε καὶ ἐπιδιδοὺς ἐχρῆτο τῇ σφραγῖδι.* 'Ad vulnera cum vetera, tum vix cicatricem obducentia, et ad morsus viperæ, adeoque omnes venenosos morsus et letalia venena, non solum pro antidoto, sed et post venenum sumtum, sigillo utebatur.' Id est, terra sigillata, sive Lemnia. Unde etiam insulæ nomen ductum docuit doctissimus Bochartus. Nempe a Phœnicio 'Lam-nasis.' Id est 'pharmacum vulnus obducens.' Nisi potius dicta fuerit a Phœnicio 'libno,' vel 'lebno,' id est, alba; quod in insulæ ejus parte quadam terra alba eruatur, effodiatur.

faciendo Palamede ineunt; more ingenii humani, quod imbellum[v] adversum dolores animi, et invidiæ plenum, anteiri se a meliore haud facile patitur. Igitur simulato quod[w] thesaurum repertum in puteo cum eo partiri vellent, remotis procul omnibus, persuadent, uti[1] ipse potius descenderet: eumque, nihil de insidiis summetuentem,[2] adminiculo funis usum deponunt; ac propere arreptis saxis, quæ circum erant, desuper obruunt. Ita vir optimus acceptusque in exercitu, cujus neque consilium unquam, neque virtus frustra fuit, circumventus a quibus minime decuerat,[3] indigno modo interiit. Sed fuere, qui ejus consilii haud expertem Agamemnonem dicerent, ob amorem ducis in exercitum; et quia pars maxima regi ab eo cupiens tradendum ei imperium palam loquebantur.[x] Igitur a cunctis

9 Delph. *adversum.*—1 Delph. *ut.*—2 Delph. *nihil insidiose metuentem.*—

NOTÆ

[v] *Imbellum*] 'Imbellis' et 'Imbellus,' ut 'gracilis' et 'gracilus.' Lucil. 'quod gracila est.' 'sublimis' et 'sublimus.' Lucret. Terent.

[w] *Igitur simulato quod*] Mortem Palamedis diverse narrant auctores; tamen major pars uno ore consentit Ulyssem, frumentatum Thraciam missum, cum inde nihil adduxisset, a Palamede vehementer increpatum fuisse; et cum diceret Ulysses, adeo non esse negligentiam suam, ut ne ipse quidem Palamedes, si pergeret, quicquam posset advehere, profectus Palamedes infinita frumenta devexit. Qua invidia Ulysses auctis inimicitiis, fictam epistolam, Priami nomine, ad Palamedem, per quam agebat gratias proditionis, et commemorabat secretum auri pondus esse transmissum, dedit captivo, et eum in itinere jussit occidi. Hæc inventa more militiæ regi oblata est, et lecta principibus convocatis. Tunc Ulysses cum se Palamedi adesse simularet, ait, si verum esse creditis, in tentorio ejus aurum quæratur. Quo facto, invento auro, quod Ulysses per noctem, corruptis servis, absconderat, Palamedes lapidibus interemtus est. Serv. II. Æn. Cum Ulysse Diomedem conspirasse, hic scribit Dictys, idem Pausan. in Phocicis. Addit etiam Agamemnonem, ex quorundam opinione; cui consentit Tzetzes et scholiastes Euripidis.

[x] *Tradendum ei imperium palam loquebantur*] Etiam causam narrant Philostrat. in Palamede, et Constantinus Manasses. Scribunt enim Achillem et Palamedem amicissimos fuisse, unaque finitimas Trojæ civitates vastatum ivisse; cum Ulysses Palamedem criminatus est apud Agamemnonem, quasi factionibus suis Achillem exercitus ducem eligendum curaret: quare revocatus Palamedes ab exercitu lapidibus est interemtus.

Græcis veluti publicum funus ejus crematum igni aureo vasculo sepultum est. [16.] Interim Achilles, ministras et veluti officinam belli proximas Trojæ civitates ratus, sumtis aliquot navibus, Lesbum [y] aggreditur, ac sine ulla difficultate eam capit. Et Phorbanta[4] loci ejus regem, multa adversus Græcos hostiliter molitum, interficit, atque inde Diomedeam filiam[z] regis cum magna præda abducit. Dein Phyrum[5] [a] et Hierapolim [b] urbes refertas divitiis, cunctis suorum poscentibus, vi magna aggressus, paucis diebus sine ulla difficultate exscindit. Ceterum qua pergebat, agri referti jugi pace, deprædati, omnibusque vexati: [c] neque quicquam quod amicum Trojanis videretur,[6] non eversum aut[7] vastatum relinqui. Quis[8] cognitis finitimi populi ultro ad eum cum pace occurrere; ac ne vastarentur agri, dimidio,[9] fructuum pacti, dant fidem pacis, atque ab eo accipiunt. His actis, Achilles ad exercitum regreditur, magnam vim gloriæ atque prædæ apportans. Eodem tempore rex Scytharum [d] cognito adventu nostro,[1] cum multis

3 Delph. *debuerat.*—4 Delph. *Phorbantem.* Vitiosissime edebatur, *Forgaritam.*—5 Arg. Cod. *Phryram.* Med. *Pyrram.* Legendum putat Mercer. *Scyrum,* 'quam eodem tempore captam ab Achille Homerus memorat.'—6 Delph. *crederetur.*—7 Delph. *atque.*—8 Delph. *quibus.*—9 Delph. *dimidium.*

NOTÆ

[y] *Lesbum*] Insulam maris Ægæi e regione Troadis. Prius dicebatur 'Issa.'

[z] *Diomedeam filiam*] Diomeden vocat Homer. Τὴν Λεσβόθεν ἦγε Φόρβαντος θυγάτηρ Διομήδη καλλιπάρηος. 'Quam e Lesbo duxit Phorbantis filia Diomede formosa.'

[a] *Phyrum*] Rescribendum *Scyrum.* Scyrus insula, e regione Eubœæ. Quam tamen hic non intelligit Dictys, sed Phrygiæ oppidum, πτολίεθρον, vocat Homer. Il. I. Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν Ἐνυῆος πτολίεθρον. 'Scyrum cum cepit altam, Enyei oppidum.' Hunc Enyeum Dionysi filium dicit scholiastes.

[b] *Hierapolim*] Urbem Phrygiæ, de qua Vitruv. VII. 3. 'Hierapoli Phrygiæ effervet aquæ calidæ multitudo, ex qua circum hortos et vineas fossis ductis immittitur. Hæc autem efficitur post annum crusta lapidea, et ita quotannis dextra ac sinistra margines ex terra faciendo inducunt eam, et efficiunt his crustis in agris septa.' Vide Strab. lib. XIII. in fine.

[c] *Deprædati, omnibusque vexati*] Concinnior erit lectio, 'deprædari omnibusque vexari;' propter τὸ 'relinqui,' quod sequitur.

[d] *Rex Scytharum*] Nescio certe de quo rege loquatur hic Dictys. An Thoantem intelligit?

donis adventabat. [17.] Ceterum Achilles haud contentus eorum, quæ gesserat, Cilicas aggreditur; [e] ibique Lyrnessum paucis diebus pugnando cepit. Interfecto dein Eetione,[2] qui his locis imperitabat,[f] magnis opibus naves replet, abducens Astynomen [g] Chrysi [h] filiam, quæ eo tempore regi denupta erat. Propere inde Pedasum expugnare occœpit [3] Lelegum urbem: [i] sed eorum rex Brises,[k] ubi anim-

—1 Delph. *nostrorum*.—2 'Ita recte libri, non *factione*.' Mercer.—3 Delph.

NOTÆ

[e] *Cilicas aggreditur*] Cilicas hic proprie intellige, qui littus tenebant quod postea Adramytteni, Atarnæi, Pitanæi, usque ad Caici ostia. Hi divisi fuerunt in duas provincias, quarum una Eetioni, altera Myneti parebat. Lyrnessus Myneti; Theba vero, Eetioni. Sed omnia hæc Noster invertit.

[f] *Eetione qui his locis imperitabat*] Falsum est imperasse Lyrnesso Eetionem. Sed Thebæ. Homer. Iliad. Z. Ἀνδρομάχῃ θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος· Ἠετίων ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ, Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. 'Andromacha filia magnanimi Eetionis, Eetion: qui habitabat in Hypoplaco sylvosa, Theba Hypoplacia, Cilicibus viris imperans.' Et mox: Ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὖ ναιεταόντων Θήβην ὑψίπυλον, κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα. 'Atque urbem vastavit Cilicum, bene habitantium Thebam altam, et interfecit Eetionem.'

[g] *Abducens Astynomen*] Hic etiam falsus est Dictys; neque enim Astynomen ex Lyrnesso abduxit Achilles, sed ex Theba. Homer. Ὠχόμεθ' εἰς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος, Τὴν δὲ διεπράθομέν τε, καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα, Καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μέτα σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν, Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρεΐδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον. 'Ivimus ad Thebam sacram urbem Eetionis, Quam vastavimus, adduximusque huc omnia; Et ea quidem bene diviserunt inter se filii Achivorum, Exemerunt autem Atridi Chryseida formosam.' Quam enim Chryseida dixit Homer. eam vero nomine Astynomen vocat Dictys. Ita Eustath. et alter Homeri scholiastes. Docentque 'Chryseis' esse patronymicum a patre 'Chryse' ut 'Briseis' a patre 'Brise.' Quæ 'Briseis' vere dicta 'Hippodamia.'

[h] *Chrysi*] Legendum 'Chrysei,' vel 'Chrysii,' vel 'Chrysæ.' Iis dico, qui Græce sciunt.

[i] *Pedasum expugnare occœpit Lelegum urbem*] Leleges populi juxta Cilicas, qui, ab Achille evastati, in Cariam transierunt, et sedes elegerunt circa Halicarnassum. Urbs vero Pedasus, ab iis relicta, non extabat ætate Strabonis. Ea fuit circa sinum Adramyttenum, ad ripam fluvii Satnioëntis. Hom. Il. Φ. Ἄλτεω ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει, Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ἐπὶ Σατνιόεντι. 'Altæ qui Leligibus bellicosis imperabat, Pedasum altam habens, ad Satnioëntem.' Ita enim apud Homerum legendum docuit Strabo, cum male alii ὑπὸ Σατνιόεντι, 'sub Satnioënte;' quasi mons fuerit Satnioëns, cum nullus ibi mons eo nomine extiterit, sed fluvius ad quem urbs condita. Et fluvium vocat ipse poëta, Il. Z. παρ' ὄχθας Σατ-

advertit in obsidendo sævire nostros, ratus nulla vi prohiberi hostes, aut suos satis defendi posse, desperatione effugii salutisque attentis ceteris adversum hostes, domum regressus, laqueo interiit. Neque multo post capta civitas, atque interfecti multi mortales,[l] et abducta filia regis Hippodamia.[m] [18.] Per idem tempus Ajax Telamonius Thracum Cherronesum[n] omnimodo infestabat. Sed ubi rex eorum, Polymestor,[o] virtutem atque gloriam viri cognovit, diffidens rebus suis, deditionem occœpit: tumque Polydorus Priami filius,[p] quem rex recens natum clam omnes alendum ei transmiserat,[4] merces pacis[5] ab eo traditur. Aurum etiam, aliaque dona cujusquemodi,[6][q] ad

cæpit.—4 Med. Cod. *Q. R. n. c. omnes a. e. t.* Alii Codd. *Q. R. r. n. alendum homini.* Arg. *q. r. r. n. ominis causa.* Delph. *clam omnibus.*—5 Delph. *eis.*—6 Sic

NOTÆ

νιόεντος. 'Ad ripas Satnioëntis.' Et Il. Z. de Elato. *Ναῖε δὲ Σατνιόεντος ἐϋῤῥείταο παρ' ὄχθας Πήδασον αἰπεινήν.* 'Habitabat autem Satnioëntis pulchriflui ad ripas Pedasum excelsam.' Ætate Strabonis hujus Pedasi locus urbe vacuus ostendebatur. Fuit et alia Pedasus circa Halicarnassum, quem Leleges, a priori Pedaso ejecti, ibi condiderunt.

[k] *Eorum rex Brises*] Pedasi regem Brisen dicit, qui revera Lyrnessi Sacerdos fuit. Altes vero rex Pedasi; supra ex Homer. Et a Pedaso Hippodamiam abductam dicit, quæ ex Lyrnesso. Hom. Il. B. *Τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας, Λυρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης.* 'Quam Lyrnesso cepit, multa passus, Lyrnessum cum vastasset et mœnia Thebæ.' Inde Briseis, apud Ovid. 'Diruta marte tuo Lyrnessia mœnia vidi.'

[l] *Interfecti multi mortales*] Inter eos Mynes et Epistrophus, Eveni regis filii.

[m] *Hippodamia*] Quæ a patre dicta Briseis. Ita Eustath. Tzetzes et alii.

[n] *Thracum Cherronesum*] E regione Hellesponti.

[o] *Polymestor*] Qui Ilionam Priami filiam duxerat uxorem.

[p] *Polydorus Priami filius*] Ab aliis dissentit, qui scribunt Polydorum a Polymnestore obtruncatum. Virg. III. Æn. 'Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix Priamus furtim mandarat alendum Threicio regi, cum jam diffideret armis Dardaniæ, cingique urbem obsidione videret. Ille, ut opes fractæ Teucrum, et fortuna recessit, Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus, Fas omne abrumpit; Polydorum obtruncat, et auro Vi potitur.' Vide Euripid. in Hecub.

[q] *Aliaque dona cujusquemodi*] Male alii hujuscemodi: 'cujusquemodi' vox proba et antiqua, sed fere ubique corrupta. Lucret. lib. VI. 'In terra cujusquemodi rerum esse figuras.' Cic. I. Off. 'admittenda hominum cujusquemodi multitudo.' Et II. de Orat. 'Ut ad cujusquemodi ge-

conciliandum hostium animos, affatim præbentur. Dein frumentum per omnem exercitum totius anni pollicitus, naves onerarias, quas ob id Ajax secum habuerat, replet: multis autem * execrationibus amicitiam Priami adversum Græcos renuens, in pacis fidem receptus est.7 His actis Ajax iter ad Phrygas convertit; ingressusque eorum regionem, Teuthrantem 8 dominum locorum r solitario certamine interficit; 9 s ac post paucos dies expugnata atque incensa civitate, magnam vim prædæ trahit,10 abducens Tecmessam t filiam regis. [19.] Igitur ambo duces u multis vastatis atque expugnatis regionibus, ipsi clari atque magnifici ingenti nomine per diversa loca, quasi 1 de industria,v eodem tempore ad exercitum remeavere. Deinde per præcones conductis in unum cunctis militibus, ducibusque, progressi in medium, singuli laborum,2 atque industriæ w documenta in conspectu omnium exposuere. Quæ ubi Græci animadvertere, favore ingenti ac laudibus eos prosecuti, mediosque statuentes ramis oleæ coronavere. Dein consilium de dividenda præda haberi † cœptum, Nestore et Idomeneo in cernendo optimis auctoribus. Itaque cuncto-

correxit Mercer. in Mss. *hujuscemodi.* Mox Delph. *conciliandos.*—* Delph. *multisque,* omissa voce *autem.*—7 Delph. *in pacem fidemque receptus,* omissa voce, *est.*—8 In Mss. *Teuthrandrum.* correxit Mercer.—9 Delph. *interfecit.*—10 Delph. *abstrahit.*—1 Inserit Delph. *atque* ante *quasi.*—2 Post *laborum,* inserit Delph. *suorum.*—† *Haberi* omittit Delph. et mox pro *cernendo* legit *de-*

NOTÆ

nus ridiculi vultus etiam accommodetur.' Sall. Jug. 'Eo imponit vasa cujusquemodi.' Sæpe in libris sequentibus, sed ubique in mendo. *Mercer.*

r *Teuthrantem dominum locorum*] Mss. 'Theutandrum.' Sophocli in Ajace 'Teleutas dicitur.' Phrygium fuisse, ex eodem liquet.

s *Solitario certamine interficit*] Verum Tecmessa apud Sophoclem ait, patrem suum propria morte ad Inferos abiisse: Σὺ γάρ μου πατρίδ' ἤστωσας δορὶ, Καὶ μητέρ', ἄλλ' ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με Καθεῖλεν ᾅδου θανασίμους οἰκήτορας. 'Tu enim mihi patriam vastasti bello, Et matrem, at mors patrem meum Abripit ad manes inferorum.'

t *Tecmessam*] Horat. Od. 4. lib. II. 'Movit Ajacem Telamone natum Forma captivæ dominum Tecmessæ.'

u *Ambo duces*] Achilles et Ajax.

v *Per diversa loca, quasi de industria*] Ne alter scilicet gloriæ alterius officeret.

w *Industriæ*] Proprie; nam 'industrius' is est quem nos dicimus *agissant.*

rum sententia, ex omni præda, quam Achilles apportaverat, exceptam Eetionis conjugem[x] Astynomen,[3] quam Chrysi filiam supra docuimus, ob honorem regium Agamemnoni obtulere.[y] Ipse etiam Achilles præter Brisi[4] filiam Hippodamiam, Diomedeam[5] sibi retinuit; quod ejusdem ætatis atque alimoniæ[z] non sine magno dolore divelli poterant, et[6] ob id jam antea genibus Achillis obvolutæ, ne separarentur magnis precibus oraverant. Ceterum reliqua præda viritim ob singulorum merita distributa est. Dein quæ Ajax apportaverat, Ulysses et Diomedes rogatu ejus in medios intulere. Ex quis[7] auri atque argenti quantum satis videbatur, Agamemnoni regi datur: ac deinde Ajaci ob egregia laborum ejus[8] facinora Teuthrantis filiam Tecmessam concedunt. Ita divisis in singulos quæ supererant,[9] frumentum per exercitum dispartiunt. [20.] His actis, fidem pacti quod cum Polymestore intercesserat, traditumque Polydorum refert.[a] Ob quæ a cunctis decernitur, ut Ulysses cum Diomede profecti ad Priamum Helenam cum abreptis recuperarent,[1] atque ita[2] Polydorum regi traderent. Igitur his pergentibus, Menelaus, in cujus gratiam id negotium gerebatur, legationis officium ejus[3] pariter cum supradictis capit. Itaque habentes Polydorum ad Trojanos veniunt. Sed ubi animadvertere populares, electos,[b] ac

cernendo.—3 Delph. *excepta E. conjuge Astynome.*—4 Delph. *Brisei.*—5 Post Diomedeam, inserit Delph. *quoque.*—6 Delph. *poterat.* Omittit voculam *et.*—7 Delph. *quibus.*—8 Omittitur *ejus* in Delph.—9 Delph. *superfuerant.*—1 Delph. *reciperent.*—2 Omittitur vocula *ita* in Delph.—3 Pronomen *ejus* deest in Delph.

NOTÆ

[x] *Exceptam Eetionis conjugem*] Sed quidem illud tolerari posse, 'excepta ex omni præda Astynome Agamemnoni obtulere.' Supple 'eam.' Sed scio etiam aliter scribere, qui perspicuitatem sequuntur.

[y] *Agamemnoni obtulere*] Homer. Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον. 'Exemerunt autem Atridæ Chryseida formosam.'

[z] *Quod ejusdem ætatis atque alimoniæ*] Quo modo fieri potest ut unæ altæ et educatæ fuerint Diomedea et Hippodamia; cum illa ex Lesbo, hæc ex Lyrnesso abductæ fuerint?

[a] *Refert*] Ajax scilicet.

[b] *Ubi animadvertere populares electos*] Ubi populares, i. Trojani, animadvertere electos et magni nominis, &c.

magni nominis viros adventasse, propere senes omnes, quorum consilium haberi solitum erat, in unum ducunt, Priamo a filiis domi retento.[c] Igitur reliquis præsentibus Græcorum, Menelaus[d] verba facit: Secundo jam se ob eandem causam venisse, cum multa alia adversum se domumque suam admissa, tum magno cum gemitu filiæ orbitatem[e] per absentiam conjugis[f] conqueri.[4] Quæ cuncta ab amico quondam et hospite, non secundum meritum suum, evenisse. Ea seniores lamentatione immodica[5] cum lacrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebantur, tanquam injuriæ ejus participes,[6] annuere.[g] Post quæ Ulysses medius astans,[h] hujuscemodi orationem habuit: [21.] 'Credo ego vos, Trojani principes, satis compertum habere, nihil temere Græcos, nihil inconsultum incipere solere; ac

—4 Delph. *queri.*—5 Delph. et vulg. *Eam seniores lamentationem immodicam;* quæ lectio non displicet Vindingio.—6 Delph. *patientes.*—7 Delph. *iis.*—

NOTÆ

[c] *Priamo a filiis domi retento*] Ne consilio interesset, reddique Helenam vellet.

[d] *Reliquis præsentibus Græcorum Menelaus*] Mutanda distinctio, sic: 'reliquis præsentibus, Græcorum Menelaus,' &c. τῶν Ἑλλήνων ὁ Μενέλεως, ut supra, 'legatorum Palamedes.'

[e] *Filiæ orbitatem*] Hermionæ scilicet, quam ex Helena susceperat Menelaus.

[f] *Conjugis*] Helenæ.

[g] *Annuere*] Subauditur cœperunt. Tamen impensius placet ut 'annuêre,' penultima longa, pronuntietur, ut sit temporis præteriti: lege modo et aures consule.

[h] *Ulysses medius astans*] Certe in hac oratione, quæ elegans est et plena virium, Ulyssis charactera servavit Dictys quam maxime potuit, cujus vim et dicendi modum ita describit Homer. Il. Γ. Ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν Ὀδυσσεὺς, Στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε, κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας, Σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα, Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς. Φαίης κε ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονά θ' αὔτως· Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει, Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ γ' ἐρίσειε βροτὸς ἄλλος. 'Verum quando vir multi consilii surgeret Ulysses, Stabat, sub usque cernebat, humi oculos defigens. Sceptrum autem neque retrorsum, neque in anteriorem partem movebat, Sed immobile tenebat, imperito viro similis. Dixisses utique iracundum aliquem esse et dementem temere. At quando tandem vocem magnam ex pectore emittebat, Et verba nivibus similia hybernis, Non deinde cum Ulysse contendisset homo alius.' Quem locum ideo totum descripsi, quia eo nobis Homerus elegantem oratorum sui temporis ideam repræsentat.

semper his[7] jam tum a majoribus provisum atque elaboratum, uti facta gestaque eorum laus potius quam culpa sequeretur. Et ut ante consulta[8][i] omittam, hoc jam licet re cognoscere:[9] injuriis contumeliisque Alexandri paulo ante læsa Græcia, non ad vim neque ad arma decursum est, quod iracundiæ refugium esse solet. Nam de consilii sententia, legati ad recipiendam Helenam, ut meministis, cum Menelao venimus: quibus, præter superbas[k] verborum minas et insidias occultas, nihil a Priamo neque ab ejus regulis[l] remissum est.[1] Imperfecta igitur re, ut opinor, consequens fuit arma capere; jusque per vim extorquere, quod amice impetrare nequitum est.[m] Itaque parato[2] exercitu, ac tot egregiis atque inclytis ducibus, ne sic quidem prælium adversum vos inire consilium fuit: sed imitati morem, modestiamque solitam, iterato ad vos[n] ob eandem causam oratum venimus. Cetera in manu vestra sita sunt, Trojani: neque nos pigebit consensisse[3] vobis, si modo sana mens est, decretis salubribus priora maleconsulta corrigere. [22.] Per Deos immortales reputate

8 Delph. *præterita bene consulta.* in Mss. *a me consulta.* Vinding. legendum putat *et ut præterita consulto omittam.*—9 Delph. et vulgo *recognoscere*, 'quod sphalma obvium apud scriptores.' *Obrecht.*—1 Omittitur *est* in Delph.—2 Delph. *peracto*, et mox exhibet post *exercitu* voces *totius Græciæ.*—3 Delph.

NOTÆ

[i] [*Præterita*] *ante consulta*] Satis fuisset dixisse, 'ante consulta omittam.' Vel 'præterita omittam.' Sed utrumque dixit 'præterita ante consulta.' Sic 'minutos pisciculos' dixit Terent. Sic alia alii. Ita infra Noster, 'priora maleconsulta.'

[k] *Quibus præter superbas, &c. Remissum est*] Quibus, i. e. Quibus legatis. *Remissum est,* i. e. responsum est. Neque aliter hic locus potest intelligi. Sed male et improprie loquitur Dictys. Scripsisse debuerat: In quos a superbis verborum minis et insidiis occultis nihil Priamo neque ejus regulis remissum est.' Id est, Priamus atque ejus reguli nihil remiserunt a superbis minis et insidiis occultis, contra legatos.

[l] *Priamo neque ab ejus regulis*] De regulis quidem Priamidis, verum est. Sed de Priamo, falsum; ut patet ex initio lib. I. Sed eum in crimen vocat Ulysses, ut faveat causæ suæ.

[m] *Nequitum est*] Pacuvius: 'Sed cum contendi nequitum vi, clam intendenda est plaga.'

[n] *Iterato ad vos*] Tamen post primam legationem pugnatum fuit, in exscensione navium scilicet. Adi locum.

cum animis[4] vestris, quanta clades,[o] et veluti contagio[p] hujusce exempli orbem terrarum occupatura sit. Quis enim posthac, cui virile negotium est,[q] recordatus Alexandri facinus, non omnia suspecta atque insidiosa ab amico metuere cogetur? Aut quis frater fratri aditum patefaciet? Quis hospitem aut cognatum non tanquam hostem cavebit? Denique si hoc, quod haud spero, probaveritis, omnia fœderis jura ac pietatis apud Barbaros et Græcos[r] clausa erunt. Quocirca, Trojani principes, bonum atque utile est, Græcos, receptis universis, quæ per vim extorta sunt, amice, atque uti par est, domum dimitti,[5] neque operiri quoad[6] duo regna inter se amicissima manus conserant. Quæ cum considero, dolendam hercule[7] vicem vestram puto, qui innoxii et culpæ ejus vacui, nati paucorum libidini,[s] paulo post alieni sceleris pœnas subire cogemini. An vos soli ignoratis, ut affectæ sint vicinæ atque amicæ vobis civitates,[t] vel quæ indies residuis præparentur? Nam captum Polydorum, atque apud Græcos retineri, cognitum vobis est: qui, si Helena cum abreptis nunc saltem revocetur, inviolatus Priamo restitui poterit: alio pacto[8] bellum

consuluisse.—4 Omittitur vocula *cum* ante *animis* in Delph.—5 Delph. *mitti.*—6 Delph. *ut.*—7 Delph. *Mehercule.*—8 Delph. *alioquin.*—9 Delph. *vobis in*

NOTÆ

[o] *Quanta clades, et veluti contagio*] Profecto vel expungendum illud *et*, vel addendum, 'quæ quanta clades et quæ veluti contagio.' Nihil certius.

[p] *Contagio*] Proprie contagio, sive *contagium*, est conjunctio; sed ad venena, et morbos, et alia translatum, quæ serpendo contactu suo inficiunt. Vide doctissimi Dacerii notas in Fest.

[q] *Cui virile negotium est*] Ita libri. Hoc est, cui domi uxor. 'Virile ingenium' rescripserant, quasi haberet a Sallustio, apud quem, in Catil. 'Quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest illis divitias superare?' At hic 'virile ingenium' minus quadrat, cum formido et suspicio sit potius mulierum quam virorum. Quamvis et virorum, non certe τῆς ἀνδρίας.

[r] *Apud Barbaros et Græcos*] Græci populos omnes, qui Græci non essent, vocabant Barbaros, Trojanos intellige et Asiaticos omnes.

[s] *Nati paucorum libidini*] Ita libri veteres. Elegantissime. Id est, Expositi, obnoxii libidini paucorum.

[t] *Vicinæ atque amicæ vobis civitates*] Quas Achilles et Ajax devastaverunt, scilicet.

differri non potest; neque finis bellandi fiet, quin aut omnes Græciæ duces, qui singuli ad eruendam civitatem vestram satis idonei sunt, mortem obierint, aut, quod magis spero confore, capto Ilio, crematoque igni,[u] posteris etiam[v] impietatis exemplum vestræ relinquatur. Quapropter, dum adhuc res integra in manibus vobis[9] est, etiam atque etiam providete.' [23.] Postquam finem loquendi[1] fecit, magno silentio cunctis, ut in tali negotio fieri solet, alienam sententiam expectantibus, cum se quisque minus idoneum auctorem[w] crederet, Panthus[x] clara voce:[2] 'Apud eos,' ait, 'Ulysse, verba facis, quibus[y] præter voluntatem mederi rebus potestas nulla est.' Dein post eum Antenor: 'Omnia, quæ memorata a vobis sunt, scientes prudentesque patiemur:[3] neque voluntas consulendi[4] abest, si potestas concederetur. Sed, ut videtis, summæ rei alii potiuntur,[5][z] quibus cupiditas utilitate potior est.' Quæ ubi disseruit, mox per ordinem omnes qui ob amicitiam Priami, quique mercede conducti auxiliarem exercitum duxerant, introduci

manibus est.—1 Delph. *dicendi.*—2 Ita visum est Obrechto interpungere hunc locum, cum vulgo ederetur, *P. c. v. apud eos ait*, et sic Delph. et pejus ab aliis, *P. apud eos clara voce ait.*—3 Vinding. legendum putat *patimur.*—4 Ante *consulendi* inserit Delph. *bene.*—5 Delph. *potiuntur illi.*—6 Delph. *ora-*

NOTÆ

[u] *Igni*] Antique, pro 'igne.' Ita 'colli' pro 'colle.' Lucret. 'parti' pro parte. Cic.

[v] *Posteris etiam*] 'Etiam' jungi debet cum posteris: 'etiam posteris.'

[w] *Cum se quisque minus idoneum auctorem*] Hoc ita intellige; cum se quisque minus idoneum crederet, qui hujus vel illius rei auctor esset. Gall. *Chacun ne se croyant pas capable de donner son avis, de donner conseil.*

[x] *Panthus*] Filius Euphorbi, ait Dares. De quo ipse viderit; nam eum Virgil. Orthryadem dicit. Hic Apollinis Delphici sacerdos fuit; sed illum filius Antenoris rapuit, a Priamo Delphos missus, et ad Ilium perduxit; ubi etiam Apollinis sacerdos fuit, ductaque uxore Pronome, Clytii filia, Polydamantem suscepit; cujus prudentiam et futurorum scientiam sæpe laudat Homer. Vid. Eustath. Serv.

[y] *Verba facis, quibus*] Id est, verba facis apud eos quibus nulla potestas est rebus mederi, præter solam voluntatem. Quod mox Antenor: 'Neque voluntas consulendi abest, si potestas concederetur.'

[z] *Summæ rei alii potiuntur*] Optime: Sic 'potiri hostium' dixit Plaut. 'Potiri Asdrubalis' Sallust. 'Galliæ potiri' Cæsar, sed illud utique per Ellipsim. Subintelligitur enim ablativus, imperio, regno, vel similis.

jubet. Quis ingressis, Ulysses secundam exorsus orationem,[6] iniquissimos appellare universos, neque dispares Alexandri:[a] quippe qui a bono honestoque elapsi, auctorem pessimi facinoris [7] sequerentur. Neque ignorare quenquam, quin si tam atrox injuria probanda sit, fore uti malo exemplo disseminato per mortales, ipsos etiam, qui haud longe abessent,[b] similia aut graviora hisce sequerentur. Ea ut erant atrocia, cuncti inter se taciti reputare [8] animo; atque ita exemplum hujusmodi [9] abhorrentes, indignatione rerum permoveri. Dein solito more perrogatis seniorum sententiis, pari consensu omnium, Menelaum indigne passum injuriam decernitur, solo omnium Antimacho,[c] in gratiam Alexandri, adversum [1] reclamante. Ac statim, qui de omnibus nuntiatum ad Priamum mitterentur, electi duo: hique, inter cetera quæ mandata erant, etiam de Polydoro docent. Ea ubi rex accepit, maxime consternatus filii nuntio, ante ora omnium corruit. [24.] Deinde a circumstantibus refectus paulisper, erigitur: atque ire in consilium cupiens, ab [2] regulis cohibitus est. Ipsi namque relicto patre conventum irrumpunt,[d] ad id tempus [3] quo Antimachus,[f] multis in contumeliam Græcorum præjactis probris, tum demum dimitti Menelaum aiebat, si Polydorus

tionem exorsus.—7 Delph. *sceleris.*—8 Delph. *taciti reputare inter se.*—9 Delph. *hujuscemodi.*—1 Post *adversum*, legit Delph. *cunctos.*—2 Delph. *a.*—3 Delph.

NOTÆ

[a] *Dispares Alexandri*] Hic etiam est Ellipsis. Subauditur enim, indoli, ingenio, &c.

[b] *Ipsos etiam qui haud longe abessent*] Ait, si Alexandri facinus approbetur, fore ut olim ipsi etiam, qui adessent, similia, vel etiam graviora perferant. Non amo illud *sequerentur*, bis positum in fine periodi: 'auctorem pessimi facinoris sequerentur:' 'graviora hisce sequerentur.'

[c] *Solo omnium Antimacho*] Falsum est solum fuisse Antimachum; nam Helenus, Deiphobus, Polydamas, et alii etiam, reddendam Helenam non censebant. Sed nescio quis fuerit iste Antimachus; cujus nemo meminit, præter Dictym. Forsan rescribendum 'Archemachus;' qui unus Priami filiorum fuit.

[d] *Conventum irrumpunt*] Sic 'irrumpere portas,' 'limina.' Virg.

[e] *Ad id tempus*] Gall. *Sur le moment que.*

[f] *Antimachus*] Archemachus. Vide supra.

redderetur: postremo, eundem casum atque exitum utriusque custodiendum.[g] Adversum quæ cunctis silentibus, Antenor resistere, ac ne quid hujusmodi decerneretur, magna vi repugnare. Sed postquam invicem multa consumta oratione, certamen eorum ad manus processerat, omnes qui aderant, inquietum ac seditiosum Antimachum pronuntiantes, e curia ejecere.[3] Sed ubi Priamidæ ingressi[4] sunt, Panthus Hectorem obsecrans, nam is[h] inter regulos cum virtute, tum consilio bonus credebatur,[i] hortari, uti Helena nunc[5] potissimum, cum Græci supplices ob hanc causam venissent, cum amicitia redderetur: neque parum[k] Alexandro ad explendum amorem, si quem circa Helenam habuerat, transactum. Quocirca versari ante omnium oculos oportere præsentiam regum Græcorum,[6] eorumque facta fortia,[7] ac recens partam gloriam erutis amicissimis Trojæ civitatibus. Ob eam etiam causam, Polymestorem exemplum[8] admissi abhorrentem,[l] ultro Græcis Polydorum tradidisse. Ex quo etiam verendum ne qua[m] et aliæ conjunctæ ac finitimæ regiones[9] perniciosa consilia adversum Trojam molirentur: neque fidei jus, contra[n] insidiosa cuncta,[1] atque adversa in obsidione fore.

projecere.—4 Delph. *egressi.*—5 Delph. *nunc Helena.*—6 Delph. *Graiorum.*—7 Delph. *fortia facta.*—8 Delph. *exempli.*—9 Delph. et vulgo *ne quid tale commentæ finitimæ regiones.* Ita in Petav. in altero Ms. *ne quid tale confinitimæ regiones;* in Arg. *ne quid tale cominte finitimæ regiones.* Hunc locum restituit Obrecht.—1 Delph. *neque fidum contra i. c.* ' Edebatur vulgo *nihil ex-*

NOTÆ

[g] *Custodiendum*] Servandum: ait cavendum, ut Polydori et Menelai similis sit casus et exitus.

[h] *Nam is*] Hector.

[i] *Tum consilio bonus credebatur*] Sed virtute melior, quam consilio. Homer. de Hectore, et Polydamante Panthi filio: 'Αλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. 'Verum Polydamas melior consilio, Hector vero hasta.'

[k] *Neque parum*] Temporis scilicet.

[l] *Exemplum admissi abhorrentem*] Subanditur, crimine, facinore, vel quid simile. Neque enim hic est genitivus pro ablativo, ut volunt Grammatici.

[m] *Ne qua* [*ne quid tale commentæ*] Ita est in Petaviano. At in altero: 'Ne quid tale confinitimæ regiones;' scilicet scriptum fuit, 'ne item aliæ confinitimæ regiones perniciosa adversum Trojam molirentur.' Mercer. vulgata lectio mihi non displicet.

[n] *Neque fidei jus* [*fidum*] *contra*] Omnino scribendum: 'Neque fidelius,

Quæ si omnes, ita ut res est, animo reputarent,[2] et Helena cum gratia remissa, majus atque arctius amicitiæ pignus inter duo regna coalesceret.[o] Quæ ubi accepit Hector, recordatione fraterni facinoris tristior aliquantum, suffusisque cum mœrore lacrymis, Helenam tamen prodendam[p] minime rebatur, quippe supplicem domus, et ob id fide interposita tuendam: si qua autem cum ea erepta[3] docerentur, cuncta restituenda. Namque pro Helena Cassandram, sive Polyxenam, quam legatis videretur,[q] nuptum cum præclaris donis Menelao tradendam. [26.] Ad ea Menelaus iracunde atrox: 'Egregie hercule actum nobis est,[4][r] si quidem proprio spoliatus, commutare matrimonium pro arbitrio hostium meorum[5] cogor.' Adversum quem Æneas:[s] 'Ac ne hæ quidem,' ait,[6] 'concedentur, contradicente ac resistente me, reliquisque qui affines[t] amicique Alexandro

ploratum neque fidum esse contra i. c. Duæ primæ voces *nihil exploratum* aberant ab utroque Ms. in altero, *neque fidum c. i. c.* At in Petaviano, *namque fidei jus c. i. c.* Omnino scribendum, *neque fidelius contra i. c.*' Mercer.—2 Post *reputarent* inserit Delph. voces, *neque ulterius differendos legatos paterentur.*—3 Delph. *abrepta*, et mox, *restituenda cuncta.*—4 Delph. *nobis actum.* —5 Delph. *meorum hostium.*—6 Omittitur *ait* in Delph.—7 Deest *quidem* in

NOTÆ

contra insidiosa cuncta atque adversa in obsidione fore.' Mercer. 'Neque fidelius;' id est, 'neque fidelius' quidquam, contra omnia infida et adversa futura in obsidione.

[o] *Coalesceret*] Id est, Cresceret.

[p] *Helenam tamen prodendam*] Contra, reddendam semper censuit. Inde Œnone Paridi, apud Ovid. Heroid. v. 'Quæ si sit Danais reddenda, vel Hectora fratrem, Vel cum Deiphobo Polydamanta roga. Quid gravis Antenor, Priamus quid suadeat ipse, Consule, quis ætas longa magistra fuit.' Etsi de Deiphobo frustra est Œnone; is enim Paridis partes tutabatur, ut supra vidimus; sed ita Ovidium excusant viri docti, quasi id de industria fecerit; quippe qui mulierem inducat, quam exacte ea quæ gerebantur edoctam fuisse verisimile non est.

[q] *Quam legatis videretur*] Subauditur, eligere. Sic locutus est l. I.

[r] *Egregie hercule actum nobis est*] Nescio an recte dici possit, 'egregie actum mihi est.' Dubito, et libenter legerem, 'nobiscum est.'

[s] *Adversum quem Æneas*] Verum Æneam reddendæ Helenæ Trojanis semper auctorem fuisse, narrat Liv. I. 'Jam primum omnium, inquit, satis constat, Troja capta, in ceteros sævitum esse Trojanos, duobus Ænea Antenoreque, et vetusti jure hospitii, et quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abstinuisse.'

[t] *Affines*] Æneas enim et Paris consobrini; siquidem ex Troë Ilus et As-

in rem ejus consulimus. Sunt enim, atque erunt semper, qui domum regnumque Priami tueantur: neque amisso Polydoro, orbitas Priamum insequetur, tot talibusque filiis superstitibus. An solis qui e Græcia sunt [u] raptus hujusmodi concedentur? Quippe Cretæ Europam quidem a[7] Sidone,[v] Ganymedem [w] ex hisce finibus atque imperio rapere licuerit? Quid Medeam [x] ignoratisne a Colchis [y] in Iolcorum[z] fines transvectam? Et ne primum illud rapiendi initium prætermittam, Io ex Sidoniorum regione abducta, Argos meavit.[a] Hactenus vobiscum verbis actum: at[8] nisi mox cum omni classe ex hisce locis aufugeritis, jamjam Trojanam virtutem experiemini. Domi[9] quippe juventus perita belli abunde nobis est, atque indies auxiliorum crescit numerus.' Postquam finem loquendi fecit, Ulysses placida oratione: 'Et, hercule, ulterius,' ait, 'differre inimicitias haud integrum vobis est. Date igitur belli signum,[b]

Delph.—8 Delph. *ac.*—9 Delph. et vulgo *Deorum quippe ope et auxilio.* Hunc

NOTÆ

saracus; Ilus genuit Laomedonta, avum Paridis, Assaracus Capyn, avum Æneæ.

[u] *An solis qui e Græcia sunt*] Ab exemplo Græcorum Alexandri facinus elevare contendit.

[v] *Quippe Cretæ Europam quidem a Sidone*] Hic contra historiam peccat Dictys; nam verum quidem est Cretenses Europam a Sidone rapuisse: sed falsum est eos etiam abduxisse Ganymedem a finibus Trojanis. Verum hoc sciens peccat Dictys ex persona Trojanorum, scilicet ut caussam suam approbarent.

[w] *Ganymedem*] Hunc non Cretenses, sed Lydii rapuere; Tantalus scilicet, de quo jam supra.

[x] *Quid Medeam*] Quæ a Jasone Colchis abducta. Vide Herodot. Ovid. et al.

[y] *Colchis*] Ad Phasim fluvium in littore Eoo Euxini.

[z] *Iolcorum*] In Messenia, ad sinum Pelasgicum.

[a] *Io ex Sidoniorum regione abducta, Argos meavit*] Contra est; nam Io Argis evecta, a Phœnicibus. Sed noster cum hæc invenisset apud Herodotum, putavit ex persona Trojanorum mutanda, ut causam suam approbarent, quam omnes Asiatici defendebant; eodem modo, quasi Græci priores læsissent. Itaque et qui Daretis nomine, Trojanum bellum scripsit, ab Argonautica expeditione injuriarum initium repetit, dein ab insecuta Hesionæ servitute. Mercer.

[b] *Date igitur belli signum*] De more. Nam qui bellum commissuri erant, vel eorum milites convocabant, vel signa, et vexilla ab arcibus proferebant, vel alio quocumque modo se ad bellum accingi significabant. Inde

atque ut in inferendis injuriis, ita et in inchoando prælio fite auctores: nos sequemur lacessiti.' Talibus invicem consumtis verbis, legati consilio abeunt. Ac mox per populum disseminatis, quæ adversum [1] legatos Æneas dixerat, tumultus oritur, scilicet per eum universam Priami domum, odio regni ejus, pessimo intercedendi exemplo [c] eversum iri. [27.] Igitur ubi legati ad exercitum revenere, cunctis ducibus dicta gestaque Trojanorum adversum se exponunt. Itaque decernitur, uti Polydorum[d] in conspectu omnium, atque ante ipsos muros necarent. Neque ulterius dilatum facinus: quippe productus in medium, visentibus ex muris [e] plerisque hostium, lapidibus ictus, fraternæ impietatis pœnas luit. Ac mox unus ex præconibus nuntiatum Iliensibus mittitur, uti Polydorum sepeliendum peterent. Missusque ad eam rem Idæus, cum servis regiis,[2] fœdatum ac dilaniatum lapidibus Polydorum matri ejus Hecubæ refert. Interim Ajax Telamonius, ne quid quietum finitimis Trojæ regionibus atque amicis relinqueretur, hostiliter eas ingressus,[3] Botyram [f] Cillamque,[g] civitates divitiis nobiles, capit. Neque contentus his, Gargarum,[h]

locum emendavit Obrecht. ex Arg. Cod.—1 Delph. *adversus*.—2 Delph. *regis*.

NOTÆ.

Virgil. VIII. Æn. 'Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu.'

[c] *Pessimo intercedendi exemplo*] Intercedere dicuntur qui se medios disputantibus interponunt; sive ad pacem, sive ad bellum. Et hic Æneam dicit pessimo exemplo intercessisse, quia ad bellum animos irritavit.

[d] *Uti Polydorum*] Certe hic modestiæ et moderationis Græcorum, quam modo laudavit, non satis meminit Dictys, qui tam fœde Polydorum a Græcis lapidibus obrui faciat. Sed hic etiam contra Historiam peccat. Polydorus enim a Polymnestore obtruncatus; ut supra retuli. Solus Homerus, quod sciam, eum ab Achille occisum dicit, Il. E.

[e] *Visentibus ex muris*] Trojanis scilicet. Sed cur ii egredi non tentaverunt, ut facinus impedirent, saltem ut vindicarent?

[f] *Botyram*] De hac civitate nihil inveni. Forsan scripserat Dictys Astyram; quæ urbs inter Lampsacum et Abydum, et non longe ab Antandro.

[g] *Cillam*] Non longe a Theba, in Troade. Jam supra.

[h] *Gargarum*] In summitate montis Idæ. Vide Macrob. lib. V. cap. 20. Ibi ætate Strabonis fuere 'Gargara,' urbs Æoliæ. Illum vide, XIII.

Arisbam,[i] Gergitham,[4] [k] Scepsim,[l] Larissam,[m] admiranda[5] celeritate depopulatur. Dein doctus ab incolis, multa cujuscumque modi[6] [n] pecora in Idæo monte[o] stabulari, exposcentibus qui cum eo erant cunctis, cito agmine montem ingressus, interfectis gregum custodibus, magnam vim pecorum abducit. Deinde nullo omnium adversante, cunctis qua pergebat in fugam versis, ubi tempus visum est, cum magna præda ad suos convertit.[p] [28.] Per idem tempus Chryses,[q] quem sacerdotem Sminthii Apollinis supra docuimus, cognito filiam suam Astynomen cum Agamemnone degere, fretus religione tanti numinis, ad naves venit, præferens Dei vultus,[r] ac quædam ornamentorum templi ejus,[s] quo facilius recordatione præsentis numinis veneratio sui regibus incuteretur. Dein oblatis auri atque argenti donis plurimis,[t] redemtionem filiæ deprecatur: obsecrans uti

—3 Delph. *aggressus*.—4 Delph. Vinding. *Gergetham*. Edebatur vulgo, *genitem*. Mss. *gentum*: e quo correxit Mercer.—5 Delph. *miranda*.—6 Delph.

NOTÆ

[i] *Arisbam*] Urbs Troadis circa Abydum, ad fluvium Sellentem. Homer. Strab.

[k] *Gergitham* [*Gergetham*] In agro Lampsaceno fuit urbs Gergetha; a Gergethis in agro Cumano; ubi fuit urbs, plurali numero ac fœminino genere dicta Gergethes, patria Cephalonis Gergethii. Atque etiamnum in Cumano solo monstratur Gergethium ad Larissam. Strab. XIII. Fuit et pagus Gergetha circa fontes Caici; sic dictus a Gergethiis Troadis, quos illuc traduxit Attalus.

[l] *Scepsin*] Palæscepsis, sive antiqua Scepsis, urbs fuit supra Cebrenem sita; juxta excelsissimam Idæ partem, ad Polychnam. Deinde ea ad LX. stadia deorsum translata est in eam, quæ nunc est Scepsis, a Scamandrio Hectoris, et Ascanio Æneæ filio.

[m] *Larissam*] Prope *Sigeum*; e regione Tenedi.

[n] *Cujuscumque*] Scribendum *cujusquemodi*. Ut supra: 'Aliaque dona cujusquemodi.'

[o] *In Idæo monte*] Nam Idam montem pabulis lætum describunt poëtæ.

[p] *Convertit*] Subauditur 'se,' convertit se.

[q] *Per idem tempus Chryses*] Hæc lib. I. Iliad. Homer.

[r] *Præferens Dei vultus*] Simulacrum quoddam Apollinis Chryses præferebat. Ita enim hunc locum accipiendum esse suadent quæ sequuntur.

[s] *Quædam ornamentorum templi ejus*] Sceptrum et lauream. Ex Homer. Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος, Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. 'Coronam habens in manibus longe jaculantis Apollinis, Aureo cum sceptro.'

[t] *Oblatis auri atque argenti donis plurimis*] Ex Homer. Ἀπερείσιά τε

magnificarent[u] præsentiam Dei, qui secum oratum eos ob sacerdotem proprium venisset. Præterea commemorat, quæ indies adversum se ab Alexandro, ejusque consanguineis, ob exhibitam[v] per[7] se paulo ante immolationem, inimica hostiliaque pararentur. Quæ ubi accepere, reddendam filiam sacerdoti, neque ob id accipiendum præmium,[w] universis placet: quippe qui[8] cum per se amicus, fidelisque nobis, tum præcipue ob religionem Apollinis nihil non mereri crederetur. Namque multis jam[9] documentis, ac fama incolarum,[x] obsequi numini ejus per omnia destinaverant. Quæ postquam Agamemnon accepit, obviam cunctorum sententiis ire pergit. [29.] Itaque atroci vultu exitium sacerdoti comminatus,[y] ni recederet, perterritum senem, atque extrema metuentem, imperfecto negotio ab exercitu dimittit. Hoc[1] modo conventu dissoluto, singuli reges ad Agamemnonem adeunt,[z] eumque multis probris inse-

cujuscemodi. Arg. et vulgo *cujuscunquemodi.*—7 Delph. *a.*—8 Omittitur *qui* in Delph.—9 Delph. *jam multis.*—1 Delph. *tali.*—2 Delph. *insectantur.*—

NOTÆ

θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα. 'Liberaturusque filiam, portansque infinita redemtionis pretia.'

[u] *Uti magnificarent*] Id est, *magni facerent.* Quod notandum.

[v] *Ob exhibitam*] Immolationem centum victimarum; per Palamedem Apollini Sminthio exhibitam, præeunte Chryse Sacerdote.

[w] *Reddendam filiam Sacerdoti, neque ob id accipiendum præmium*] Ab Homero diversus abit; apud quem Græci non solum reverendum sacerdotem consentiunt, sed et pretia esse accipienda. *Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ, Αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.* 'Tunc alii quidem omnes faverunt linguis Achivi, reverendum esse sacerdotem, et splendida accipienda esse pretia liberationis.'

[x] *Multis jam documentis ac fama incolarum*] Id est: Ob multa documenta, quæ jam acceperant de divinitate Apollinis Sminthii, tum ob famam incolarum, qui de eo ingentia et mira prædicabant.

[y] *Itaque atroci vultu exitium sacerdoti comminatus*] Ex Homero: *Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε· Μή σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω, Ἢ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα, Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον, καὶ στέμμα Θεοῖο,...Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.* 'Sed eum acerbe dimisit, gravemque sermonem dixit: Ne te senex concavas ego ad naves offendam, Vel nunc tardantem, vel post denuo venientem, Ne tibi postea non prosit sceptrum et corona Dei,... Sed abi, ne me irrites, salvus ut redeas.'

[z] *Ad Agamemnonem adeunt*] 'Adire ad aliquem' eleganter dicitur, pro

quuntur:[2] quippe qui ob amorem captivæ mulieris, sequeretur, et, quod indignissimum videretur, tanti numinis Deum contemtui habuisset: ac mox universi execrati deseruere,[a] ob idque[3] et memores Palamedis, quem gratum acceptumque in exercitu, haud sine consilio ejus, Diomedes atque Ulysses dolo circumventum necavissent. Ceterum Achilles in ore omnium ipsumque[b] et Menelaum contumeliis lacerabat. [30.] Igitur Chryses ubi injuriam perpessus ab Agamemnone domum discessit,[4] neque multi fluxerunt dies, incertum alione casu, an, uti omnibus videbatur, ira Apollinis, morbus gravissimus exercitum invadit,[5] principio grassandi facto a pecoribus:[c] dein[6] malo paulatim magis magisque ingravescente, per homines dispergitur. Tum vero vis magna mortalium corporibus fatigatis pestifera ægritudine, infando ad postremum exitio interibat.* Sed regum omnino nullus,[d] neque mortuus ex † hoc morbo, neque attentatus[7] est. Ceterum postquam nullus morbi modus, et indies plures[e] interibant, cuncti duces, converso jam in se quisque timore, in unum coëunt: ac dein flagitare Calchanta, quem

3 Omittitur vocula *que* in Delph.—4 Delph. *discessit domum*, et mox *fluxerunt*.—5 Delph. *invasit*.—6 Delph. *deinde*.—* Delph. *interibat*.—† Delph. om. *ex*; mox legit *intereunt*.—7 Delph. *tentatus*.—8 Delph. *edisseret*.

NOTÆ

'adire aliquem.' Ter. And. II. 1. 'Quid tibi videtur? adeon' ad eum?'

[a] *Deseruere*] Hoc ex se dicit Dictys, et contra Homer.

[b] *Ipsumque*] Agamemnonem.

[c] *Principio grassandi facto a pecoribus*] Ex Homero: *Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς, Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς, Βάλλ'· αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.* 'Mulos quidem primum invasit, et canes veloces, Sed postea in ipsos homines sagittam mortiferam immittens jaculabatur. Semper autem pyræ mortuorum incendebantur frequenter.'

[d] *Sed regum omnino nullus*] In populum tantum pestem sæviisse, ait Dictys. Et verum est ductorem nullum ea interiisse. Homerus tamen scribit eam heroas multos Orco dimisisse. Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν Ἡρώων. 'Multas autem fortes animas Plutoni dimisit Heroum.' Sed mortuos illos Homerus heroas dicit, ut eo ostendat, Achillis iram Græcis exitiosiorem fuisse, per quam tot viris fortissimis orbati sunt. Hic locus Homeri vulgo male acceptus est. Neque etiam placet quod habet Eustath. scilicet, Homerum heroas illos dixisse, quod pro patria occubuerint.

[e] *Indies plures*] Per novem dies pestem grassatam, scribit Homer.

futurorum præscium memoravimus, uti causam tanti mali ediceret.[8] Ille enim perspicere se[f 9] originem hujusce morbi, sed haud liberum esse cuiquam eloqui: ex quo accideret, uti[1] potentissimi regis contraheret offensam. Post quæ Achilles reges singulos adigit, ut interposita jurisjurandi religione confirmarent, nequaquam se ob ea offendi.[g] Hoc modo Calchas, ubi cunctorum animos in se conciliavit, Apollinis iram pronuntiat. Eum namque, ob injuriam sacerdotis infestum Græcis, pœnas ab exercitu expetere. Dein perquirente Achille mali remedium, restitutionem virginis[h] pronuntiat. [31.] Tum Agamemnon conjectans quod mox accidit, concilio tacitus egressus, cunctos quos secum habuerat[2] in armis esse jubet. Id ubi Achilles animadvertit, commotus rei indignatione, simul pernicie defessi exercitus anxius, defunctorum corpora, miserandum in modum confecta, undique in unum colligi jubet, atque in conventu ante ora omnium projici. Quo spectaculo adeo commoti reges gentesque omnes, uti adversum[3] Agamemnonem a cunctis pergeretur, duce atque auctore Achille, et, si perstaret, suadente,[i] exitio vindicandum. Quæ ubi regi nuntiata,[4] pertinacia animi, an ob amorem captivæ, cuncta extrema ratus experiri, nihil remittendum de sententia[5] desti-

—9 Delph. *quicquam.*—1 Delph. *ut*, et mox *uti.*—2 Delph. *habuit.*—3 Delph. *adversus.*—4 Post *nuntiata* inserit Delph. *sunt.*—5 Delph. *de sententia remit-*

NOTÆ

[f] *Ille enim perspicere se*] Aiebat, scilicet.

[g] *Nequaquam se ob ea offendi*] Ob ea quæ dicturus erat Calchas. Alii 'ab eo,' id est, 'a Calchante.' Sed hic Homerum non sequitur; qui scribit Calchantem ab Achille solo petiisse, ut juraret illum sibi et verbis et manibus auxiliaturum. Quod cum fecisset Achilles, tum demum vatem eloquutum.

[h] *Restitutionem virginis*] Homer. Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει, Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην Ἀπριάτην, ἀνάποινον, ἄγειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην Ἐς Χρύσην. Id. 'Neque hic prius a peste graves manus continebit, quam patri dilecto reddatur formosa puella inemta, sine redemtionis pretio; et ducatur sacra hecatomba ad Chrysam.'

[i] *Et si perstaret, suadente, &c.*] Series est: Achille duce et auctore, et suadente exitio vindicandum esse, si Agamemnon perstaret, persisteret.

naverat.[k] [32.] Ea postquam Trojani cognovere, simul ex muris conflagrationem corporum assiduam, crebrasque sepulturas animadvertere,[6] doctique, etiam reliquos incommodo cladis ejus debiles agere, cohortati inter se arma capiunt, ac propere cum manu auxiliari[7] [l] effusi portis pergunt advorsum. Ac dein per campos exercitu bipartito, Trojanis Hector, Sarpedon auxiliaribus duces facti. Tum nostri, visis contra hostibus, armati atque instructi pro negotio[m] simplicis formæ[8] aciem[n] composuere, circa cornua divisis ducibus. Dextrum Achilles cum Antilocho, alterum Ajax Telamonius cum Diomede curabant: medios accepere Ajax alter,[o] et Idomeneus dux noster.[p] Hoc modo exercitu utrinque composito, pergunt obviam. At ubi in manus ventum est, cohortati[9] suos quisque, acie conflixere. Tum vero in aliquantum[q] tracto certamine, utriusque partis cadunt plurimi,[1] præcellentibus in ea pugna barbarorum Hectore et Sarpedone, Græcorum Diomede cum Menelao. Dein nox, communis amborum requies, prælium diremit.[2] Igitur reducto exercitu, corpora suorum cremata igni sepeliunt. [33.] Quis perfectis, Græci statuunt inter se, Achillem, cujus in adversis Græcorum casibus solicitudo[r]

tendum.—6 Delph. *animadvertentes.*—7 Arg. Cod. *auxiliaria.*—8 Arg. Cod. *simplici forma*; Med. *simplici fronte.*—9 Delph. *cohortari.*—1 Delph. *plurimi u. p. c.*—2 Delph. *diremit prælium.*—3 Omittitur vocula *si* in Delph.—

NOTÆ

[k] *Destinaverat*] Fortiter decreverat.

[l] *Cum manu auxiliari*] Cum copiis auxiliaribus.

[m] *Pro negotio*] Ut negotium patiebatur.

[n] *Simplicis formæ aciem*] Simplicis formæ aciem dicit, quæ fronte tantum valeret, nullis auxiliaribus post tergum copiis instructis; vel, quod verius puto, aciem simplicis formæ, quæ simpliciter ordinata et instructa, non exacte, non pro more militiæ.

[o] *Ajax alter*] Oileus.

[p] *Idomeneus dux noster*] Quia Cretenses ducebat Idomeneus; et ipse Dictys, cujus nomen mentitur Noster, ex Creta erat.

[q] *In aliquantum*] Ita libri, et sic sæpe Noster; a cujus sæculo non est exigenda Latini sermonis puritas. *Mercer.*

[r] *Solicitudo*] Infra 'curam' dixit. Curaque in animo egregii adolescentis insederat.

præcipua videbatur, regem omnium confirmare. Sed Agamemnon anxius ne decus regium amitteret, in concilio verba facit: Sibi maxime cordi esse exercitus incolumitatem; neque ulterius differre, quin Astynome parenti remitteretur, maxime si restitutione ejus instantem perniciem subterfugerent: nec quicquam deprecari amplius, si [3] modo in locum ejus Hippodamiam, quæ cum Achille degeret, vicarium munus amissi honoris acciperet. Quæ res, quanquam atrox omnibus et indigna videbatur,[4] tamen connivente Achille,[s] cujus [5] id præmium pro multis atque egregiis facinoribus fuerat, effectum habuit. Tantus amor exercitum erga, curaque in [6] animo egregii adolescentis insederat. Igitur adversa cunctorum voluntate, neque tamen quoquam palam recusante, Agamemnon tanquam ab omnibus concessa res videretur, lictoribus,[t] ut Hippodamia * abstraheretur, imperat: hique brevi jussa efficiunt. Interim Astynomen Græci per Diomedem atque Ulyssem [u] cum magna copia victimarum [v] ad fanum Apollinis transmisere. Dein perfecto sacrificio, paulatim vis mali leniri,[7] neque amplius attentari corpora, et eorum[w] qui ante fatigabantur, tanquam sperato divinitus levamine,[x] relaxari. Ita brevi per univer-

4 Delph. *videretur*.—5 Delph. *cui*.—6 Omittit Delph. *in*.—* Post *Hippodamia* Delph. inserit *ab Achille*.—7 Delph. *vis mali leniri paulatim visa*.

NOTÆ

[s] *Connivente Achille*] Imo non connivente, sed contra indignante; ita ut tentorio suo sedens et concilio abstineret et bello.

[t] *Lictoribus*] Talthybio et Eurybati. Homer. Ἀλλ' ὅγε Ταλθύβιόν τε καὶ Εὐρυβάτην προσέειπε, Τώ οἱ ἔσαν κήρυκε καὶ ὀτρηρὼ θεράποντε· Ἔρχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, Χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν Βρισηΐδα καλλιπάρῃον. Εἰ δέ κε μὴ δώῃσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι, Ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι, τό οἱ καὶ ῥίγιον ἔσται. 'Sed hic Talthybiumque et Eurybatem affatus est, Hi illi erant præcones et seduli ministri, Abite ad tentorium Pelidæ Achillis; Manu accipientes adducite Briseida pulcrigenam. Si autem non dederit, ego ipse auferam, Veniens cum pluribus, quod illi etiam durius erit.'

[u] *Per Diomedem atque Ulyssem*] Ulyssem tantum nominat Homer. Ἐν δ' ἀρχὸς ἔβη πολύμητις Ὀδυσσεύς. 'Eamque navim ductor conscendit prudens Ulysses.'

[v] *Magna copia victimarum*] Id est, hecatomba.

[w] *Et eorum*] Supple, corpora.

[x] *Tanquam sperato divinitus levamine*] Innuit id potius casu evenisse, quam ob pacatam iram Apollinis.

suum exercitum salubritas vigorque solitus renovatus est. Mittitur etiam Philoctetæ Lemnum[8] portio prædæ ejus, quam Græci per Ajacem atque Achillem advectam inter se viritim distribuerant. [34.] Ceterum Achilles, memor injuriæ supradictæ, abstinendum publico consilio decreverat,[y] odio maxime Agamemnonis, abolitoque amore quem circa Græcos habuerat, scilicet quod eorum patientia[z] post tot bellorum victorias, ac facta fortia, Hippodamia, concessum pro laboribus præmium, per injuriam abducta esset. Dein venientes ad se duces aditu prohibere, neque cuiquam amicorum ignoscere, qui se adversus Agamemnonis contumelias, cum defendere liceret, deseruissent. Intus igitur manens, Patroclum et Phœnicem, hunc morum magistrum, alterum obsequiis amicitiæ[a] carum,[9] et aurigam suum Automedontem,[b] secum retinebat. [35.] Per idem tempus apud Trojam exercitus sociorum, quique mercede conducti auxiliares copias adduxerant, tempore multo frustra trito, tædione an recordatione suorum,[c] domuitionem occipiebant.[1] Quod ubi animadvertit Hector, coactus

—8 Delph. *Lemnon*, et mox *ejus prædæ*.—9 Delph. *clarum*.—1 In Mss. et vulgo edebatur, *tempore frustrato, seditione, odio, an recordatione suorum bellum non occipiebant*. In Ms. Danielis, *Tempore multo frustra trite seditione an recordatione suorum domi seditionem accipiebant*. In Ms. alt. *tempore frustrati tota editione an r. s. domi seditionem accipiebant*. Delph. pro *occipiebant*

NOTÆ

[y] *Abstinendum publico consilio decreverat*] Homer. Οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν, Οὔτε ποτ' ἐς πόλεμόν γε. 'Neque unquam ad concionem ibat gloriosam, Neque unquam in bellum.'

[z] *Eorum patientia*] Per eorum patientiam. Quod passi essent eam abstrahi, abduci. Cave tamen hoc imiteris.

[a] *Alterum obsequiis amicitiæ*] Non solum propter obsequia amicitiæ, sed etiam propter consanguinitatem. Sed de eo supra.

[b] *Automedontem*] Dioris filium.

[c] *Tædione an recordatione suorum*] Totus hic locus misere turbatus erat, tam in vulgatis quam in scriptis libris. In illis edebatur, 'tempore frustrato, seditione, odio an recordatione suorum bellum non occipiebant.' In libro Danielis: 'Tempore multo frustra trito seditione an recordatione suorum domi seditionem accipiebant.' E quibus concinnavi lectionem quam editio hæc repræsentat. Corrumpendo loco duo fuerant: primum quod non capiebant elegan-

necessitate, militibus ut in armis[1] essent jubet; ac mox, ubi signum daret, sequerentur sese. Igitur postquam tempus visum est, et omnes in armis nuntiabantur, jubet egredi, ipse dux atque imperator militiæ. Res postulare videtur, eorum reges, qui socii atque amici Trojæ, quique ob mercedem auxiliares ex diversis regionibus contracti Priamidarum imperium sequebantur, edicere.[3] [d] Primus igitur portis erumpit Pandarus Lycaone genitus, ex Lycia:[e] dein Hippothous Pylei,[f] ex Larissà Pelasgidarum:[g] Acamas et

legit *cupiebant*. Totum hunc locum restituit Mercer.—2 Delph. *apud arma*.—3 Delph. *adicere*, quam lectionem probat Mercer.—4 Delph. et vulg. *Aca-*

NOTÆ

tiam hujus sermonis, 'tædione an recordatione' quam ubique mali editores corruperant, ut 'domuitionem,' quam et supra explicavimus. Non dubium est quin hæc sit genuina auctoris scriptura. *Mercer.*

[d] *Edicere* [*Adicere*] Ita liber Danielis. Antiqua scriptio, pro 'adjicere;' quam in omnibus optimæ notæ libris inventam viri docti testantur. Poterat tamen ferri cum vulgatis et altero Ms. 'edicere.'

[e] *Pandarus Lycaone genitus ex Lycia*] In hoc catalogo etiam sequitur Homerum, qui scribit: Οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, Ἀφνειοί, πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο, Τρῶες, τῶν αὖτ' ἦρχε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς, Πάνδαρος. 'Qui vero Zeleiam habitabant sub pede imo Idæ, Aphneii, bibentes aquam nigram Æsopi, Troës his rursus præerat Lycaonis clarus filius, Pandarus.' Zeleia enim urbs et Aphneii populi, in Lycia Troadis. Scilicet duplex Lycia Homero, altera proxima Cariæ, in qua Xanthus fluvius, e qua Sarpedonem et Glaucum emittit: altera in Troade, sub Ida monte. Nam et Homerus de Pandaro, Iliad. E. Ἀπειρεσίων Λυκίηθεν, Οὔτε τις ἐν Λυκίῃ σέο γ' εὔχεται εἶναι ἀμείνων. 'Ruente ex Lycia, Neque quis in Lycia gloriatur te esse fortior.' Ideo cum Lyciam Sarpedonis nominat, addit τηλόθεν ἐκ Λυκίης. 'Longe a Lycia:' quia ea remotior.

[f] *Hippothous Pylei*] Ita libri. Et hic erravit Dictys, quod male legerat locum Homeri: Τῶν οἳ Λάρισσαν ἐριβώλακα ναιετάασκον· Τῶν ἦρχ' Ἱππόθοός τε Πύλαιός τ' ὄζος Ἄρηος, Υἷε δύω Λήθοιο Πελασγοῦ Τευταμίδαο. 'Eorum qui Larissam glebosam incolebant, His præerat Hippothous et Pylæus ramus Martis, Filii duo Lithi Pelasgi Teutamidæ.'

[g] *Ex Larissa Pelasgidarum*] Tres fuere Larissæ in Asia: prima juxta Hamaxitum in conspectu Ilii; secunda juxta Cumam, non longe ab Smyrna; tertia juxta Ephesum, in Campo Caystrico. Sed primam hic non esse intelligendam, probat quod ait Homerus de eodem Hippothoo, in certamine de cadavere Patrocli interemto: Τῆλ' ἀπὸ Λαρίσσης. 'Longe a Larissa.' Nam cum hæc esset in conspectu Ilii, intra ducentesimum fere stadium; non potuisset dicere Homerus Hippothoum longe a Larissa cecidisse. Neque tertiam hic intelligendam fidem facit, quod cum ea

Piros,[4] [h] ex Thracia: Euphemus Trœzenius [i] Ciconis [k] imperitans: Pylæmenes Paphlagonius,[l] patre Melio gloriosus: Odius et Epistrophus filii Minii [5] Alizonum [6] reges: [m] Sar-

mas ameriplem Piros, et sic Mercer. ‘Expressi scripturam veterem, cui non medeor. Suspicio est Nostrum scripsisse, *Acamas Antenoris filius et Piros ex Thracia;* confusis imperite Acamante Imbrasi, et Acamante Antenoris.’ Arg. Cod. *Acamas ameriplem piros*. Conjicit Obrecht istud *Ameriplem* ex marginali glossa conflatum, et abradit.—5 Delph. *Minoi*.—6 Delph. et vulg. *Azanorum*.

NOTÆ

remotior sit, nempe ad 180. stadia distans a Cuma, Mæonibus potius quam Pelasgis ascribi debet. Accedit etiam quod nullum extat certum argumentum, hanc tempore belli Trojani jam fuisse; cum ne de Epheso quidem ullum extet. Restat igitur ut secundam intelligas, Cumæ vicinam; cujus testimonium fert omnis Æolica historia, paulo post Trojæ excidium gesta. Strab. XIII.

[h] *Acamas [ameriplem] Piros ex Thracia*] Hic Acamas Eussori filius fuit; diversus ab Acamante Antenoris filio, et altero Acamante Asii. Piros, Πείρως, Imbrasi filius. Uterque Thracas duxere. Homer. Αὐτὰρ Θρήϊκας ἦγ' Ἀκάμας καὶ Πείρως ἥρως, Ὅσσους Ἑλλήσποντος ἀγάῤῥοος ἐντὸς ἐέργει. ‘Verum Thracas ducebat Acamas et Piros Heros, Quotquot Hellespontus æstuosus intus continet.’

[i] *Euphemus Trœzenius*] Trœzeni filius. Homer. Εὔφημος δ' ἀρχὸς Κικόνων ἦν αἰχμητάων, Υἱὸς Τροιζήνοιο διοτρεφέος, Κεάδαο. ‘Euphemus autem dux Ciconum erat, hasta pugnantium, Filius Trœzeni nobilis, Ceo prognati.’

[k] *Ciconis*] Thraciæ populis; quos alii ad Hebrum fluvium, alii ad Ismarum ponunt.

[l] *Pylæmenes Paphlagonius*] Homer. Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων, Οἵ ῥα Κύτωρον ἔχον, καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο, Ἀμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον, Κρῶμνάν τ' Αἰγίαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους. ‘Paphlagonum dux erat Pylæmenis audax cor. Ex Henetis, ubi mularum generatio agrestium, Qui Cytorum tenebant, et Sesamum incolebant, Circaque Parthenium fluvium inclitas ædes possidebant, Cromnamque Ægialumque, et excelsos Erythinos.’ Paphlagonia Asiæ regio ad Pontum Euxinum, juxta Halym fluvium. Et in ea Henetos ponit Homer. quia Heneti Paphlagonum primaria gens fuerunt, iique post Trojæ excidium amisso duce per Thraciam vagati, cum Antenore in Venetiam pervenere. In Paphlagonia Parthenius fluvius, ad quem Heraclea urbs. Post eum fluvium fuere pagi, Cytorus, Sesamus, et Cromna. E quibus Amastris uxor Dionysii, Heracleæ tyranni, Amastrim urbem composuit; et Cytorus emporium fuit Sinopensium. Sesamus arx Amastris. Post Amastrim in littore fuit pagus, a situ dictus Ægialus. Post Ægialum erant duo scopuli Erythini, qui postea a rubro colore Erythrini dicti sunt.

[m] *Odius et Epistrophus filii Minoi Azanorum reges*] Lege: ‘Odius et Epistrophus filii Minoi Halizonum regis.’ Homer. Αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον, Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη. ‘Sed Halizonibus Odius et Epistrophus

pedon Xantho genitus[n] rector Lyciorum, ex Solemo:[o] Nastes et Amphimachus Nomionis de Caria:[7][p] Antiphus et Mesthles[q] genitore Pylæmene,[8] Mæonii: Glaucus Hippolochi[r] Lycius; quem sibi Sarpedon, quod præter ceteros regionis ejus consilio atque armis pollebat, participem bellicarum rerum asciverat: Phorcys et Ascanius Phryges:[s] Chromis Midonis,[9] ex Mœsia:[t] Pyræchmes Axii[1] Pæo-

—7 'Corruptissime hæc omnia in editis et scriptis *Ex sole monastes, et Amphimachus nomionis de cara.*' Mercer. Omittitur in Delph. vox *Nomionis.*—8 Sic correxit Mercer. et seqq. vulg. *Telameneo.*—9 Vulgo *Fronius Midionis:* in Mss. *prominus Midones.*—1 Vulg. *Purechmus Aunii*, et mox *Agrestina.* Delph. *Adrastina.* Ms. unus, *Asius Hyrtacus;* alter, *Asius Hyrtacis esto.*—

NOTÆ

imperabant, Procul ex Alyba, unde argenti est origo.' Verum de Halizonum situ inter veteres non convenit: nam alii Scythiæ Europææ eos ascribunt, alii in Mysia alicubi. Strabo affirmat eos esse, qui olim Chalybes dicebantur, et post Paphlagoniam ponit, ultra Irim fluvium, ubi Pharnacia est. Adi illum, XII. et Eustath.

[n] *Sarpedon Xantho genitus*] Homer. Σαρπηδὼν δ' ἦρχεν Λυκίων, καὶ Γλαῦκος ἀμύμων, Τηλόθεν ἐκ Λυκίης, Ξάνθου ἄπο δινήεντος. 'Sarpedo denique præerat Lyciis, et Glaucus integerrimus, Procul ex Lycia, Xantho a verticoso.'

[o] *Ex Solemo*] Scriberem 'ex Solymo:' nam Solymi populi in Lycia, Homero. Et Solyma urbs et Solymus tumulus.

[p] *Nastes et Amphimachus de Caria*] Homer. Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων, &c. Νάστης, Ἀμφίμαχός τε, Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα. 'Nastes autem Carum dux erat Barbarorum, Nastes Amphimachusque Nomionis clari filii.' Caria autem juxta Mæandrum fluvium.

[q] *Antiphus et Mesthles*] Homer. Μῄοσιν αὖ Μέσθλης τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην, Υἷε Πυλαιμένεος, τὼ Γυγαίη τέκε λίμνη, Οἳ καὶ Μῄονας ἦγον ὑπὸ Τμώλῳ γεγαῶτας. 'Mæonibus Mesthles et Antiphus præerant, Filii Pylæmenis, quos Gygæa peperit palus, Qui etiam Mæonas ducebant sub Tmolo natos.' Quos autem hic Mæonas vocat Homerus, ii Lydi postea dicti sunt. Vide Strab. Eustath. &c.

[r] *Glaucus Hippolochi*] Jam supra, ubi de Sarpedone. Quod hic ait Dictys, Glaucum a Sarpedone ascitum, quasi inferiorem, cave credas: nam Glaucus Hippolochi filius Bellerophontis nepos, amitinus Sarpedonis; cui mater Laodamia, soror Hippolochi. Homer. Iliad. Z. *Mercerus.*

[s] *Phorcys et Ascanius Phryges*] Homer. Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε, καὶ Ἀσκάνιος θεοειδὴς, Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης. 'Phorcys deinceps Phryges ducebat, et Ascanius divinus, Procul ex Ascania.' Phrygiam autem Minorem intellige, quæ longius aberat a Troja. Ibi Ascania palus et regio. Vide Strab. et Eustath.

[t] *Chromis Midonis ex Mœsia*] Homer. Μυσῶν δὲ Χρόμις ἦρχε, καὶ Ἔννομος οἰωνιστής. 'Mysis autem Chromis præerat, et Ennemus augur.' My-

nius:[u] Amphius et Adrastus Merope geniti, ex Adrestina:[v] Asius Hyrtaci Sesto:[w] dein alius Asius Dymante genitus,[x] Hecubæ frater, ex Phrygia. Hos omnes quos memoravimus secuti multi mortales inconditis moribus, ac dispari sono vocis,[y] sine ullo ordine aut modo prælia inire soliti.

NOTÆ

siam autem hic Asiaticam intellige, quæ inter Bithyniam et Æsopi ostia.

[u] *Pyræchmes Axii Paonius*] Axii filium dicit Pyræchmem, quia male interpretatus est locum Homeri: Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους, Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος, Ἀξίου, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἴῃ. 'Sed Pyræchmes ducebat Pæonas curvis arcubus utentes, Procul ex Amydone, ab Axio late fluente, Axio, cujus pulcherrima aqua diffunditur super terram.' Hi Pæones sub Strymone fluvio ad Axium fluvium, qui Bottiæam et Amphaxinam terram dividit, et assumto Erigone fluvio, inter Chalestram et Thermen fluit. Juxta illum sita urbs Amydon. Vide Epitom. Strab. et Eustath. hunc locum respiciens. Hesychius scripsit Ἀξιὸς, ποταμὸς Παιονίας. Axius, fluvius Pæoniæ.

[v] *Amphius et Adrastus Merope geniti ex Adrestina*] Ex Adrasteia. Οἱ δ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ, Καὶ Πιτύειαν ἔχον, καὶ Τηρείης ὄρος αἰπὺ, Τῶν ἦρχ' Ἄδρηστός τε καὶ Ἄμφιος λινοθώρηξ, Υἷε δύω Μέροπος Περκωσίου. 'Qui Adrasteiam tenebant et pagum Apæsi, Et Pityeiam habitabant et Tereiæ altum montem, His imperabat Adrastus et Amphius lineum thoracem habens, Filii duo Meropis Percosii.' Adrastea autem sive Adrasteæ campus post Æsopum ad Granicum amnem. Pityeia urbs in Pario agro; mons Tereia non longe a Cyzico. Alii XL. stadiis a Lampsaco collem illum ostendunt. Ego puto Strabonem versum Homeri aliter legisse, nempe Καὶ δὴ Ῥείης ὄρος αἰπύ. 'Et Rheæ montem altum.' Quod ibi fuerit templum Rheæ. Adi illum XIII.

[w] *Asius Hyrtaci Sesto*] Homer. Οἳ δ' ἄρα Περκώτην καὶ Πράκτιον ἀμφενέμοντο, Καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἔχον, καὶ δῖαν Ἀρίσβην, Τῶν αὖθ' Ὑρτακίδης ἦρχ' Ἄσιος, ὄρχαμος ἀνδρῶν. 'Qui item Percoten et Practium incolebant, Et Sestum et Abydum tenebant, et divinam Arisbam, His quoque præfectus erat Hyrtaci filius Asius princeps virorum.' Percote nomen regionis circa Abydum; ubi Practius fluvius inter Abydum fluens et Lampsacum: neque enim urbs eo nomine invenitur, quod falso quidam putarunt. De Arisba, quæ ad fluvium Sellеentem, jam supra dictum est. Sestus et Abydus urbes, quas Hellespontus interfluit, Herus et Leandri amoribus claræ. Hic autem sub eodem duce ponuntur ob vicinitatem, cum ea ætate continentis partes et provinciæ non essent destinatæ.

[x] *Asius Dymante genitus*] Hujus meminit Homer. Iliad. Π. Ἄσιος, ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο, Αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος, Ὃς Φρυγίην ναίεσκε ῥοῇς ἐπὶ Σαγγαρίοιο. 'Asius, qui avunculus erat Hectoris equum domitoris, Frater Hecubæ, filius Dymantis, Qui Phrygiam habitabat ad fluenta Sangarii.'

[y] *Inconditis moribus ac dispari sono vocis*] Ex Homero videtur. Πολλοὶ γὰρ κατὰ ἄστυ μέγα Πριάμου ἐπίκουροι, Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα πολυσπερέων ἀνθρώπων. 'Multi enim in urbe magna Priami auxiliatores, Alia autem alio-

[36.] Quod ubi nostri animadvertere, in campum progressi, more militiæ aciem ordinant, magistro ac præceptore componendi Mnestheo Atheniensi: ordinant autem per gentes atque regiones singulas, seorsum manente Achille cum Myrmidonum exercitu. Is namque quanquam ob illatam ab Agamemnone injuriam, et abductam Hippodamiam, *nihil* animi remiserat; tamen maxime indignatus[z] quod reliquis ducibus ad cœnam deductis, solus contemtui habitus intermitteretur. Ceterum ordinato exercitu, ac tunc primum omnibus copiis[a] adversum se instructis hostibus, ubi neutra pars committere[b] audet, paulisper in loco[c] retentis militibus, tanquam de industria utrinque receptui canitur. [37.] Jamque Græci regressi ad naves, arma deponere, ac singuli per loca solita corpus cibo curare occœperant; cum Achilles ultum ire cupiens injurias, ignaros consilii sui nostros, et ob id otiose agentes, clam invadere tentat. At ubi Ulysses a custodibus,[d] qui eruptionem ejus præsenserant, rem comperit, propere duces circumcursans magna voce monet, atque hortatur uti armis arreptis tuerentur sese: dein consilium inceptumque Achillis singulis aperit: quo cognito, clamor ingens oritur, festinantibus ad arma cunctis ac seorsum sibi singulis consulentibus. Ita Achilles præverso de se nuntio,[e] ubi omnes in armis

NOTÆ

rum lingua late dispersorum hominum.'

[z] *Tamen maxime indignatus*] Supple, erat. Sed ego hic Dictyn demiror, qui Achillem non tam ob abductam Hippodamiam indignatum describit, quam quod ad cœnam cum aliis non fuerit vocatus. Meminerat scilicet noster Dictys Deos etiam olim ob simile commissum clades populis immisisse, ut ab iis pœnas repeterent. Hoc autem immutasse videtur Dictys ex Aristotele, II. Rhet. 24. ubi *ἢ εἴ τις φαίη, τὸ ἐπὶ δεῖπνον κληθῆναι τιμιώτατον· διὰ γὰρ τὸ μὴ κληθῆναι ὁ Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν Τενέδῳ. Ὁ δ' ὡς ἀτιμαζόμενος ἐμήνισε, συνέβη δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῦ μὴ κληθῆναι.* 'Aut si quis dicat, ad cœnam vocari, honorificentissimum; nam quia non vocatus fuit Achilles, succensuit Achivis in Tenedo. Ille autem quia non æstimatus fuerat succensuit, acceditque id ex eo quod non vocatus fuit.'

[a] *Omnibus copiis*] 'Instructis hostibus adversum se omnibus copiis.' Subintelligitur præpositio, 'cum omnibus copiis.'

[b] *Committere*] Proprie, id est, incipere: nos dicimus *donner*.

[c] *In loco*] Græcum *αὐτόθι*.

[d] *A custodibus*] *Des sentinelles.*

[e] *Præverso de se nuntio*] I. e. præoccupato. Virg. 'Volucremque fuga

sunt, neque conata procedere queunt, intentato negotio ad tentoria regreditur. Ac mox duces nostri rati repentino suorum clamore moveri Ilienses, et ob id novi quid negotii incepturos, augendæ custodiæ causa, mittunt duos Ajaces, Diomedem atque Ulyssem, hique inter se regionem, qua hostibus aditus erat, dispertiunt. Quæ res non frustra eos habuit. Namque apud Trojam Hector causam tumultus eorum cupidus persciscere, filium Eumedis Dolonem,[f] multis præmiis promissisque illectum,[g] ad postremum uti exploratum res Græcorum egrederetur, mittit: isque non longe a navibus avidus ignara cognoscendi,[2] [h] dum cupit suscepti negotii fidem complere, in manus Diomedis, qui eum locum cum Ulysse custodiebat,[i] devenit: ac mox ab his comprehensus refert cuncta, atque occiditur. [38.] Dein diebus aliquot in otio tritis, productio utriusque exercitus præparatur: divisoque inter se campo, qui medius inter Trojam et naves[k] interjacet, ubi tempus bellandi videbatur, magna cura universus miles instructus armis, utrinque procedere. Dein signo dato, densatis frontibus, conflixere acies, composite[3] Græcis ac singulis per distributionem[l]

2 Delph. *noscendi.*—3 Delph. *acies composita.*—4 Deest vocula *que* in Delph.—

NOTÆ

prævertitur Hebrum.'

[f] *Filium Eumedis Dolonem*] Homer. Iliad. K. Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, Εὐμήδεος υἱὸς, Κήρυκος θείοιο, πολύχρυσος, πολύχαλκος. 'Erat autem quidam inter Trojanos Dolon, Eumedis filius Præconis divini, dives auri, dives æris.'

[g] *Multis præmiis promissisque illectum*] At apud Homerum hic Dolon se ultro obtulit, petiitque tantum equos et currus Achillis; verum ipse Dolon postea ab Ulysse et Diomede interceptus mentitur Æneam illum multis pollicitis induxisse.

[h] *Avidus ignara cognoscendi*] Ignara. Id est, ignota, ignorata. Ita Sallust. Jug. 'More humanæ cupidinis ignara visendi.' Item: 'Mare magnum et ignara lingua commercium prohibebant.' Item: 'plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutata sunt.' Et Virg. x. Æn. 'Ignarum Laurens habet ora Mimanta.' *Mercer.*

[i] *Qui eum locum cum Ulysse custodiebat*] Ab Homero hic etiam diversus abit; scribit enim Homerus Ulyssem et Diomedem euntes ut castra hostium specularentur, obviam factos Doloni, qui ad Græcorum castra speculator tendebat.

[k] *Campo, qui medius inter Trojam et naves*] De campo qui a Troja usque ad stationem navium fuit, fuse Strab.

imperia [m] ducum exequentibus; contra, sine modo atque ordine barbaris ruentibus. Ceterum in ea pugna interfecti utriusque partis multi mortales; cum neque instantibus cederetur, et exemplo strenuissimi cujusque qui juxta steterat, æquiparare gloriam festinaret.[n] Interim vulnerati graviter ex ducibus, bello decedere coacti sunt, barbarorum, Æneas, Sarpedon, Glaucus, Helenus, Euphorbus, Polydamas; nostrorum, Ulysses, Meriones, Eumelus. [39.] Ceterum Menelaus forte conspicatus Alexandrum, magno impetu ruit: quem evitans, neque diutius sustinere ausus Alexander, fugam capit. At ubi procul animadvertit Hector, concurrens cum Deiphobo, comprehendere [o] fratrem, eumque verbis maledictisque [4] acrioribus [p] insecuti, ad postremum cogunt, ut progressus in medias acies, eundem Menelaum conquiescentibus reliquis, solitario certamine lacesseret. Igitur reducto ad bellum Alexandro, progressoque ante aciem, quod signum [q] lacessentis videbatur, postquam procul animadvertit Menelaus, nunc demum occasionem invadendi inimicissimum [5] sibi maxime oblatam ratus, et jamque [6] confidens omnium injuriarum pœnas lui sanguine ejus,[r] omnibus animis adversum pergit. Sed

5 Delph. *inimicissimi.*—6 Delph. *jam.*—7 Vox *animis* deest in Mss. Mercerus

NOTÆ

XIII. qui ex Homero docet antiquum Ilium triginta stadiis supra illud Ilium fuisse quod sua ætate ostendebatur.

[l] *Per distributionem*] Prout sub suo quique duce fuerant distributi.

[m] *Barbaris*] Trojanis.

[n] *Æquiparare gloriam festinaret*] Unus quisque scilicet. Malim tamen festinarent.

[o] *Comprehendere*] Hector scilicet et Deiphobus. De Hectore tantum narrat Homerus; ex se Deiphobum noster addidit.

[p] *Maledictis acrioribus*] Homer. *Τὸν δ' Ἕκτωρ νείκεσσεν ἰδὼν αἰσχροῖς ἐπέεσσι· Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτά.* 'Hunc Hector conspicatus objurgavit probrosis verbis: Sceleste Pari, forma præstantissime, mulierose, impostor.'

[q] *Progressoque ante aciem, quod signum, &c.*] Ait noster Parin eo tantum Menelao significasse, se cum eo velle congredi, quod in medium progressus esset. Verum Homerus scribit, Græcos et Trojanos fœdus feriisse, ut uter vinceret, is Helenam, et quæ cum ea abrepta fuerant, obtineret.

[r] *Pœnas lui*] Ex Homero. *Ὡς ἐχάρη*

ubi eos contra se tendere paratos armis atque animis[7] [s] uterque exercitus animadvertit, signo dato recedunt cuncti. [40.] Jamque uterque pleno gradu advorsum incedens intra jactum teli pervenerant, cum Alexander prævenire cupiens, simulque ratus[t] primò jaculi eventu locum vulneri inventurum, præmittit hastam, eaquè illisa clypeo facile decussa est.[u] Dein Menelaus magno impetu jaculatur, haud sane dissimili casu: namque parato jam ad cavendum, ictumque declinante hoste, telum humi figitur.[v] At ubi novis jaculis[w] manus utriusque redarmatæ sunt, pergunt contra:[8] tum demum Alexander, ictus femur, cadit:[x] ac ne mox hosti ultionem cum summa gloria concederet, pessimo exemplo intercessum est. Nam cum ad interficiendum eum educto gladio prorueret Menelaus, ex occulto

legendum conjicit, *paratos armis æque.* Mox pro *incedens* legit *Delph. cedens.*

NOTÆ

Μενέλαος, 'Αλέξανδρον θεοειδέα 'Οφθαλμοῖσιν ἰδών· φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην. 'Sic gavisus est Menelaus Alexandrum Deo similem Oculis conspicatus; sperabat enim se ulturum inimicum.' Verum hoc Homerus de priori congressu; sed Noster immutavit.

[s] *Paratos armis atque animis*] Vox 'animis' deest in Mss.: et sane non iidem animi Paridi, qui coactus a fratribus redibat ad pugnam, pudore potius quam ferocia. Scribe 'paratos armis æque,' hoc est, paribus armis instructos; quod sane justo duello necessarium.

[t] *Prævenire cupiens, simulque ratus*] At Homer. scribit id sorte Paridi contigisse, ut prior hastam emitteret. *Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες, 'Οππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.* Et, *Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσεν.* 'Sortes in galea ærea conjecerunt, ducturi Uter prior emitteret æream hastam.' Et, 'Paridis autem sors cito exiit.'

[u] *Eaque illisa clypeo facile decussa est*] Ex Homero: *Καὶ βάλεν 'Ατρείδαο κατ' ἀσπίδα πάντοσε ἴσην, Οὐδ' ἔρρηξεν χαλκὸν, ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμὴ 'Ασπίδι ἐν κρατερῇ.* 'Et feriit Atridæ scutum undique æquale, Neque perrupit æs, sed reflexa est illi cuspis In robusto scuto.'

[v] *Telum humi figitur*] At Homer. scribit lanceam scutum penetrasse, tunicam discidisse, et Parin declinantem mortem evitasse.

[w] *Novis jaculis*] Sed falsum est eos novas hastas sumsisse; nam ensibus impetum fecere.

[x] *Ictus femur, cadit*] Ex Homero tamen Alexander vulneratus non fuit; sed eum Menelaus galea corripuit et præfocabat ipsum ad se ducens; cum Venus, rupto loro, eum abripuit. Sed Noster quædam immutavit, aliaque præteriit, quæ ferri non posse putavit.

sagitta Pandari vulneratus,[y] in ipso impetu repressus est. Igitur ab nostris clamore orto, simulque cum ira indignantibus, quod duobus [z] seorsum adversum se, hisque maxime quorum gratia bellum conflatum esset, decernentibus, repente a Trojanis pessimo more intercederetur, rursus globus barbarorum ingruens Alexandrum e medio rapit. [41.] Interim in ea permixtione, dum nostri hæsitant, Pandarus procul astans, multos Græcorum sagittis configit. Neque prius finis factus, quam Diomedes, atrocitate rei motus, progressusque cominus telo hostem prosterneret.[a] Hoc modo Pandarus certaminis fœdere violato, atque interemtis multis, ad postremum pœnas sceleratissimæ militiæ [b] luit. Ceterum corpus ejus liberatum ex acie [c] Priamidæ igni cremant: reliquiasque socii traditas sibi Lyciam in solum patrium pertulere. Interim uterque exercitus signo dato manus conserunt: pugnantesque vi summa atque ancipiti fortuna bellum [d] ad occasum solis producunt. Sed ubi nox adventabat, utrinque reges subducta haud longe acie, custodibus idoneis exercitus communiere. Ita per aliquot dies tempus bellandi opperientes, militem frequentem armatum [9] frustra habuere.[e] Namque ubi hyems

—8 Deest *contra* in Delph.—9 Delph. *in arma*.—1 Delph. *frumenta a. q. q. t. a.*

NOTÆ

[y] *Sagitta Pandari vulneratus*] Ex Homero hoc quoque, sed immutatum. Scribit enim Homerus post pugnam Menelai et Paridis, cum ex fœdere Græci Helenam repeterent, Pandarum Lycaonis filium, ut violaret fidem fœderis, in Menelaum hastam emisisse, quæ, thorace cinguloque penetratis ejus, tantum summam aurem perstrinxit. Illum vide, Il. Δ.

[z] *Quod duobus*] Alexandro et Menelao.

[a] *Cominus telo hostem prosterneret*] Hom. Iliad. E.

[b] *Sceleratissimæ militiæ*] Sceleratissimum dicit, quia fœdera violaverat, Menelaum vulnerando.

[c] *Liberatum ex acie*] Per Æneam, quem ibi etiam Diomedes lapide percussit.

[d] *Bellum*] 'Bellum' dicit pro pugna. De ea vide Homer. Iliad. E.

[e] *Frequentem armatum* [*in arma*] *frustra habuere*] Malim, 'In armis frustra habuere:' militem frequentem habuere in armis; quod Latinissimum est. Potest tamen ferri, 'miles frequens in arma;' apud Nostrum præcipue, a quo non est exigenda Latini sermonis puritas.

adventare, et imbribus crebris compleri cœpere campi, barbari intra muros abeunt. At nostri, nullo palam hoste,[f] digressi ad naves, munia hyemis disponunt: moxque bipertito campo qui reliquus non pugnæ opportunus erat, utraque pars[g] aratui insistere, serere frumenta, aliaque quæ tempus anni[h] patiebatur.[1] Interim Ajax Telamonius instructo milite quem secum adduxerat, habens etiam nonnullos de exercitu Achillis, ingressus Phrygiæ regionem,[i] multa hostiliter vastat, capit civitates, ac post paucos dies præda auctus, ad exercitum victor revenit. [42.] Hisdem fere diebus barbari nostris per conditionem hyemis quietis, nihilque hostile suspicantibus, paravere eruptionem: quis Hector dux atque audendi auctor factus,[k] omnes[2] copias instructas armis cum luce simul porta educit, ac protinus cursu pleno ad naves tendere atque invadere hostes jubet. At Graii infrequentes tum[3] incuriosique ab armis,[l] turbari,[4] simul et[5] a fugientibus, quos primus hostis incesserat, quo minus arma caperent impediri: tum cæsi multi mortales: jamque fusis qui in medio fuerant, Hector ad naves progressus, ignem[m] in proras jacere, ac sævire incendiis

p. *parare.* Med. Cod. *dein serere frumenta.*—2 Ante *omnes* inserit Delph. voces *is namque.*—3 Deest *tum* in Delph.—4 Delph. *turbati*, et mox *impediti.*

NOTÆ

[f] *Nullo palam hoste*] Existente scilicet.

[g] *Utraque pars*] An Trojani et Græci? Ut dicat Dictys per hyemem Græcos et Trojanos campum, qui reliquus erat ab imbribus, divisisse, partemque suam arasse singulos, et ad messem præparasse. Quasi scilicet ita opportuni et æqui Græci fuerint, ut hostibus suis faverent ultro, eosque bello frangere, non fame domare experirentur. Illud certe ridiculum. Quare 'utraque pars' hic de Græcis tantum dicitur, qui campum divisere, &c.

[h] *Tempus anni*] Eleganter, et eodem modo dictum quo 'tempestas anni' alicubi. 'Tempus horæ et tempora anni.' Lucret. Tempus anni etiam dixit Pollio, ad Ciceronem: 'Anni autem tempus libertatem majorem mihi dat.'

[i] *Ingressus Phrygiæ regionem*] Sed jam antea idem Ajax Phrygum regionem intraverat.

[k] *Atque audendi auctor factus*] Virgil. XII. 'Auctor ego audendi.' *Mercer.*

[l] *Ab armis*] Id est, ab armatis militibus.

[m] *Hector ad naves progressus, ignem*] Hoc fuse Homer. Il. O.

occœperat,[6] nullo nostrorum [n] auso resistere: qui territi atque improviso tumultu exsangues, genibus Achillis,[o] auxilium renuentis, tamen advolvebantur:[7] tanta repente mutatio animorum nostrosque [8] atque hostes incesserat. [43.] Interea Ajax Telamonius adveniens, cognito apud naves Hectore, magna armorum specie[p] ibidem apparuit, ac dein mole sua [9] urgens hostem, multo sudore ad postremum a navibus extra vallum [q] detrudit. Tum jam cedentibus acrior insistens, Hectorem qui adversus eum promtus [1] steterat, ictum immani saxo,[r] ac mox consternatum dejicit. Sed eum concurrentes undique plurimi multitudine sua tectum, bello atque Ajacis manibus eripiunt, seminecemque intra muros ferunt, male prospera[s] eruptione adversus hostes usum. Ceterum Ajax sævior ob ereptam e manibus gloriam assumtis jam Diomede, et cum Idomeneo Ajace altero, territos dispersosque sequi; ac fugientes nunc telo eminus prosternere, modo apprehensos obterere armis, prorsus nullo qui in ea parte fuerat intacto. Inter quæ tam trepida [t] Glaucus Hippolochi,[u] Sarpedon [v] atque As-

—5 Omittitur vocula *et* in Delph.—6 Delph. *cæperat*.—7 Delph. *obvolvebantur*.—8 Deest *que* in Delph.—9 Sic correxit Obrecht. vulgo, *molestia*: et sic

NOTÆ

[n] *Nullo nostrorum*] Contra est; nam cum Trojani pugnabant maxime, tum Græci resistebant maxime. Homer. ibidem.

[o] *Genibus Achillis*] Elegantissimam orationem, quam ad Achillem habuit Patroclus, vide apud Homer. Il. Π.

[p] *Magna armorum specie*] Forte respicit ad clypeum Ajacis septemplicem, σάκος ἑπταβόειον Ταύρων ζατρεφέων, 'scutum cui septem terga boum ingentium.'

[q] *A navibus extra vallum*] Inde Ajax, apud Ovid. XIII. Metam. de Ulysse: 'At non Hectoreis dubitavit cedere flammis Quas ego sustinui, quas hac a classe fugavi.' Verum Homerus scribit Ajacem Trojanos flammas inferentes sustinuisse; sed Patroclum cum Myrmidonibus eos fugavisse. Illum vide, Il. O. et Π.

[r] *Ictum immani saxo*] Hoc falsum est. Hector enim Patroclum interfecit in hac pugna. Qui tamen, defatigato demum Ajace, ac jam telis omnium presso, supervenit. Vide Homer. Il. Π. Suspicor hic Dictyn de Hectore dixisse, quod de Ænea per Diomedem lapide percusso, circa corpus Pandari, Homerus retulit, Il. E.

[s] *Male prospera*] Id est, infausta. Sic Horat. dixit 'digitum male pertinacem,' qui facile cedit. Ita Ovid. Livius, &c.

[t] *Tam trepida*] Virg. 'dum trepidant alæ.'

[u] *Glaucus Hippolochi*] Ita recte li-

teropæus,[w] ad morandum hostem paulisper ausi resistere, mox vulneribus gravati locum amisere: quis versis, nullam barbari spem reliquam salutis rati sine rectoribus, neque usquam certo ordine palantes, effusique ruere ad portas; eoque arcto[2] et properantium multitudine impedito ingressu, cum super alium alius ruinæ modo præcipitarentur, supervenit cum supradictis ducibus Ajax. Tum magna vis barbarorum, trepida impeditaque inter se, cæsa extinctaque: in quis Priami filiorum Antiphus et Polites, Pammon, Mestor,[x] [3] atque Euphemus Trœzenius[y] dux egregius Ciconum. [44.] Ita Trojani, paulo ante victores, ubi adventu Ajacis fortuna belli mutata est, versis ducibus pœnas luere militiæ inconsultæ: ac postquam adventante vespera, signum nostris receptui datum est, victores lætique ad naves regressi, mox ab Agamemnone cœnatum deducuntur. Ibi Ajax, collaudatus a rege, donis egregiis honoratur: neque reliqui duces facta gestaque viri silentio remittunt:* quippe singuli extollentes virtutem, memorare fortia facta, eversas ab eo tot Phrygiæ civitates, abductasque prædas, et ad postremum in ipsis navibus adversum Hectorem egregiam pugnam, liberatasque igni classes. Neque cuiquam dubium, quin ea tempestate, tot egregiis ac pulcherrimis ejus facinoribus, spes omnes[z] atque opes militiæ in tali viro sisterentur. Ceterum proras duarum navium,[a] quibus illatus ignis eam partem tantummodo con-

Delph.—1 Delph. *promtius*.—2 Delph. *atro*.—3 Sic correxit Mercer. vulgo,

NOTÆ

bri, ut distinguat a Glauco Antenoris, de quo infra.

[v] *Sarpedon*] A Patroclo interfectus in hac pugna. Hom. Il. Π. Sed aliter paulo Dictys, libro sequenti.

[w] *Asteropæus*] Lycius fuit; quem una cum Sarpedone et Glauco Homerus præfecit quintæ turmæ auxiliarium.

[x] *Antiphus, Polites, Pammon, Mestor*] Eos inter Priami filios numerat Homerus; ex eo Apollodor. et alii.

[y] *Trœzenius*] Trœzeni filius; jam supra.

[z] *Spes omnes*] Spes, pluraliter. Sic Horat. 'Vitæ summa brevis spes nos vetat inchoare longas.'

[a] *Duarum navium*] Ajacis et Protesilai.

suimserat, Epios[b] brevi restituit. Tumque Græci, rati post malam pugnam Trojanos ulterius nihil hostile ausuros, quieti ac sine terrore egere. [45.] Per idem tempus[c] Rhesus, Eione[4] genitus:[d] haud alienus a Priami amicitia,[e] pacta mercede[f] cum magnis Thracum copiis adventabat. Is incidente jam vespera paulisper moratus apud peninsulam,[g] quæ anteposita civitati[5] continenti ejus adjungitur, secunda circiter vigilia[h] ingressus Trojanos campos, explicitisque tentoriis[i] ibidem opperiebatur.[k] Quod ubi Diome-

----

ac modo *Nestor*. In Mss. *Ammon Nestorque*.—[3] Delph. *admittunt*.—4 Sic emendavit Mercer. vulg. *Rhesus de Eroneo genitus*. In Mss. *R. sissione g*.—5 Delph.

NOTÆ

[b] *Epios*] Epius, Epeus, qui equum ligneum fabricavit.

[c] *Per idem tempus*] Historiam Rhesi post incensas naves narrat Dictys: Homerus vero et alii, ante eas incensas, et eadem nocte, qua Dolon ab Ulysse et Diomede interceptus occiditur. Homer. Il. K. Euripid. in Rheso.

[d] *Eione genitus*] Rhesum Eionei filium facit Homerus. Verum alii omnes eum Strymonis filium dicunt; quod ut conciliet Conon ait, Strymonem fluvium olim dictum 'Eioneum.' Rhesi matrem alii Euterpen, alii Terpsichoren vocant.

[e] *Haud alienus a Priami amicitia*] Cognatum eum vocat Hector apud Euripid. in Rheso: *Σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν, βάρβαρός τε, βαρβάρους Ἕλλησιν ἡμᾶς προθέντες τὸ σὸν μέρος.* 'Tu vero cognatus existens, et barbarus, barbaros Græcis nos propinasti, quantum in te fuit.'

[f] *Pacta mercede*] Unde hoc Dictys? Hector enim apud Euripidem, dona tantum missa commemorat. *Ποίων δὲ δώρων κόσμον οὐκ ἐπέμψαμεν.* 'Quorum vero donorum ornatum non misimus tibi.'

[g] *Apud peninsulam*] Non video quam peninsulam hic somniet Dictys, quæ nulla est. Rhesus navibus Bosphorum trajecit, reliquumque itineris pedes confecit. Euripid. in Rheso. *Ἥκω περάσας ναυσὶ πόντιον στόμα, Τὰ δ' ἄλλα πεζὸς γῆς περῶν ὁρίσματα.* 'Venio trajiciens navibus Ponti fauces, Alios vero pedes terræ trajiciens fines.'

[h] *Secunda circiter vigilia*] Hoc est ante mediam noctem; quo tempore eum Trojanos campos ingressum omnes consentiunt. Unde pastor Hectori apud Euripidem nuntiat, Rhesum copias suas Idæ monti noctu applicuisse.

[i] *Tentoriis*] 'Niveis tentoria velis.' Virg. de Rheso.

[k] *Ibidem opperiebatur*] At ex aliis certum est, Rhesum ibi pernoctasse ubi eum Hector statuit, seorsum ab aliis, et aliorum extremum. Euripid. *Ὁ δ' ἐγγὺς ἧσται, κοὐ συνήθροισται στρατῷ, Ἀλλ' ἐκτὸς αὐτὸν τάξεων κατεύνασεν Ἕκτωρ, ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος.* Qui locus levi macula purgandus est; legendum enim ὧδ'. id est, hic, in proximo. 'Hic prope sedet, neque conjunctus est cum exercitu, Sed illum extra ordines constituit, Hector, donec nox immutet lucem.' Et

des cum Ulysse, vigilias in ea parte curantes, procul animadvertere, rati Trojanos[l] a Priamo exploratum missos, arreptis armis, mox presso gradu circumspicientes omnia, pergunt ad eum locum. Tum fatigatis ex itinere custodibus, et ob id somno pressis, eosque, et interius progressi, in ipsis tentoriis regem interficiunt.[m] Dein nihil ultra audendum rati, currum ejus,[n] et cum egregiis insignibus[o] equos[p] ad naves ducunt. Ita reliquum noctis in suis quisque tabernaculis requiescentes transigunt. At lucis principio reliquos duces conveniunt, eos facinus ausum expletumque docent. Ac mox rati barbaros incensos cæde regis affore, jubent omnes frequentes apud arma agere, opperirique hostem. [46.] Neque multo post Thraces, ubi expergefacti e somno, regem interemtum, fœdam faciem intra tentoria animadvertere, et vestigia abducti currus manifesta sunt, raptim ac sine ullis ordinibus, ut quemque sors conglobaverat, ad naves evolant. Quibus procul visis, nostri

NOTÆ

Homer. *Θρήϊκες οἵδ' ἀπάνευθε νεήλυδες, ἔσχατοι ἄλλων.* 'Threices hi seorsum novi advenæ, extremi aliorum.' Hoc est, Græcis objecti.

[l] *Rati Trojanis*] Ab aliis omnibus, ut supra monuimus, dissentit; qui scribunt Ulyssem et Diomedem, speculatores missos, a Dolone intercepto omnia didicisse.

[m] *In ipsis tentoriis regem interficiunt*] Solus Pindarus scribit Rhesum per totum diem adversus Græcos pugnasse, multumque eos fatigasse, et nocte sequenti Ulyssem et Diomedem monitu Junonis et Palladis castra Trojanorum ingressos Rhesum interfecisse.

[n] *Currum ejus*] Falsum est currum eos abduxisse: nam et Minerva apud Euripidem Diomedi dicit, non esse apud eos ubi currum eum locent: *Οὐ γάρ ἐσθ' ὅπου Τοιόνδ' ὄχημα χθὼν κέκευθε πωλικόν.* 'Non enim est ubi Talem currum terra custodiat equestrem.'

[o] *Cum egregiis insignibus*] Forsan 'insignia' hæc simpliciter intelligenda sunt de spoliis hostium. Sed forsan etiam ad ornamenta equorum respexit Dictys; quæ sic describit Euripid. *Χρυσῇ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρον Πώλων ἔκληε, χιόνος ἐξαυγεστέρων,* Et, *Γοργὼ δ', ὡς ἐπ' αἰγίδος θεᾶς, Χαλκῆ μετώποις ἱππικοῖσι πρόσδετος, Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.* 'Aurea autem bulla collum jugalium Equorum claudebat, nive candidiorum: Gorgo autem, velut in clypeo Palladis, Ferrea frontibus equorum alligata, Cum multis tintinnabulis sonum terribilem edebat.'

[p] *Equos*] Qui si Xantho bibissent et e Trojano campo pabulum gustassent, Troja futura erat inexpugnabilis. Unde Virg. 1. Æn. de Diomede: 'Ardentesque avertit equos in castra, priusquam Pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent.'

conferti inter se, atque imperia servantes eunt obviam. Sed Ajaces duo in aliquantum acie[6] progressi, primos Thracum invadunt atque opprimunt. Dein reliqui duces, ut quisque locum ceperat, cædere singulos; et ubi conferti[7] steterant, bini aut amplius congregati, impetu suo dissolvere: ac mox dispersos palantesque interficere, prorsus uti nullus reliquus cædis fieret. Ac statim Graii, extinctis qui adversum ierant, signo dato ad tentoria eorum pergunt. At illi qui custodes castris relicti soli supererant,[8] visis contra hostibus, terrore ipso miserandum in modum effœminati, omnibus amissis[q] ad mœnia confugiunt. Tum undique versus nostri irruentes, arma, equos, regias opes, et ad postremum uti quidque sors dederat, præripiunt. [47.] Hoc modo victores Graii deletis cum imperatore Thracibus, onusti præda atque victoria,[r] ad naves digrediuntur: cum interim Trojani ex muris respectantes nequicquam pro sociis, intra mœnia tamen[s] trepidarent. Igitur barbari, tot jam adversis rebus fracti, legatos inducias postulantes ad Græcos mittunt. Ac mox nostris conditionem approbantibus, interposito sacrificio fidem pacti firmavere. Eodem fere tempore Chryses, quem sacerdotem Sminthii Apollinis supra memoravimus, ad exercitum venit actum gratias super his, quæ in se recepta filia benigne ab nostris gesta erant: ob quæ tam honorifica,[1] simul quod Astynomen liberaliter habitam[t] cognoverat, reductam secum Agamemnoni tradit. Neque multo post Philocteta, cum his qui

ante positam civitatem; omissa vocula *jam* ante *vespera*.—6 Omittitur in Delph. vox *acie* ante *progressi*.—7 Omittitur quoque *conferti* ante *steterant*, et mox *prorsus* post *interficere*.—8 Delph. *superfuerant*.—1 Delph. *magnifica*.

NOTÆ

[q] *Omnibus amissis*] Pro relictis.

[r] *Onusti præda atque victoria*] 'Onustus præda' eleganter dicitur; sed 'onustus victoria' vix ferri posse puto, et vitiose dictum arbitror. Sed de hoc loquendi genere fuse dictum est supra.

[s] *Intra mœnia tamen*] Nequicquam pro sociis trepidarent, et quamvis essent intra mœnia.

[t] *Liberaliter habitam*] Ut liberalem nympham decebat; non autem ut servam.

partem prædæ[u] ad eum portaverant, Lemno regreditur,[v] invalidus etiam tum, neque satis firmo gressu. [48.] Interea consilium Græcis agentibus,[w] Ajax Telamonius[x] in medium progressus, docet oportere mitti ad Achillem precatores, qui eum imperatorum verbis atque exercitus peterent, remittere iras, ac repetere solitam cum suis gratiam: minime quippe aspernandum talem virum, nunc vel maxime, cum secundis rebus Græci, et paullo ante victores, non ob utilitatem, sed honoris merito, gratiam ejus peterent. Inter quæ deprecari[y] etiam Agamemnonem, daret operam simul; voluntatemque agendo negotio adhiberet: namque tali tempore in commune[z] ab omnibus consulendum, præsertim procul ab domo, locis alienis atque hostilibus: neque se aliter, inter tam gravia bella undique versus inimicis regionibus,[a] quam concordia tutos fore. At ubi finem loquendi fecit,[2] cuncti duces collaudare[3] consilium viri, simulque prædicantes ad cœlum tollere, scilicet quod cum virtute corporis,[b] tum ingenio universos anteiret. Post quæ Aga-

2 Delph. *finem fecit loquendi.*—3 Delph. *collaudavere.*

NOTÆ

[u] *Qui partem prædæ*] Ejus prædæ quæ per Ajacem et Achillem adducta fuerat.

[v] *Lemno regreditur*] Ab aliis omnibus hic Dictys dissentit: omnes enim uno consensu tradunt ab Græcis legatos Lemnum missos qui Philoctetam in castra reducerent. Legatos eos Ulyssem et Diomedem vocat Hyginus. Ovid. Ulyssem tantum ponit. Pausanias Diomedem tantum. Sophocles, in Philoctete, Pyrrhum cum Ulysse profectum dicit.

[w] *Consilium agentibus*] Consilium dicit quod concilium est; neque id exemplis caret. Sic Galli dicunt *conseil*, de loco illo, ubi consilium habetur.

[x] *Ajax Telamonius*] Apud Homerum, Nestor verba facit. Vide illum, Il. I.

[y] *Deprecari*] Semper apud Nostrum, pro obnixe precari.

[z] *Namque tali tempore in commune, &c.*] Qui obliquam istam orationem attente legerit, is sane in ea miram inconsequentiam deprehendet. Aiunt Græci, se non ob utilitatem suam, sed honoris merito, Achillis gratiam petere; sed illum tamen obnixe rogant, ut se etiam operi adjungat; tali præsertim tempore, cum longe a domo sua, in agro hostili et inter gravia bella, nisi per concordiam tuti esse non possunt. Certe vix risum teneo.

[a] *Undique versus inimicis regionibus*] Existentibus scilicet.

[b] *Virtute corporis*] Hic virtus est robur. Sic Græcis aliquando ἀρετή.

memnon docere, se et ante ad reconciliandum Achillem multos misisse, et nunc nihil aliud cordi esse. Ac mox Ulyssem atque ipsum Ajacem[c] orare, susciperent negotium, atque ad eum nomine omnium irent; maxime quod Ajax, cognatione fretus,[d] impetraturus veniam facilius credebatur. Igitur his operam suam pollicentibus, iturum se una Diomedes sponte ait. [49.] His actis, Agamemnon afferre hostiam lictores jubet,[e] ac mox sublata super terram,[f] cum duo, quibus imperatum erat, suspensam retinerent, gladium vagina educit, eoque bifariam excisam hostiam[g] in conspectu uti diviserat, collocat: dein ferrum sanguine oblitum manu retinens, inter[4] utramque sacri partem medius vadit.[h] Interim Patroclus, cognito quod parabatur, in consilium supervenit. At rex, sicut supra diximus, transgressus, ad postremum jurat, inviolatam a se in eum diem Hippodamiam mansisse: neque cupiditate ulla, aut desiderio lapsum,[5] [i] sed ira, qua plurima mala conficiuntur, eousque processisse. His addit, cupere se præterea, si etiam ipsi videretur, filiarum quæ ei cordi esset[k] in matri-

4 Delph. in.—5 Delph. et vulg. *læsum*. Arg. Cod. *læsam*.

NOTÆ

[c] *Ulyssem atque ipsum Ajacem*] Ulyssem, Ajacem, et Diomedem ad Achillem inisse, dicit. Homer. Phœnicem, Ulyssem, et Ajacem; quos præcones Hodius et Eurybates sequebantur.

[d] *Ajax cognatione fretus*] Ajax enim et Achilles erant *cousins Germains;* duorum fratrum filii; Pelei scilicet et Telamonis.

[e] *Agamemnon afferre hostiam lictores jubet*] Sed cur hic istud sacrificii genus, quod in execrationibus tantum usurpari solitum est? certe male hoc ex ingenio suo immutavit Dictys, qui apud Homerum legerat, Agamemnonem jussisse ut aquam ferrent: qua allata postquam manus laverunt, Jovem libationibus venerati sunt.

[f] *Sublata super terram*] Ut eo ostenderetur, eam Jovi immolari. Aliquando non totam hostiam super terram attollebant; sed caput tantum jugulumque ad cœlum invertebant, ut contra, cum Plutoni, vel Diis inferis faciebant, hostiæ caput terræ applicabant et invertebant.

[g] *Bifariam excisam hostiam*] De hoc jam supra.

[h] *In utramque sacri partem medius vadit*] Ferri potest: malim tamen inter utramque; et verum est. De hoc more inter victimas transeundi jam supra.

[i] *Læsum*] Achillem esse scilicet: ait Agamemnon se Achillem læsisse. Non quod ulla cupiditate et desiderio Hippodamiæ teneretur, sed quod ira esset incensus.

[k] *Filiarum quæ ei cordi esset*] Homer. Iliad. I. Τρεῖς δέ μοι εἰσὶ θύγατρες ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ, Χρυσόθεμις, καὶ

monium dare: decimamque regni omnis,[l] ac talenta quinquaginta[m] doti adjungit. Quæ ubi accepere, qui in consilio erant, admirari magnificentiam regis, maximeque Patroclus: qui cum oblatione tantarum opum, tum præcipue lætus, quod intacta Hippodamia affirmaretur, ad Achillem venit, eique universa gesta actaque[6] refert. [50.] Dein ubi rex ea quæ audierat volutare animo ac deliberare secum ipse occœpit, supervenit cum supradictis Ajax. Tum ingressos eos ac jam benigne salutatos[n] sedere hortatur, juxtaque se Ajacem. Qui tempus loquendi nactus[o] familiariter, et ob id liberius nactus,[7] incusare atque increpare, quod in magnis discriminibus suorum nihil iracundiæ remiserit, potueritque cladem exercitus perpeti, cum eum multi amici, plurimi etiam affinium obvoluti genibus deprecarentur. Post quem Ulysses illa quidem Deorum esse[p] ait: eorum autem quæ in consilio acta essent, ordine exposito, quæ etiam Agamemnon pollicitus,[q] quæque jurasset, ad

6 Delph. *atque acta.*—7 Deest *nactus* in Delph.

NOTÆ

Λαοδίκη, καὶ Ἰφιάνασσα· Τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι, φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθω Πρὸς οἶκον Πηλῆος· ἐγὼ δ' ἐπιμείλια δώσω Πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί. 'Tres autem mihi sunt filiæ in domo bene constructa, Chrysothemis, et Laodice, et Iphianassa: Harum quam velit, suam sine munere abducat, Ad domum Pelei; ego vero dotem addam, Ingentem valde, quantum nemo unquam suæ dedit filiæ.'

l *Decimamque regni omnis*] Apud Homerum tamen Agamemnon septem tantum urbes commemorat.

m *Ac talenta quinquaginta*] Talentorum, quæ in dotem data fuerant, non meminit Homer. ait tantum Agamemnon se daturum viginti tripodas, decem talenta auri, lebetes viginti, equos duodecim, et cum iis septem mulieres Lesbias.

n *Benigne salutatos sedere hortatur*] Ex Homer. *Χαίρετον, ἦ φίλοι ἄνδρες ἱκάνετον· ἦ τι μάλα χρεὼ, Οἵ μοι σκυζομένῳ περ Ἀχαιῶν φίλτατοί ἐστον. Ὣς ἄρα φωνήσας, προτέρω ἄγε δῖος Ἀχιλλεύς, Εἷσεν δ' ἐν κλισμοῖσι, τάπησί τε πορφυρέοισιν.* 'Salvete, certe grati viri vènistis; certe quædam vos invasit necessitas, Qui mihi, irato quamvis, Græcorum carissimi adestis. Sic fatus eos porro deduxit dius Achilles, Et sedere fecit in lectulis, pulvinisque purpureis.'

o *Qui tempus loquendi nactus*] Homerus vero non Ajacem, sed Ulyssem loquentem inducit. Cujus elegantissimam orationem vide Il. I.

p *Illa quidem Deorum esse*] Id est, Deorum voluntate facta esse.

q *Quæ etiam Agamemnon pollicitus*] Subintelligenda sunt ista, 'ex positis

postremum orat, ne preces omnium, neve oblatas nuptias aspernaretur; moxque eorum omnium quæ una offerebantur enumerationem facit. [51.] Tum Achilles, longam orationem exorsus,[r] primum omnium acta gestaque sua exponere; ac dein admonere, quantas ærumnas pro utilitate[s] omnium pertulerit, quas civitates aggressus ceperit: cunctis interim requiescentibus, ipse anxius, ac dies noctesque bello intentus: et cum neque militibus suis, neque sibi ipse parceret, asportatas[8] nihilominus prædas in commune solitum redigere: pro quis solum omnium se electum,[t] qui tam insigni[u] injuria dehonestaretur: solum ita contemtum, a quo Hippodamia tot laborum pretium per dedecus[9] abstraheretur: neque in ea culpa solum esse Agamemnonem, sed maxime ceteros Græcos, qui, immemores beneficiorum, contumeliam suam silentio præterierint. Postquam finem loquendi fecit, Diomedes, 'Præterita,' ait, 'omittenda sunt, neque oportet prudentem meminisse transactorum, quando ea, etsi maxime cupias, nequeas revocare.' Interea Phœnix, et cum eo Patroclus, circumstantes, genas atque omnem vultum juvenis adosculari, manu con-

8 Delph. *apportatus.*—9 Desunt in Delph. voces *per dedecus.*

NOTÆ

etiam iis quæ,' &c.

[r] *Longam orationem exorsus*] Eam vide apud Homer. Il. I. Nam præcipua tantum capita persequitur Dictys.

[s] *Quantas ærumnas pro utilitate omnium, &c.*] Ex illis Homeri: Ὡς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἴαυον, Ἤματα δ' αἱματόεντα διέπρησσον πολεμίζων, Ἀνδράσι μαρνάμενος, ὀάρων ἕνεκα σφετεράων. Δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων, Πεζὸς δ' ἕνδεκά φημι κατὰ Τροίην ἐρίβωλον· Τάων ἐκ πασέων κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ Ἐξελόμην, καὶ πάντα φέρων Ἀγαμέμνονι δόσκον Ἀτρεΐδῃ, &c. 'Sic et ego multas insomnes noctes traduxi, Diesque cruentos exegi bellum gerens, Cum viris pugnans uxorum gratia suarum. Duodecim navibus civitates vastavi hominum, Pedester vero undecim, aio, circa Trojam glebosam: His ex omnibus res pretiosas multas et insignes, Abduxi, et omnia ferens Agamemnoni dedi, Atridæ,' &c.

[t] *Solum omnium se electum*] Homer. Ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν Εἵλετ', ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα. 'A me autem solo Græcorum Abstulit munus, habetque uxorem meam mihi gratam.'

[u] *Insigni*] Insignis in bonam et in malam partem dicitur. Ut hic in malam.

tingere[1] genua; rediret in gratiam,[v] atque animos remitteret, cum propter præsentes qui eum oratum venissent, tum præcipue ob bene de se meritum reliquum exercitum. [52.] Igitur Achilles, præsentia talium virorum, precibus familiarium, ac recordatione innoxii exercitus tandem flexus,[w] ad postremum, facturum se quæ vellent, respondit: dein hortatu Ajacis tum primum post malam iracundiam[x] Græcis mixtus, consilium ingreditur, atque ab Agamemnone regio more salutatur. Interea reliquis ducibus favorem attollentibus,[y] gaudio lætitiaque cuncta completa sunt. Igitur Agamemnon manum Achillis retentans, eumque et reliquos duces ad cœnam deducit: ac paullo post inter epulas cum læti inter se invitarent,[z] rex Patroclum quæsiit[a] ut Hippodamiam, cum ornamentis quæ dederat, ad tentoria Achillis deduceret: isque libens mandata efficit. Ceterum per id tempus hyemis[b] sæpe Græci atque Trojani singuli, pluresve, ut sors evenerat, inter se sine ullo metu in luco Thymbræi Apollinis[c] miscebantur.

1 Delph. *Interea Ph . . . genas . . . manus adosculari, c. g.*

NOTÆ

[v] *Rediret in gratiam*] Subintelligitur: 'Precantes,' 'rogantes,' vel quid simile. Elegantissimo ellipseos genere in supplicationibus.

[w] *Tandem flexus*] Ab Homero et aliis omnino diversus abit; qui scribunt mortuo Patroclo tum demum Achillem arma sumsisse, ut mortem ejus ulcisceretur.

[x] *Malam iracundiam*] 'Malam' hic interpretor vehementem, pertinacem.

[y] *Favorem attollentibus*] I. prædicantibus.

[z] *Invitarent*] Supple 'se.'

[a] *Quæsiit*] Elegit. Eodem sensu Galli usurpant verbum *chercher*. Verum noster eo utitur, pro rogavit, petiit; ut pagina sequenti: 'ad postremum quæsiit,' et id est, petiit.

[b] *Tempus hyemis*] Jam supra.

[c] *In luco Thymbræi Apollinis*] Qui fuit in campo Thymbræo, quem perfluit amnis Thymbrius, juxta Scamandrum.

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO

LIBER III.

INTERIM per totam hyemem dilato conditionibus in tempus bello, Græci cuncta, quæ in tali otio militia exposcebat, intenti animo summis studiis festinabant.[a] Namque pro vallo[b] multitudo universa variis bellandi generibus per duces populosque[c] instructa, et ob id more optimo divisis ad officia sua quibusque, hinc jaculis hastarum vice fabricatis, neque pondere aut mensura inferioribus, et quibus non alia[1] erant, præustis sudibus; illinc sagittis certantes inter se invicem, ad multum diem exercere; alii saxis utebantur. Sed inter sagittarios maxime anteibant Ulysses, Teucer, Meriones, Epios, Menelaus. Neque dubium, quin inter hos tamen[2] præcelleret Philocteta; quippe Herculis sagittarum dominus, et destinata feriendi arte mirabilis. At Trojani cum auxiliaribus laxiores militia, neque circa exercitium[3] soliciti secordius agitare. Ac sæpe sine ullo

1 Delph. *ea non.*—2 Delph. *jam.* 'Legendum,' ait Barth. '*inter hos etiam:* Videtur trajectum fuisse, *hos inter etiam*, unde omissis literarum.' Vinding. nihil mutandum censet; '*jam tum;* ita ubique Noster usurpat.' —3 Delph. *exercitum:* Barth. scribendum putat *circa exercitium*, impro-

NOTÆ

a *Festinabant*] Optime 'festinare' activum posuit: sic Ovid. dixit, 'festinare vestes.' Tacitus, 'virgines festinantur.' Virgil. 'festinare jussa.'

b *Pro vallo*] Id est, ante vallum.

c *Per duces populosque*] Secundum duces et populos; id est, singuli seorsim sub ducibus suis.

insidiarum metu, hi aut illi[d] multis immolationibus Thymbræo Apollini supplicabant. Hisdem[4] fere diebus nuntius apportatur, universas prope Asiæ civitates descivisse a Priamo, atque ejus amicitiam execrari: namque facinoris exemplum,[5] [e] suspectis jam per universos populos gentesque circa hospitium omnibus, simul[6] omnibus præliis Græcos victores cognitum,[f] et eversio multarum in ea regione civitatum in animis hæserat; ad postremum, grave odium filiorum regnique ejus incesserat.[a] [2.] At apud Trojam forte quadam die Hecuba supplicante Apollini, Achilles avidus[7] visere[g] cærimoniarum morem, cum paucis comitibus supervenit. Erant præterea cum Hecuba matronæ plurimæ, conjuges principalium filiorumque ejus, partim honorem atque obsequium reginæ tribuentes, reliquæ tali obtentu[8] [h] pro se quæque rogaturæ supplicabant:[9] etiam Hecubæ filiæ nondum nuptæ, Polyxena, et Cassandra, Minervæ atque Apollinis antistes,[1] novo ac barbaro re-

[a] *Etenim cum propter exemplum admissi sceleris jam per cunctos populos nationesque suspecti essent super hospitio, notum erat Græcos omnibus certaminibus victores esse, tum dirutio multarum urbium in ea regione animos penetraverat; tandem accesserat sævum odium in natos et in dominationem ejus.*

bante Vinding. 'Ego *exercitum* retinere malo: sensus quippe est, non curasse eos ad exercitum et militiam pertinentes. Sic supra Noster locutus est II. 9. 'Insinuans, quæ circa filiam ejus evenissent,' et II. 12. Circa Protesilai sepulturam nostris occupatis: et præcipuus mihi locus est II. 34. 'Ob industriam et amorem, quem circa omnem exercitum exhibebat.' *Vinding.*—4 Delph. *iisdem.*—5 Sic Arg. et Med. Codd. at Venet, et al. *n. f. exemplo*, quam lectionem exhibet Delph.—6 Deest vox *simul* in Delph. Arg. Cod. *o. p. G. v. cognito.*—7 Vulgo *volens visere.* In Mss. *advenien̄s v.* Merc. *avens v.* Delph. *ausus v.*—8 Vinding. legendum putat *alio obtentu.*—9 Med. Cod. *supplicaturæque.*—1 Delph. *antistites*, et mox, *redimitæ ... precabantur.* quas lectt. probat Vinding. 'ambæ antistites erant, Cassandra quidem Minervæ, Polyxena Apollinis.' Barth. nostram defendit lectionem, et

NOTÆ

[d] *Hi aut illi*] Græci aut Trojani.

[e] *Facinoris exemplum* [*exemplo*] Id est, Propter exemplum facinoris. Sic sæpe Noster.

[f] *Græcos victores cognitum*] Græcos victores esse cognitum erat. Sed vellem scripsisset Dictys, 'cognito.' Et ita sane scribendum fuerat.

[g] *Achilles avidus* [*ausus*] *visere*] Omnino scribendum 'avens visere;' id est, cupiens. *Mercer.*

[h] *Tali obtentu*] *Sous ce pretexte*, obsequii et honoris scilicet.

dimita ornatu, effusis hinc atque inde crinibus precabatur, suggerente sibi Polyxena[i] apparatum sacri ejus. Ac tum forte Achilles, versis in Polyxenam oculis, pulchritudine virginis capitur: auctoque in horas desiderio, ubi animus non lenitur, ad naves discedit. Sed ubi dies pauci fluxere, et amor magis ingravescit, accito Automedonte, aperit ardorem animi: ad postremum rogat,[2] uti ad Hectorem virginis causa iret. Hector vero daturum se in matrimonium sororem mandat, si sibi universum exercitum proderet.[k] [3.] Dein Achilles, soluturum se omne bellum pro Polyxena tradita,[3] pollicetur. Tum Hector, aut proditionem ab eo confirmandam, aut filios Plisthenis atque Ajacem interficiendos: alias[l] de tali negotio nihil se auditurum. Ea ubi Achilles accepit, ira concitus exclamat, se eum,[4] cum primum tempus bellandi foret, interemturum. Dein animi jactatione saucius, huc atque illuc oberrans, interdum tamen quatenus præsenti negotio utendum esset consultare. At ubi eum Automedon jactari animo, atque in dies magis magisque æstuare desiderio, ac pernoctare extra tentoria animadvertit, veritus, ne quid adversum se, aut in supradictos reges moliretur, Patroclo atque Ajaci rem cunctam aperit. Hique dissimulato quod audierant cum rege[m] commorantur. Ac forte quodam tempore recordatus sui, convocatis Agamemnone et Menelao, negotium, ut gestum erat, desideriumque animi aperit: a quis omnibus, ut bono animo ageret, respondetur: brevi quippe dominum eum fore ejus, quam[n] deprecando non impetraverit: quæ

inserendam putat voculam *hæc*: *P. e. C. M. hæc a. A. antistes.*—2 Delph. *quæsiit.*—3 Omittit Delph. vocem *tradita.*—4 Omittit Delph. *eum*, et mox

NOTÆ

[i] *Suggerente sibi Polyxena*] Ait Polyxenam auctorem et suasorem fuisse illius sacri.

[k] *Si sibi universum exercitum proderet*] Nescio unde hoc Dictys.

[l] *Alias*] Nota, pro 'aliter,' 'alio modo.'

[m] *Cum rege*] Achille.

[n] *Dominum eum fore ejus*] Scripsisse debuit Dictys, 'Dominum eum vi fore ejus quam,' &c.

res eo[5] habere fidem videbatur, quoniam jam summa rerum Trojanarum[o] prope occasum erat. Omnes namque Asiæ civitates, execratæ amicitiam Priamidarum, ultro nobis auxilium societatemque[?] belli offerebant: quis ab ducibus nostris benigne[p] respondebatur, satis sibi esse præsentium copiarum, neque auxiliorum egere:[q] amicitiam sane quam offerrent,[6] voluntatemque eorum fore gratam omnibus: scilicet quia fluxa fides,[r] et animi parum spectati, neque tam subita mutatio sine dolo credebatur. [4.] Jamque exactis hybernis mensibus,[7] [s] ver cœperat, cum Graii, edicto prius uti omnis miles in armis esset, mox signo belli edito, exercitum in campis productum ordinant: neque[8] a Trojanis segnius agebatur. Igitur ubi utrimque instructæ acies adversum processere, atque intra teli jactum ventum est, cohortati suos quisque manus conserunt, in medio locatis equitibus, et ob id primis congressis. Tumque primum reges nostri[9] atque hostium, ascensis curribus, bellum ineunt, ascito sibi quisque auriga[t] ad regendos equos. Sed primus omnium Diomedes invectus Rhesi equis[1] Pyræchmem[2] [u] regem Pæonum hasta fronte ictum[3]

post *foret* exhibet voces *primo prælio.*—5 Vinding. *ideo.*—6 Post offerrent exhibet Delph. voces *ultro suscipere.*—7 Deest vox *mensibus* in Delph.—8 Post *neque* exhibet Delph. *ea*, et mox *agebantur.*—9 Delph. *primi nostrorum.*—1 Omittuntur voces *Rhesi equis* in Delph.—2 Delph. *Pyræchmen.* mox pro *Pæonum*, vulg. *Ciconum.* Mss. *Pæanium.*—3 Delph. *hastæ ictu*, omissa voce

NOTÆ

[o] *Summa rerum Trojanarum*] Deest, 'res:' 'summa res rerum.' Ejus ellipseos non meminerunt viri docti, qui illud argumentum ex professo tractarunt. Sic Virg. 'Quo res summa loco, Pantheu?'

[p] *Benigne*] Recusantes dicebant 'benigne' vel 'bene,' ut Græci Κάλλιστα, κάλως, &c.

[q] *Neque auxiliorum egere*] Supple, 'egestatem;' 'egeo' enim activum est.

[r] *Scilicet quia fluxa fides*] Verba auctoris, indicantis cur Græci Asiaticorum opes et auxilia recusarent: 'Quia scilicet,' &c.

[s] *Hybernis*] Supple, tempestatibus, mensibus.

[t] *Auriga*] Tunc temporis nobilissimum erat aurigarum officium; ut passim ex Homero certum est. Inde Horatius: 'Et Sthenelus sciens Pugnæ, sive opus est imperitare equis, Non auriga piger.'

[u] *Pyræchmem*] Sed eum a Patroclo occisum scribit Timolaus Macedo; referente Eustathio, in Odyss. Λ. Nimirum ex Hom. Il. Π. 287. de Patro-

interficit. Dein ceteros, quos ob virtutem rex secum stipatores habuerat, conglobatos inter se atque ausos resistere, partim telo eminus fundit, alios curru per medios concito humi obterit. Dein Idomeneus, adhibito equis Merione, Acamanta[v] Thracum regem dejicit, ruentique[w] telo occurrit, atque ita interficit. Sed ubi Hector, situs in parte alia, medios suorum fundi accipit, dispositis satis strenuis ubi pugnabat, accurrit[4] auxilio laborantibus, Glaucum et Deiphobum et Polydamanta secum habens. Nec dubium, quin deleta a prædictis regibus ea pars hostium foret,[x] ni adventu suo Hector nostrosque ulterius progredi,[5] ac suos fugere cohibuisset. Ita Græci, prohibiti cæde reliquorum, represso gradu adversum eos qui supervenerant[6] constitere. [5.] Ac mox cognito per universum exercitum, prælium[*] in ea parte, reliqui duces confirmati, ubi quisque pugnaverat, undique eo confluunt. Densatur utrimque acies, et prælium renovatum est. Igitur Hector ubi plurimos suorum adesse, et satis tutum se intelligit, tollit animos. Dein clamore magno singulos suorum nomine appellans, confidentius in hostem pugnare hortatur: ac progressus intra aciem, Diorem et Polyxenum,[y] Elios[7][z]

fronte.—4 Delph. et vulgo *occurrit.*—5 Delph. *congredi.*—6 Vulg. *superfuerant.*—* Delph. *prælio.*—7 Delph. *Alios*, ita Danielis Cod. Ms. alter *et alios*, vulg. *alios*.

NOTÆ

clo: Καὶ βάλε Πυραίχμην, ὃς Παίονας ἱπποκορυστὰς Ἤγαγεν. 'Et percussit Pyræchmen, qui Pæonas equestres bellatores Ducebat.'

[v] *Acamanta*] Sed eum Homerus a Merione occisum dicit, Il. Π. Μηριόνης δ' Ἀκάμαντα κιχεὶς ποσὶ καρπαλίμοισι, Νύξ' ἵππων ἐπιβησόμενον κατὰ δεξιὸν ὦμον. 'Meriones autem Acamanta assecutus pedibus velocibus, Percussit equos ascensurum in dextro humero.'

[w] *Ruentique*] Acamanti.

[x] *Foret*] Eleganter pro 'fuisset.'

[y] *Diorem et Polyxenum*] Diorem á Pyro Imbraside interfectum dicit Hom. Il. Δ. Sed nihil ille de morte Polyxeni. Dares autem utrumque, et Diorem et Polyxenum, ab Hectore interfectos narrat; ut quidem apud illum 'Diorem' pro 'Dorium' restitui.

[z] *Elios* [*Alios*] 'Alius' pro 'Elius:' Dorice. Ut sæpe in Captivis Plauti, quod item antea corruptum restitutumque a viris doctis. In libris Græcis sæpe invenias πλείους, corrupte pro Ἠλείους, quod notarunt et emen-

satis impigre pugnantes, vulnerat. At ubi eum Achilles ita in hostem promtum animadvertit, simul subvenire his quos adversum bellabat cupiens, et memor paullo ante repulsæ in Polyxena,[a] contra tendit. Progressusque in medios[8] Pylæmenem[9 b] Paphlagonum regem impedimento sibi oppositum cominus fundit, non alienum sanguinis Priamidarum: perhibebatur quippe hic etiam ex his, qui a *Phineo* Agenoris[c] originem propriam memoria repetebant: a quo etiam Olizonem genitam, postquam adoleverit, deductam in matrimonium Dardani. [6.] Ceterum Hector, postquam ad se agmine infesto tendi videt, causas odii recordatus, non ulterius impetum viri experiri ausus, ex acie subterfugit: eumque Achilles insecutus quantum acies hostium patiebatur, ad postremum jaculatus, aurigam ejus interficit,[d] postquam Hector per aliam partem relicto curru aufugerat. Dein ereptum sibi e manibus inimicissimum omnium dolens, rursus vehementius sævire, extractoque ex corpore aurigæ jaculo fundere obvios, ac prostratos, cum alios invaderet desuper proculcans, obterere.[1] Inter quæ tam trepida cunctis fugientibus, Helenus quæsitum ex occulto vulneri locum ubi nactus est, manum Achillis[e] procul at-

que.—8 Delph. *in medio.*—9 Vulgo, *Philemonem.*—1 Delph. *subterere.*—2 Mss.

NOTÆ

darunt eruditi. Mansit adhuc in Polyb. IV. ἔπεισαν δὲ καὶ τοὺς πλείους. Legendum Ἠλείους, 'persuaserunt Eleis,' &c. *Mercer.*

[a] *Memor repulsæ in Polyxena*] Haud libenter scriberem, 'repulsam tuli in illa re;' sed, 'illius rei repulsam tuli.'

[b] *Pylæmenem*] Homerus eum a Menelao occisum dicit, Il. E.

[c] *Qui a Phineo Agenoris*] Nescio quos auctores sequatur hic Dictys. Phineum quidem Agenoris filium commemorat Apollodor. sed qui Idæam Dardani filiam duxit uxorem, nedum is filiam suam Olizonem Dardano in matrimonium collocarit. Forsan Phineum Agenoris dixit Noster, pro Phineo Beli. Sed neque invenias, hujus Phinei filiam, Olizonem nomine, in Dardani matrimonium convenisse, qui Batean Teucri filiam duxit.

[d] *Aurigam ejus interficit*] Cebriones, nothus Priami, Hectoris auriga; sed eum Patroclus interfecit acuto lapide, non telo. Hom. Il. Π.

[e] *Manum Achillis*] Hanc sagittam ab Apolline acceperat Helenus. Ptolemæus Hephæstion, lib. VI. Ὡς Ἕλενος ὁ Πριάμου ἐρώμενος Ἀπόλλωνος γένοιτο, καὶ ἔλαβε παρ' αὐτοῦ δῶρον,

que improvisus sagitta transfigit. Ita vir egregius bellandi, cujus adventu territus fugatusque Hector, multique mortales cum ducibus extincti, clam atque ex occulto vulneratus, eo die finem bellandi fecit. [7.] Interim Agamemnon, et cum eo Ajaces duo, inter ceteram stragem ignotorum, nacti plurimos Priami filiorum interficiunt: Agamemnon Arsacum[f] cum Deiopite,[2] Archemacum, Laodacum,[3] et Philenorem;[g] Ajax Oilei, et Telamonius, Melium, Astyochum,[h] Doriclum, Hippothoum, atque Hippodamanta. At in alia belli parte Patroclus et Lycius Sarpedon locati in cornibus, nullis propinquorum præsentibus, signo inter se dato solitarii certaminis, extra aciem processere. Moxque telis adversum jactis, ubi uterque intactus est,[i] curru desiliunt, atque arreptis gladiis pergunt obviam. Jamque crebris adversum se ictibus congressi, neque vulneratus quisquam, multum diei consumserant; cum Patroclus amplius audendum ratus, colligit in arma sese,[k] et cautius contec-

Arsacum Deopitheo. Mercer. *Arsacum Deiopitem.*—3 Delph. *Laudacum*, et mox

NOTÆ

τόξον ἐλεφάντινον, ᾧ Ἀχιλλέα τοξεύσει κατὰ τῆς χειρός. 'Ut Helenus Priami filius, ab Apolline adamatus, ab eo donum accepit, arcum eburneum; quo Achillem vulneraret ad manum.' Ejus vulneris non meminit Homer.

[f] *Arsacum*] Arsacum inter filios Priami nunquam vidi: suspicor scripsisse Dictyn, 'Arrhetum cum Deiopte.' Quorum meminit Apollod. III. Deioptem ab Ulysse interfectum, scribit Homer. Il. Λ.

[g] *Archemachum, Laodacum* [*Laudacum*] *et Philenorem*] Scribendum ex Apollod. III. 'Archemachum, Laodacum, et Philæmonem.' Neque enim Philenorem ullum Priami filium invenias. Philenorem tamen Noster nominat, lib. IV. et ab Ajace interemtum dicit; sui oblitus scilicet.

[h] *Melium Astyochum* [*Mulium Astymenem*] Scribendum ex eodem Apollod. 'Melium Astygonum.'

[i] *Ubi uterque intactus est*] Hanc Sarpedonis et Patrocli pugnam aliter describit Hom. Il. Π. ait enim, Patroclum primum hasta immissa Thrasymedem, Sarpedonis aurigam, occidisse, deinde Sarpedonem secundo ruentem hasta sua Pedasum funalem equum Patrocli interfecisse: quo cum jugales equi turbarentur, Automedon auriga Patrocli lorum, sive funem, cui equus alligabatur, abscidit. Quare rursus ii in se habenas dirigentes, Sarpedon rursus aberravit hasta sua: sed eum Pátroclus posterior impetu facto vulneravit circa præcordia.

[k] *Colligit in arma sese*] Hoc est, flexu corporis totum se armis tutatur. Sic Virg. de Ænea: 'Substitit Æneas, et se collegit in arma, Poplite

tus, ingressusque hostem complectitur, manu dextra poplitem succidens: quo vulnere debilitatum, atque exsectis nervis invalidum propulsat corpore,[l] ruentemque interficit. [8.] Quod ubi animadvertere Trojani qui juxta steterant, gemitum magno clamore tollunt,[4] relictisque ordinibus signo dato, arma in Patroclum vertunt, scilicet Sarpedonis interitum publicam cladem rati. At Patroclus, præviso hostium agmine, telum positum humi propere rapit, compositusque in armis[m] audentius resistit. Tum[5] ingruentem Deiphobum hasta cominus tibiam ferit, atque excedere ex acie cogit, interfecto prius Gorgithione[6][n] fratre ejus: neque multo post, adventu Ajacis fusi reliqui. Cum interim Hector, edoctus quæ acciderant, supervenit, ac mox conversam suorum aciem pro tempore restituit, increpatis ducibus, ac plerisque ex fuga reductis. Ita præsentia ejus animi tolluntur, et prælium inceditur. Tum vero inclytis ex utraque parte ducibus confirmato exercitu confligunt acies, nunc hinc nunc inde cedentibus instantes, et ubi acies nutaverat, præsidiis accurrentibus. Interea utriusque exercitus cadunt plurimi, neque fortuna belli mutatur. Sed postquam miles per multum diem bello intentus, magis magisque fatigabatur, et diei vesper erat, utrisque cupientibus, pugna decessum. Tum apud Trojam circa Sarpedonis cadaver[o]

Mulium, Astymenem.—4 Delph. *gemitu magno clamorem tollunt.*—5 Delph. *tunc.*—6 Vulgo, *Corgatione.*—7 Delph. *non a. c. a. de interitu Priamidarum:*

NOTÆ

subsidens.' Per arma autem proprie clypeum intellige, ut et in illo Virgil. 'At Lausum socii exanimem super arma ferebant.' Et alibi quoque.

[l] *Propulsat corpore*] Corpore suo eum propellit Patroclus.

[m] *Compositusque in armis*] Hic 'componere se in armis,' dicit; quod supra, 'colligere se in arma.'

[n] *Gorgithione*] Scribe, 'Gorgythione.' Γοργυθίων, Hom. Il. Δ. Apollod. lib. III. Sed eum Homerus in alia pugna a Teucro occisum dicit, Il. Θ. 302.

[o] *Circa Sarpedonis cadaver*] Verum ex Homero Trojani Sarpedonis cadaver e campo non potuerunt retrahere, sed in potestate Græcorum permansit, qui illud exspoliarunt. Et Apollo postea unctum ambrosia et immortalibus vestibus indutum dedit Somno et Morti ad Lyciam perferendum; ubi a suis sepultum est.

cunctis deflentibus, ac præcipue fœminis, luctu atque gemitu omnia completa sunt: quis[p] non alii casus acerbissimi, ne interitus quidem[7] Priamidarum, præ desiderio ejus cordi insederant: tantum in eo vivo præsidium,[q] et interfecto spes ablata credebatur. At Græci, in castra regressi, primum omnium Achillem revisunt: eumque de vulnere[r] percunctati, ubi sine dolore agere vident, læti ad postremum narrare occipiunt Patrocli fortia facta: dein reliquos, qui vulnerati erant, per ordinem circumeunt: ita inspectatis omnibus ad tentoria sua quisque digreditur. Interim Achilles regressum Patroclum extollere laudibus, dein monere, uti reliquo quoque bello memor rerum quas gesserat, hostibus vehementius ingrueret. Hoc modo nox consumitur. At lucis principio corpora suorum quisque collecta igni cremant, dein sepeliunt. Sed postquam dies aliquot triti, et vulnerati convaluerant, arma expedire et producere militem placet. [10.] Sed barbari more pessimo,[s] nec quicquam compositum, nihilque aliud quam turbata atque insidiosa cupientes, clam atque ante tempus egressi prælium prævertere: tuncque effusi ruinæ modo, clamorem inconditum, simul et tela in hostes conjiciunt, semermos[t] etiamtum atque incompositos. Cæsi ita nostrorum multi, in quis Arcesilaus Bœotius,[u] et Schedius, Crissæorum[8][v] uterque duces optimi: ceterum vulnerata pars maxima.

omissa voce *quidem*.—8 Mss. *tres eorum*.—9 Barth. legendum putat *indigna*-

NOTÆ

[p] *Quis*] Fœminis scilicet, sive cunctis Trojanis. Ait Dictys, acerbissimos casus, veluti Priamidarum interitum, non ita Trojanorum animo insedisse, ut insedit desiderium Sarpedonis. Sed vix ita scriberet barbarus: 'quibus casus acerbissimi de interitu Priamidarum non animo insederant præ desiderio Sarpedonis.'

[q] *Tantum in eo vivo* [*viro*] *præsidium*] Non potuit Dictys non scripsisse: 'tantum in eo vivo præsidium.' Id probat vox, 'interfecto:' nam opponit vivum, interfecto. *Andreas Dacerius.*

[r] *De vulnere*] Quod ei ab Heleno inflictum, supra retulit.

[s] *More pessimo*] Morem pessimum vocat in hostes incompositos et imparatos irruptionem facere. Ridicule.

[t] *Semermos*] 'Semermis' et 'semermus;' ut 'gracilis' et 'gracilus,'

Meges etiam et Agapenor; alter Echinadibus imperator, Agapenor Arcadiæ. Inter quæ tam fœda,[w] tanta inclinatione rerum,[9] Patroclus fortunam belli vincere aggressus, dum hortatur suos simul atque instat hostibus, promtior quam bellandi mos est,[x] telo Euphorbi ictus[y] ruit: statimque Hector advolans eum opprimit, ac desuper vulneribus multis fodit: moxque[1] nititur abstrahere prælio, scilicet insolentia gentis suæ[2] illudere cupiens per universa genera dehonestamenti.[z] Quod ubi Ajaci cognitum est, relicto ubi pugnaverat,[a] propere accurrit, jamque eripere cadaver oc-

tione rerum.—1 Delph. *enititur.*—2 Barth. eradendam vult voculam *suæ.*—

NOTÆ

'sublimis' et 'sublimus,' &c. Jam supra.

[u] *Arcesilaus Bœotius*] Arcesilaum ab Hectore occisum dicit Homerus, Il. O. eumque non cum Schedio, sed cum Stichio Mnesthei socio conjungit. Ἕκτωρ μὲν Στιχίον τε καὶ Ἀρκεσίλαον ἔπεφνε, Τὸν μὲν Βοιωτῶν ἡγήτορα χαλκοχιτώνων, Τὸν δὲ Μενεσθῆος μεγαθύμου πιστὸν ἑταῖρον. 'Hector quidem Stichium et Arcesilaum occidit; Hunc quidem Bæotorum ducem loricatorum, Illum autem Mnesthei fidum socium.'

[v] *Schedius Crissæorum*] Phocenses ducebat Schedius: sed in eorum regione Crissa. Homer. Κρίσσαν τε ζαθέην, &c. Et hunc Schedium Homerus ab Hectore interfectum narrat, circa cadaver Patrocli. Post 'Crissæorum,' ponenda distinctio. 'Schedius Crissæorum, uterque duces optimi,' &c.

[w] *Tam fœda*] Fœdare et fœdum, id est, 'cruentare,' proprie de vulneribus et strage. Livius sæpe. Sic Virgil. 'Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.' Item: 'Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.' Sic Ennius: 'Ferro fœdati jacent.' Et Plautus: 'Fœdant et proterunt hostium copias.'

[x] *Promtior quam bellandi mos est*] Non video cur hoc Dictys, et hic ut alibi sæpe judicium desidero.

[y] *Telo Euphorbi ictus*] Homerum hic sequitur, qui Il. Π. scribit Patroclum primo ab Euphorbo hasta inter humeros confixum, et secundum postea in eum Hectorem irruisse, eique hasta sua latus hausisse. Quod addit Dictys de vulneribus, id vero ipse commentus est, ne Homerum secutus videretur.

[z] *Illudere cupiens per universa genera dehonestamenti*] Respexit locum Homer. Il. P. Ἕκτωρ μὲν Πάτροκλον, ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα, Ἕλχ' ἵν' ἀπ' ὤμοιϊν κεφαλὴν τάμοι ὀξέϊ χαλκῷ, Τὸν δὲ νέκυν Τρῳῇσιν ἐρυσσάμενος κυσὶ δοίη. 'Hector quidem Patroclum, postquam inclyta arma ademit, Trahebat, ut ab humeris caput abscinderet acuto ære, Et cadaver Trojanis trahens canibus daret.'

[a] *Relicto ubi pugnaverat*] Relicto, loco scilicet. Homer. Il. P. Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠΰτε πύργον·

cipientem proturbat hasta. Interim Euphorbus a Menelao et Ajace altero [b] summo [3] studio circumventus, scilicet auctor interemti ducis, morte pœnas luit. Dein occipiente vespera, prælium dirimitur, male et cum dedecore plurimis nostrorum interfectis. [11.] Sed postquam reductæ [4] utrimque acies, et jam in tuto miles noster erat, cuncti reges Achillem conveniunt, deformatum jam lacrymis [c] atque omni supplicio lamentandi: [d] qui modo prostratus humi, nunc cadaveri superjacens,[e] adeo reliquorum animos pertentaverat, ut Ajax etiam, qui solandi causa astiterat, nihil luctui remitteret: nec Patrocli tantum mors gemitum illum cunctis incusserat, sed præcipue recordatio vulnerum per loca corporis pudibunda. Quod exemplum pessimum per mortales tum primum proditum est, nunquam antea a Græcis solitum. Igitur reges multis precibus atque omni consolationis modo tandem Achillem flexum humo erigunt. Dein Patrocli corpus elutum mox veste contegitur,[5] maxime ob tegenda vulnera, quæ multis modis [6] impressa haud

3 Omittitur in Delph. vox *summo*.—4 Delph. *reducta*; et mox deest *atque* post *lacrymis*.—5 Delph. *circumtegitur*.—6 Barth. probante Vinding. legendum putat, *occultis in locis*: ut respiciatur ad antecedentia, 'recordatio vul-

NOTÆ

Ἕκτωρ δ' ἂψ ἐς ὅμιλον ἰὼν ἀνεχάζεθ' ἑταίρων. 'Ajax vero prope venit, gestans scutum veluti turrem: Hector vero retro in multitudinem iens recedebat sociorum.'

[b] *A Menelao et Ajace altero*] Ajacem Oileum intelligit: sed Homerus a solo Menelao Euphorbum occisum narrat, initio Il. P.

[c] *Deformatum jam lacrymis*] Patrocli luctum sic nobis eleganter describit Homerus, Il. Σ. Τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν, Χεύατο κὰκ κεφαλῆς, χαρίεν δ' ᾔσχυνε πρόσωπον. Νεκταρέῳ δὲ χιτῶνι μέλαιν' ἀμφίζανε τέφρη, Αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθεὶς Κεῖτο, φίλῃσι δὲ χερσὶ κόμην ᾔσχυνε δαΐζων. 'Hunc vero doloris nebula obtegit nigra, Ambabus autem manibus capiens pulverem atrum Fudit super caput, gratiosamque turpavit faciem, Divinæ autem tunicæ niger circumhæsit cinis. Ipse vero in pulveribus magnus magne extensus Jacebat, suisque manibus comam deturpabat evellens.'

[d] *Omni supplicio lamentandi*] Quid sit 'supplicium lamentandi,' ignorare me fateor.

[e] *Nunc cadaveri superjacens*] Ex illis Homer. Il. T. Εὗρε δὲ Πατρόκλῳ περικείμενον ὃν φίλον υἱὸν Κλαίοντα λιγέως· πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Μύροντο. 'Invenit autem Patroclo circumjacentem suum carum filium Flentem acriter: multi autem circa ipsum socii lugebant.'

sine magno gemitu cernebantur. [12.] His actis Achilles[7] monet, uti custodes vigilias agere curarent, nequa hostes,[f] detentis circa funus nostris, more solito irruerent. Ita per distributionem officia sua quisque procurantes igni plurimo[g] in armis pernoctant. At lucis principio placet, uti ex omni ducum numero quinque in montem Idam vaderent[h] sylvam cæsum, quo[8] Patroclus cremaretur: decretum quippe ab omnibus erat, uti funus ejus publice curaretur.[i] Iere igitur Ialmenus, Ascalaphus, Epios, et cum Merione Ajax alter. Moxque Ulysses et Diomedes busto locum dimetiuntur, quinque hastarum longitudine,[k] totidemque in transversum. Advecta deinde ligni copia bustum exstruitur, impositumque desuper cadaver igni supposito cremant, exornatum jam decore omni preciosæ vestis; id namque Hippo-

nerum per loca corporis pudibunda.'—7 Deest *Achilles*, in Delph.—8 Delph.

NOTÆ

[f] *Nequa* [*neque*] *hostes*] Hoc non procedit: certum est legi debere, 'neve hostes,' &c. Achilles monet, ut custodes vigilias agerent, neve hostes irruerent; nostris detentis circa funus.

[g] *Igni plurimo*] Supple, 'cum' vel 'igni plurimo accenso.'

[h] *Quinque in montem Idam vaderent, &c.*] Ex Homer. hoc quoque, sed leviter immutatum: Homerus enim Merionem tantum nominat. Il. Ψ. Μυρομένοισι δὲ τοῖσι φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς Ἀμφὶ νέκυν ἐλεεινόν. Ἀτὰρ κρείων Ἀγαμέμνων Οὐρῆάς τ' ὄτρυνε καὶ ἀνέρας, ἀξέμεν ὕλην, Πάντοθεν ἐκ κλισιῶν. ἐπὶ δ' ἀνὴρ ἐσθλὸς ὀρώρει Μηριόνης, θεράπων ἀγαπήνορος Ἰδομενῆος. Οἱ δ' ἴσαν ὑλοτόμους πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες, Σειράς τ' εὐπλέκτους· πρὸ δ' ἄρ' οὐρῆες κίον αὐτῶν· Πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντά τε δόχμιά τ' ἦλθον· Ἀλλ' ὅτε δὴ κνημοὺς προσέβαν πολυπίδακος Ἴδης, Αὐτίκ' ἄρα δρῦς ὑψικόμους ταναήκεϊ χαλκῷ Τάμνον ἐπειγόμενοι. 'Lugentibus autem ipsis apparuit rosea aurora Circa cadaver miserabile. At rex Agamemnon Mulosque excivit et viros, ad convehendam materiam, Undique e tentoriis. Simul autem vir strenuus excitabatur Meriones, minister fortis Diomedis. Hi vero ibant, lignisecas secures in manibus habentes, Funesque bene implexos. Ante ipsos ibant muli. Multaque acclivia, declivia, præruptaque, transversaque transierunt. At cum ad juga venerant fontosæ Idæ Protinus quidem quercus alticomas lato ferro incidebant festinantes.'

[i] *Publice curaretur*] Id est, ut omnes huic funeri vacarent. Nam aliter funus publice curari et publice fieri dicitur, quod fit publico sumtu.

[k] *Quinque hastarum longitudine*] Hoc etiam ex Homero, sed immutatum; sic enim ille. Ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα. 'Fecerunt autem pyram centum pedum, ex omni parte.'

damia et Diomedea curaverant, quarum Diomedea nimium juveni et omni affectu dilecta fuerat. [13.] Ceterum paucis post diebus, refectis ex labore vigiliarum ducibus, cum luce simul exercitus in campum productus per totum diem in armis agit, opperiens barbarorum occursum.[9] Qui muris despectantes, postquam nostros paratos prælio vident,[1] eo die certamen distulere. Ita occasu solis Græci ad naves regressi. At vix principio diei Trojani, rati etiamnunc incompositos Græcos, armati portis evolant temere et cum audacia, uti antea soliti: instantesque circa vallum, certatim tela jaciunt crebra magis, quam cum effectu, nostris ad evitandos tantum ictus compositis. Igitur ubi ad multum diem barbari intenti jaculis fessi jam, neque ita vehementes animadvertuntur,[l] ex parte una nostri erumpunt, incursantesque sinistrum latus fundunt fugantque; neque multo post ex alio,[2] [m] abnuentibus[n] jam barbaris, ac sine ulla difficultate versis. [14.] Ita plurimi barbarorum, ubi vertere terga fœde et vice imbellium[o] ab insequentibus proculcati, ad postremum dispereunt: in quis Asius Hyrtaco genitus,[p] et cum Hippothoo[q] Pyleus,[r] hi Larissæis, Asius Sesto regnantes. Eodem die vivi a Diomede capiuntur duodecim,[s] ab Ajace quadraginta. Capti etiam Isus et

qua, et mox deest *uti*.—9 Delph. *adventum*.—1 Delph. *viderent*.—2 Vinding.

NOTÆ

[l] *Animadvertuntur* [*Animadvertunt*] Omnino legendum est 'animadvertuntur,' vel si mavis, 'barbaros intentos jaculis, fessos jam, neque ita vehementes animadvertunt.' Ait Dictys tum demum Græcos irruisse, cum Trojanos, qui jaculis ad multum diem intenti fuerant, lassos jam et minus vehementes animadverterent. Aliter non procedit oratio.

[m] *Ex alio*] Latere.

[n] *Abnuentibus*] Pugnam scilicet. Verum suspicor hanc vocem usurpasse Dictyn pro eo, quod nos dicimus, *ployer*.

[o] *Vice imbellium*] Id est, pro imbellibus; seu instar imbellium, quasi imbelles.

[p] *Asius Hyrtaco genitus*] Quem Homerus ab Idomeneo occisum refert Iliad. N.

[q] *Et cum Hippothoo*] Sed Hippothoum, cum Patrocli cadaver ad Trojanos traheret, ab Ajace Telamonio occisum, narrat Homer. Il. P. Dares, ab Achille.

[r] *Pyleus*] Scribendum, 'Pylæus.' Homero enim, Πυλαῖος. Hunc Dares ab Achille interfectum dicit.

[s] *Vivi a Diomede capiuntur duodecim*]

Evander, Priamidæ.[t] In ea pugna Græcorum Guneus interfectus rex Cyphius,[3] [u] vulneratus etiam Idomeneus dux noster. Ceterum ubi Trojani muros ingressi clausere portas, et finis instandi factus est, nostri spoliata armis hostilia cadavera, apportataque in flumine præcipitant, memores paullo ante in Patroclo insolentiæ barbarorum: dein captivos omnes, uti quemque[4] ceperant, in ordine Achilli offerunt: isque vino multo sopita jam favilla,[v] reliquias in urnam collegerat; decretum quippe animo gerebat secum in patrium solum uti adveheret, vel si fortuna in se casum mutaret, una atque eadem sepultura cum carissimo sibi omnium contegi. Itaque eos, qui oblati erant,[w] deduci ad

legendum monet *alia*, sc. *parti*.—3 Hanc lectionem restituit Mercer. In Mss. *Cyneus rex Scyphus*. Vulg. *Cænius rex Scythiæ*.—4 Delph. *quem*, et mox

NOTÆ

De Achille hoc narrat Hom. Il. Φ. *Ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους, Ποινὴν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος.* 'Vivos e fluvio duodecim delegit juvenes, Inferias Patroclo Menœtiadæ mortuo.'

[t] *Isus et Evander, Priamidæ*] Evandrum inter Priami filios ponit Apollod. III. Ejus non meminit Homer. Sed quod hic ait Dictys, Isum et Evandrum captos, puto deceptum fuisse loco isto Hom. Il. Λ. ubi de Agamemnone: *Αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' Ἶσόν τε καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων, Υἷε δύω Πριάμοιο, νόθον καὶ γνήσιον, ἄμφω Εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας· ὁ μὲν νόθος ἡνιόχευεν, Ἄντιφος αὖ παρέβασκε περικλυτός· ὥ ποτ' Ἀχιλλεὺς Ἴδης ἐν κνημοῖσι δίδη μόσχοισι λύγοισι, Ποιμαίνοντ' ἐπ' ὄεσσι λαβὼν, καὶ ἔλυσεν ἀποίνων.* 'Ceterum hic perrexit, Isum et Antiphum occisurus Filios duos Priami, nothum et legitimum, ambos In uno curru existentes: nothus quidem aurigabatur, Antiphus autem pugnabat inclytus: quos olim Achilles Idæ in jugis ligavit teneris viminibus, Pascentes apud oves deprehendens, et dimisit pro redemtione.' Vel si minus deceptus fuit Dictys, certe locum illum ipsum ultro immutavit.

[u] *Guneus interfectus rex Cyphius*] Homer. *Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου.* 'Guneus ex Cypho.' Qui eum interfectum fuisse non dicit.

[v] *Vino sopita jam favilla*] Ex Hom. Il. Ψ. *Πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσαν αἴθοπι οἴνῳ, Ὅσσον ἐπὶ φλὸξ ἦλθε, βαθεῖα δὲ κάππεσε τέφρη· Κλαίοντες δ' ἑτάροιο ἐνηέος ὀστέα λευκὰ Ἄλλεγον ἐς χρυσέην φιάλην, καὶ δίπλακα δημόν.* 'Primum quidem rogum extinxerunt nigro vino; Quantum flamma penetravit, profundus autem decidit cinis: Flentes autem socii pii ossa alba Collegerunt in auream phialam et duplicem adipem.' Inde Virg. VI. Æn. 'Postquam collapsi cineres et flamma quievit, Reliquias vino et bibulam lavere favillam.'

[w] *Itaque eos qui oblati erant*] Ab Homero dissentit; qui scribit duodecim illos juvenes, ab Achille jugulatos, eadem pyra cum Patroclo combustos fuisse.

bustum, una etiam Priami filios, ibique seorsum aliquantum a favilla jugulari jubet, scilicet inferias Patrocli manibus: ac mox regulos[x] canibus dilaniandos jacit, confirmatque se non prius desinere pernoctando humi, quam in auctorem tanti luctus[y] sui sanguine vindicasset. [15.] Nec multi transacti sunt dies, cum repente nuntiatur, Hectorem obviam Penthesileæ cum[z] paucis profectum: quæ regina Amazonum, incertum pretio an bellandi cupidine, auxiliatum Priamo adventarat. Gens bellatrix, et ob id ad finitimos indomita,[a] specie armorum inclyta per mortales. Igitur Achilles, paucis fidis adjunctis secum, insidiatum propere pergit, atque hostem securum sui prævortit. Tum ingredi flumen occipientem circumvenit: ita eumque, et omnes qui, comites regulo, dolum hujusmodi ignoraverant, ex improviso interficit:[b] at quendam filiorum Priami comprehensum, mox excisis manibus, ad civitatem remittit, nuntiatum quæ gesta erant. Ipse cum cæde inimicissimi, tum memoria doloris ferox, spoliatum armis hostem, mox constrictis in unum pedibus,[c] vinculo currui postremo adnectit.

ante *vino* deest vox *multo*.—5 Ante *nec* exhibet Delph. *sed*. et mox pro *ad*

NOTÆ

[x] *Regulos*] Priami filios.

[y] *Quam in auctorem tanti luctus*] Apud Homerum, jam Achilles Hectorem occiderat, cum Patroclo inferias facit.

[z] *Obviam Penthesileæ cum, &c.*] Amazones pro Trojanis stetisse alii etiam tradunt. Sed eas Homerus præteriit, quod poëmati suo indignum putaret fœminas immiscere. Et hæc sane fuisse videtur mens Servii alicubi. Certum est autem Amazones nunquam extitisse; easque a Poëtis inventas et confictas fuisse. Fictioni vero locum dedere populi quidam, qui cum tunicas talares gestarent, quales fœminæ Thraciæ, comasque alligarent mitris, barbasque raderent, ab hostibus mulieres dicti sunt. Vide Palæphat.

[a] *Ad finitimos indomita*] Id est, quantum ad finitimos, vel finitimis.

[b] *Ex improviso interficit*] Ab Homero diversus abit; qui scribit, Trojanis ab Achille in fugam versis et intra urbem receptis, solum Hectorem Achilli restitisse, ibique occisum fuisse. Eorum pugnam lege, Il. X.

[c] *Mox constrictis in unum pedibus*] Ex Hom. Il. X. Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε Ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας, Ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε, κάρη δ' ἕλκεσθαι ἔασεν, 'Amborum pone pedum perforavit nervos Ad talum usque a calcaneo, bovinaque alligavit lora, Et ex curru

Dein ubi ascendit ipse, Automedonti imperat, daret lora equis. Ita curru concito per campum, qua maxime visi poterat,[6] [d] pervolat, hostem mirandum in modum circumtrahens: genus pœnæ novum,[e] miserandumque. [16.] At apud Trojam ubi spolia Hectoris desuper e muris animadvertere, quæ Græci præcepto regis [f] ante ora hostium prætulerant, et ille qui excisis manibus acerbissimæ rei indicium in se ipse pertulerat, rem,[7] ut gesta erat, disseruit; tantus undique versus per totam civitatem luctus atque clamor editus, ut aves etiam, consternatæ vocibus,[g] alto decidisse crederentur, nostris cum insultatione reclamantibus: ac mox ex omni parte urbs clauditur, fœdatur regni habitus, atque in modum lugubrem, funestumque, obducta facies civitatis: cum, sicut in tali nuntio assolet, repente cursus trepidantium [h] fieret in eundem locum, ac statim sine ulla certa ratione per diversum fuga, nunc planctus crebri, modo urbe tota silentium ex incerto.[i] Inter quæ et spes extremas, multi credere [8] cum nocte simul Græcos mœnia inva-

Vinding. legendum vult *apud.*—6 Delph. *quæ m. v. p.* Danielis Cod. *qua m. vi poterat.* Vulgo *videri* pro *visi.* Delph. lectionem exhibet, *filius Priami præmissus ab Achille rem,* omissis omnibus vocibus, *ille q. e. m. a. r. i. i. s. i. p.*—

NOTÆ

ligavit, caputque trahi sivit.'

[d] *Qua maxime visi poterat*] Recte: ita in Petaviano. In altero Danielis, 'Vi.' Vulgo 'Videri.' Visere antiquis idem ac 'videre.' Lucret. 'Visitque exortum lumina solis.' Et infra IV. 'Omnia circum Trojam et ultra quæ visi poterant.'

[e] *Genus pœnæ novum*] Notat Homeri Interpres ex Callimacho, morem patrium Thessalis fuisse, amicorum interfectores circa interfectorum sepulcrum trahere. Hujusque moris auctorem primum fuisse Simonem quendam Thessalum, qui Eurydamantem Mydii filium currui alligavit, circumque fratris sui Thrasulli, quem is occiderat, sepulcrum traxit.

[f] *Quæ Græci præcepto regis*] Sed ea, ex Homero, Achilles secum in currum sustulerat, Ἐς δίφρον δ' ἀναβὰς, ἀνά τε κλυτὰ τεύχε' ἀείρας. 'In currum autem ascendens, supraque inclyta arma elevans.'

[g] *Ut aves etiam consternatæ vocibus, &c.*] Puto rescribendum, 'alto decidisse viderentur.'

[h] *Trepidantium*] Id est, festinantium. Ex Livio, Floro, Virgilio etiam.

[i] *Silentium ex incerto*] Id est, cujus causa ignorabatur. Ut fit in luctu. Certe hanc Dictys descriptionem lubenter lego: est enim elegans et affectuum plena.

suros, excisurosque urbem,[k] securos interitu tanti ducis: nonnulli etiam pro confirmato habere, Achillem exercitum, qui duce Penthesilea Priami rebus auxilio venerat, partibus suorum adjunxisse: postremo omnia adversa, hostilia, fractas ablatasque opes,[l] nullam salutis spem, interemto Hectore, haberi:[9] quippe is solus omnium [m] in ea civitate adversum tot milites,[1] imperatoresque hostium, varia semper victoria certaverat: fortior quam felicior, cui fama bellandi inclyto per gentes, nunquam tamen vires consilio superfuerant.[*] [17.] Interim apud Græcos, ubi Achilles ad naves rediit, et cadaver Hectoris in ore omnium est, dolor quem ob Patrocli interitum paullo ante perceperant, nece metuendi hostis, et ob id præcipua lætitia circumscribitur.[n] Ac tum universis placet, uti in honorem ejus, quoniam abesset hostilis metus, certamen ludis solitum [o] celebraretur: neque minus tamen reliqui populi, qui non certaturi spectandi gratia convenerant, instructi armis, paratique adessent: ne qua scilicet hostis, quamvis fractis rebus, solito tamen insidiandi more irrueret. Igitur Achilles victoribus præmia,[p] quæ ei videbantur maxima, statui imperat. Et postquam nihil reliquum erat, reges omnes ad confidendum

[*] *Cui belligerandi fama nobili nunquam tamen vires sine consilio fuerant.*

8 Delph. *credidere.*—9 Delph. *i. H. in animo habere.*—1 Delph. *millia*, et mox

NOTÆ

[k] *Excisurosque urbem*] Virg. II. Æn. 'Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis.'

[l] *Fractas ablatasque opes*] Opes hic intellige, præsidia, tutamina, &c. Ut in illo Virg. II. Æn. 'Trojanas ut opes et lamentabile regnum Eruerint Danai.' Ubi male Interpres.

[m] *Quippe is solus omnium*] Inde Horat. 'Et ademtus Hector Tradidit fessis leviora tolli Pergama Graiis.'

[n] *Circumscribitur*] Id est, finitur. Omne enim ab eo finitur et clauditur, a quo est circumscriptum.

[o] *Certamen ludis solitum*] I. ut solitum certamen cum ludis celebraretur. Solitum autem vocat; quia is mos fuit, ut circa mortuorum rogos, sepulcra, vel etiam in eorum memoriam, ludi et certamina peragerentur.

[p] *Igitur Achilles victoribus* [*victorum*] *præmia*] Hæc omnia ex Homero; sed studiose quædam mutavit Dictys, ut nobis auctorem suum celaret.

hortatur, ipse medius, atque inter eos excelsior. Tum primum quadrijugis equis Eumelus[q] ante omnes victor declaratur: bigarum præmia Diomedes meruit, secundo post eum Menelaus. [18.] Ceterum ad certandum, qui sagittarum arte maxime prævalebant, Meriones atque Ulysses duos erexere malos,[r] quis religatum linum tenuissimum, atque ex transverso extentum, utriusque capiti annectebatur; media columba sparto[2] dependebat, ejus contingendæ certamen maximum. Tum reliquis incassum tendentibus, Ulysses cum Merione destinatum[3] confixere.[s] Quibus cum a reliquis favor attolleretur, Philocteta, non columbam se, verum id quo religata esset, sagitta excisurum promittit: admirantibus deinde difficultatem regibus, fidem promissi non felicius quam solertius confirmavit: ita dirupto vinculo, columba cum maxima populi acclamatione decidit. Præmia certaminis ejus Meriones atque Ulysses tulere. Achilles duplici extra ordinem munere Philoctetam donat. [19.] Cursu longo certantibus, Oilei Ajax victor excipitur;[t]

omittit voces *fortior quam felicior*, quas restituit Obrecht. ex Med. Cod.—2 Delph. et Arg. Cod. *parte*.—3 Vinding. legendum vult *destinatam*, sc. colum-

NOTÆ

[q] *Quadrijugis equis Eumelus, &c.*] At ex Homero falsum est, Eumelum quadrijugos agitasse, Diomedem vero bigos: nam bigis omnes insidebant. Erant autem quinque, Eumelus, Diomedes, Menelaus, Antilochus, et Meriones. Vicit Diomedes, post eum Antilochus, tertius Menelaus, post eum Meriones; omnium ultimus Eumelus, qui tamen et primas tenuisset, nisi Minerva ei jugum fregisset.

[r] *Meriones atque Ulysses duos erexere malos*] Scribit Homerus, Achillem malum in arena statuisse, cui columbam fune ligavit, quam jacularentur, ut qui eam percuteret victor, qui vero funiculum tangeret, is inferior haberetur. Surrexit Teucer, surrexit item Meriones. Teucer primus ex sorte sagittam misit, et funem attigit juxta pedem quo avis alligabatur; quæ sic libera facta in auras se sustulit. At eam Meriones sub nubibus volantem speculatus, contorta sub ala mediam ferit, eaque rursus malo aliquantum insistens, tandem collum suspendit, pennas pandit, et ab eo decidit. Et ex iis satis videre est, quo studio auctor noster ea dissimulavit, quæ ab Homero acceperat.

[s] *Destinatum confixere*] Lego, 'destinatam confixere.' Nempe 'columbam' alioqui de lino intelligi posset, quod falsum est: id sequentia probant.

[t] *Oilei Ajax victor excipitur*] Ille quidem Ulyssem et Antilochum, secum currentes, præcedebat; sed cum

post quem secundus, Polipœtes. Duplici campo Machaon,[u] singulari Eurypylus, saltu Tlepolemus, disco Antilochus,[v] victores abeunt. Præmia luctandi intacta permansere:[w] quippe Ajax arripiens medium Ulyssem[x] dejicit, qui ruens, pedibus ejus circumvortitur, atque ita præpedito obligatoque nixu,[4] Ajax pene jam victor ad terram ruit. Cestibus reliquoque[y] manuum certamine idem Ajax Telamonius palmam refert. Cursu in armis[z] postremo Diomedes prævaluit. Dein ubi præmia certaminis persoluta sunt, Achilles primum omnium Agamemnoni[a] donum, quod ei honoratissimum videbatur, offert: secundum[5] Nestori, Idomeneo tertium: post quos, Podalirio et Machaoni, dein reliquis pro merito ducibus: ad postremum eorum sociis, qui in bello occiderant: hisque mandatum, uti cum tempus

bam.—4 Delph. et vulgo *pedibus e. circumnectitur a. i. p. o. nexu.*—5 Delph.

NOTÆ

jam ad metam perveniret, super fimum bubulum lapsus est, quare eum Ulysses prævertens victoriæ præmium reportavit. Homerus ibid.

[u] *Duplici campo Machaon*] Quid per duplicem campum Noster intelligat, vix satis video; nisi per eum duplex stadium, vel simpliciter cursum et recursum velit significare. Et hoc, de duplici campo et de simplici, ut de saltu, a se Dictys addidit.

[v] *Disco Antilochus*] Immo Polypœtes, quem cursu longo secundum ab Ajace fuisse Noster scribit, is disco vicit. Homer. Ibid.

[w] *Præmia luctandi intacta permansere*] Homerus ait, ambos æqualia præmia reportasse.

[x] *Quippe Ajax arripiens medium Ulyssem*] Horum luctam sic describit Homerus. Cum Ajax et Ulysses, post multos conatus, neque se dejicere vel etiam dimovere possent, tandem Telamonius, Generose Ulysses, inquit, vel me sursum tolle, vel te mihi tollendum præbe. Sic fatus ipse prior Ulyssem sustulit; at Ulysses pone ei coxam ferit, sicque eum supinum dejecit, ipse super eum incumbens: ambo postea eriguntur in pedes: Ulysses Ajacem medium arripit, cumque vix eum terra elevarat, genibus eum implicavit, et ita ambo humi procubuere. Jamque tertiam vicem repetebant, cum Achilles eos dirimit, indicans amborum victoriam fore.

[y] *Cestibus reliquoque*] Homerus vero scribit, Epeum pugilatu vicisse.

[z] *Cursu in armis*] Homerus scribit, non cursu, sed vera pugna cum Ajace Diomedem decertasse, uter prior adversario sanguinem eliceret.

[a] *Agamemnoni*] Homerus ait, Achillem jaculandi præmium proposuisse; et cum Agamemnon et Meriones jaculaturi surgerent, ei Achillem præmium detulisse; quippe qui consensu omnium et viribus et jaculandi peritia reliquos superaret.

fuisset, domum[6] ad necessarios eorum perferrent. Postquam certandi præmiorumque finis factus, et jam diei vesper erat, ad sua quisque tentoria discessere. [20.] At lucis principio,[b] Priamus lugubri veste miserabile tectus, cui dolor, non decus regium, non ullam tanti nominis atque famæ speciem reliquam fecerat, manibus vultuque supplicibus ad Achillem venit: quo cum Andromacha,[c] non minor quam in Priamo[d] miseratio: ea quippe deformata multiplici modo, Astyanacta, quem nonnulli Scamandrum appellabant,[6] et Laodamanta,[e] parvulos admodum filios, præ se habens, regi adjumentum deprecandi aderat,[7] qui mœroribus senioque decrepitus filiæ Polyxenæ humeris innitebatur: sequebantur vehicula plena auri[f] atque argenti, preciosæque vestis, cum super murum despectantes Troja-

secundo, et mox *tertio*. et mox pro *domum*, *donum*.—6 Delph. *appellant*.—

NOTÆ

[b] *At lucis principio*] Homerus scribit, Priamum ivisse ad naves cum jam adesset vesper; nam et Achillem cœnantem invenit. Servius ait, etiam dormientem Achillem inventum fuisse; 'Priamus,' inquit, 'cum ad supplicandum tentorium Achillis fuisset ingressus, dormientem Achillem excitavit, ut pro filii corpore rogaret eum, cum eum potuisset occidere; licet hoc Homerus, propter Achillis turpitudinem, supprimat.' Sed vellem scire, unde hoc Servius.

[c] *Quo cum Andromacha*] At ex Homero Priamus neminem sibi socium ascivit, præter Idæum præconem, qui currum regebat. Tertium addit Mercurium Homerus, aitque ab eo Priamum deductum, ita ut vigiles latuerit: unde Horat. de Mercurio, I. Od. 10. 'Quin et Atridas, duce te, superbos, Ilio dives Priamus relicto, Thessalosque ignes et iniqua Trojæ Castra fefellit.'

[d] *Non minor quam in Priamo*] Hæc sordescunt.

[e] *Laodamanta*] Hectoris et Andromachæ filium, Laodamanta nomine, nullum inveni. Anaxicrates quidem, 2. Argolicorum, duos Hectoris et Andromachæ filios memorat, sed eos Amphineum et Scamandrum vocat. Sed ex Homero patet, unicum filium ex Andromacha Hectorem suscepisse Astyanacta, qui et Scamander dictus est.

[f] *Vehicula plena auri*] Dictys noster multo erat Homero benignior et magnificentior, qui vehicula multa plena auri et argenti ad Achillem traducat, cum Homerus scribat, uno et eodem curru secum ad Achillem Priamum detulisse duodecim peplos eximios, duodecim chlænas simplices, totidem tapetas, totidem perpulchra pallia, tunicas totidem, decem auri integra talenta, duos fulgentes tripodas, quatuorque lebetes, et poculum perpulchrum.

ni, comitatum regis oculis prosequerentur: quo viso repente silentium ex admiratione oritur. Ac mox reges avidi noscere causas adventus ejus procedunt obviam. Priamus ubi ad se tendi videt[7] [g] protinus in os ruit,[h] pulverem atque alia[8] humi purgamenta capiti aspergens: dein orat, uti miserati fortunas suas, precatores secum ad Achillem veniant. Ejus ætatem fortunamque recordatus Nestor, dolet: contra Ulysses maledictis insequi, et commemorare, quæ ad[9] Trojam in consilio ante sumtum bellum ipse adversum legatos dixerat.[i] Ea postquam Achilli nuntiata sunt, per Automedontem[k] adversum iri jubet,[l] ipse retinens gremio urnam cum Patrocli ossibus. [21.] Igitur ingressis ducibus nostris cum Priamo, rex genua Achilli manibus complexus: 'Non tu mihi,' inquit, 'causa hujusce[1] fortunæ, sed Deorum quispiam, qui postremam ætatem meam cum miserari deberet, in hasce ærumnas deduxit, confectam jam, ac defatigatam tantis luctibus filiorum. Quippe hi fisi regno per juventutem, cum semper cupiditates animi[m] quoquo modo explere gestiunt, ultro sibi, mihique perniciem machinati sunt; neque dubium cuiquam, quin contemtui sit adolescentiæ senectæ ætas. Quod si interitu meo reliqui[n] hujuscemodi facinoribus temperabunt, me quoque, si videtur,

7 Delph. *addiderat.*—8 Delph. *reliquaque.*—9 Delph. *apud.*—1 Delph. omissis

NOTÆ

[g] *Priamus ubi ad se tendi videt*] Nihil horum apud Homerum; sed cum ille Mercurii fabulam immisceat, Noster hoc tacuit, et alia adjecit, quæ facilius fidem inveniant.

[h] *In os ruit, pulverem*] Hic salutandi mos populis orientalibus familiaris, passim in sacris literis.

[i] *Ipse per legatos dixerat*] Vide supra, II. 21.

[k] *Per Automedontem*] Hæc omnia a se Dictys adjecit.

[l] *Non tu mihi, inquit, causa hujusce*] Ex Il. Γ. ubi Priamus ad Helenam: *Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσὶ, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν, Οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν.* 'Non tu mihi causa es, Dii certe causa sunt, Qui mihi excitarunt bellum lacrymabile Græcorum.'

[m] *Cupiditates animi*] Eo innuere vult, Paridem sine sua conscientia Spartam navigasse, juvenili quodam desiderio, et ut animi sui cupiditatem expleret.

[n] *Reliqui*] Qui mihi filii supersunt.

exhibeo pœnæ mortis, cui, misero confectoque mœroribus, omnes ærumnas, quibus nunc depressus infelicissimum spectaculum mortalibus præbeo, cum hoc exiguo spiritu simul auferes. Adsum en [2] ultro, nihil deprecor:[o] vel si ita cordi est, habe in custodia captivitatis: neque enim mihi quicquam jam superioris fortunæ reliquum est: quippe interfecto Hectore, cuncta regni concidere. Sed si jam Græciæ universæ, ob meorum male consulta, satis pœnarum filiorum sanguine, ac meis ærumnis persolvi, miserere ætatis, ac [3] Deos recordatus, retorque animos ad pietatem: concede parvulis saltem non animam parentis, sed cadaver deprecantibus.[p] Veniat in animum recordatio parentis [q] tui, omnes curas, vigiliasque in te tuamque salutem impendentis. Sed illi quidem cuncta secundum sua vota proveniant, longeque aliter neque mei similem senectam degat.' [22.] Interea dum hæc commemorat, paulatim animo deficere, ac dissolvi membris, dein obmutescere occipit; quod spectaculum longe miserrimum omnibus, qui tum aderant, dolori fuit. Deinde Andromacha parvulos Hectoris filios ante Achillem prosternit; ipsa fletu lamentabili orans, uti sibi cadaver conjugis intueri saltem concederetur. Inter hæc tam miseranda, Phœnix cum Nestore [4] Priamum sustollere, atque uti animum reciperet, hortari. Tum rex ubi in aliquantum refovit [5] spiritum, nixus genibus, atque utraque manu caput dilanians: 'Ubi nunc illa est,' ait, 'quæ

vocibus *adversum iri jubet*, lectionem exhibet *cum accersit*.—2 Omittitur vocula *en* in Delph. hanc rescripsit Obrecht. ex Med. Cod.—3 Desunt voces *miserere ætatis* in Delph. et mox pro *ac* legitur *at*.—4 Omittuntur voces *cum*

NOTÆ

[o] *Nihil deprecor*] Id est, recuso. Sic Livius, 'nullam pœnam deprecor.' 'Mortem deprecari,' Cæsar.

[p] *Non animam parentis sed cadaver deprecantibus*] Deprecantibus, id est, 'rogantibus, prece petentibus.' Sed vix ferre possum illa: 'Non deprecantibus animam parentis, sed cadaver.'

[q] *Veniat in animum recordatio parentis*] Ex Homer. Il. Ω. Μνῆσαι πατρὸς σεῖο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ, Τηλίκου ὥσπερ ἐγὼν ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ. 'Recordare Patris tui, o Diis par Achilles, Ejusdem ætatis ut ego, in gravi senectutis limine.'

apud Græcos præcipue erat misericordia ?[†] An juxta solum Priamum[6] circumscribitur ?[r] [23.] Jamque omnibus dolore permotis, Achilles, decuisse, ait, filios eum suos initio ab eo quod admiserint facinore cohibere : neque ipsum concedendo, tanti delicti participem fieri.[a] Ceterum ante id decennium non ita defessum senecta fuisse, ut suis despectui esset : sed obsedisse animos eorum desiderium rerum alienarum : neque ob mulierem solum unam, sed Atrei atque Pelopis divitiis inhiantes, raptum res[s] more incondito perrexisse : pro quis æquissimum esse[7] ejusmodi pœnas, vel etiam graviores pendere. Namque ad id tempus Græcos secutos morem in bellis optimum, quoscumque hostium pugna conficeret, restituere sepulturæ solitos. Contra Hectorem supergressum humanitatis modum, Patroclum eripere prælio ausum, scilicet ad ludendum,[8] ac fœdandum cadaver ejus : quod exemplum pœnis ac suppliciis eorum eluendum, ut Græci ac reliquæ posthac gentes memores ultionis ejus, moremque humanæ conditionis[t] tuerentur. Non enim Helenæ neque Menelai[u] gratia exercitum relictis sedibus parvulisque procul ab domo cruentum suo hostilique sanguine inter ipsa belli discrimina hujusmodi militiam tolerare :[b] sed cupere dinoscere, barbarine, Græcine summa rerum potirentur : quanquam justam causam fuisse inferendi belli, etiam pro muliere : namque uti ipsi

[a] *Achilles ait oportuisse eum initio natos suos coërcere a scelere quod perpetraverint, neque eum cedendo tanti facinoris conscium fieri.*

[b] *Neque enim propter Helenam sive Menelaum exercitum talem militiam perferre, inter ipsa pugnarum pericula, relicta patria natisque, longe a domo, madentem suo et inimico sanguine.*

Nestore in Delph.—5 Delph. *revolvit.*—† Delph. *justa mis.*—6 Delph. *an solum in Priamum.*—7 Omittit Delph. *esse.*—8 Delph. *illudendum.*—9 Delph. *filii.*

NOTÆ

[r] *An solum in Priamum circumscribitur*] Quod Terentius dixit, claudi, illud Dictys, circumscribi, id est, finiri : ita enim intelligendus locus ille apud Ter. Eun. I. 2. 'Nunc ubi meam Benignitatem sensisti in te claudier.' Ubi male elegantissimus Muretus rescribebat, 'calvier.' i. e. decipi.

[s] *Raptum res*] Opes illas et divitias intellige, quas cum Helena rapuit Paris.

[t] *Moremque humanæ conditionis*] Omnino legendum 'modumque ;' neque enim id mos humanæ conditionis dici potest, sed modus.

[u] *Non enim Helenæ neque Menelai*]

raptu rerum alienarum lætarentur, ita maxime dolori esse his qui amiserint. Ad hæc multa infausta detestandaque Helenæ imprecari, confirmareque, se capto Ilio, ante omnes, tanti admissi pœnas sanguine ejus expetere: ob quam patria, parentibusque carens, Patroclum etiam, solitudinis suæ levamen maximum, amiserit. [24.] Dein consiliatum[v] cum supradictis ducibus surgit: quis omnibus una atque eadem sententia est, scilicet uti acceptis quæ allata essent, corpus exanime concederet: quod ubi satis placuit, singuli ad sua tentoria discedunt. Moxque Polyxena, ingresso Achille, obvoluta genibus ejus, sponte servitium sui pro absolutione cadaveris pollicetur. Quo spectaculo adeo commotus juvenis, ut qui inimicissimus ob mortem Patrocli Priamo ejusque regno esset, tum recordatione filiæ,[9] ac parentis,[w] ne lacrymis quidem temperaverit. Itaque manu oblata, Polyxenam erigit, prædicta prius, mandataque cura Phœnici super Priamo, ut delutaretur.[1] Sed rex nihil se luctus, neque præsentium miseriarum remissurum, ait: tum Achilles confirmare, non prius cupitis ejus satis futurum,[2] quam mutato in melius habitu, cibum etiam secum sumeret. Ita rex veritus, ne quæ concessa videbantur ipse recusando impediret, dein omnia quæque imperarentur facienda decrevit. [25.] Igitur ubi excussus comis pulvis, totusque lautus[3] est, mox a ju-

—1 Sic correxit Obrecht. ex Med. vulgo *delectaretur*, quam lect. exhibet Delph.—2 Delph. *satisfacturum*.—3 Delph. *lotus*.—4 Delph. *satietas*.—

NOTÆ

Quæ sequuntur, usque ad finem orationis, ea mihi videntur inepta et futilia.

[v] *Dein consiliatum*] Id est, consultum. Non mihi fuit religio recipere hanc vocem in utroque manuscripto inventam, non magis quam viris doctis, in Cæsare, I. Bello Civ. 'Multumque cum suis consiliandi causa secreto præter consuetudinem colloqueretur.' Item, 'hæc consiliantibus] eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.' Et inde, ut olim a consulendo Consul, a consiliando Consiliarius; quod verbum habes apud Suetonium et alios posteriores. Item 'Consiliaris,' apud Paulum J. C. v. de Offic. Assess. *Mercer.*

[w] *Recordatione filii ac parentis*] Hectoris. Sed cur hic propter Polyxenam potius Hectoris et Priami recordatur Achilles, quam propter eundem Priamum? certe puto scripsisse Dictyn, 'filiæ ac parentis.'

vene ipseque et qui cum eo venerant cibo invitantur. Dein ubi saties[4] omnes tenuit,[x] hoc modo Achilles disseruit: 'Refer nunc jam mihi Priame, quid tantum causæ fuerit, cur deficientibus quidem vobis in dies copiis militaribus, ingravescentibus autem calamitatibus atque ærumnis, Helenam tamen in hodiernum retinendam putetis, neque velut contagionem infausti ominis propuleritis; quam prodidisse patriam, parentesque, et, quod indignissimum[y] omnium est, fratres sanctissimos,[z] cognoveritis. Namque hi execrati[5] facinus ejus, ne in militiam[a] quidem nobiscum conjuraverunt: scilicet, ne quam audire incolumem nollent, ei per se reditum in patriam quærerent. Eam igitur cum cerneretis, malo omnium,[b] civitatem intravisse vestram, non ejecistis? non cum detestationibus extra muros prosecuti estis? Quid illi senes, quorum filios pugna indies conficit: nonne adhuc persenserunt,[6] eandem[c] causam extitisse tantorum funerum? Itane ergo divinitus vobis eversa mens est, ut nul-

5 Delph. *execrari*, omissa voce *hi*.—6 Delph. *præsenserunt*.

NOTÆ

[x] *Dein ubi saties omnes tenuit*] Ex vulgari illo Homeri. *Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.* 'Deinde postquam potus et cibi desiderium emiserunt.'

[y] *Et quod indignissimum*] Quasi vero minus sit patriam et parentes prodere quam fratres. Sed ita hic loquitur Dictys, propter sanctitatem Castoris et Pollucis; quippe qui Dei essent.

[z] *Fratres sanctissimos*] Castorem et Pollucem.

[a] *Namque execrari facinus ejus, ne in militiam*] Expressum ex Il. Γ. Ubi Helena ad Priamum: *Δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν κοσμήτορε λαῶν, Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα, Αὐτοκασιγνήτω, τώ μοι μία γείνατο μήτηρ. Ἢ οὐχ ἑσπέσθην Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς; Ἢ δεῦρο μὲν ἕποντο νέεσσ' ἐνὶ ποντοπόροισι, Νῦν δ' αὖτ' οὐκ ἐθέλουσι, μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν, Αἴσχεα δειδιότες, καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἅ μοι ἐστί.* 'Duos tantum non possum videre pastores populorum, Castorem equorum domitorem, et pugilatu strenuum Pollucem, Germanos fratres, quos mihi una genuit mater. An non secuti sunt ex Lacedemone amabili? Vel huc quidem secuti sunt, in navibus pontigradis, At nunc nolunt pugnam virorum iterum subire, Dedecora timentes et probra multa quæ mihi sunt.'

[b] *Malo omnium*] In omnium pestem et perniciem. Quare Nereus apud Horatium Paridi ait, Helenam ducenti: 'Mala ducis avi domum, Quam multo repetet Græcia milite.' Ubi mala, est, infausta, exitiali, &c.

[c] *Eandem*] Refer ad Helenam.

lus in tanta civitate reperiri possit, qui fortunam labantis patriæ dolens, de pernicie publica [d] cum exitio ejus transigat? Ego quidem ætatis tuæ contemplatione, atque horum [7] precum, cadaver restituam, neque unquam committam, ut quod in hostibus reprehenditur crimen malitiæ [e] ipse subeam.' [26.] Ad ea Priamus, renovato fletu quam miserabili,' non sine decreto Divum adversa hominibus irruere ait: Deum quippe auctorem [f] singulis mortalibus boni malique esse: neque cui [8] beatum esse [g] licitum sit, cujusquam in eum vim inimicitiasque procedere: ceterum se diversi partus quinquaginta filiorum [h] patrem, beatissimum regum omnium habitum: at postremum Alexandri natalem diem [i] evitari,[9] ne Diis quidem præcinentibus, potuisse. Namque Hecubam fœtu eo gravidam, facem per quietem [k]

7 Delph. *harum.*—8 Delph. *quoad.*—9 Delph. *ad p. A. n. d. quem.*

NOTÆ

[d] *De pernicie publica*] Neminem puto istud posse intelligere, de pernicie publica transigere cum alicujus exitio. Forsan scripserat Dictys, 'perniciem publicam exitio ejus transigat:' id est, finiat, absolvat, conficiat. Optimo sensu. Et hæc erit mea sententia, donec me aliquis meliora doceat.

[e] *Crimen malitiæ*] Proprie loquitur Dictys; malitiam enim vocat quam nos *dureté.*

[f] *Deum quippe auctorem*] Expressisse videtur Dictys ex Hom. Il. Ω. ubi Achilles ad Priamum: Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει Δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων· Ὧ μὲν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος, Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ, Ὧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε. 'Duo enim dolia jacent in Jovis limine Donorum, qualia dat malorum alterum, alterum bonorum: Cui quidem miscens dederit Jupiter fulminator, Interdum quidem malum ille consequitur, interdum bonum, Cui autem ex tristibus dederit, eum infelicem reddit.'

[g] *Neque quoad beatum esse*] Ait quamdiu alicui beatum esse permittitur, eum nullius violentiæ inimicitiisque expositum esse.

[h] *Quinquaginta filiorum*] Virg. 'Quinquaginta illi thalami.'

[i] *Ad postremum Alexandri natalem diem*] Innuit Alexandrum filiorum Priami postremum fuisse. Hyginus tantum ait, Alexandrum Priamo natum, cum jam plures liberos haberet. Solus, quod sciam, Apollodorus scribit post Hectorem secundo partu Paridem Hecubam edidisse.

[k] *Facem per quietem*] Inde eleganter Virg. x. Æn. 'Et face prægnans, Cisseis regina Parin creat.' Vide Apollodor. Lycoph. Ovid. et alios. Solus Hyginus, Fab. 91. ait. 'Hecubam in quiete vidisse se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exiisse.' Nisi ibi vox 'serpen-

edidisse visam, cujus ignibus flagravisse[1] Idam, ac mox continuante flamma Deorum delubra concremari, omnemque demum ad cineres collapsam civitatem, intactis, inviolatisque Antenoris et Anchisæ domibus.[l] Quæ denuntiata cum[2] ad perniciem publicam spectare aruspices[m] præcinerent, internecandum editum partum placuisse. Sed Hecubam more fœmineo, causa miserationis,[3] clam alendum pastoribus in Idam tradidisse:[4][n] eum jam adultum cum res palam esset, ne hostem[o] quidem,[5] quamvis sævissimum, ut interficeret, pati potuisse: tantæ scilicet fuisse eum pulchritudinis atque formæ: quem, conjugio deinde Œnone[p] junctum, cupidinem cepisse visendi regiones, atque regna procul posita. Eo itinere adductam[6] Helenam, urgente atque instigante quodam numine, cunctorum civium animis, sibi etiam lætitiæ fuisse, neque cuiquam, cum orbari se filio,[q]

1 Delph. *conflagravisse*.—2 Delph. *dum denunciata*.—3 Delph. *more fœmineæ miserationis*.—4 Post *tradidisse*, exhibet Delph. voces *in id dextram dedisse*, quæ absunt a Codd. Med. et Arg.—5 Deest *quidem* in Delph.—6 Delph. *abductam*.

NOTÆ

tes' corrupta sit, et in ejus locum substituenda sit hæc, 'torrentes;' quæ de flamma proprie dicitur; nam ea incendii magnitudinem indicabat; Hyginus; quo non civitas tantum, sed et Idæ arbores concrematæ, ut refert Scholiastes Hom. Il. Γ. et M.

[l] *Antenoris et Anchisæ domibus*] Quibus Græci pepercere; quia Antenor et Æneas urbem prodiderant, ut aiunt.

[m] *Aruspices*] Æsaco Priami filio hoc tribuunt Lycophron, Apollodor. Servius; Apollini vero vetus poëta, apud Cic. I. de Divin. 'Ibi ex oraculo voce divina edidit Apollo, puerum primus Priamo qui foret Post illa natus tempora, hunc si tolleret, Eum esse exitium Trojæ, pestem Pergamo.' Pausanias Sibyllam Herophilam Hecubæ somnium interpretatam dicit. Cum Dicty faciunt Ovid. Hygin. et Homeri Scholiastes.

[n] *In id dextram dedisse*] Nescio quid hoc sit, nisi, 'in aliquid dextram dare,' dicat Noster eodem sensu quo nos, *donner la main à quelque chose*.

[o] *Ne hostem*] Series est, 'cum res palam esset non potuisse pati Hecubam, ut Priamus eum jam adultum interficeret, ne hostem quamvis sævissimum.'

[p] *Œnone*] Quæ Cebreni Phrygiæ fluvii filia fuit.

[q] *Neque cuiquam, cum orbari se filio*] Hoc ex Hom. Il. Γ. expressit Dictys. Ibi enim senes Trojani, cum in turri sederent et Helenam accedentem cernerent, pulchritudinem ejus admirati exclamant. Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν, Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν. 'Non mirum est Trojanos et fortes Græcos,

aliove consanguineo cerneret, non acceptam tamen, solo omnium adversante Antenore: qui initio post Alexandri reditum, filium suum Glaucum,[r] quod ejus comitatum secutus erat, abdicandum a penatibus suis decreverit, vir domi bellique[7] prudentissimus: ceterum sibi, quoniam ita res ruerent, optatissimum appropinquare naturæ finem, omissis jam regni gubernaculis atque cura: tantum sese in Hecubæ filiarumque recordatione cruciari, quas post excidium patriæ captivas, incertum cujus domini fastus[s] manerent. [27.] Dein omnia quæ ad redimendum filium advecta erant,[8] ante conspectum juvenis exponi imperat: ex quis, quicquid auri atque argenti fuit, tolli Achilles jubet: vestis etiam, quod ei visum est, reliquis in unum collectis Polyxenam donat, et cadaver tradit. Quo recepto, rex in gratiamne impetrati funeris, an si quid Trojæ accideret, securus jam filiæ,[t] amplexus Achillis genua, orat uti Polyxenam suscipiat, sibique habeat: super quæ juvenis aliud tempus, atque alium locum, tractatumque fore respondit; interim cum eo reverti jubet.[u] Ita Priamus recepto Hectoris cadavere, ascensoque vehiculo, cum his, qui se comitati erant, ad Trojam redit.

7 Delph. *belloque*, et mox legitur *se* pro *sese*.—8 Delph. *advectaverat*.

NOTÆ

Tali pro muliere multo tempore dolores pati, Valde enim immortalibus Deabus vultu similis est.' Cum locum pessime reddit Interpres. Addunt tamen iidem senes. 'Ἀλλὰ καὶ ὧς, τοίη περ ἐοῦσ', ἐν νηυσὶ νεέσθω, Μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο. 'Sed et sic etiam, talis quamvis existens in navibus abeat, Neque nobis filiisque in posterum detrimentum relinquat.'

[r] *Filium suum Glaucum*] Nescio unde hoc Dictys.

[s] *Fastus*] Superbiam. Optime ex Virgil. III. Æn. 'Nos, patria incensa, diversa per æquora vectæ, Stirpis Achilleæ fastus, juvenemque superbum Servitio enixæ, tulimus.'

[t] *Securus jam filiæ*] At nondum de Polyxena quicquam neque Priamus neque Achilles, ut ejus securus esse possit Priamus. Certe hic mendum est. Lego, 'securus jam filii.' Ait Dictys, Priamum genua Achillis amplexum fuisse, incertum an propter impetratum ejus funus; ei enim Achilles dies undecim Hectori sepeliendo concesserat; an propter redditum filii cadaver, quo recepto, ejus jam securus erat Priamus, quicquid Trojæ accideret.

[u] *Reverti jubet*] Polyxenam scilicet.

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO

LIBER IV.

SED postquam Trojanis palam est, regem perfecto negotio inviolatum, atque integro comitatu regredi, admirati, laudantesque Græciæ pietatem ad cœlum ferunt: quippe quis animo ita hæserat,[1] nulla spe impetrandi cadaveris, ipsumque,[a] et qui cum eo fuissent retineri a Græcis, maxime ob Helenæ quæ non remitteretur recordationem. Ceterum viso Hectoris funere, cuncti cives sociique accurrentes fletum tollunt, divellentes comam, fœdantesque ora laniatibus, neque in tanta populi multitudine quisquam in se virtutis aut spei bonæ fiduciam credere, illo interfecto qui inclyta per gentes fama rerum militarium, in pace etiam præclara pudicitia,[b] ex qua haud minorem quam reliquis artibus gloriam adeptus erat. Interea sepelivere eum haud longe a tumulo Ili regis[c] quondam. Dein exorto quam

1 Vinding. legendum putat *inhæserat*, et omittendam voculam *ita*.—

NOTÆ

[a] *Ipsumque*] Regem Priamum.

[b] *Præclara pudicitia*] Ita disertim uterque Ms. Opponit pudicitiam Hectoris libidini Alexandri; quæ ut in omnibus viris laudanda, ita in principibus maxime conspicua.

[c] *A tumulo Ili regis*] Qui sub Troja fuit in planitie. Hom. Il. Λ. Οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο Μέσσον καππεδίον παρ' ἐρινεὸν ἐσσεύοντο, Ἱέμενοι πόλεως. ' At hi juxta tumulum Ili veteris Dardanidæ Medium per

maximo ululatu postrema funeri peragunt,[d] hinc fœminis cum Hecuba deflentibus, hinc [2] reclamantibus viris Trojanis, et ad postremum sociorum gentibus. Quæ per dies decem,[e] concessa bellandi requie, ab ortu solis usque ad vesperam per Trojanos gesta, nullo usquam [3] remisso lugendi officio. [2.] Interim per eosdem dies Penthesilea, de qua ante memoravimus, cum magna Amazonum manu, reliquisque ex finitimo populis, supervenit.[f] Quæ postquam interemtum Hectorem cognovit, perculsa morte ejus, regredi domum cupiens, ad postremum multo auro atque argento ab Alexandro illecta, ibidem opperiri decreverat. Dein exactis aliquot diebus, copias suas armis instruit, ac, seorsum a Trojanis, ipsa suis modo bellatoribus [g] satis

2 Vinding. *illinc.*—3 Delph. *nusquam.*—4 Desunt in Delph. voces *in quis ipsa.*

NOTÆ

campum ad caprificum ruebant cupidi civitatis.' Et Iliad. Ω. *Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν μέγα σῆμα πάρεξ Ἴλοιο ἔλασσαν Στῆσαν ἄρ' ἡμιόνους τε καὶ ἵππους, ὄφρα πίοιεν ἐν ποταμῷ.* 'Hi vero, postquam magnum sepulchrum Ili præterierunt, Steterunt mulosque et equos, ut biberent in fluvio.' Nam juxta Simoëntem fluvium fuisse Ili tumulum, liquet ex Theocrit. Idyl. XVI. *Ἐν πεδίῳ Σιμόεντος, ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλου.* 'In campo Simoëntis, ubi Phrygii sepulcrum Ili.'

[d] *Postrema funeri peragunt*] Nomen Hectoris ter clara voce vocantes. Virg. III. Æneid. 'Animamque sepulcro Condimus, et magna supremum voce ciemus.' Qui solennis mos fuit. Et post nomen defuncti tertio vocatum, dicebatur, 'vale, vale, vale.'

[e] *Per dies decem*] Homerus ait per undecim. Novem enim luctui insumti sunt; decimo sepultus; undecimo, tumulus super eum exstructus. Ita Priamus ad Achillem, Il. Ω. *Ἐννῆμαρ μέν κ' αὐτὸν ἐνὶ μεγάροις γοάοιμεν, Τῇ δεκάτῃ δέ κε θάπτοιμεν, δαινῦτό τε λαός. Ἑνδεκάτῃ δέ κε τύμβον ἐπ' αὐτῷ ποιήσαιμεν.* 'Novem dies quidem ipsum in ædibus lugeremus. Decima autem et sepeliremus, convivareturque populus, Undecima vero tumulum super ipso faceremus.' Cui respondit Achilles: *Ἔσται τοι καὶ ταῦτα, γέρον Πρίαμ', ὡς σὺ κελεύεις· Σχήσω γὰρ τόσσον πόλεμον χρόνον ὅσσον ἄνωγας.* 'Erunt tibi et hæc, senex Priame, ut tu jubes: Tenebo enim tanto bellum tempore quanto jubes.'

[f] *Supervenit*] Sed jam diu est cum ei Hectorx bviam processerat, nempe dies 29. iteremtum enim Hectorem Achilles per dies duodecim in navibus servavit, redemtumque Trojani per dies undecim obsequiis decoraverunt. Ubi igitur tam sera moratur Penthesilea?

[g] *Ipsa suis modo bellatoribus*] Virg. I. Æn. 'Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bel-

fidens in pugnam pergit, cornu dextro sagittariis, altero peditibus instructo, medios equites collocat: in quis ipsa.[4] Contra ab nostris ita occursum, ut sagittariis Menelaus atque Ulysses, et cum Teucro Meriones, peditibus Ajaces duo, Diomedes, Agamemnon, Tlëpolemus, et cum Ialmeno Ascalaphus opponerentur; in equites ab Achille et reliquis ducibus pugnaretur. Hoc modo instructo utrimque exercitu, conflixere acies: cadunt sagittis reginæ plurimi, neque ab Teucris secus bellatum. Interim Ajaces, et qui cum his erant, pedites contra quos steterant cædere, ac restantes[5] detrudere umbonibus, moxque repulsos obtruncare. Neque quoad deletæ peditum copiæ, finis fit. [3.] At[6] Achilles inter equitum turmas Penthesileam nactus,[h] hasta petit: neque difficilius quam fœminam equo deturbat, manu comprehendens coma, atque ita graviter vulneratam detrahens. Quod ubi visum est, tum vero nullam spem in armis rati, fugam faciunt. Clausisque civitatis portis, nostri reliquos, quos fuga bello[i] exemerat, insecuti obtruncant: fœminis tamen abstinentes manus parcentesque sexui. Dein uti quisque victor, interfectis quos adversum ierat, regrediebatur, Penthesileam visere seminecem etiam nunc, admirarique audaciam. Ita brevi ab omnibus in eundem locum concursum, placitumque[7] [k] uti quo-

—5 Arg. Cod. *resistentes*.—6 Omittitur vocula *at* in Delph. et mox exhibet *comam*.—7 In Petav. Cod. *palatumque*. Mercer. legendum putat *actumque*.—

NOTÆ

latrix, audetque viris concurrere virgo.' Ubi Servius: 'Homerus hæc tacuit, quæ facta sunt post Hectoris mortem.'

[h] *Penthesileam nactus, &c.*] Penthesileam ab Achille occisam narrant Lycophron, Quintus Calaber, Tzetzes, Eustath. Servius, &c. Solus Dares eam a Pyrrho occisam dicit.

[i] *Bello*] Sic semper Dictys; pro pugna, prælio.

[k] *Placitumque*] Ut videatur scribendum 'actumque:' hoc est, 'deliberatum.' Nondum enim id decretum erat, donec Diomedes, rogatis ducum sententiis, id fieri curavit. *Mercer.* Ego nihil mutandum puto: placebat omnibus eam in flumen præcipitari, sed Achilles eam sepelire conabatur; cum Diomedes, alta voce rogatis sententiis, eam in Scamandrum jacit. Sed hæc aliter narrat Tzetzes, in Lycophron. ait enim, Achilles, cum Penthesileam occidisset, fortitudinem e-

niam naturæ sexusque conditionem superare ausa esset, in fluvium, reliquo adhuc ad persentiendum spiritu, aut canibus dilanianda jaceretur. Achilles interfectam eam sepelire cupiens, mox a Diomede prohibitus est. Is namque percontatus circumstantes, quidnam de ea faciendum esset, consensu omnium pedibus attractam in Scamandrum præcipitat; scilicet pœna[8][l] postremæ desperationis atque amentiæ. Hoc modo Amazonum regina deletis copiis, quibuscum auxiliatum Priamo venerat, ad postremum ipsa spectaculum dignum moribus suis præbuit. [4.] At sequenti die Memnon, Tithoni atque Auroræ filius,[m] ingentibus Indorum atque Æthiopum[n] copiis supervenit, magna fama: quippe in unum multis millibus armatis vario genere,[9] spes etiam votaque de se Priami superaverat. Namque omnia circum Trojam, et ultra qua[1] visi poterat, viris atque equis repleta splendore insignium refulgebant.[o] Eos omnes jugis Caucasi montis[p] ad Trojam duxit: reliquos neque numero inferiores, imposito Phala duce[q] atque rectore, mari misit. Qui appulsi Rhodum,[r] ubi anim-

8 Delph. *pœnam*.—9 Post *genere* exhibet Delph. vocem *insignium*.—1 Delph.

NOTÆ

jus et formam egregiam admiratus, Græcis suadere voluit ut ei tumulum exstruerent; cui cum Thersites adversaretur, objiceretque ei, Penthesileam mortuam ab eo adamatam, Achilles ira æstuans pugno Thersitem occidit: quod ægre ferens Diomedes, utpote Thersitæ consanguineus, Penthesileam pedibus attractam in Scamandrum præcipitat.

[l] *Scilicet pœna* [*pœnam*] Hoc non procedit. Legendum, 'pœna,' in sexto casu; vel 'in pœnam.'

[m] *Tithoni atque Auroræ filius*] Ita scriptores fere omnes tradunt. Tithonus autem frater fuit Priami. Verum Æschylus Memnonis matrem Cissiam vocat.

[n] *Ingentibus Indorum atque Æthiopum*] Virg. I. Æn. 'Eoasque acies et Nigri Memnonis arma.' Diores scribit, Memnonem Trojam adventasse cum decem millibus Susianis et totidem Æthiopibus.

[o] *Splendore insignium refulgebant*] Optime Horat. Od. I. 'Seu te fulgentia signis Castra tenent.' Ad quem locum male multa Interpretes.

[p] *Jugis Caucasi montis*] Caucasus mons inter pontum Euxinum et mare Caspium. Verum alii aiunt, Memnonem ex Æthiopia adventasse; alii, ex India; alii denique, ex Assyria.

[q] *Phala duce*] Hic mihi quidem ignotus est. Sidonius fuit, si fides Nestro.

[r] *Mari misit, qui appulsi Rhodum*] Sed quomodo ipse ex Caucaso veniens

advertere[x] insulam Græcis sociam, veriti ne re cognita incenderentur naves, ibidem opperiebantur: ac mox divisi in Camirum et Ialisum[3 s] urbes opulentas: neque multo post Rhodii Phalam incusare, quod paulo ante eversa ab Alexandro Sidone[t] patria sua, auxilium ei a quo læsus sit ferre cuperet: quoque animos exercitus permoverent, confirmare, haud dissimiles barbarorum videri,[4] qui tam indignum facinus defenderent:[a] multa præterea accensura[5] vulgum, et quæ pro se factura essent, disserere: quæ res haud frustra fuit: Phœnices namque qui in eo exercitu plurimi aderant, permoti querelis Rhodiorum, an cupidine[6 u] diripiendarum rerum quas secum advexerant, Phalam lapidibus insecuti necant: distributique per supradictas urbes, aurum ac reliqua prædæ inter se dispartiunt. [5.] Interim exercitus qui cum Memnone venerat, positis per locos patulos castris, nam intra mœnia haud facile tanta vis hominum retineri poterat, diversi suo quisque genere exercebantur. Neque eadem arte[v] simplex atque idem modus, sed ut quemque regionis suæ mos assuefecerat, ita telis[7 w]

[a] *Neque multo post Rhodii Phalam criminari cœperunt, quod cum Sidon ejus patria non ita pridem ab Alexandro diruta fuisset, ei tamen, a quo offensus esset, auxiliari conaretur, utque militum animos excitarent, affirmare, absimiles barbaris eos non esse, qui scelus tam atrox tuerentur.*

quæ visi poterant.—2 Delph. *advertere.*—3 Vulg. *Galisum.* Mss. *Calysum.*—4 Post *videri* legit Delph. *eos.*—5 Inserit Delph. *quæ* ante *accensura*, et hanc voculam omittit mox ante *pro.*—6 Sic Mss. vulgo *dein cupidine.*—7 Post *telis*,

NOTÆ

reliquos mari misit, ita ut ii Rhodum appellere potuerint? Certe res mira, nisi de reliquis Æthiopibus intelligas, quibus Memnon mandaverit, ut mare Mediterraneum metirentur.

[s] *In Camirum et Ialisum*] Rhodi urbes, de quibus jam supra ex Hom. et Strab.

[t] *Eversa ab Alexandro Sidone*] Initio lib. I. retulit Dictys Alexandrum Sparta redeuntem, Sidonem delapsum, regem obtruncasse, et ejus domum expilasse. Sed hoc Rhodii ita augent, ad majorem invidiam; quasi ab eo urbs eversa et diruta fuerit.

[u] *An cupidine*] Ita diserte libri: quod inepti et imperiti correctores mutaverant, rescripserantque, 'dein cupidine.' *Mercer.*

[v] *Neque eadem arte simplex atque idem*] 'Modus idem et simplex eadem arte.' Nolim ego hoc imitari.

[w] *Ita telis* [*aliis*] Lego, 'Ita telis alii in alium modum.'

in alium modum formatis. Scutorum etiam et galearum multiformi specie, horrendam belli faciem præbuerant. At ubi triti aliquot dies, et miles bellum cupit, simul cum luce exercitus omnis signo dato in prælium ducitur, cumque[8] his Trojani, et qui intra mœnia socii fuerant. At contra Græci instructi pro tempore opperiri, debilitati aliquantum animos,[x] metu ingentis atque incogniti hostis. Igitur ubi intra teli jactum ventum est, tum vero barbari clamore ingenti ac dissono, ruinæ in modum irrumpunt: nostri confirmati inter se, satis impigre vim hostium sustentavere. Sed postquam acies renovatæ atque in ordinem reformatæ sunt, et jaci hinc atque inde tela cœpere, cadunt utriusque exercitus plurimi: neque finis fit, quoad Memnon curru vectus, adhibito secum fortissimo quoque, medios Græcorum invadit, primum quemque obvium fundens, aut debilitans. Ita jam plurimis[9] nostrorum interfectis, duces, ubi fortuna belli versa, neque spes reliqua nisi in fuga est, victoriam concessere. Eo die incensæ naves deletæque[1] omnes forent, ni nox perfugium laborantium ingruentes hostes ab incœpto cohibuisset: tanta in Memnone bellandi vis, peritiaque, et nostris adversæ res.[y] [6.] Igitur Græci, postquam requies est, perculsi inter se, ac summæ rerum diffidentes, per universam noctem quos in bello amiserant, sepeliere. Dein consilium futuri certaminis adversum Memnonem ineunt: ac placet sorte eligi nomen ducis[z] cum eo bellaturi. Tunc Agamemnon Menelaum excipit,[a] Ulyssem, Idomeneum:[2] reliquorum sors agi cœpta, Ajacem Telamo-

habet Delph. *aliis*.—8 Omittitur in Delph. vocula *que* post *cum* et mox *atque* post *renovatæ*.—9 Delph. *primis*.—1 Delph. *delectaque naves*.—2 Delph. *Ido-*

NOTÆ

[x] *Debilitati animos*] Subintelligitur præpositio 'per' vel *κατά*.

[y] *Et nostris adversæ res*] Scripsisse debuit Dictys, 'et nostris tam adversæ res.' Id enim scribendi ratio clamat.

[z] *Ac placet sorte eligi nomen ducis*] Idem Cedrenus. Sed ex hoc nostro.

[a] *Agamemnon Menelaum excipit*] Menelai sortem extraxit; Ulyssis Idomeneus; reliquorum alii. Sed Ajacem sors delegit, quippe quæ ultima in galea restitit. Et ita hic locus intelligendus est.

nium votis omnium deligit. Ita refectis cibo corporibus, reliquum noctis cum quiete transigunt. At lucis principio, armati instructique pro negotio egrediuntur: neque segnius a Memnone actum, cum quo Trojani omnes. Ita hinc atque inde ordinato exercitu, prælium initum: tum[3] plurimi utriusque partis, ut in tali certamine, cadunt, aut icti graviter prælio decedunt. In quo bello Antilochus Nestoris[b] obvius forte Memnoni interficitur. Moxque Ajax, ubi tempus visum est, inter utramque aciem progressus, lacessit regem, prædicto prius Ulyssi et Idomeneo, a ceteris uti se defenderent.[c] Igitur Memnon ubi ad se tendi videt, curru desilit,[4] confligitque pedes cum Ajace, magno utriusque partis metu atque expectatione. Tum dux noster summa vi umbonem scuti ejus[d] telo in aliquantum foratum, gravis[5] atque summis viribus ingruens, impulit, vertitque in latus. Quo viso, regis comites accurrere, Ajacem exturbare nitentes. Tum Achilles ubi a barbaris intercedi videt, pergit contra, et nudatum scuto hostis jugulum hasta transfigit. [7.] Ita præter spem interfecto Memnone, animi hostium commutantur, et Græcis aucta fiducia: jamque Æthiopum versa acie, nostri instantes cædunt plurimos: tum Polydamas[e] renovare prælium cupiens, circumventus ad postre-

meneus.—3 Omittitur *tum* in Delph. deest quoque *que* post *mox*, et pro *a* ante *ceteris* legitur *ac.*—4 Delph. *desiliit.*—5 Delph. *gravibus.*—6 Delph. *intraverat.*

NOTÆ

[b] *Antilochus Nestoris*] Antilochum a Memnone occisum narrat Hom. Od. Δ. Pind. Pyth. Od. 6. scribit Nestorem a Paride pressum, vulnerato jam equo currus sui, Antilochum filium suum inclamasse, eumque accurrentem, et Paridem sustinentem, a Memnone interfectum fuisse. Ovidius vero, in Epist. Penelopæ Ulyssi, Antilochum ab Hectore occisum dicit: 'Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.' Ubi quidam rescribunt 'Amphimachum;' alii 'Archilochum.' Sed 'Antilochum' Mss. omnes et excusi. Quam lectionem viri doctissimi unice amplectuntur; dicentes id scientem peccasse Ovidium, cum fœminam loquentem induceret, qui sexus nomina fere solet confundere. Sed Dictys etiam ab omnibus dissentit, cum Antilochum a Paride interemtum scribit.

[c] *Uti se defenderent*] 'Se' ad Ajacem refertur.

[d] *Umbonem scuti ejus*] Ita ad verbum Cedrenus: quem describere supersedeo. Umbo est medium scuti.

[e] *Polydamas*] Qui tamen apud Hom.

mum, atque ictus inguina ab Ajace interficitur: Glaucus Antenoris[f] adversum Diomedem astans, Agamemnonis telo cadit.[g] Tum vero cerneres hinc Æthiopas cum Trojanis per omnem campum sine ordine atque imperio fugientes, multitudine ac festinatione inter se implicari, cadere, ac mox palantibus equis proculcari: hinc Græcos resumtis animis sequi, cædere, impeditosque dissolvere, atque ita confodere laxatos: redundant circum muros campi sanguine, et omnia, qua hostis ingruerat,[6] armis atque cadaveribus completa sunt. In ea pugna Priami filiorum Areius et Echemon[7] [h] ab Ulysse interfecti, Dryops, Bias,[i] et Corython[8] [k] ab Idomeneo: ab Ajace Oilei, Ilioneus[l] cum Philenore,[m] itemque Thyestes, et Thelestes[n] a Diomede: ab

—7 '*Arejus* est in utroque Ms. non *Attreus*,...at pro vulgato *Echion*, Danielis Ms. habet *Archemnon*. Petav. *Echemnon*, e quo feci *Echemon*' Mercer.—8 Vulgo. *Drapeis Bias et Corintha*. Ms. *Dyraspispia et Corintha*. Mercer. rescribendum

NOTÆ

nusquam interfectus legitur.

[f] *Glaucus Antenoris*] Nam fuit alius Glaucus Hippolochi filius, cum Diomede congressus: sed, hospitio cognito et armis permutatis, discessere.

[g] *Agamemnonis telo cadit*] Alii a Diomede occisum dicunt.

[h] *Areius et Echemon*] Areium male Arrhetum vocat Apollod. III. Areium agnoscit Eustath. Echemona agnoscit Hom. Il. E. Ἐχήμονά τε, Χρόμιόν τε: eosque a Diomede interfectos dicit.

[i] *Dryops, Bias*] Utrumque inter Priami filios ponit Apollod. III. prior Hygino dicitur 'Drypon,' corrupte; posterior 'Biantes.' Et Dryopa quidem ab Achille occisum dicit Hom. Γ. Ὣς εἰπὼν, Δρύοπ' οὖτα κατ' αὐχένα μέσσον ἄκοντι. 'Sic locutus, Dryopem vulneravit per cervicem mediam jaculo.'

[k] *Corython*] Corythonem nullum invenio. Credo rescribendum 'Gorgython.' Nec me movet, quod eum supra dicit occisum: nam et hic 'Philenorem' nominat, quem necatum dixit, lib. III. et 'Antiphum,' cujus cædem retulit, lib. II. *Mercer.* Forsan scripserat Dictys, 'Dorycops,' ex Hygino; qui idem opinor Doryclus dicitur Apollodoro.

[l] *Ilioneus*] Ilioneum Priami filium nusquam inveni. Ilionam quidem Priami filiam memorat Hyginus. Sed non Ilioneum filium. Apollodorus Idomeneum Priami filium quendam dicit, forsan corrupte pro 'Ilioneum.' Sed forsan hic Ilioneum illum Dictys intelligit, qui Phorbantis filius fuit, et a Peneleo occisus. Hom. Il. Ξ.

[m] *Philenore*] Philenoris etiam meminit lib. III. ubi eum ab Agamemnone interemtum dicit. Sed Philenorem, Priami filium nullum inveni; quare et hic et illic *Philæmonem* restituendum esse puto.

[n] *Thyestes et Thelestes*] Nullum opinor Priamo fuisse filium nomine Thy-

Ajace[9] altero, Antiphus, Agavus, Agathon, atque Glaucus:[o] et ab Achille Asteropæus.[p] Neque prius finis factus, quam Græcos saties,[1] et ad postremum fatigatio incessit. [8.] At ubi a nostris in castra recessum est, missi ab Trojanis, qui peterent eorum qui in bello ceciderant humandi veniam:[q] ita[2] collectos suos quisque igni cremant, et more patrio sepeliunt; seorsum ab ceteris cremato Memnone: cujus reliquias, urna conditas, per necessarios regis[r] remisere in patrium solum.[s] At Græci lautum bene cadaver Antilochi, justis factis, Nestori tradunt: eumque orant, animo æquo ferret[3] fortunæ bellique adversa. Ita ad pos-

putat *Gorgithion*, *Corythenem* nusquam inveniens.—9 Post *Ajace* exhibet Delph. vocem *vero*.—1 Delph. *satias*.—2 Omittitur vocula *ita* in Delph.—3 Delph.

NOTÆ

esten. Pro 'Thelestes' legendum 'Telestas,' ex Apollod. Τελέστας.

[o] *Antiphus, Agavus, Agathon, atque Glaucus*] Antiphum, Agathonem, et Glaucum nominat Apollodor. qui Antiphum ab Agamemnone occisum dicit, et Hom. At Agavum, Agathonem, et Glaucum nusquam interfectos describit.

[p] *Et ab Achille Asteropæus*] Hunc quidem ab Achille interfectum refert Homer. sed, puto, post mortem Patrocli et ante cædem Hectoris. Illum vide, Iliad. Φ.

[q] *Eorum qui in bello ceciderant humandi veniam*] Dudum monui probam et antiquam esse hanc lectionem, quem uterque Ms. agnoscit. Imperiti addiderant 'corpora;' ne solœcismum paterentur scilicet. Ita Plaut. Capt. 'Nominandi istorum tibi erit, magis quam edundi copia.' Cicero, v. Philipp. 'Agrorum suis latronibus condonandi.' Varro 2. de Re Rust. 'Sive enim aliquod fuit principium generandi animalium.' Gellius xvi. 8. 'Fecisse videtur eum librum, sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia.' *Mercer.* Sed quoniam multi hujus locutionis formam ignorarunt, hæc pauca subjicienda sunt, ex Minerva Sanctii viri doctissimi et diligentissimi. In adjectivo nomine, inquit, seu participio semper deest substantivum 'negotium,' aut infinitum verbi. Ut 'legendum est,' subaudi 'negotium,' vel 'legere.' 'Tempus est legendi,' subaudi 'negotii,' vel 'legere.' Hispani, *Tiempo es quæ selea*. Sic 'tempus est legendi librorum,' regatur a 'legere;' quasi dicas 'tempus est lectionis librorum.' Sed si dicas, 'tempus est legendi libros,' jam non participium est, sed verbum participiale. In ceteris vero omnibus, vox in 'dus' semper significat passionem, et participium est adjectivum. Plura vide apud illum, pag. 228.

[r] *Per necessarios regis*] Ipsius Memnonis. Ælianus, I. Animalium, scribit Auroram corpus Memnonis, e mortuis ablatum, in patriam Susas detulisse; ubi ei tumulus exstructus.

[s] *In patrium solum*] In Troade tamen monstrabatur ejus sepulcrum.

tremum corpora sua quisque curantes, vino atque epulis per multam noctem, Ajacem simulque[4] Achillem laudibus celebrant, atque ad cœlum ferunt. At apud Trojam ubi requies funerum est, non jam dolor in casu Memnonis,[t] sed metus, et summæ rerum, desperatio incesserat: cum hinc Sarpedonis interitus, inde insecuta paulo post *Hectoris* clades spes reliquas animis abstulisset:[5] neque quod postremum in Memnone fortuna obtulerat, reliquum jam existeret.[6] Ita confluentibus in unum tot adversis, curam omnem exsurgendi[u] omiserant.[7] [9.] At post paucos dies Græci, instructi armis, processere in campum, lacessentes, si auderent,[v] ad bellandum Trojanos. Quis dux Alexander cum reliquis fratribus militem ordinat, atque adversum pergit. Sed priusquam ferire inter se acies, aut jaci tela cœpere, barbari solutis[8] ordinibus[w] fugam faciunt: cæsique eorum plurimi, aut in flumen præcipites[9] dati, cum hinc atque inde ingrueret hostis, atque undique ademta fuga esset. Capti etiam Lycaon[x] et Troilus[y] Priamidæ, quos, in medium productos, Achilles jugulari jubet: indignatus, nondum sibi a Priamo super his quæ secum tractaverat mandatum. Quæ ubi animadvertere Trojani, tollunt gemi-

ferre æquo animo.—4 Delph. *simul atque*, et mox omittitur *et* post *metus*.—5 Delph. *abstulissent*.—6 Delph. *atque ad p. in M. quem f. o. reliquium jam nihil existeret*.—7 Delph. *amiserant*.—8 Delph. *desolatis*.—9 Delph. *præceps*.—

NOTÆ

[t] *Dolor in casu Memnonis*] Pro, dolor e casu Memnonis. Nolim hoc imitari.

[u] *Exsurgendi*] Sese erigendi.

[v] *Si auderent*] Transpositio, Nostro et aliis etiam familiaris. Series est: 'Lacessentes Trojanos ad bellandum, si auderent.'

[w] *Solutis* [*Desolatis*] *ordinibus*] *Abandonnent les rangs*, Gallice.

[x] *Lycaon*] Quem Homerus ab Achille in pugna occisum dicit, Il. Φ.

[y] *Troilus*] Hunc tamen pugnantem ab Achille interfectum describit Virg. Æn. I. 478. 'Parte alia fugiens amissis Troilus armis, Infelix puer, atque impar congressus Achilli, Fertur equis, curruque hæret resupinus inani, Lora tenens tamen: huic cervixque comæque trahuntur Per terram, et versa pulvis inscribitur hasta.' Idem et infra Dares Phrygius. Tzetzes scribit Troilum fugientem in Apollinis Thymbræi templum se conjecisse, unde cum eum Achilles abstrahere non posset, juxta aram eum occidit, unde et Achilles postea idem ab alio juxta eandem aram passus.

tus, et clamore lugubri Troïli casum miserandum in modum deflent, recordati ætatem ejus admodum immaturam:[z] qui in primis pueritiæ annis, cum verecundia ac probitate, tum præcipue forma corporis amabilis, atque acceptus popularibus adolescebat. [10.] Dein transactis paucis diebus solenne Thymbræi Apollinis incessit, et requies bellandi per inducias interposita: tum utroque exercitu sacrificio insistente, Priamus tempus nactus, Idæum[a] ad Achillem super Polyxena cum mandatis mittit. Sed ubi Achilles in luco ea quæ perlata erant ab Idæo[1] separatim ab aliis recognoscit, cognita re apud naves suspicio alienati ducis, et ad postremum indignatio exorta. Namque antea rumorem proditionis ortum clementer[b] per exercitum in verum traxerant. Ob quæ, simul uti concitatus militis animus leniretur, Ajax cum Diomede et Ulysse ad lucum pergunt. Hique ante templum resistunt, opperientes si egrederetur Achillem, simulque uti rem gestam juveni[c] referrent; de cetero etiam deterrerent, in colloquio clam cum hostibus agere. [11.] Interim Alexander, compositis jam cum Deiphobo insidiis, pugione accinctus[2] ad Achillem ingreditur, confirmator veluti eorum quæ Priamus pollicebatur: moxque ad aram, quo ne hostis dolum persentisceret, aversusque a duce,[d] assistit. Dein ubi tempus visum est, Deiphobus amplexus inermem juvenem, quippe in sacro Apollinis nihil hostile metuentem, exosculari, gratularique super

1 Delph. *in loco ea quæ illata erant cum Idæo.*—2 Delph. *cinctus.*—3 Delph.

NOTÆ

[z] *Ætatem ejus admodum immaturam*] Quia scilicet apud Virgilium legerat, 'Infelix puer, atque impar congressus Achilli.' Sed eum fugiebat, viros robustissimos a poëtis sæpissime pueros dici, et sane Troilum robustissimum et fortissimum describunt Homerus, Tzetzes in Lycophr. Dares Phrygius, et alii.

[a] *Idæum*] Præconem, de quo supra.

[b] *Ortum clementer*] 'Clementer,' id est, lente, modice. In verum traxerant rumorem illum proditionis, qui per exercitum leviter insonuerat. Achillem autem proditionis suspectum habebant, propter amorem Polyxenæ.

[c] *Juveni*] Achilli.

[d] *A Duce*] Achille.

his quæ consensissent,[3] neque ab eo divelli aut omittere, quoad[4] Alexander, librato gladio procurrens, aversum hostem per utrumque latus geminato ictu[e] transfigit. At ubi dissolutum[f] vulneribus animadvertere, parte alia quam venerant, proruunt. Reque[5] ita maxima et super vota omnium perfecta, in civitatem recurrunt. Quo viso[6] Ulysses, 'Non temere est,' inquit, 'quod hi turbati ac trepidi repente prosilivere.' Dein ingressi lucum, circumspicientesque universa, animadvertunt Achillem stratum humi, exsanguem, atque etiamtum seminecem. Tum Ajax, 'Fuit,' inquit, 'confirmatum, ac verum per mortales, nullum hominum existere,[7] qui te vera virtute superaret: sed, uti[8] palam est, tua te inconsulta temeritas prodidit.' Dein Achilles, extremum adhuc retentans spiritum, 'Dolo me atque insidiis,' inquit, 'Deiphobus atque Alexander Polyxenæ gratia circumvenere.' Tum expirantem eum duces amplexi cum magno gemitu, atque exosculati postremum salutant. Denique Ajax exanimem jam humeris sublatum e luco effert. [12.] Quod ubi animadvertere Trojani, omnes simul

consensisset.—4 Delph. *Quo*, et mox, *adverso.*—5 Omittitur vocula *que* in Delph.—6 Delph. et vulgo *quos visos*; nostram lectionem restituit Obrecht. ex Med. Cod.—7 Post *existere*, legit Delph. *potuisse.*—8 Delph. *ut*; et mox

NOTÆ

[e] *Per utrumque latus geminato ictu*] Alii scribunt Achillem sagitta confossum, quam Alexander, post simulacrum Apollinis latens, immisit. Unde vulgatum fuit ipsum Apollinem tela direxisse. Virg. VI. Æn. 'Phœbe, graves Trojæ semper miserate dolores, Dardana qui Paridis direxti tela manusque Corpus in Æacidæ.' Dares Phrygius narrat, Achillem cum Antilocho diu contra insidiatores pugnasse; sed utrumque tandem ab Alexandro multis plagis confossos. Locum adi. Hyginus parum sibi constat; ita enim scribit Fab. 107. 'Hectore sepulto cum Achilles circa mœnia Trojanorum vagaretur, ac diceret se solum Trojam expugnasse, Apollo iratus, Alexandrum Parim se simulans, talum, quem mortalem habuisse dicitur, sagitta percussit et occidit.' At idem Fab. 110. 'Itaque Danai Polyxenam Priami filiam, quæ virgo fuit formosissima, propter quam Achilles cum eam peteret, et ad colloquium venisset, ab Alexandro et Deiphobo est occisus, ad sepulcrum ejus eam immolaverunt.'

[f] *Dissolutum*] Optime. Expressit illud Homericum: Λῦσε δὲ γυῖα. 'Solvit membra.'

portis proruunt, eripere Achillem nitentes, atque auferre intra mœnia, scilicet more solito illudere cadaveri ejus gestientes. Contra Græci, cognita re, arreptis armis tendunt adversum: paullatimque omnes copiæ productæ; ita utrimque certamen brevi adolevit. Ajax tradito his qui secum fuerant cadavere ejus,[g] infensus Asium Dymantis,[h] Hecubæ fratrem,[i] quem primum obvium habuit, interficit. Dein plurimos, uti quemque intra telum, ferit. In quis Nastes[9] et Amphimachus[k] reperti, Cariæ imperitantes. Jamque duces Ajax Oilei, et Sthenelus adjuncti multos fundunt[1] atque in fugam cogunt. Quare Trojani, cæsis suorum plurimis, nusquam ullo certo ordine aut spe reliqua resistendi, dispersi palantesque ruere ad portas, neque usquam nisi in muris salutem credere. Quare magna vis hominum ab insequentibus nostris obtruncatur. [13.] Sed ubi clausis portis finis cædendi factus est, Græci Achillem ad naves referunt. Tuncque deflentibus cunctis ducibus casum tanti viri, plurimi militum haud dolere, neque uti res exposcebat, tristitia commoveri: quippe quis animo inhæserat,[2] Achillem sæpe consilia prodendi exercitus inisse cum hostibus. Ceterum interfecto eo[3] summam militiæ[l] orbatam,[4] et ademtum complurimum,[m] cum viro egregio bellandi ne honestam quidem mortem, aut aliter quam in obscuro op-

Deinde.—9 Mss. *Rastes.* vulg. *Jastes.*—1 Delph. *interficiunt.*—2 Delph. *quippe in animo haserat.*—3 Deest *eo* in Delph. et mox ante *viro*, omissa vocula *cum*, legitur *et.*—4 Vinding. legendum proponit *orbitatem*, et mox pro *licuerit*, *licuisse*:

NOTÆ

g *Cadavere ejus*] Hic vox *ejus* mihi suspecta foret, si alium quam Dictyn tenerem, et ni ita semper ille.

h *Asium Dymantis*] Nusquam apud Homerum legas, eum interfectum fuisse.

i *Hecubæ fratrem*] Quæ et Dymantis filia Homero, Hygino, Ovidio, et aliis. At qui eam Cissei filiam dicunt, iidem Asium ejus uterinum tantum fratrem faciunt. Vide Eustath. Il. Π.

k *Nastes et Amphimachus*] Nomionis filii; jam supra.

l *Summam militiæ*] Barbare loquitur Dictys; neque enim scribi posse arbitror 'summam rem orbari,' et ratio in promtu est.

m *Et ademtum complurimum*] Novum loquendi genus. Vult dicere, cum Achille omnia fere interiisse, ruisse, &c.

petere licuerit.[n] Igitur propere ex Ida apportata ligni vis multa, atque in eodem loco, quo antea Patroclo, bustum exstruunt. Dein imposito cadavere, subjectoque igni, justa funeri peragunt:[o] Ajace præcipue insistente, qui per triduum continuatis vigiliis labore[*] non destitit, quam reliquiæ coadunarentur.[p] Solus namque omnium pæne ultra virilem modum interitu Achillis consternatus est, quem dilectum præter ceteros animo et[5] summis officiis percoluerat: quippe cum amicissimum, et sanguine conjunctum sibi, tum præcipue plurimum virtute ceteros antecedentem. [14.] Contra apud Trojanos lætitia atque gratulatio cunctos[6] incesserat,[q] interfecto quam metuendo hoste: hique Alexandri commentum laudantes ad cœlum ferunt, scilicet cum insidiis tantum perfecerit, quantum ne in certamine auderet quidem. Inter quæ tam læta[7] nuntius Priamo supervenit, Eurypylum Telephi ex Mœsia[r] adventare, quem rex multis antea illectum præmiis ad postremum oblatione desponsæ Cassandræ[s] confirmaverat. Sed inter cetera quæ ei pul-

ut subintelligatur, dolebant.—* Delph. *laborare*.—5 Omittitur *et*, in Delph. —6 Delph. *cunctis*.—7 Omittuntur in Delph. *tam læta*.—8 Delph. et vulgo

NOTÆ

[n] *Oppetere licuerit*] Non video, quomodo hæc cohærere cum reliquis possint. Lego, 'licuisse.'

[o] *Justa funeri peragunt*] Justa dicuntur quæ mortuis debentur; Græcis *νόμιμα, ἐναγίσματα*. Justa autem supple 'funera' vel 'officia.' De funere Achillis fuse Hom. Od. Ω.

[p] *Quam reliquiæ coadunarentur*] Reliquiæ sunt ossa. Coadunare, colligere, quasi in unum. Sed non video, cur hic dicat Ajacem triduo die nocteque laborasse, cum Homerus scribat id mane factum fuisse. *Ἠῶθεν δή τοι λέγομεν λεύκ' ὀστέ*, 'Ἀχιλλεῦ, *Οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ καὶ ἀλείφατι*. 'Mane vero tibi collegimus candida ossa, o Achilles, Vino in puro et adipe,' &c.

[q] *Cunctos* [*cunctis*] *incesserat*] Subintellige, animos, corda; alioqui scripsisset, 'cunctos.'

[r] *Ex Mœsia*] Eurypyli ditionem in Mœsia circa Caicum ponit Strabo et Homer.

[s] *Ad postremum oblatione desponsæ Cassandræ*] Alii dicunt Priamum ipsam Eurypyli uxorem donis illexisse, ut maritum suum in militiam mitteret. Alii aliter. Vide Eustath. ad illud, Od. Λ. 'Ἀλλ' *οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ, Ἥρω' Εὐρύπυλον· πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Κήτειοι κτείνοντο, γυναίων εἵνεκα δώρων*. 'Sed ut Telephiden interfecit (Pyrrhus) ferro, Heroëm Eurypylum; multi autem circa eum sodales Cetei trucida-

cherrima miserat, addiderat etiam vitem quandam auro effectam,[t] et ob id per populos memorabilem. Ceterum Eurypylus virtute multis clarus,[u] Mœsiacis modo Ceteiisque[8] instructus legionibus, summa fama lætitiaque a Trojanis exceptus, spes omnes barbaris in melius converterat. [15.] Interim Græci ossa Achillis urna condita, adjunctaque simul Patrocli,[v] in Sigæo sepelivere:[w] cui sepulcrum etiam exstruendum ab his, qui in eo loco agebant,[9][x] mercede Ajax locat, indignatus inde[1] Græcis, quod nihil in his dignum doloris[y] juxta amissionem tanti herois animadverteret. Per idem tempus Pyrrhus, quem Neoptolemum[z] memora-

ceterisque; Arg. Cod. *citisque*. Nostram lectionem restituit Obrecht.—9 Vulgo *habebant*; Vinding. *habitabant*.—1 Delph. *jam*.—2 Delph. *Phœnici*.—3 Delph.

NOTÆ

bantur, mulierum propter dona.' Vid. Strab. III.

[t] *Vitem quandam auro effectam*] Verba Eustathii apponere non gravabor. Ἢ χρυσῆν τινά φασιν ἄμπελον· ἣν Ζεὺς μὲν ἐχαρίσατο ἀντὶ Γανυμήδους τῷ πατρὶ Τρωΐ, Πρίαμος δὲ ἐκ διαδοχῆς ἐλθοῦσαν εἰς αὐτὸν ὑπέσχετο Ἀστυόχῃ τῇ ἑαυτοῦ μὲν ἀδελφῇ, Εὐρυπύλου δὲ μητρὶ, εἰ πέμψει ἐπὶ συμμαχίᾳ τὸν υἱὸν, φάμενον ἐπὶ τῇ μητρὶ κεῖσθαι τὴν εἰς πόλεμον ἐξέλευσιν αὐτοῦ. Id est, 'vel auream quandam vitem dicunt, quam Jupiter pro Ganymede dedit Troi patri; Priamusque per successionem ad se devolutam promisit Astyochæ sorori suæ, quæ mater erat Eurypyli, si filium suum Trojanis auxiliarem mitteret, qui affirmabat per matrem suam stare, quin ad bellum pergeret.' Notabis interim illos orientis populos vites illas aureas adamasse: nam vitem auream Pompeio dono dedit Aristobulus, de qua Josephus, Strabo, et alii. Vide quæ notavi ad Florum, III. 5. 'Sub aureo vitem cœlo.'

[u] *Virtute multis clarus*] An clarus virtute, ob multa facinora? vel clarus multis facinoribus, ob virtutem?

[v] *Adjunctaque simul Patrocli*] Ex Hom. Od. Ω. Qui ait, in eadem urna utriusque ossa condita: Ἐν τῷ τοι κεῖται λεύκ' ὀστέα, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ, Μίγδα δὲ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος. 'In hac urna tibi jacent alba ossa, illustris Achilles, Promiscue autem Patrocli Menœtiadæ mortui.'

[w] *In Sigæo sepelivere*] In littore. Hom. ibid. Ἀκτῇ ἐπὶ προὐχούσῃ ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ. 'Littore in excelso ad latum Hellespontum.' Vide Strab. XIII.

[x] *Exstruendum ab his qui in eo loco agebant*] Homerus tamen scribit, a Græcis exstructum: Μέγαν καὶ ἀμύμονα τύμβον Χεύαμεν Ἀργείων ἱερὸς στρατὸς αἰχμητάων. 'Magnum et laudandum sepulcrum Fudimus Argivorum pius exercitus bellicosorum.'

[y] *Nihil in his dignum doloris*] Hæc ita conjungenda sunt, 'quod in his nihil doloris animadverteret dignum juxta,' &c.

[z] *Quem Neoptolemum*] A νέος et πτόλεμος pro πόλεμος, bellum, factum Neoptolemus; quia juvenis ad bel-

bant, genitus Achille ex Deidamia Lycomedis,[a] superveniens,[b] offendit tumulum exstructum jam ex parte maxima. Dein percontatus exitum paternæ mortis, doctusque, Myrmidonas, gentem fortissimam et inclytam bellandi,[c] armis atque animis confirmat; impositoque faciendo operi Phœnice,[a] ad naves atque ad tentoria parentis contendit: ibi custodem rerum Achillis Hippodamiam animadvertit. Moxque adventu ejus cognito, in eundem locum a cunctis ducibus concurritur: hique uti animum æquum haberet, deprecantur. Quis benigne respondens, nec sibi ait ignoratum esse, omnia, quæ divinitus confierent, forti pectore patienda, neque cuiquam super fatum vivendi concessam legem: turpem namque ac detestandam viris fortibus conditionem senectæ; contra imbellibus optabilem. Ceterum sibi eo leviorem dolorem esse, quod non in certamine, neque in luce belli[d] Achilles interfectus esset, quo fortiorem ne optasse quidem quenquam existere nunc, vel in præteritum, excepto uno illo Hercule.[e] Addit præterea solum virum dignum ea tempestate, sub cujus manibus exscindi Trojam deceret: neque tamen abnuere, quod imperfectum a patre relictum esset, a se atque a circumstantibus perfici. [16.] Postquam finem loquendi fecit, in proximum diem certamen pronuntiatum: duces omnes, ubi tempus visum est, solito ad Agamemnonem cœnatum veniunt: in quibus Ajax cum Neoptolemo, Diomedes, Ulysses, et Menelaus: hique inter se eundem locum[f] cœnandi capiunt. Interim

NOTÆ

lum missus, nam vix duodecimum annum attigerat.

[a] *Deidamia Lycomedis*] Lycomedes, rex Scyri insulæ: ad eum Achilles a matre missus ut, inter ejus filias latens, Trojano bello non interesset.

[b] *Superveniens*] At Homerus ait Ulyssem Scyrum insulam navigasse, ut inde Pyrrhum adduceret. Sic enim apud eum Ulysses: *Αὐτὸς γάρ μιν ἐγὼ κοίλης ἐπὶ νηὸς ἐΐσης Ἤγαγον ἐκ Σκύρου μετ' ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.* 'Ipse enim eum ego in profunda navi æquali Adduxi ex Scyro ad bene armatos Græcos.' Sophocles in *Philocteta*, addit Phœnicem.

[c] *Inclytam bellandi*] Subauditur, 'arte' vel 'fama.'

[d] *In luce belli*] Elegantissime.

[e] *Uno illo Hercule*] Hic vox 'illo' maximæ emphaseos; id est, 'nobilissimo.'

[f] *Eundem locum*] An locum solitum? an dicit eos eundem ordinem tenuisse,

inter epulas primas,[4] juveni patris fortia facinora enumerare, virtutemque ejus commemorando efferre laudibus: quibus Pyrrhus non mediocriter lætus accensusque, nisurum se[g] omni ope respondit,[5] quo ne indignus patris meritis existeret. Dein ad sua quisque tentoria quietum abeunt. At postero die simul cum luce juvenis castris egressus, offendit Diomedem cum Ulysse: quos salutatos, quid causæ foret, percontatur:[6] hique aiunt, interponendam dierum moram ad reficiendos militum ejus animos, longo itinere maris torpentibus etiam nunc membris, et ob id nequaquam satis firmo niso, ut solitis[7] viribus agerent. [17.] Itaque ex eorum sententia biduum interpositum: quo transacto, omnes duces regesque suis quisque militibus instructis exercitum ordinant, atque ad pugnam vadunt. In quis Neoptolemus, regens medios, circum se Myrmidonas statuit atque Ajacem, quem affinitatis merito, parentis loco percolebat. Interim Trojani vehementer pavere, maxime quod suis indies deficientibus auxiliis novus adversum se miles pararetur, cum memorando[8h] duce: tamen Eurypyli hortatu arma capiunt: is namque adjunctis secum regulis copias suas Trojanis mixtas porta educit: atque ita ordinata acie medium sese locat. Tum primum Æneas aspernato[9] certamine intra muros manet, execratus quippe Alexandri facinus commissum in Apollinem,[i] cujus sacra is præcipue tuebatur. Sed ubi signum bellandi datum est, manus conserunt, magnaque[1] vi utrimque decertantes, cadunt plurimi. Interim

non.—4 Delph. *plurima.*—5 Delph. *industria se o. o. conari respondit.*—6 Delph. *rogat.*—7 Vinding. *solidis.*—8 Omnes voces a *maxime* usque ad *commemorando* desunt in Delph. exhibita sola voce *commemorato.*—9 Delph. *parato.*—1 Desunt in Delph. voculæ *que* post *magna*, et mox post *cadunt.*—

NOTÆ

quo supra commemorati sunt?

g [*Industria*] Id est, laboriositate, si ita fas loqui; amore agendi.

h *Commemorando* [*commemorato*] *duce*] Ob commemoratum ducem, Pyrrhum scilicet.

i *Commissum in Apollinem*] Cum in ejus templo Achillem interfecit.

Eurypylus obvium forte nactus Peneleum,[k] proturbat hasta, atque interficit.[2] Inde multo sævior Nirea[l] aggressus, mox obtruncat. Jamque deturbatis qui in acie steterant, medios aggrediebatur: cum Neoptolemus re cognita, cominus advolat, dejectumque curru hostem,[m] et ipse desiliens, impigre[3] gladio interficit. Tum ablatum propere cadaver, atque ad naves jussu[4] ejus perlatum. Quod ubi animadvertere barbari, quibus spes omnis in Eurypylo fuerat, sine certo ordine aut rectore, fuga prælium deserunt, atque ad muros revolant: tum plurimi eorum in fuga interfecti. [18.] Igitur postquam fusis hostibus ad naves revertere Græci, ex consilii sententia, Eurypyli cremata ossa, atque urna condita, patri remittunt, scilicet memores beneficiorum atque amicitiæ. Cremati etiam per suos Nireus atque Peneleus, seorsum singuli. At postero die per Chrysen cognoscitur, Helenum Priami,[n] fugientem scelus Alexandri, apud se in templo agere: moxque ob id missis Diomede et Ulysse, tradidit sese, deprecatus prius, uti sibi partem

2 Delph. *interfecit.*—3 Omittitur vox *impigre* in Delph.—4 Delph. *jussus.*—

NOTÆ

[k] *Peneleum*] Hippolemi filium. De eo in Catalogo. Sed Homerus interfectum non refert.

[l] *Nirea*] Hunc ab Ænea interfectum describit Dares.

[m] *Dejectumque curru hostem*] Eurypyli cum Pyrrho certamen fuse Quintus Calaber, VI.

[n] *Helenum Priami*] Tzetzes in Lycophr. Ἑλένου δὲ τοῦ Πριάμου παιδὸς μάντεως ὄντος, καὶ ἢ μόνου αὐτομολήσαντος τοῖς Ἕλλησι, καθὰ φησιν Ὀρφεὺς τε καὶ Τρυφιόδωρος, ἢ, ὡς φησι Σοφοκλῆς, ἐνεδρευθέντος, καὶ κατασχεθέντος ὑπ' Ὀδυσσέος. 'Heleno autem Priami filio vate existente solo vel sponte ad Græcos confugiente, ut dicunt Orpheus et Tryphiodorus, vel, ut ait Sophocles, ab Ulysse per insidias capto et retento,' &c. Verum Conon aliter paulo; ita scribit enim narratione 34. 'Paride mortuo Helenus et Deiphobus Priami filii super Helenæ nuptiis contenderunt, vicitque per vim et potentium opem Deiphobus, ætate licet minor. Helenus ergo, injuriæ impatiens, in Idam secedens otium egit, ubi, Calchantis suasu, qui Trojam obsidebant Græci ex insidiis eum capiunt. Ille partim minis, partim dolis vel potius odio Trojæ, Græcis indicavit ligneo equo Trojam capiendam fato esse designatum. Immo et illud denique, cum Achivi cepissent cœlo delapsum illud Minervæ Palladium, quod inter multa erat minimum.' Græca non descripsi propter nimiam prolixitatem.

aliquam regionis in qua reliquam vitam degeret, semotam ab aliis concederent. Dein ad naves ductus, ubi concilio mixtus est, multa locutus, Non metu, ait, mortis, se patriam parentesque deserere, sed Deorum coactum aversione,[o] quorum delubra violari ab Alexandro, neque se, neque Æneam nequisse pati. Qui metuens[p] Græcorum iracundiam, apud Antenorem ageret[5] senemque parentem, de cujus oraculo[q] imminentia Trojanis mala cum[6] cognovisset, ultro supplicem ad eos decurrere. Tunc nostris festinantibus secreta dignoscere, Chryses nutu uti silentium ageretur significat, atque Helenum secum abducit. A quo doctus, cuncta Græcis, uti audierat, refert. Addit præterea tempus Trojani excidii, idque administris Ænea atque Antenore fore. Tum recordati eorum quæ Calchas dixerat, eadem cuncta congruentiaque animadvertunt. [19.] Dein postero die, egresso utrimque milite ad bellandum, plurimi Trojanorum cadunt, sed ex sociis auxiliariis pars maxima.[7] [r] At ubi vehementius a nostris instatur, et omni ope bellum finire in animo est, signo dato dux duci occurrit, atque in se prælium convertunt. Tum Philocteta progressus adversum, Alexandrum lacessit, si auderet sagittario certamine. Ita concessu utriusque partis Ulysses atque

5 Delph. *agere.*—6 Deest vocula *cum* in Delph.—7 Desunt in Delph. omnes voces a *bellandum* usque ad *maxima.* Hunc locum restituit Obrecht. ex Med. Cod. cum vulgo ederetur, *egresso utrinque milite, ab Alexandro cadunt ad solis*

NOTÆ

[o] *Deorum aversione*] Ut apud illum Virg. 'Et aversa Deum mens.'

[p] *Qui metuens*] Tota certe hæc periodus mire impedita et intricata mihi videtur. Ita tamen eam expedire tentabam: 'qui (Æneas) metuens Græcorum iracundiam, apud Antenorem senemque parentem (Anchisen) agere' (decreverat, supple) de cujus oraculo imminentia Trojanis mala cognovisset, 'seque ultro supplicem ad eos decurrere.' Optimo sensu.

[q] *De cujus oraculo*] Hic Anchisem divinandi peritum inducit; ut et non semel Virgil. Unde Serv. ad illud xi. Æneid. 'At pater Anchises oculos ad sidera lætus Extulit.' 'Et hic et alibi,' inquit, 'Anchisem divinandi peritum inducit.'

[r] [*Ab Alexandro*] A partibus Alexandri.

Deiphobus spatium certaminis diffiniunt.[8] Igitur primus Alexander incassum sagittam contendit. Dein Philocteta insecutus sinistram manum[s] hosti transfigit, reclamanti per dolorem dextrum oculum perforat, ac jam fugientem tertio consecutus vulnere per utrumque pedem trajicit, fatigatumque[9] postremum interficit: quippe Herculis armatus sagittis, quæ infectæ Hydræ sanguine,[t] haud sine exitio corpori figebantur. [20.] Quod ubi animadvertere barbari, magna vi irruunt, eripere Alexandrum cupientes: multisque suorum interfectis a Philocteta, negotium tamen peragunt, atque in civitatem reportant: tumque Ajax Telamonius insecutus fugientes, adusque portam peregit.[1] Ibi cæsa vis multa hostium, cum festinantibus inter se, et singulis evadere inter primos cupientibus, magis in ipso aditu, multitudine sua detinerentur. Interim multi eorum qui primi evaserant, super muros siti, collecta undique cujuscemodi[2] saxa super clypeum Ajacis dejicere, congestamque quamplurimam[3] terram desuper volvere, scilicet ad depellendum hostem, cum supra modum gravaretur: quæ[4] egregius dux

partem maximam, quam lectionem exhibet Delph.—8 Delph. *definiunt.*—9 Ante *postremum* inserit Delph. *ad*.—1 Delph. *pergit*.—2 Delph. *cujusquemodi*.—3 Delph. *plurimum*.—4 Omittitur *quæ* in Delph.—5 Post voces *partem*

NOTÆ

[s] *Sinistram manum*] Ita Tzetzes, ad verbum: *Φιλοκτήτης ἀντιστάντα αὐτῷ τὸν Ἀλέξανδρον πρὸς τοξείαν τοξεύσας, πρῶτον μὲν κατὰ τὴν λαιὰν χεῖρα, εἶτα τὸν δεξιὸν αὐτοῦ ἐκβαλὼν ὀφθαλμὸν, καὶ τρίτον τοὺς πόδας βαλὼν ἀνεῖλεν.* 'Philocteta contra se stantem Alexandrum jaculatus, primum illi manum sinistram transfigit, deinde dextrum oculum dejicit, et tertio utrumque pedem trajecit, atque ita eum interfecit.' Idem etiam Cedrenus. Et sane a sagittis Philoctetæ occisum Alexandrum fere omnes consentiunt. Ita Lycophro in sua Cassandra, Sophocles in Philocteta, Apollod. III. Conon, Parthenius. Dares tamen Phrygius ab Ajace interfectum dicit, et Ptolemæus Hephæstion, a Menelao.

[t] *Quæ infectæ Hydræ sanguine*] Hercules Hydram Lernæam, Typhonis filiam, cum capitibus novem, ad fontem Lernæum interfecit. Hæc tantam vim veneni habuit, ut afflatu homines necaret, et si quis eam dormientem transierat vestigia ejus afflabat, et malorum cruciatu moriebatur. Hanc, Minerva monstrante, interfecit et exenteravit, exque ejus felle sagittas tinxit. Itaque quicquid postea sagittis fixerat, mortem non effugiebat, unde postea et ipse periit. Hygin. Fab. 30. Earum hæres Philocteta.

facile scuto decutiens,[u] haud segnius imminere.[v] Denique Philocteta eos, qui in muris locati erant, eminus sagittis proturbat, multos interficit. Neque secus a reliquis in parte alia res gestæ. Atque eo die excisa eversaque mœnia hostium forent, ni nox jam ingruens nostros ab incepto cohibuisset. Qui ubi ad naves regressi sunt, læti Philoctetæ facinoribus, et ob id maximam animo fiduciam gestantes, summo favore ac laudibus ducem celebrant. Qui simul cum luce, adjunctis sibi reliquis ducibus, in prælium egressus, hostes metu sui adeo deterruit, ut vix se mœnibus defensarent. [21.] Interim Neoptolemus apud tumulum Achillis, postquam in auctorem paternæ cædis vindicatum est, initium lugendi sumit, et una cum Phœnice atque omni Myrmidonum exercitu, comas sepulcro deponit,[w] pernoctatque in loco.[x] Per idem tempus filii Antimachi, de quo supra memoravimus,[y] adjuncti Priami rebus, ad Helenum veniunt, eumque ut ad amicitiam cum suis redeat, deprecati, ubi nihil proficiunt, ad suos remeantes, Diomedi atque Ajaci alteri[z] itineris medio occurrunt: ab quis comprehensi, perductique ad naves, quinam essent, et rem ob quam venerant omnem expediunt. Tum recordati patris eorum, et quæ adversum legatos dixerit, molitusque sit, tradi eos popularibus, atque ante conspectum barbarorum produci jubent, dein lapidibus injectis necari. Interim Alexandri funus[a] per partem aliam[5] ad Œnonem, quæ ei

NOTÆ

[u] *Facile scuto decutiens*] Super modum telis gravabatur; sed ea tamen facile decutiebat. Rem miram, scilicet.

[v] *Imminere*] Id est, instare, et quasi eis incumbere. Egregium plane verbum. Utinam in reliquis omnibus sese ita diligentem præstaret Dictys.

[w] *Comas sepulcro deponit*] Qui solemnis mos fuit. Homer. de Patroclo Il. Ψ. Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον ἃς ἐπέβαλλον. 'Capillis autem totum mortuum tegebant quos injiciebant.' Sed super hoc, plura in Callimachum meum conjeci, ad illud Hymn. in Dianam: Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱέσιν. 'Tondentur autem senes super filios.'

[x] *Pernoctatque in loco*] Quod etiam aliquoties observabatur.

[y] *Filii Antimachi de quo supra memoravimus*] Lib. II. ubi ait, solum omnium Antimachum in gratiam Alexandri adversum cunctos reclamasse; cum Menelaum injuste injuriam passum decernerent.

[z] *Ajaci alteri*] Sic semper Ajacem Oileum vocat.

[a] *Alexandri funus*] Nolim hoc imi-

ante Helenæ raptum nupserat, necessarii sui uti sepeliretur perferunt. Sed fertur Œnonem viso cadavere Alexandri adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret, ac paullatim per mœrorem[b] deficiente animo concideret. Atque ita uno eodemque funere cum Alexandro contegitur. [22.] Ceterum Trojani, ubi hostis muris infestus magis magisque sævit, neque jam resistendi mœnibus spes ulterius est, aut vires valent, cuncti proceres seditionem adversus Priamum extollunt,[c] atque ejus regulos: denique accito Ænea filiisque Antenoris, decernunt inter se, uti Helena cum his quæ ablata erant ad Menelaum duceretur. Quod postquam Deiphobus cognovit, traductam ad se Helenam matrimonio sibi adjungit.[d] Ceterum ingressus

NOTÆ

tari: 'ferre funus' alicujus, 'ut sepeliatur.' Alexandri funus dicit, pro cadavere.

[b] *Ac paulatim per mœrorem*] Hic locus indicat alium esse hunc Dictyn ab eo, quem Græci habuere. Tzetzes in Lycoph. Τελευτήσαντος δ' ἐκείνου, καὶ ἑαυτὴν συναναιρεῖ, ἢ κατὰ τὸν Κοΐντον ἑαυτὴν ἐμβαλοῦσα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου πυρὰν, ἢ κατὰ τὸν Δίκτυν βρόχοις ἀπαχθεῖσα. 'Mortuo autem Alexandro, Œnone se ipsam interfecit, vel, secundum Cointum, se ipsam in Alexandri rogum injiciens, vel, secundum Dictyn, se ipsum funibus strangulans.' Cointum secutus Q. Calaber. Sed Dictyn Græcum Apollodor. Cedrenus et Conon. Sed Apollodor. et Conon, Alexandrum a Philocteta non omnino occisum, sed vulneratum postea interiisse. Ita enim Apollod. III. 'Alexander sagittis Herculis a Philocteta sauciatus in Idam ad Œnonem remeavit: tum illa injuriarum memor Paridem curare nolle affirmat. Alexander igitur, cum in Trojam referretur, occubuit. Mox Œnone, quam detrectatæ medelæ pœnituerat, ad vulnus curandum pharmaca deferebat; siquidem Œnone medendi canendique artem callebat: quæ, ubi jam eum obiisse reperit, sibi laqueo vitam finivit.' Ubi illa, 'medendi canendique artem callebat,' mihi modo scrupulum injiciunt, in Græco scriptum, ἰατρικὴν καὶ μουσικὴν ᾔσκει. Doctissimus Meziriacus legebat, μαγικὴν pro μουσικὴν. Pater meus amantissimus nihil mutabat; musica enim ad incantationem vulnerum, διὰ ἐπῳδῆς scilicet. Virg. 'Graviter spirantibus hydris, Spargere quæ somnos cantuque manuque solebat.' Ego vero nec recte emendasse Meziriacum puto, nec recte patrem meum vulgatam lectionem retinuisse. Et hanc meam emendationem verissimam esse existimo. Lego enim φυσικὴν: ut plus semel hanc vel illam vocem pro altera apud optimos scriptores positam legi: sed redeamus in viam. Conon Apollodoro per omnia fere consentit; illum vide narratione 23.

[c] *Extollunt*] Id est, 'movent,' Græce ἀναιροῦνται; proprie.

[d] *Matrimonio sibi adjungit*] Lycophron ait, Deiphobum Helena in fortitudinis præmium donatum fuisse:

concilium Priamus, ubi multa ab Ænea contumeliosa ingesta sunt, ad postremum ex [6] concilii sententia jubet ad Græcos cum mandatis belli deponendi ire Antenorem: qui pro [7] muris signum ostendens legationis,[e] ubi a nostris recessum est, ad naves venit. Ubi benigne salutatus, atque exceptus, summum fidei benevolentiæque erga Græciam [f] testimonium capit: maximeque a Nestore, quod Menelaum, insidiis Trojanorum appetitum, consilio suo atque auxilio filiorum [g] servaverit: pro quis, eversa [8] Troja, multa præclara polliceri: hortarique uti dignum memoria pro amicis adversum perfidos moliretur. Tum longam exorsus [h] orationem, semper, ait, principes Trojæ pœnam ob male consulta [9] divinitus consequi. Dein subjungit Laomedontis

aliam exhibet Delph. *portæ*.—6 Deest *ex* in Delph.—7 Delph. *ex*.—8 Delph. *eversa pro queis*.—9 Delph. *inconsulta*.—1 Delph. *sanguine et injuriis*.—2 Hunc

NOTÆ

Τὸν δ' αὖ τέταρτον αὐθόμαιμον ὄψεται Κίρκου καταῤῥακτῆρος, ὃν τε συγγόνων Τὰ δευτέραια τῆς δαϊσφάλτου πάλης Λαβόντα κηρύξουσιν. 'Quartum autem (maritum) fratrem videbit Accipitris rapacis (Paridis) quem inter fratres Secunda præmia (post Hectorem) lubricæ luctæ Adeptum præcones canent.' Ubi Tzetzes, post occisum, inquit, Alexandrum Deiphobus Helenam uxorem duxit. Vel, cum eam Priamus præmium posuisset ei, qui se in bello fortissimum ostenderet, ipse eo nomine eam abduxit. Vel, ut alii dicunt (sic enim lego apud Tzetzem, *ἢ καθάπερ ἄλλοι φασὶ βίᾳ ἀφελόμενος*, locus est p. 34.) ipse eam vi cepit; ut et Euripides in Troadibus. *Βίᾳ δ' ὁ καινός μ' οὗτος ἁρπάσας πόσις, Δηΐφοβος, ἄλοχον εἶχεν ἀκόντων Φρυγῶν.* 'Per vim autem me novus ille rapiens maritus, Deiphobus, uxorem habuit, invitis Phrygibus.' Priori sententiæ Tzetzis consentit Scholiastes Homeri, Iliad. ult. *'Αλεξάνδρου τοξευθέντος ὑπὸ Φιλοκτήτου, Πρίαμος τὸν 'Ηλένης γάμον ἔπαθλον ἔθηκε τῷ ἀριστεύσαντι κατὰ τὴν μάχην. Δηΐφοβος δὲ γενναῖος ἀγωνισάμενος ἔγημεν αὐτήν.* 'Alexandro interfecto a Philocteta, Priamus Helenæ nuptias præmium posuit ei, qui fortissime pugnasset. Deiphobus autem eam accepit.'

[e] *Signum ostendens legationis*] Olivam scilicet.

[f] *Summum fidei benevolentiæque erga Græciam*] Ista, si ad verbum interpreteris, nihil aliud sonant quam, Antenorem multis testimoniis certiorem factum esse, Græcos erga Græciam fideles et benevolos permanere. Sed plane contrarium innuere vult Dictys; nempe Græcos Antenori multis testimoniis significasse, se fidem ejus atque benevolentiam erga Græciam laudâre, neque se ejus pœnitere: *Qu'ils etoient contents de la fidelité et de la bienveillance qu'il avoit temoignée aux Grecs, &c.*

[g] *Consilio suo atque auxilio filiorum*] Supra lib. I. non longe ab initio.

[h] *Exorsus*] Ipse Antenor.

adversum Herculem famosa perjuria,[i] insecutamque ejus regni eversionem: qua tempestate Priamus parvulus admodum, atque expers omnium quæ gesta erant, petitu Hesionæ,[k] regno impositus est. Eum, male jam inde desipientem, cunctos sanguinis sui[2] injuriis insectari[l] solitum, parcum[m] in suo atque appetentem alieni:[2] quo exemplo veluti pessima contagione imbutos filios ejus neque sacro neque profano abstinuisse. Ceterum se eädem stirpe qua Priamum Græcis conjunctum, animo semper ab eo discerni. Hesionam[3] [n] quippe, Danai filiam, Electram genuisse, ex qua ortus Dardanus Olizonæ Phinei junctus Erichthonium[o] ediderit:[4] ejus Tros, dein ex eo Ilus, Ganymedes, Cleomestra,[p] et Assaracus, atque ex eo Capys Anchisæ pater: Ilum dein Tithonum et Laomedontem genuisse: ex Laomedonte Hicetaonem,[5] Clytium, Lampum, Tymœtem,

locum restituit Obrecht. ex Med. Cod. Delph. et vulg. *pravum insuetum atque a. a.*—3 Delph. *Pleionam:* sic in Mss.—4 Delph. *ortus Dardanus O. P. junctus E. ei dederit.*—5 Delph. *Hictaonem.*

NOTÆ

[i] *Adversum Herculem famosa perjuria*] Cum Laomedon, oraculo monitus, Hesionem filiam ceto devorandam exposuisset, Hercules pollicetur se Hesionem liberaturum si sibi, quas equas illi pro rapto Ganymede Jupiter dedit, Laomedon tradat. Conditionem accepit Laomedon, Hercules cetum occidit, et Hesionem liberavit. Sed Laomedon pactam mercedem denegavit. Quare iratus Hercules adversus Trojam expeditionem suscepit. Vide Apollod. lib. II.

[k] *Petitu Hesionæ*] Troja capta ab Hercule, Priamus, qui tunc Podarces dicebatur, inter captivos Herculis tenebatur. Et cum Hercules Hesionæ dedisset ut quos vellet captivos eligeret, illa fratrem suum elegit, et pro ejus redemtione dedit flammeum suum e capite demtum; unde Podarces postea dictus 'Priamus,' quasi 'emtus:' nam πρίασθαι, emere est.

[l] *Sanguinis sui* [*sanguine et*] *injuriis insectari*] 'Insectari aliquem sanguine,' mihi nove et duriter dictum videtur.

[m] [*Insuetum*] Puto hic, 'insuetum,' esse ferum, et opponi 'mansueto.' Quo sensu non facile alibi reperias.

[n] *Hesionam* [*Pleionam*] *quippe Danai filiam*] Idem supra lib. I. non longe ab initio. Vide quæ ibi dicta sunt.

[o] *Olizonæ Phinei junctus* [*junctum*] *Erichthonium*] Optime monuit vir doctus deesse vocem, *quæ*. *Olizonæ Phinei junctum, quæ ei Erichthonium dederit*. Porro Dardani uxorem Bateam Teucri filiam, non Olizonam Phinei, multi dicunt.

[p] *Cleomestra*] Cleopatra dicitur Apollodoro et aliis.

[q] *Hicetaonem*] Hicetaonem ex Homer. et Apollodor. Laomedontis filios

Bucolionem,[r] atque Priamum genitos: rursusque ex Cleomestra et Æsyete[s] [6] se genitum. Ceterum Priamum, cuncta jura affinitatis proculcantem, magis in suos superbiam atque odium exercuisse. Postquam finem loquendi fecit, postulat uti quoniam a senibus legatus pacis missus esset, darent ex suo numero cum quis super tali negotio disceptaret: electique Agamemnon, Idomeneus, Ulysses atque Diomedes, qui secreto ab aliis proditionem componunt. Præterea placet, uti Æneæ, si permanere in fide vellet, pars prædæ et domus universa ejus incolumis maneret. Ipsi autem Antenori dimidium bonorum Priami, regnumque uni filiorum ejus, quem elegisset, concederetur. Ubi satis tractatum visum est, Antenor ad civitatem dimittitur, referens ad suos composita inter se longe alia. In quis donum Minervæ parari a Græcis, eosque cum gratia cupere recepta Helena acceptoque auro bellum omittere, atque ad suos regredi. Ita composito negotio, Antenor, tradito sibi Talthybio, quo res fidem acciperet, ad Trojam venit.

6 Vulg. *Soete.*

NOTÆ

commemorat. Hom. Il. Γ. Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, ἠδὲ Θυμοίτην, Λάμπον τε, Κλύτιόν θ', Ἱκετάονά τ', ὄζον Ἄρηος. 'Priamus, et Panthous, et Thumoites, Lampusque, Clytiusque, Hicetaonque, ramus Martis.' Apollodorus memorat Tithonum, Lampum, Clytum, Hicetaonem, Priamum, et Boucolionem.

[r] *Bucolionem*] Homerus: Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος, Πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ. 'Boucolion autem erat filius inclyti Laomedontis, Maximus natu; furtimque eum edidit mater.' Ejus matrem Chalybem nympham dicit Apollodor.

[s] *Ex Cleomestra et Æsyete*] Locus singularis de genere Antenoris, qui sic Laomedontis consobrinus fuit. Sane veteres Æsyeten Antenoris patrem memorant. Eustath. ad illud Il. B. Τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος· Ἀντήνορός φασι πατὴρ καὶ Οὐκαλέγοντος. 'Sepulcri in cacumine Æsyetæ senis:' 'Antenoris dicit pater et Ucalegontis.'

[t] *Donum Minervæ parari*] Equum scilicet. Virg. II. Æn. 'Votum pro reditu simulant.' Et, 'Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.'

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO

LIBER V.

ANTENORE Talthybioque civitatem ingressis, cuncti populares sociique, cognita re, propere concurrunt, cupientes dignoscere quæ apud Græcos actitata[1] essent: quibus Antenor in proximum diem relatum[2] differt: atque ita dimisso conventu, disceditur. Tum inter epulas, cum Talthybius[3] interesset, filios suos monere Antenor, nihil his in vita custodiendum, quam uti antiquissimam ducerent cum Græcis amicitiam: dein singulorum[a] probitatem, fidem, atque innocentiam commemorando, admiratus. Ita finito convivio, quietum[4] disceditur. At lucis initio, omnibus jam in concilio expectantibus audire si quis modus tantis malis fieret, cum Talthybio ipse venit, neque multo post Æneas, dein Priamus cum residuis regulis. [2.] Denique ubi ea quæ a Græcis audierat dicere jussus est, hoc modo disseruit: 'Grave,[b] Trojani principes, vosque socii, grave bellum nobis excitasse adversum Græciam, gravius vero multoque durius, mulieris causa, hostesque[5] effectos quam

1 Delph. *acta*.—2 Delph. *relata*.—3 Delph. *Cum inter epulas*, omissa voce *Tum*.—4 Deest in Delph. *quietum*, inserta vocula *tum*.—5 Omittitur vocula

NOTÆ

[a] *Singulorum*] Græcorum nempe. Sed grave est, &c.

[b] *Grave*] Cave jungas cum *bellum*.

amicissimos, qui inde jam a Pelope orti affinitatis etiam jure nobis conjuncti sunt.[a] Namque si præterita mala summatim attingere oporteat, en unquam [6] [c] civitas nostra depressa ærumnis ad requiem emersit? Usquamne nobis defuere fletus, aut sociis imminutæ calamitates? Quando non amici, parentes, propinqui, filii denique in bello amissi? Et ut ex me reliquorum luctuum memoriam recenseam, quidnam in Glauco filio toleravi? Cujus interitus quanquam acerbus mihi, non tamen [7] ita dolori fuit, quam tempus illud, quo adjunctus Alexandro, ad raptum Helenæ comitatum sui præbuit.[d] Sed præteritorum sàties: [8] futuris saltem parcendum ac consulendum est. Græci homines custodes fidei ac veritatis, principes benevolentiæ [e] atque officiorum. Testis his rebus Priamus, qui in ipso strepitu discordiarum fructum tamen [f] misericordiæ eorum tulit: neque inferendo bellum quicquam prius temeratum [9] ab his, quam perfidiam in ipsa legatione, insidiasque ab nostris [g] experti sunt. In qua re, dico enim quod sentio, Priamus ejusque filii auctores: his [1] etiam Antimachus, qui recens amissis liberis, iniquitatis suæ pœnas luit. Hæc omnia in gratiam Helenæ gesta, scilicet ejus mulieris, quam ne Græci quidem recipere gestiunt. Retineatur igitur in civitate ea fœmina, ob quam nulla gens, nulli populi amici usquam,

[a] *Durum est, Trojani principes et vos socii, durum nobis bellum commisisse cum Græcia; sed multo durius et molestius eos nobis propter mulierem inimicos factos, qui antea nobis quam maxime amici, quique jam usque a Pelope oriundi consanguinitatis etiam vinculo nos attinent.*

que post *hostes* in Delph.—6 Vulgo *quando.*—7 Delph. *tamen non.*—8 Delph. *satis.*—9 Vinding. legendum putat *tentatum aut temere actum.*—1 Delph. *in*

NOTÆ

[c] *En unquam*] Pro ecquando. Terent. 'En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?'

[d] *Comitatum sui præbuit*] Quare supra retulit Dictys, Glaucum a patre Troja pulsum fuisse.

[e] *Principes benevolentiæ*] Id est, qui primi benevolentiam et officia Trojanis præstiterant.

[f] *Fructum tamen*] Nempe cadaver Hectoris.

[g] *Insidiasque ab nostris*] L. I. non longe ab initio.

aut non infesti huic regno. Nonne sponte supplices ut recipiant eam rogabimus? Non omni modo satisfaciemus læsis jam toties per nos? Non in futurum saltem reconciliabimus tales viros? Ego quidem abibo hinc jam et discedam longius, neque committam ut ulterius intersim malis nostris. Fuit tempus quo manere in hac civitate jucundum erat; socii, amici, propinquorum salus, patria denique incolumis attinuere in hunc diem. Contra nunc quid horum non imminutum, aut in totum sublatum nobis est? Non feram me cum his morari, quorum opera cuncta [2] cum patria concidere. Et eos quidem, quos in bello fortuna eripuit, utcumque [h] jam sepelivimus, concedentibus ultro veniam hostibus: sed postquam Deorum aræ atque delubra sanguine humano per scelus infecta sunt,[i] hoc etiam amisimus:[k] quippe quibus majora supplicia [l] post mortem carissimorum quam in ipsa amissione subeunda sunt. Quæ ne accidant, nunc saltem providete. Auro atque hujusmodi aliis præmiis redimenda patria est. Multæ in hac civitate dites domus; singuli pro facultatibus in medium consulamus. Postremo offeratur pro vita hostibus, quod mox interitu nostro ipsorum futurum est. Templorum etiam, si necesse erit, ornamentis pro incolumitate patriæ utendum est. Solus suas opes intus custodiat Priamus, solus divitias potiores civibus suis teneat: his etiam quæ cum Helena rapta sunt incubet, videatque quem ad finem [m] utendum putet patriæ calamitatibus. Nos victi jam sumus malis nostris. [3.] Hæc atque alia cum lacrymis disserente eo, cuncti

his.—2 Inserit Delph. *mihi* post *cuncta.*—3 Delph. et vulgo *abnuere*, sine vir-

NOTÆ

[h] *Utcumque*] Potius sentitur, quam exprimitur vis hujus adverbii. Est 'quoquomodo.' Gallice ita exprimerem, *à la bonne heure cela est fait*.

[i] *Infecta sunt*] Id est, tincta sunt. Et hoc dicit, propter Achillem occisum, in templo Apollinis.

[k] *Hoc etiam amisimus*] Ut scilicet carissimos nostros sepeliamus. Hoc satis obscurum.

[l] *Majora supplicia*] Ait, gravius multo esse amissum filium suum insepultum videre, quam eum amittere.

[m] *Quem ad finem*] Pro 'quousque.'

simul gemitum edunt, tendentes ad cœlum manus, annuere;[3] tot adversis rebus Priamum[n] singuli vel inter se omnes finem miseriarum deprecantes. Ad postremum uno ore patriam redimendam clamant. In quis Priamus dilanians caput fletu quam miserabili, non solum jam se, ait, hostibus odio,[4] verum suis hostem effectum: quippe cui non amicus antea,[o] non propinquus, non denique civis inveniri posset, qui ærumnis suis ingemisceret. Namque optasse hæc non nunc demum, verum vivis Alexandro atque Hectore agi cœpta. Sed quoniam præterita revocare nulli concessum est, præsentium habendam, futurisque adhibendam rationem.[5] Se namque omnium quæ haberet ad redemtionem patriæ potestatem dare: quam rem Antenori agendam permittere. Ceterum se quoniam odio jam suis esset, abire e conspectu, consentientem his quæ inter se decernerent. [4.] Tum separato rege, placet uti Antenor ad Græcos redeat, exploratum voluntatem certam, adjunctusque ei, uti voluerat, Æneas; ita composita re, disceditur. Sed media ferme nocte, Helena clam ad Antenorem venit, suspicans tradi se Menelao,[p] et ob id iram derelictæ domus metuens: itaque eum orat, uti inter cetera sui quoque apud Græcos commemorationem faceret, ac pro se deprecaretur.

gula ante *tot*; correxit Obrecht. ex Med. Cod.—4 Delph. et vulg. *odio diis*, omissa voce *ait*, Med. Cod. *hostibus odiosum*.—5 Delph. *hab. rat. f. q. a.*—

NOTÆ

[n] *Annuere; tot adversis rebus Priamum*] Hic locus diu me torsit. Sed tandem verum ejus sensum invenisse me puto, qui talis est: 'Cuncti simul gemitum edunt, singuli vel omnes inter se deprecantes Priamum abnuere tot rebus adversis, et deprecantes finem miseriarum.' Vox 'deprecantes' duobus prædicatis inservit; de quo jam alibi dictum. 'Abnuere' autem 'rebus adversis' dixit pro eis responsare, se eis opponere: quia scilicet Priamus iis usque ad illum diem consensisse videbatur, cum Helenam retinuisset, quæ mali origo. Possis tamen et aliter intelligere. 'Cuncti tendentes ad cœlum manus, gemitum edunt, tot adversis rebus abnuere Priamum.' Id est, quod Priamus post tot res adversas, non consentiret iis quæ dicerentur. Sed prior explicatio potior, ut ex sequentibus liquet.

[o] *Amicus antea*] I. is qui antea erat amicus.

[p] *Tradi se Menelao*] Id est, traditum iri.

Ceterum, ut cognitum est, post Alexandri interitum invisa ei apud Trojam fuere omnia, desideratusque ad suos reditus. At lucis initio, quibus imperatum erat, ad naves veniunt, decretum civium cunctis narrant. Itaque cum quibus antea,[q] ad confirmanda quæ tempus monebat, secedunt. Ibi cum multa de republica ac summa rerum dissererent, voluntatem quoque Helenæ docent, veniamque orant. Et ad postremum confirmant inter se proditionis pactionem. Dein ubi tempus visum est, cum Ulysse et Diomede ad Trojam veniunt, cohibito Ajace[r] ab Ænea, scilicet ne qua[s] insidiis opprimeretur talis vir, quem solum barbari non secus quam Achillem metuebant. Igitur postquam duces Græci in civitate conspecti sunt, cuncti cives tollunt spe animos, existimantes finem belli atque discordiarum. Itaque propere senatus habitus, ubi nostris præsentibus decernitur, primum omnium Antimachum ex omni Phrygia exulandum,[t] scilicet auctorem tanti mali. Dein super conditione pacis tractari cœptum. [5.] Inter quæ repente strepitus ex Pergamo, ubi regia Priami[u] erat, clamorque ingens editur. Qua re turbati qui in consilio erant, foras prosiliunt, credentes insidias tentatas solito[v] a regulis. Itaque in templum Minervæ propere concedunt. At paullo post, ex his qui ex arce descenderant, cognoscitur, Alexandri filios, quos ex Helena susceperat, casu cameræ extinctos: hique erant Bunomus, Corythus, atque Idæus.[w]

NOTÆ

[q] *Cum quibus antea*] Series est, 'ad confirmanda quæ tempus monebat, secedunt cum iisdem quibus antea.'

[r] *Cohibito Ajace*] Ne cum iis ad Trojam iret.

[s] *Ne qua*] Deest, via.

[t] *Exulandum*] Apud alios fere omnes semper invenias; 'domo mea exulo, exulat pater.' Sed semper deest accusativus cognatus; exulare enim activum est, ut recte hic, apud Dictyn. Et Hygin. fab. 26. 'Medea iterum exulatur.'

[u] *Ex Pergamo, ubi regia Priami*] Hinc intelligendum illud Virg. II. Æn. 'Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit, Trojam incensam et prolapsa videntem Pergama.' Pergamus autem erat Ilii arx; quare infra dicit, 'ex iis qui ex arce descenderant.' Inde quælibet arces dictæ 'Pergama.'

[v] *Solito*] Subauditur, 'more.'

[w] *Bunomus, Corythus atque, Idæus*] Quatuor commemorat Tzetzes, in *Lycophr.* Ἐξ Ἀλεξάνδρου οἱ πλεῖστοι φασι

Quare consilio dilato, duces nostri ad Antenorem abeunt, ibique acceptis epulis pernoctant.[x] Præterea cognoscunt ab Antenore, editum quondam oraculum Trojanis, maximo exitio civitati fore,[y] si Palladium,[z] quod in templo Minervæ

NOTÆ

τέσσαρας τετοκέναι, Βούνικον, Κόρυθον, Ἄγανον, καὶ Ἰδαῖον. 'Plures tamen ex Alexandro quatuor Helenam genuisse dicunt, Bounicum, Corythum, Aganm, et Idæum.' Lycophron tamen, Helenam nullam masculam prolem edidisse refert. Καὶ πάντα τλήσεθ' εἵνεκ' Ἀργείας κυνὸς, Τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης. 'Et cuncta obibit propter Argivam lupam, Feminipuerperam et triviram puellam.' Quem locum citans Stephanus de urbib. in voce Αἰγὸς legit, Αἰγύας κόρης. Et addit, ὁ λόγος περὶ Ἑλένης Λακωνικῆς οὔσης καὶ ἄῤῥενα μὴ τεκούσης, τῷ Μενελάῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δηϊφόβῳ γαμεθείσης. 'Sermo de Helena Laconica, quæ non peperit marem, neque Menelao neque Alexandro et Deiphobo nupta.' Tamen idem Tzetzes, loco supra laudato, ait etiam esse, qui tradant Helenam mares ex Menelao sive ex Theseo suscepisse; nempe 'Nicostratum, Ephiolan, et Menelaum.'

[x] *Ibique acceptis epulis pernoctant*] Scripsisse debuit Dictys, 'accepti epulis.' Ratio est quod Latine dici non possit, 'accipere epulas.' Sed, 'accipi epulis.'

[y] *Maximo exitio civitati fore*] Dionys. Halicarnas. I. Antiq. 68. oraculum Dardano editum refert. Εὖτ' ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν χώραν ᾖ Δῶρα Διὸς κούρης ἀλόχου σέθεν, ἡ δε πόλις σου Ἔσται ἀπόρθητος τὸν ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα. 'Nam dum veneranda illa in vestra regione erunt Dona Jovis filiæ ab uxore tua (accepta), urbs tua Erit inexpugnata per omne tempus et dies omnes.' Et Ovid. v. Fast. 'Æthercam servate Deam, servabitis urbem: Imperium secum transferet illa loci.'

[z] *Palladium*] Statua Palladis, magnitudine trium cubitorum, pedibus ita compositis, ut ambulare videretur, dextra elatam hastam, lævaque colum fusumque gerebat. Apollod. III. Sed negat Strabo, stantem fuisse; illum vide XIII. De Palladio autem variant sententiæ. Apollod. ait Ilum, post urbem conditam, a Jove petiisse ut sibi signum aliquod daret; quo facto postridie ante tabernaculum suum Palladium vidit. Item, cum Minerva et Pallas inter se contenderent, Minerva Palladem interfecit; quare postea dolore affecta, simulacrum illi simile confecit; quod postea Electra Ilium detulit. Hæc Apollodorus. Alii dicunt Trois tempore Asium quendam fuisse, qui arte sua astrologiam et artes magicas callebat, ligneum simulacrum per horoscopum fecit, quod inexpugnabilem urbem redderet, in qua servaretur. Eustath. in Dionys. Tzetzes, Suidas, &c. Dionysius Halicarnass. vero I. Antiquit. c. cit. refert Dardanum, Chryse quadam uxore ducta, ab ea Palladia duo accepisse; quæ ex Peloponneso in Samothraciam et inde in Asiam pervexit, &c. Alii, ut Clemens Alexandrinus, Palladium dicunt ex ossibus Pelopis factum. Alii in agro Phrygiæ, cui inde *Pessinunti* nomen fuit, decidisse tradunt, et inde Romam advectum. Et hæc fere præcipua sunt quæ de Palladio traduntur; neque enim omnia licet congerere, ne liber nimium crescat.

esset, extra mœnia tolleretur: namque id antiquissimum signum cœlo sublapsum, qua tempestate Ilus templum Minervæ exstruens, prope summum fastigii pervenerat: ibique inter opera cum necdum [6] tegumen superpositum esset, sedem sibi occupavisse, idque signum ligno fabrefactum esse. Hortantibus dein nostris uti secum ad ea omnia [a] eniteretur, facturum se quæ cuperent, respondit. Atque his prædicit, publice se in consilio super qualitate eorum quæ postulaturi essent exertius [7] disserturum,[b] scilicet ne qua suspicio sui apud barbaros oriretur. Ita composito negotio, cum luce simul Antenor ac reliqui proceres ad Priamum vadunt; nostri ad naves redeunt. [6.] Dein ubi justa pueris [c] facta sunt, post diem tertium Idæus supradictos duces accitum venit: quis præsentibus Lampus,[d] ceterique quorum consilium prævalebat, multa disserere, atque docere ea quæ antea gesta essent, temere et inconsulta,[8] non per se, quippe qui, contemti despectique a regulis, arbitrio alieno agerent. Ceterum quod arma adversus Græcos tulissent, non sponte factum: namque qui sub imperio alieno agerent, expectandum his, atque exequendum esse nutum ejus qui teneat.[e] Ob quæ dignum esse Græcos [f] data venia

6 Delph. *tegmen.*—7 Vulg. *exercitum deserturum.* Ms. Danielis *exterius disserturum.* Ms. Petav. *exercius disserturum.*—8 Delph. *inconsulte.*—9 Delph.

NOTÆ

[a] *Uti secum ad ea omnia, &c.*] Uti secum ea omnia tentaret, conaretur: ut Palladium eripere, et alia quæ usu forent.

[b] *Exertius disserturum*] Omnino ita scribendum; nam quod vulgo edebatur, 'exercitum deserturum,' prorsus absurdum est: nec melius in Danielis libro, 'exterius disserturum.' At in Petaviano, 'exercius disserturum.' At paulo post diserte Danielis liber habet, 'quæ adversus eos pro patria exertius disseruisset.' 'Exerte' pro audacter, confidenter, cum altercatione; elegantia ejus sæculi. *Mercer.*

[c] *Pueris*] Helenæ et Alexandri, quos cameræ ruina supra obtritos refert.

[d] *Lampus*] Nescio sane quis iste fuerit Lampus, cujus prævaluisse consilium dicit.

[e] *Qui teneat*] I. qui dominetur: qui imperium habeat.

[f] *Dignum esse Græcos*] Dupliciter hoc potest intelligi, si dicas, 'dignum negotium esse Græcos consulere eis,' &c. Vel, 'dignum esse Græcos,' pro 'Græcis.' 'Dignum' enim accusativo jungitur, subintellecta scilicet præpositione, 'per' vel 'secundum.'

consulere eis, qui semper auctores pacis fuerint: ceterum a Trojanis ob maleconsulta satis pœnarum exactum. Dein multo hinc atque inde habito sermone, ad postremum de modo præmiorum agi cœptum. Tum Diomedes quinque millia talentorum [g] auri, ac totidem argenti [h] optat: præterea tritici centena millia,[i] eaque [9] per annos decem. Tum silentio habito a cunctis, Antenor, non Græcorum more agere eos adversum se ait, sed barbaro: namque quod impossibilia postularent, palam fieri, prætextu pacis bellum eos instruere: ceterum auri tantum atque [1] argenti ne tum quidem, priusquam in auxilia conducta dilaceraretur, civitati fuisse.[*] [k] Quod si permanere in eadem avaritia vellent, superesse Trojanis, uti clausis portis, incensisque intus Deorum ædificiis, ad postremum idem sibi cum patria exitium peterent. Contra Diomedes: 'Non civitatem vestram consideratum [l] Argis venimus, verum adversum vos dimicaturi. Quocirca sive etiam nunc bellare in animo est, parati Græci: sive, ut ais, igni dabitis Ilium, non prohibebimus: quippe Græcis affectis injuria, ulcisci hostes suos finis est.' Tum Panthus in proximum diem veniam deliberandi orat. Ita nostri ad Antenorem abeunt, atque inde in

[*] *Etenim cum impossibilia peterent, in aperto esse eos bellum parare, pacem simulantes. Præterea tantam vim auri atque argenti ne tum etiam urbem habuisse, antequam in auxiliares coëmtos distraheretur.*

æque.—1 Delph. *auri atque tantum argenti.*—2 Delph. *Quare.*—3 Delph.

NOTÆ

[g] *Quinque millia talentorum*] Talentum auri valet aureos nostros 6750000. Inde quinque millia talentorum valent aureos nostros 33750000. Id est, fere sexaginta septem milliones scutorum nostrorum.

[h] *Ac totidem argenti*] Nempe aureos nostros 3000000. id est, fere sex milliones scutorum.

[i] *Centena millia*] Modiorum, scilicet.

[k] *Priusquam in auxilia conducta dilaceraretur, civitati fuisse*] Series, non tantum auri vel argenti civitati fuisse, tum etiam, antequam in auxilia conducta ea pecunia distraheretur. 'Dilaceraretur' autem optime dixit, ut in illo Ovidii: 'Viscera nostra, tuæ dilacerantur opes.'

[l] *Consideratum*] Illis respondit, quæ dixerat Antenor, non tantum auri atque argenti civitati fuisse.

ædem Minervæ. [7.] Interim cognoscitur in apparatu rerum divinarum portentum ingens: namque aris composita[m] sacrorum consueta mox subjectus ignis non comprehendere, neque consumere,[n] uti antea, sed aspernari. Qua re turbati populares, simul uti fidem nuntii noscerent, ad aram Apollinis confluunt, atque ibi superpositis extorum partibus, ubi flamma admota est, repente cuncta quæ inerant disturbata, ad terram decidunt: quo spectaculo perculsis atque attonitis omnibus subito avis aquila[o] stridore magno immittit sese, atque extorum partem eripit, moxque supervolans, ad naves Græcorum pergit, ibique raptum omittit. Id vero barbari non jam leve aut in obscuro,[p] sed

NOTÆ

[m] *Aris composita*] Eleganter, pro imposita, ordinata, collocata, &c. Sic Virgil. de Didone, quæ se 'aurea composuit sponda.'

[n] *Non comprehendere, neque consumere*] Nam cum ignis sacrificium absumebat, faustum erat; et contra, infaustum et dirum. Sic in Vet. Testament. Pseudoprophetas a vero suo sacerdote secernit Deus Opt. Maxim. quod ignem misit, qui voravit holocaustum sacerdotis sui, et ligna et lapides, pulverem quoque et aquam, quæ erat in aquæductu; pseudoprophetas autem per ignem non exaudivit. Totam historiam pete e libro tertio Reg. cap. 18.

[o] *Avis aquila*] Nempe aquila est adjectivum. Tota autem hæc historia de aquila, quæ extorum partem rapuit, eamque in naves Græcorum dimisit, ex Hom. Il. M. adumbrata est. Ejus locum integrum apponam: "Ορνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν, Αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων, Φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, Ζωὸν, ἔτ' ἀσπαίροντα· καὶ οὔπω λήθετο χάρμης· Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν, Ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε, Ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ· Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇσ' ἀνέμοιο. 'Avis enim ipsis (Trojanis) supervenit transire volentibus, Aquila altivolans, ad sinistram populum coërcens, Cruentatum serpentem gestans unguibus, immanem, Vivum, adhuc palpitantem, qui nondum oblitus erat pugnæ; Percussit enim ipsam tenentem ad pectus circa collum, Reflexus retro: illa autem a se dimisit in terram, Dolens doloribus, medium autem dejecit in cœtum, Ipsaque clangens avolavit flatibus venti.' Quod portentum Polydamas ibidem ita interpretatur: 'ut aquila unum serpentem dimisit, antequam ad nidum suum reverteretur, neque eum portare potuit escam pullis suis, sic nos Trojani, etiam si portas et murum Archivorum ruperimus robore magno, cesserintque Achivi, non tamen cum laude a navibus revertemur easdem vias; multos enim Trojanorum relinquemus, quos Achivi ferro interficient, propugnantes ante naves.' Quare Dictys addit: 'Id vero barbaris non jam leve aut in obscuro, sed palam perniciosum credere,' &c.

[p] *Non jam leve aut in obscuro*] Repete a communi, 'credere.' Series est: 'barbari vero non jam in leve

palam perniciosum credere. Interim Diomedes cum Ulysse, dissimulantes quæ gerebantur, obambulare in foro, circumspicientes laudantesque præclara operum[q] civitatis ejus. At apud naves auspicio tali motis omnium animis, Calchas uti bonum animum gererent hortatur; brevi quippe dominos fore eorum quæ apud Trojam essent. [8.] Ceterum Hecuba, re cognita, placatum Deos egreditur, ac præcipue Minervam[r] atque Apollinem, quis cum dona multa, tum victimas opimas admovet: sed in adolendo quæ sacra aris reddebantur,[a] [s] eodem modo restingui ignes, ac repente interire visi. Inter quæ tam solicita, Cassandra, Deo plena,[t] victimas ad Hectoris tumulum[3] transferri imperat: Deos quippe aspernari jam sacrificia, indignatos ob commissum paulo ante scelus in Apollinem. Ita tauris qui immolati erant, ad rogum Hectoris, sicuti imperabatur, apportatis, moxque igni subjecto, consumuntur cuncta. Inde ubi jam vesperarat,[u] domum discessum: atque eadem nocte Antenor clam in templum Minervæ venit, ubi multis precibus vi mixtis Theano,[4] [v] quæ ei templo sa-

[a] *Sed in mactando ea quæ consecrata aris porriciebantur.*

Hectoris tumulo.—4 Vulg. *Theanæ.*—5 Delph. *persuasit.*—6 Omittitur in

NOTÆ

credere cœperunt, aut in obscuro perniciosum putare, sed palam.'

[q] *Præclara operum*] Deest, 'negotia.' Ut in illis, 'addita rerum,' 'opaca domorum,' 'strata viarum,' 'pessima munerum,' 'sacra vatum,' 'prima virorum,' &c.

[r] *Ac præcipue Minervam*] Adumbratum videtur ex Il. Z. ubi Hecuba matronis congregatis Minervæ templum petit, ipsique Deæ peplum offert, &c.

[s] *In adolendo quæ sacra aris reddebantur*] Nempe victimarum exsectam partem aliquam in ignem jaciebant, quæ 'porrici' proprie dicebatur; reliquaque victima populo exponebatur, et dicebatur proprie, 'pollucta' et 'profana.' Quas voces optime illustravit doctiss. And. Dacerius, in notis suis ad Festum, in voce 'porriciam.'

[t] *Cassandra, Deo plena*] Cassandræ quidem Apollo vaticinandi artem dedit; sed idem effecit, ut ne unquam ei crederent: unde Virg. Æn. 'Aut quem tum vates Cassandra moveret.'

[u] *Vesperarat*] Supple 'se.' 'Vesperare' autem ut 'æternare,' &c. Usus Gellius alicubi, 'ubi jam vesperaverat.'

[v] *Theano*] Θεανώ. Et hæc ipsius

cerdos erat, impulit,[s] uti Palladium sibi traderet, habituram namque magna ejus rei præmia. Ita perfecto negotio [w] ad nostros venit, hisque promissum offert: verum id Græci obvolutum bene, quo ne intelligi a [6] quoquam posset, vehiculo ad tentoria [7] Ulyssis per necessarios fidosque suos remittunt. At lucis principio postquam senatus coactus, et nostri ingressi sunt, Antenor, veluti iracundiam Græcorum metuens, veniam orare eorum, quæ adversum eos pro patria exertius[x] disseruisset. Dein Ulysses, non se his moveri, neque indignari, sed quod finis in tractando non adhiberetur: maxime cum opportunum ad navigandum tempus brevi prætervolet. Tum multo invicem habito sermone, ad postremum binis millibus talentorum auri atque argenti rem decidunt: [y] quod uti ad suos referrent, Græci ad naves abeunt. Ibi conductis ducibus, cuncta dicta gestaque [8] exponunt: Palladium etiam ablatum per Antenorem docent. Dein ex omnium sententia, reliquus miles rem cognoscit. [9.] Ob quæ placet universis, mitti Minervæ donum quam honoratissimum. Tum accitus ad eam rem Helenus, cuncta quæ clam se [9] gesta erant, ac si præsens affuisset, ordine exponit, additque finem jam advenisse Trojanarum rerum: quippe quo maxime sustentaretur summa civitatis ejus, Palladium fuisse, quo ablato, exitium ingruere: ceterum donum Minervæ fatale Trojanis esse, equum ligno fabre-

Delph. vocula *a*.—7 Delph. *tentorium*.—8 Desunt in Delph. voces *dicta* et

NOTÆ

Antenoris conjux fuit, Minervæ sacerdos. Hom. Il. Z. *Τῇσι θύρας ὤϊξε Θεανὼ καλλιπάρῃος, Κισσηῒς, ἄλοχος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο· Τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν.* ‘Eis fores aperuit Theano formosa, Cissei filia, uxor Antenoris equestris: Illam enim Trojani fecerant Minervæ sacerdotem.’

[w] *Ita perfecto negotio*] Alii tamen fere omnes tradunt, Ulyssem et Diomedem Palladium abstulisse. Adi Conon. narrat. 34. et Virgil. II. ‘Impius ex quo Tydides sed enim, scelerumque inventor Ulysses, Fatale aggressi sacrato avellere templo Palladium, cæsis summæ custodibus arcis, Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis Virgineas ausi Divæ contingere vittas.’ Unicus Suidas, quod sciam, Dicty nostro fere consentit, in voce Παλλάδιον.

[x] *Exertius*] Audacius. Jam supra.

[y] *Rem decidunt*] Id est, transigunt, paciscuntur, dirimunt.

factum forma ingenti,[a] cujus magnitudine muri solvendi essent, annitente atque administro[1] Antenore: dein recordatus parentem Priamum residuosque fratres, fletum edit miserabilem, consternatusque[2 a] per dolorem atque obstupefactus ruit. Tum Pyrrhus collectum eum, refectumque animi,[b] ad se deducit, custodesque addit, veritus ne qua per eum hostibus quæ gesta erant patefierent. Quod ubi Helenus persensit, Pyrrhum uti bonum animum gereret hortatur, securum sui, secretorumque: namque se cum eo, etiam post patriæ excidium, multis tempestatibus[c] in Græcia moraturum. Itaque, ut Heleno placuerat, multa materies, quæ apta hujusmodi fabricæ videbatur, per Epium[d] atque Ajacem Oilei advecta. [10.] Interim firmatores pactæ pacis ad Trojam eunt, decem lecti duces, Diomedes, Ulysses, Idomeneus, Ajax Telamonius, Nestor, Meriones, Thoas, Philocteta, Neoptolemus, atque Eumelus: quos ubi in foro animadvertere populares, læti animos tollunt, finem jam

quæ post *gesta*.—9 Delph. *antea*.—1 Delph. *ministro*.—2 Omittitur in Delph.

NOTÆ

[z] *Equum ligno fabrefactum forma ingenti*] Virg. II. Æn. 'Instar montis equum, divina Palladis arte, Ædificant, sectaque intexunt abiete costas.' Ubi Servius: 'ut Hyginus et Tubero dicunt, machinamentum bellicum fuit, quod equus appellatur; ut aries et testudo, quibus muri vel discuti, vel subrui solent. Unde est, 'aut hæc in nostros fabricata est machina muros.' Ut alii, porta, quam eis Antenor aperuit, equum habuit pictum: nonnulli, signum equi datum, ut internoscerent Græci suos vel hostes. A quibusdam dicitur, facta proditione prædictum ne quis eas domos violaret, quarum ante januam equus esset depictus; unde et Antenoris et ceterorum agnitæ sunt. Aut, quia equestri prælio victa est Troja. Aut, a monte Hippio, post quem se absconderant Græci: unde et alludit 'instar montis equum.' Aut revera hoc fuit, quod Virgilius sequitur.' Vulgatam opinionem de equo aliquantum immutare voluit Palæphatus; sed frigide sane et inepte.

[a] *Consternatus*] Legerem, 'consternatusque.'

[b] *Refectumque animi*] Græca forma, subintellecta scilicet præpositione ἐκ, quæ genitivum asciscit. Vel potius, ut optime Sanctius, 'refectus animi,' supple 'mente;' quo modo apud Lucret. VI. 'Perturbata animi mens in mœrore metuque.'

[c] *Multis tempestatibus*] Pro, multo tempore.

[d] *Per Epium*] Virgil. 'Et ipse doli fabricator Epeus.'

ærumnarum credentes. Itaque singuli, plures, uti quisque occurrerat, benigne adeunt, salutant, atque gratulantes exosculantur. Tum Priamus pro Heleno orare Græcos, multisque adhibitis precibus, commendare carissimum sibi, et inter ceteros dilectum magis propter prudentiam. Dein, ubi tempus visum est, convivium publice cœptum in honore ducum, coitæque[3] pacis, Antenore deserviente[e] Græcis, atque omni modo benigne exhibente cuncta. At lucis initio senes omnes in ædem Minervæ conveniunt. In quis[4] Antenor refert, missos a Græcis super conditionibus prædictæ pacis decem lectos[5] viros:[f] quos ubi deduci in senatum placuit, et dextræ invicem datæ atque acceptæ sunt, statuunt inter se uti proximo die campi medio atque in ore omnium aras statuant, in[6] quis fidem pacis jurisjurandi religionibus firmarent. Quis perfectis, Diomedes atque Ulysses jurare occipiunt, permansuros se in eo quod sibi cum Antenore convenisset,[g] testesque in eam rem Jovem summum,[h] Terram matrem, Solem, Lunam, atque Oceanum fore. Dein excisis in partes duas hostiis quæ ad eam rem admotæ erant, ita uti pars ad Solem,[i] residuum ad naves spectaret, per medium transeunt.[k] Dein Antenor in eadem verba[l] placitum confirmat. Ita perfecto negotio,

vocula *que* post *consternatus*.—3 Delph. *adscitæque*.—4 Delph. *quibus*.—5 Delph. *legatos*. quam lectionem probat Mercer. 'Ita libri, optime; ut mulier meretrix, mulier præfica, et supra, senecta ætas.'—6 Omittit Delph.

NOTÆ

[e] *Deserviente*] Plus dicit, 'deservire' quam 'servire,' et affectum quendam denotat.

[f] *Lectos* [*legatos*] *viros*] Optime. Nam in omni adjectivo masculino absolute posito deest 'vir' vel 'homo;' nisi exprimatur, ut hic. Sic in amicus, familiaris, necessarius, servus, nuntius, socius.

[g] *Quod sibi cum Antenore convenisset*] Et in eo fallebant, quod cum Antenore clam omnino alia pacti fuerant, quam quæ vulgo ferebantur.

[h] *Jovem summum*] Id est, Cœlum. Jurabant autem per cœlum, mare, et terras, &c. Et alia quæque, in quibus esse aliquid sacri arbitrabantur.

[i] *Ad Solem*] Ad Solem Orientem scilicet; reliquum autem ad Occidentem, naves versus.

[k] *Per medium transeunt*] De hoc more jam supra.

[l] *In eadem verba*] De more scilicet; sacerdos enim præibat verba.

ad suos quisque abeunt. Ceterum barbari Antenorem summis efferre laudibus, advenientem singuli quasi Deum venerari: solum quippe omnium credere auctorem pacis ejus, coitæque[7] cum Græcis amicitiæ. Ita sopito jam exinde bello, passim uti quisque partium voluerat, nunc Græci cum Trojanis, rursusque hi apud naves amice agere. Interim ubi fœdus intervenerat, cuncti barbarorum socii, qui bello residui erant, gratulantes interventu pacis ad suos discedunt, ne opperientes quidem præmia tantorum discriminum atque ærumnarum, scilicet veriti, ne qua[m] pacti fides apud barbaros dissolveretur. [11.] Interim apud naves, uti Heleno placuerat, equus tabulatis[n] exstruitur per Epium fabricatorem ejus operis:[o] cui edito in immensum ima quæ sub pedibus erant rotis[p] interpositis suspenderat, scilicet quo attractu[q] motus facilius foret: quem offerri donum Minervæ maximum,[8] omnium ore agitabatur. Ceterum apud Trojam auri atque argenti prædictum pondus per Antenorem atque Æneam summo studio in ædem Minervæ portabatur. Et Græci, postquam auxilia sociorum dimissa cognitum est, impensius pacem atque amicitiam agitavere, nullo exinde[r] barbarorum interfecto, aut vulnerato; quo magis sine ulla discordiarum suspicione apud hostes fuere. Dein equum compactum affabre confixumque ad muros movent, prænuntiato Trojanis, uti cum summa religione susciperent, Minervæ scilicet sacrum, dicatumque. Quare

voculam *in*.—7 Delph. *adscitæ*.—8 Delph. et vulgo *maxime*.

NOTÆ

[m] *Ne qua*] Ne qua via. Sic semper Dictys.

[n] *Tabulatis*] 'Roboribus textis.' Virgil.

[o] *Fabricatorem operis*] Virgil. 'Et ipse doli fabricator Epeus.'

[p] *Ima quæ sub pedibus erant, rotis, &c.*] Sub pedibus rotas subjecerat. Virg. II. Æn. 'Pedibusque rotarum Subjiciunt lapsus.'

[q] *Scilicet quo attractu*] Series, 'scilicet quo motus facilius foret attractu.' Id est: 'Quo facilius attractu moveretur.'

[r] *Nullo exinde*] Quasi vero et ante sociorum discessum, post juratam pacem, quidam a Græcis vel vulnerati sint vel interfecti: ridiculum sane, et sui hic oblitus est Dictys.

magna vis hominum portis egressa, summa lætitia, sacrificioque donum excipit,[s] attrahitque propius mœnia. Sed postquam magnitudine operis impediri per portas ingressum animadvertere, consilium destruendorum desuper murorum [t] capiunt, neque quisquam secus præ tali studio decernebat. Ita inviolatum multis tempestatibus murorum opus, Neptunique, ut perhibebatur, atque Apollinis [u] maxima monumenta, nullo[9] dilectu[v] civium manibus dissolvuntur. Sed postquam major pars operis dejecta est, consulto a Græcis intercessum, confirmantibus non se passuros intra mœnia duci[10] equum, priusquam prædictum auri atque argenti pondus susceperint.[1] Ita intermisso opere, semirutisque [2] mœnibus, Ulysses cunctos civitatis Trojanæ artifices, ad reficiendas naves conducit. Composita dein universa classe, ubi cuncta navigio[3] instructa, et præ-

9 Delph. et vulg. *multo dilectu.* Med. Cod. *nullo delicto.*—10 Delph. *induci.* —1 Delph. *susciperent.*—2 Delph. et vulg. *semiruptisque.*—3 Delph. *navigia.*

NOTÆ

[s] *Summa lætitia, sacrificioque excipit*] Virg. 'Circum pueri innuptæque puellæ, Sacra canunt.' Sed de sacrificio nihil Virgil. Nisi de sacrificio ista capienda. 'Orandaque Divæ, Numina conclamant.' Item: 'Nos delubra Deum miseri, quibus ultimus esset Ille dies, festa velamus fronde per urbem.' Ita enim in sacrificiis.

[t] *Consilium destruendorum desuper murorum*] Virg. 'Dividimus muros et mœnia pandimus urbis.'

[u] *Neptunique atque Apollinis*] Qui Laomedonti servientes, Trojæ muros condiderunt. Hom. Il. H. Neptunum loquentem inducit. *Ὅτ' ἐγὼ καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων Ἥρῳ Λαομέδοντι πολίσσαμεν ἀθλήσαντε.* 'Quem murum ego et Phœbus Apollo Heroi Laomedonti ædificavimus laborantes.' Idem tamen, Il. Φ. ait solum Neptunum muros ædificasse, Apollinem vero regios greges pavisse. Quare Virgil. Neptuno tantum tribuit IX. Æn. 'An non viderant mœnia quondam, Neptuni fabricata manu, considere in ignes?' Et rursus Apollini III. Georg. 'Et Trojæ Cynthius auctor.' Sed cum Deorum opera ab Diis aliis, nedum ab hominibus, destrui nefas esset, hominem a Diis operi ascitum, scribit Pindarus Olymp. 8. Ubi de Æaco. *Τὸν παῖς ὁ Λατοῦς εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν, Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν Τείχεος· ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον, Ὀρνυμένων πολέμων, Πτολιπόρθοις ἐν μάχαις Λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.* 'Quem filius Latonæ et late imperans Neptunus, Cum Ilium essent mœnibus coronaturi, Advocaverunt cooperatorem Muri. Erat quoniam fato decretum, Surgentibus bellis, Urbium vastatricibus in pugnis Vehementem exhalaturum fumum.'

[v] *Nullo* [*multo*] *dilectu*] Studiose; *φιλοφρόνως.*

mium persolutum est, jubent nostri * peragere incœpta. Itaque destructa murorum parte, cum joco lasciviaque induxere equum, fœminis inter se [w] atque viris certatim attrahere festinantibus. [12.] Interim Græci, ubi cuncta navibus imposita sunt, incensis omnium tabernaculis [x] ad Sigæum secedunt,[y] ibique noctem opperiuntur: fessis dein multo vino [z] atque somno barbaris, quæ utraque [a] per lætitiam securitatemque pacis intervenerant, multo silentio [b] ad civitatem navigant, servantes signum quod igni elato Sinon,[c] ad eam rem clam positus, sustulerat: moxque omnes postquam intravere mœnia, divisis inter se civitatis locis, ubi signum datum agnovere,[d] † cædere eos quos fors objecerat, atque obtruncare passim per domos atque vias, loca sacra [e] profanaque, et si qui persenserant, prius-

* Delph. *nostris.*—† Delph. *datum est, magna vi c.*

NOTÆ

[w] *Cum joco lasciviaque induxere equum, fœminis inter se*] 'Circum pueri innuptæque puellæ Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.'

[x] *Incensis omnium tabernaculis*] Notus militiæ mos, incendere tabernacula discessuros milites. Hom. Od. Θ. *Βάντες ἀπέπλειον, πῦρ ἐν κλισίῃσι βαλόντες.* 'Euntes navigabant, igne tabernaculis injecto.'

[y] *Ad Sigæum secedunt*] Virg. ait Græcos se post Tenedo condidisse: 'Huc se provecti deserto in littore condunt.' At Tenedos a Sigeo distabat LXXV. stad. Palæphatus vero, quem in equi historia sequi videtur Dictys, scribit Græcos se abdidisse in cavo quodam loco, qui locus etiam tum vocabatur, Ἀργείων λόχος, 'Argivorum insidiæ.'

[z] *Fessis dein multo vino*] Virg. 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.'

[a] *Quæ utraque*] Nempe vinum et somnus.

[b] *Multo silentio*] Videtur ob oculos habuisse illud Virgil. 'Tacitæ per amica silentia Lunæ.'

[c] *Quod igni elato Sinon*] De signo a Sinone elato nihil apud alios inveni. Virgil. tantum ait, duces equo delapsos statim portas pandisse, et ita socios accepisse: 'Cæduntur vigiles, portisque patentibus omnes Accipiunt socios, atque agmina conscia jungunt.' Sed hoc ex Virgilio tamen immutavit Dictys. Virgilius enim scribit non Sinonem classi signum dedisse, sed contra classem Sinoni, ut rem perageret et claustra laxaret. 'Flammas cum regia puppis Extulerat, fatisque Deum defensus iniquis, Inclusos utero Danaos et pinea furtim Laxat claustra Sinon.' Virgilius quidem alicubi signum Græcis datum scribit ab Helena, non a Sinone. 'Flammam media ipsa tenebat Ingentem, et summa Danaos ex arce vocabat.' Etsi illud accipi aliter possit.

[d] *Signum datum*] Certe deridiculus est Dictys, qui in ea trepidatione et strage signum expectatum crediderit.

[e] *Passim per domos atque vias, loca*

quam armare se, aut aliud[f] pro salute capere quirent, opprimere: prorsus nulla requies stragis atque funerum, cum palam et in ore suorum liberi parentesque magno inspectantium gemitu necarentur: moxque ipsi, qui spectaculo carissimorum[4 g] interfuerant, miserandum in modum interirent. Neque segnius per totam urbem *incendiis* gestum, positis prius defensoribus ad domum Æneæ[h] atque Antenoris. Interim Priamus re cognita, ad aram Jovis anteædificialis[5] confugit,[i] multique ex eo loco ad reliqua Deorum templa: in quis[6] Cassandra in ædem Minervæ. Sed postquam universos qui in manus venerant fœde atque inultos[7] obtruncavere,[k] occipiente luce domum in qua Helena erat[l] aggrediuntur. Ibi Menelaus Deiphobum,

4 Post *carissimorum* legit Delph. *corporum*.—5 Delph. et vulg. *ante ædificiale*. Correxit Obrecht. ex Med. Cod. Arg. *anteædificiales*. Scioppius *ædificialis*.—6 Desunt in Delph. voces *in quis*.—7 Vulg. *multos*.—8 Ante *aram* exhibet

NOTÆ

sacra] Virgil. 'Plurima perque vias sternuntur inertia passim Corpora, perque domos et religiosa Deorum Limina.'

[f] *Aut aliud*] Consilium, intelligo.

[g] *Carissimorum corporum*] Corpora dicit, quod nos dicimus, *des personnes*. Ita Græci *σώματα*.

[h] *Positis prius defensoribus ad domum Æneæ, &c.*] Strabo refert, pellem pantheræ foribus tantum appensam fuisse.

[i] *Anteædificialis* [*ante ædificiale*] *confugit*] 'Ædificiale' pro ædificio sive regia Priami, elegantia hujus sæculi. Aras ante fores ædium Græci habuerunt, notum ex comicis. *Mercer.* Aras illas habebant in media corte, sive in impluvio. Sic Virgil. de ara illa Priami: 'Ædibus in mediis, nudoque sub atheris axe, Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus, Incumbens aræ, atque umbra complexa penates.'

[k] *Atque inultos obtruncavere*] Sic scribendum, non 'multos.' Ita sæpe Veteres scriptores, qui fere semper in ea voce corrupti. Sallust. 'Dedecores inultique terga ab hostibus cædebantur.'

[l] *Domum in qua Helena erat*] Virgil. scribit Helenam se in templo Vestæ abdidisse. Ita Æneas: 'Cum limina Vestæ Servantem, et tacitam secreta in sede latentem, Tyndarida aspicio.' Sed antea Græci domum ejus aggressi fuerant circa mediam noctem; eisque ipsa Helena fores aperuerat. Sic enim Deiphobus, apud Virg. VI. Æn. 'Tum me, confectum curis somnoque gravatum, Infelix habuit thalamus, pressitque jacentem Dulcis et alta quies, placidæque simillima morti: Egregia interea conjux arma omnia tectis Emovet, et fidum capiti subduxerat ensem; Intra tecta vocat Menelaum, et limina pandit. Scilicet id magnum sperans fore munus amanti, Et famam extingui veterum sic posse malorum.' Homerus scribit Od. Θ. cum Menelao Ulyssem ad

quem post Alexandri interitum Helenæ matrimonium intercepisse, supra docuimus, exsectis primo auribus,[m] brachiisque ablatis, deinde naribus, ad postremum truncatum omni ex parte, fœdatumque summo cruciatu, necat. Dein Priamum Neoptolemus, sine ullo ætatis atque honoris dilectu, retinentem utraque manu [8] aram [n] jugulat. Ceterum Cassandram Ajax Oilei [o] e sacro Minervæ captivam abstrahit. [13.] Hoc modo consumtis cum civitate barbaris, deliberatio inita super his qui ab Deorum aris auxilium vitæ imploraverant: decretumque ab omnibus, uti per vim avulsi necarentur: tantus dolor injuriæ, et ob id studium extinguendi Trojani nominis incesserat. Ita comprehensi qui cruciatum prædictæ noctis subterfugerant, trepidantes ac vice pecorum interficiuntur. Dein, more belli, per templa ac semiustas domos populatio rerum omnium, et per dies plurimos, ne quis hostium evaderet, studium inquirendi. Interim ad coacervandum [p] auri atque argenti materiem [9]

Delph. præpositionem *ad*, quam Vinding. plane delendam putat. 'Aram enim supplices, sive postes altarium, quasi in asylo futuri, amplectebantur, ut apparet ex cap. seq.'—9 Delph. *materiam*.—1 Ante *opportuna* exhibet

NOTÆ

Deiphobi et Helenæ domum ascendisse: Αὐτὰρ Ὀδυσσῆα προτὶ δώματα Δηϊφόβοιο Βήμεναι, ἠΰτ' Ἄρηα, σὺν ἀντιθέῳ Μενελάῳ. 'Sed Ulyssem ad domum Deiphobi Ascendisse, tanquam Martem, cum eximio Menelao.'

[m] *Exsectis primo auribus*] Virg. lib. VI. 'Atque hic Priamiden, laniatum corpore toto, Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas, populataque tempora raptis Auribus, et truncas inhonesto vulnere nares.' Solus Dares scribit, Deiphobum a Palamede in pugna occisum.

[n] *Aram jugulat*] Prius occiso Polite, in ipsius parentis conspectu. Virg. II. Æn. 'Hæc dicens, altaria ad ipsa trementem Traxit, et in multo lapsantem sanguine nati, Implicuitque comam læva, dextraque coruscum Extulit ac lateri capulo tenus abdidit ensem.'

[o] *Cassandram Ajax Oilei, &c.*] Virg. II. Æn. 'Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus a templo Cassandra, adytisque Minervæ, Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra, Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.'

[p] *Interim ad coacervandum*] In opportunis locis dispositi fuere custodes qui simul divitias servarent, &c. Virg. 'Et jam porticibus vacuis, Junonis asylo, Custodes lecti Phœnix et dirus Ulysses Prædam asservabant: huc undique Troia gaza Incensis erepta adytis, mensæque Deorum Crateresque auro solidi, captivaque vestis

opportuna[r] loca destinantur, et alia ob pretiosam vestem. Igitur ubi saties[2] Trojani sanguinis tenuit, et urbs incendiis complanata est, initium solvendæ per prædam militiæ capiunt, primo a captivis fœminis, puerisque adhuc imbellibus. Itaque ex his prima omnium Helena sine sorte Menelao conceditur: dein Polyxena, suadente Ulysse,[q] per Neoptolemum Achilli inferias missa: Agamemnoni Cassandra[r] datur, postquam forma ejus captus, quin palam desiderium fateretur, dissimulare nequiverat: Æthram et Clymenam[s] Demophoon atque Athamas[3] habuere: reliquarum[4] sors agi cœpta,[t] atque ita Neoptolemo Andromacha,[u] adjunctis[v] postquam id evenerat filiis ejus in honorem tanti ducis, Ulyssi Hecuba[w] obvenere. Hactenus nobilium fœminarum cessere servitia.[x] Alii, ut quemque sors con-

Delph. voces *alii ad*; et mox pro *alia*, *alii*.—2 Delph. *satias*.—3 Delph. *Acha-*

NOTÆ

Congeritur.' Quidam Codd. habent *ad coërcendum;* quæ lectio defendi potest.

[q] *Polyxena suadente Ulysse*] Alii fere omnes scriptores tradunt, umbram Achillis, vel vocem ex ejus sepulchro exeuntem, sibi immolari Polyxenam petiisse. Euripid. Lycoph. Ovid. &c. Verum Philostratus et Tzetzes in Lycoph. scribunt Polyxenam Achillis mortem sic ægre tulisse, ut sibi super ejus tumulo violentas manus intulerit.

[r] *Agamemnoni Cassandra*] Postea eam cum Agamemnone occidit Clytæmnestra. Hom. Od. Λ. ubi Agamemnon ait: Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα Πριάμοιο θυγατρὸς, Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις Ἀμφ' ἐμοί. 'Mœstissimam autem audivi vocem Priami filiæ Cassandræ, quam occidit Clytæmnestra dolosa Prope me.'

[s] *Æthram et Clymenam*] De iis superius dictum. Æthra avia erat Acamantis et Demophoontis, Thesei mater.

[t] *Reliquorum sors agi cœpta*] Puto rescribendum, *reliquarum*. Adhuc enim de sorte fœminarum.

[u] *Neoptolemo Andromacha*] Lesches in parva Iliade: Αὐτὰρ Ἀχιλλῆος μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς Ἑκτορέην ἄλοχον κατάγει κοίλας ἐπὶ νῆας. 'Verum Achillis generosi inclytus filius Hectoris uxorem ducit cavas ad naves.'

[v] *Adjunctis*] Jam supra probavimus, Andromacham ex Hectore Astyanactam tantum suscepisse, quem Pyrrhus, sive, ut alii volunt, Ulysses, de turri præcipitavit.

[w] *Ulyssi Hecuba*] Hygin. Fab. 3. 'Ulysses Hecubam, Cissei filiam, vel, ut alii auctores dicunt, Dymantis, Priami uxorem, Hectoris matrem, in servitutem cum duceret, illa in Hellespontum mare se præcipitavit.'

[x] *Cessere servitia*] Sic Virg. 'Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.'

tigerat prædam, aut ex captivis, quantum pro merito distribuebatur, habuere. [14.] Interim super Palladio [y] ingens certamen inter se ducibus exortum, Ajace Telamonis [6] expostulante in munus sibi, pro his quæ in singulos universosque virtute atque industria sua contulerat. Quare coacti pæne omnes, simul uti ne læderetur animus tanti viri, cujus præclara facinora vigiliasque pro exercitu in animo retinebant, concedunt Ajaci, renitentibus [7] solis omnium Diomede atque Ulysse: sua quippe opera [8] id ablatum: contra Ajax affirmare, non labore aut virtute eorum rem gestam: Antenorem namque contemplatione communis amicitiæ abstulisse. Tum Diomedes honori ejus per verecundiam concedens, a certamine destitit. Igitur Ulysses cum Ajace summa vi contendere inter se, atque invicem industriæ meritis expostulare, annitentibus Ulyssi Menelao atque Agamemnone, ob servatam paulo ante opera ejus [9] Helenam. Namque post captum Ilium [z] Ajax, recordatus eorum quæ tantis tempestatibus propter mulierem perpessi expertique essent, primus omnium interfici eam jusserat: jamque approbantibus consilium Ajacis multis bonis, Menelaus, amorem conjugii etiam tunc retinens, singulos ambiendo orandoque ad postremum perfecerat, uti intercessu Ulyssis Helena incolumis sibi traderetur. Itaque veluti [1] judicio amborum merita [a] spectantes, quis etiam nunc bel-

mas.—4 Delph. *quorum.*—5 Omittitur vocula *ita* in Delph.—6 Delph. *Telamonio.*—7 Delph. *contradicentibus.*—8 Post *opera* habet Delph. *insinuantibus.*

NOTÆ

y *Super Palladio*] Idem Suidas et Cedrenus. Verum Homerus, Sophocles, et alii omnes tradunt, Ajacem et Ulyssem non de Palladio, sed de armis Achillis contendisse.

z *Namque post captum Ilium*] Nusquam alibi istud reperias. Sed æquum est oculatum testem quædam addere, quæ apud auritos tantum frustra quæras. Ego vero existimo, istud ex ipso Virgilio Nostrum expressisse: is enim scribit, II. *Æn.* ipsum Æneam de morte Helenæ cogitasse, sed a Venere alio abductum fuisse: 'Exarsere ignes animo, subit ira cadentem Ulcisci patriam et sceleratas sumere pœnas.' Item: 'Extinxisse nefas tamen, et sumsisse merentis Laudabor pœnas, animumque explesse juvabit Ultricis flammæ, et cineres satiasse meorum.'

a *Itaque veluti judicio amborum merita*]

lum in manibus[b] atque hostiles multæ nationes circumstreperent, nullo dilectu virorum fortium, spretisque Ajacis tot egregiis facinoribus, ac frumenti, quod ex Thracia advexerat,[a] per totum exercitum distributione, Ulyssi Palladium tradunt. [15.] Quare cuncti duces, qui memores virtutum Ajacis, nihil præferendum ei censuerant; quique secuti gratiam Ulyssis, impugnaverant talem virum, studio[c] in partes discedunt. Interim Ajax indignatus, et ob id victus dolore animi, palam atque in ore omnium vindictam se sanguine eorum a quibus impugnatus esset exacturum denuntiat. Itaque ex eo Ulysses, Agamemnon, et Menelaus custodiam sui augere,[2] et quo tutiores essent, summa ope invigilare.[3] At ubi nox aderat, discedentes, uno ore omnes lacerare utrumque regem, neque abstinere maledictis; quippe quis[4] magis libido desideriumque in fœmina,[d] quam summa militiæ, potiora forent. At lucis principio, Ajacem in medio ex-

[a] *Igitur quasi judicio utriusque merita perpendentes, qui adhuc etiam bellum in manibus haberent, et undiquaque multis inimicis gentibus circumdarentur, Ulyssi Palladium tribuunt, neglectis viris strenuis, contemtisque Ajacis factis eximiis, et obliterata distributione per exercitum frumenti quod ex Thracia apportarat.*

—9 Delph. *sua.*—1 Delph. *uti.*—2 Delph. *agere.*—3 Delph. *vi vigilare.*—

NOTÆ

Satis intricata tota hæc periodus. Ait Dictys Græcos, quasi judicio utriusque Ajacis et Ulyssis merita pensarent, quippe qui et bello adhuc et inimicis circumquaque nationibus circumdarentur, Ulyssi tamen Palladium tribuisse, spretis egregiis facinoribus Ajacis, et obliterata distributione per totum exercitum frumenti, quod ex Thracia adduxerat. In judicio autem rem transactam fuisse, ostendit Homer. Od. Λ. ubi Achill. Οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο Νόσφιν ἀφεστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα νίκης Τήν μιν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ Τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος· ἔθηκε δὲ πότνια μήτηρ, Παῖδες δὲ Τρώων δίκασσαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. 'Sol autem Ajacis anima Telamoniadæ Seorsum stabat, irata propter victoriam Qua eum vici judicatus apud naves Armis super Achillis: proposuit autem veneranda mater, Filii vero Trojanorum judicarunt et Pallas Minerva.' Vide Sophocl. Ovid. et alios.

[b] *Quis etiam nunc bellum in manibus*] Iracunde et ironice hæc dicit *Dictys*, qui Græcos irridet, *quod Ulyssi Palladium tradant*, cum adhuc bello circumsonent, et hostibus undique circumdentur, &c.

[c] *Studio*] *Brigue.* Virg. 'Scinditur incertum studia in contraria vulgus.'

[d] *Libido desideriumque in fœmina*] Barbare loquitur Dictys.

animem offendunt: perquirentesque mortis genus, animadvertere ferro interfectum. Inde ortus per duces atqué exercitum tumultus ingens, ac dein seditio brevi adulta, cum ante jam Palamedem virum domi belloque prudentissimum, nunc Ajacem inclytum[e] tot egregiis pugnis, atque utrosque insidiis eorum circumventos ingemiscerent. Ob quæ supradicti reges veriti, ne qua vis ab exercitu pararetur, intus clausi firmatique per necessarios manent. Interim Neoptolemus, advecta ligni materia, Ajacem cremat: reliquiasque, urnæ aureæ conditas, in Rhœteo[f] sepeliendas procurat,[g] brevique tumulum exstructum consecrat in honorem tanti ducis. Quæ si ante captum Ilium accidere potuissent, profecto magna ex parte promotæ res hostium, ac dubitatum de summa rerum fuisset. Igitur Ulysses, veritus vim offensi exercitus, clam Ismarum aufugit:[h] atque ita Palladium apud Diomedem manet. [16.] Ceterum post abscessum Ulyssis, Hecuba, quo servitium morte solveret, multa ingerere maledicta, imprecarique infausta omina in exercitum: quare motus miles lapidibus obrutam[5] necat,[i]

4 Delph. *quibus.*—5 Post *obrutam* habet Delph. vocem, *eam*, et mox *ei* post

NOTÆ

[e] *Nunc Ajacem inclytum*] Suspicabantur enim per eos Ajacem interfectum fuisse, qui tamen se ipsum occidit. Homer. Sophocl. Ovid. &c. Tamen Dares Phrygius scribit, Ajacem a Paride vulneratum interiisse. Ita et Scholiastes Sophoclis.

[f] *In Rhœteo*] Trojæ promontorio, sive tumulo, ubi urbs etiam fuit Rhœteum dicta. Strab. XIII. 'Sequitur Rhœteum, urbs tumulo insita, eique contiguus litoreæ arenæ tumulus, Aianteium quasi Ajacenum. Ubi monumentum est Ajacis et statua. Hanc cum sublatam Antonius in Ægyptum transtulisset, eam rursus Augustus Rhœtensibus reddidit, ut et multis aliis fecit.' Plinius tamen, v. 30. ait Ajacem prope Sigeum sepultum fuisse.

[g] *Sepeliendas procurat*] Neoptolemo id Noster tribuit, quod Sophocles verisimilius Teucro.

[h] *Clam Ismarum aufugit*] Ipse Ulysses, apud Hom. Od. I. narrat se, a Troja profectum, ventis Ciconibus appulsum ad Ismarum: Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν, Ἰσμάρῳ. 'Ab Ilio me ferens ventus Ciconibus admovit, ad Ismarum.' Cicones autem Thraciæ populi, ad Hebrum fluvium; ubi urbs Ismarus prope Scœnum fluvium sita, e regione Maroneæ.

[i] *Lapidibus obrutam necat*] Alii scribunt, Hecubam se in mare præcipi-

sepulcrumque apud Abydum[k] statuitur, appellaturque Cynossema,[l] ob linguæ proterviam impudentemque petulantiam. Per idem tempus Cassandra, Deo repleta,[m] multa in Agamemnonem adversa prænuntiat: insidias quippe ex occulto, cædemque domi per suos[n] compositam: præterea universo exercitui[o] profectionem ad suos incommodam exitialemque. Inter quæ Antenor cum suis Græcos orare, omitterent iras, atque urgente navigii tempore[p] in commune consulerent.[6] Præterea omnes duces ad se epulatum deducit: ibique singulos quam maximis donis replet. Tunc Græci Æneæ suadent, secum uti in Græciam naviget,[q]

insidias quippe.—6 Delph. *consulant.*—7 Delph. *apud tumulum.*—8 Delph. *ex-*

NOTÆ

tasse: alii a Polymnestoris militibus lapidibus obrutam.

[k] *Apud Abydum*] Alii in Chersoneso ponunt; alii in Sigeo.

[l] *Cynossema*] Latine diceres, 'canis monumentum.'

[m] *Cassandra, Deo repleta*] Hæc ex Lycophrone mutatus est Dictys; apud quem Cassandra Græcis ventura denuntiat.

[n] *Per suos*] Clytæmnestram uxorem suam.

[o] *Universo exercitui*] Hæc ex Homero adumbrata videntur, apud quem Nestor ait, Od. Γ. Βῆμεν δ' ἐν νήεσσι, Θεὸς δ' ἐκέδασσεν Ἀχαιούς· Καὶ τότε δὴ Ζεὺς λυγρὸν ἐνὶ φρεσὶ μήδετο νόστον Ἀργείοις, ἐπεὶ οὔτε νοήμονες οὐδὲ δίκαιοι Πάντες ἔσαν. τῷ σφέων πολέες κακὸν οἶτον ἐπέσπον, Μήνιος ἐξ ὀλοῆς Γλαυκώπιδος ὀβριμοπάτρης. 'Abivimus in navibus; Deus autem dispersit Græcos, Et tunc certe Jupiter tristem in mente machinabatur reditum Græcis; nam neque prudentes neque justi Omnes erant. Ideoque ipsorum plures malum fatum consecuti sunt, Ira ex perniciosa Minervæ patrimæ.'

[p] *Urgente navigii tempore*] Nempe quia jam hyems ingruebat, ut infra ipse innuit, 'veriti ne per moram interventu hyemis, quæ ingruebat, a navigando excluderentur.' Et hic eos sequitur Dictys, qui autumno captum Ilium dicunt; inter quos fuisse videtur Servius, qui scripsit: 'et sciendum est septima luna captam esse Trojam.' Sed cum aliis errat Dictys; nam Trojæ excidium accidit finiente vere, ut in præfatione ex Scaligero demonstratum. *Navigii* autem *tempus* dicit noster, pro tempore navigationis.

[q] *Secum uti in Græciam naviget*] Quidam scribunt Æneam Neoptolemo captivum datum, et in Pharsaliam adductum. Lesches, in parva Iliade: Αὐτὸν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν, Ἐκ πάντων Δαναῶν ἀγέμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων. 'Ipsumque Anchisæ inclytum filium equestris Æneam in naves ascendere fecit per mare currentes, Super omnes Græcos sortitus præmium eximium.' Sed postea, occiso Neoptolemo ab Ores-

ibi namque ei simile cum ceteris ducibus jus, regnique eandem potestatem fore. Neoptolemus filios Hectoris Heleno concedit:[r] præterea reliqui duces auri atque argenti quantum singulis visum est. Dein consilio habito decernitur, uti per triduum funus Ajacis publice susciperetur. Itaque exactis his diebus, cuncti reges comam tumulo[7] ejus deponunt.[s] Atque exin[8] contumeliis Agamemnonem fratremque[t] agere, eosque non Atridas, sed Plisthenidas, et ob id ignobiles[u] appellare. Quare coacti, simul uti odium sui apud exercitum per absentiam leniretur, orant uti sibi abire e conspectu eorum sine noxa concedant. Itaque consensu omnium primi navigant, deturbati expulsique ab[9] ducibus. Ceterum Ajacis filii, Æantides Glauca genitus, atque Eurysaces[v] ex Tecmessa, Teucro traditi.

inde.—9 Delph. *a*, et mox ante *navigando*, et ante *Troja*.

NOTÆ

te, Æneas liber factus Macedoniam, et inde Italiam petiit. Alii aiunt Æneam, paulo antequam Troja caperetur, in Idam montem se contulisse; Sophocles, in Tragœdia *Laocoon*, referente Halicarnasseo, lib. I. et inde tertio anno post Italiam navigasse. Alii rursus scribunt, Æneam mansisse in Phrygia, ibique diu regnasse. Alii tandem aliter. Sed nimis longum esset ea omnia hic inserere; quare adi, si lubet, doctissimos Meziriaci commentarios, in Epist. Ovid.

[r] *Filios Hectoris Heleno concedit*] Sed ipse Neoptolemus Helenum captivum abduxit, eique postea Andromachen Hectoris concessit, cum Hermionem peteret. Ipsa Andromacha, apud Virg. 'Qui deinde secutus Ledæam Hermionem Lacedæmoniosque hymenæos, Me famulam famuloque Heleno transmisit habendam.' Virgilio consentit Justinus, qui scribit vivente Pyrrho Helenum Andromacham accepisse; cum alii omnes uno consensu tradant, eam post Pyrrhi mortem Heleno cessisse.

[s] *Comam deponunt*] De quo more jam supra.

[t] *Atque exin contumeliis Agamemnonem fratremque*] Hæc omnia contra veterum sententiam et auctoritatem Dictys protulit. Scribit Hom. Od. Γ. post captam Trojam Menelaum et Agamemnonem verbis inter se contendisse, cum ille Græcos omnes sese navigationi juberet accingere, hic vero eos adhuc ibi morari imperaret, usque dum ipse hecatombis Minervæ sacrificasset; et dimidiam Græcorum partem cum Menelao navigasse, reliquam cum Agamemnone Trojæ mansisse. Plura vide ibid.

[u] *Et ob id ignobiles*] Vide quæ de Plisthene superius dicta sunt.

[v] *Ceterum Ajacis filii Æantides atque Eurysaces*] De Æantide Ajacis filio nihil adhuc apud alios comperi.

[17.] Dein Græci, veriti ne per moram interventu hyemis, quæ ingruebat, ab navigando excluderentur, deductas in mare naves remigibus reliquisque nauticis instrumentis complent: atque ita cum his quæ singuli præda multorum annorum quæsiverant [w] discedunt. Æneas apud Trojam manet, qui post Græcorum profectionem cunctos ex Dardano,[x] atque ex proxima peninsula [y] adit, orat uti secum Antenorem regno exigerent. Quæ postquam, præverso de se nuntio, Antenori cognita sunt, regrediens ad Trojam, imperfecto negotio aditu prohibetur. Ita coactus cum omni patrimonio ab Troja navigat, devenitque ad mare Adriaticum,[z] multas interim gentes barbaras prætervectus: ibique constituit his qui secum navigaverant civitatem,[1] appellatam Corcyram Melænam.[a] Ceterum apud Trojam postquam fama est Antenorem regno potitum, cuncti, qui bello residui nocturnam civitatis cladem evaserant, ad eum confluunt, brevique ingens coalita multitudo: tantus amor erga Antenorem, atque opinio sapientiæ incesserat: fitque princeps amicitiæ ejus rex Cebrenorum Œnideus.[b] Hæc ego Gnosius Dictys, comes Idomenei, conscripsi, oratione ea quam maxime inter tam diversa loquendi genera conse-

1 Delph. *ubi cum his q. s. n. c. condit.*

NOTÆ

Eurysacis meminit Eustath. in Il. Λ.

[w] *Præda multorum annorum quæsiverant*] Præda est sexti casus. *Præda quæsiverant.* Id est, prædando quæsiverant.

[x] *Ex Dardano*] Dardanus et Dardanum urbs fuit, ab Abydo distans 70. stadiis. Sed hic, opinor, *Dardanum* dixit, pro regione Dardaniæ.

[y] *Ex proxima peninsula*] Nescio sane quam hic peninsulam cogitet Dictys, nisi ipsam Chersonesum intelligit.

[z] *Devenitque ad mare Adriaticum*] Certe Noster audierat Antenorem mare Adriaticum devenisse. Sed cum hoc nimis tritum et vulgare videretur, ipse maluit Antenorem Trojæ retinere, et Æneam in mare Adriaticum deducere.

[a] *Appellatam Corcyram Melænam*] Corcyra Melæna, id est, Corcyra nigra, insula maris Adriatici ante Illyricum, in qua urbem a Cnidiis conditam, refert Strabo VII.

[b] *Rex Cebrenorum Œnideus*] Cebreni vel Cebrenia regio in Troade ad Scamandrum, de qua fuse Strabo, XIII. alibi. Hæc erat sub ditione Priami: unde igitur repente rex iste

qui ac comprehendere potui, literis Punicis,[c] ab Cadmo Danaoque traditis. Neque sit mirum cuiquam, si, quamvis Græci omnes, diverso tamen inter se sermone agunt, cum ne nos quidem, unius ejusdemque insulæ, simili lingua, sed varia permixtaque utamur.[d] Igitur ea quæ in bello evenere Græcis ac Barbaris, cuncta sciens, perpessusque magna ex parte,[e] memoriæ tradidi.[2] De Antenore ejusque regno quæ audieram retuli. Nunc reditum nostrorum narrare juvat.

2 Delph. *memoria edidi.*

NOTÆ

Œnideus? Aut ubi tam diu delituit?

[c] *Literis Punicis, ab Cadmo Danaoque*] De literis Punicis abunde dictum est in epistola Q. Septimii. Sed nota hic Dictyn earum auctorem cum Cadmo Danaum dicere, ipsumque Septimium scribere, eas auctoribus Cadmo et Agenore frequentatas. Quod nusquam alibi legere est; cum uno consensu fere omnes tradant, solum Cadmum primum earum inventorem fuisse.

[d] *Sed varia permixtaque utamur*] Varia et permixta lingua usos fuisse Cretenses, fidem faciunt vocabula quædam antiqua, quæ apud Hesychium et alios legere est.

[e] *Perpessusque magna ex parte*] Ex Virg. 'Quæque ipse miserrima vidi, Et quorum pars magna fui.'

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO

LIBER VI.

Postquam impositis, quæ singuli bello quæsiverant, ascendere ipsi, solutis anchoralibus[a] navigant: dein a puppi secundante vento, paucis diebus pervenere ad *Ægæum* mare:[b] ibi multa imbribus ventisque, et ob id sæviente[1] mari, indigna experti, passim, uti sors tulerat, dispalantur. In quis Locrorum classis, turbatis[2] per tempestatem officiis nautarum, et inter se implicatis, ad postremum fulmine comminuta aut incensa est:[c] at[3] rex Locrorum Ajax, postquam natando evadere naufragium enisus est, reliqui[4] tabulis aut alio levamine fluitantes, ubi[5] ad Eubœam devenere, Chœradibus scopulis appulsi pereunt:[d] eos

1 Obrecht. ex Med. Cod. legendum monet *et obsæviente mari.*—2 Delph. *perturbatis.*—3 Delph. *et.*—4 Delph. *aliique.*—5 Delph. *postquam.* ‘Omnino dele *postquam*; ut et supra *est*; ut sensus sit: postquam Ajax enisus, alii-

NOTÆ

[a] *Anchoralibus*] Subauditur, funibus.

[b] *Ad Ægæum mare*] Atqui totum illud mare, Græciam ab Asia dividens, Ægæum dictum. Sed tamen hic proprie locutus est Dictys. Nam primum vere Ægæum mare pars illa dicta est, quæ frequentibus insulis conspersa. Et ita hic locus intelligendus.

[c] *Fulmine comminuta aut incensa est*] Vide Hyginum, Fab. 116. qui tamen ipsum Ajacem fulmine occisum dicit.

[d] *Chœradibus appulsi pereunt*] I. scopulis e regione Eubœæ, juxta Capha-

namque re cognita Nauplius, ultum ire[6] cupiens[e] Palamedis necem, per noctem igni elato ad ea loca deflectere, tanquam ad portum, coëgerat. [2.] Per idem tempus Œax Nauplii filius,[f] Palamedis frater, cognito Græcos ad suos

que fluitantes ad Eubœam devenere, tunc C. s. a. p.' Vinding.—6 Delph. *iri.*

NOTÆ

reum, a quo Capharides dicti. Chœradas autem eos Noster vocat, Lycophronem secutus, χοιράδων δ' ἐφημένους. *Chæradibus insidentes.* Ubi Scholiastes, χοιράδες αἱ ὕφαλοι λέγονται πέτραι. Gyras vocat Homerus, quem hic Dictys secutus est. Sic enim, Od. Δ. de Ajace: Γυρῇσιν μὲν πρῶτα Ποσειδάων ἐπέλασσε, Πέτρῃσιν μεγάλῃσι, καὶ ἐξεσάωσε θαλάσσης. Καί νύ κεν ἔκφυγε κῆρα, καὶ ἐχθόμενός περ Ἀθήνῃ, Εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε, καὶ μέγ' ἀάσθη· Φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Τοῦ δὲ Ποσειδάων μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος· Αὐτίκ' ἔπειτα τρίαιναν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν, Ἤλασε Γυραίην πέτρην, ἀπὸ δ' ἔσχισεν αὐτήν· Καὶ τὸ μὲν αὐτόθι μεῖνε, τὸ δὲ τρύφος ἔμπεσε πόντῳ, Τῷ ῥ' Αἴας τὸ πρῶτον ἐφεζόμενος μέγ' ἀάσθη· Τὸν δ' ἐφόρει κατὰ πόντον ἀπείρονα κυμαίνοντα. Ὣς ὁ μὲν ἔνθ' ἀπόλωλεν, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ. Id est: 'Ad Gyras quidem primum Neptunus eum appulit, Petras ingentes, et servavit e mari: Et sane effugisset mortem, quamvis invisus Palladi, Nisi impium dictum protulisset, propter quod graviter læsus est. Dixit enim, invitis Diis se effugere fluctus maris. Illum Neptunus magna audivit jactantem: Statim deinde tridenti arrepto manu forti, Percussit Gyream petram, absciditque ipsam; Et pars quidem illic mansit, pars autem incidit mari, Super quam Ajax primum insidens graviter læsus est; Illumque detrusit in mare ingens undosum. Sic ille quidem ibi periit, postquam bibit salsam aquam.' Homerum ad verbum pæne descripsit Lycophron, qui Ajacem, propter variam jactantiam, vocavit, Κόκκυγα κομπάζοντα μαψαύρας στόμβους. 'Cuculum, jactantem varias minas.'

[e] *Nauplius ultum iri cupiens*] Redeunte a Troja victrice classe, Nauplius in Caphareo promontorio ignes accendit, ut in scopulos eam pertraheret. Euripid. in Helena: Πολλοὺς δὲ πυρσεύσας Φλογερὸν σέλας ἀμφὶ ῥυτὰν Εὔβοιαν εἷλ' Ἀχαιῶν Μονόκωπος ἀνήρ, πέτραις Καφηρίαις ἐμβαλὼν, Αἰγαίαις τ' εἰναλίοις ἀκταῖς Δόλιον ἀστέρα λάμψας. 'Multos autem, accendens Flammeam facem, in circumflua Eubœa sustulit Græcorum Unicus vir, petris Caphareis injiciens Ægeisque marinis scopulis Dolosam facem lucens.' Et Lycophron: Ὅταν καρηβαρεῦντας ἐκ μέθης ὕγρων Λαμπτῆρα φαίνῃ τὸν ποδηγέτην σκότους Σίντης, ἀγρύπνῳ προσκαθήμενος τέχνῃ. 'Quando caput gravatos ex crapula ducens Facem lucebit ducem tenebrarum Noxius, vigili incumbens fraudi.'

[f] *Œax Nauplii filius, &c.*] Hoc etiam ab ipso Nauplio factum describit Tzetzes, in Lycoph. Περιπλέων λοιπὸν τῆς χώρας, τὰς Ἑλληνίδας παρεσκεύασε τὰς τῶν Ἑλλήνων γυναῖκας μοιχευθῆναι, Κλυταιμνήστραν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Αἰγίσθῳ, Αἰγιάλειαν τὴν Διομήδους Σθενέλῳ, Μήδειαν δὲ τὴν Ἰδομενέος ὑπὸ Λεύκωνος, &c. 'Circum navigans Græciæ regiones, Græcorum mulieres adulteras fecit: Agamemnonisque

remeare, Argos venit: ibi Ægialem atque Clytæmnestram falsis nuntiis adversum maritos armat, prædicto ducere eos ex Troja uxores, prælatas his: præterea addere[7] ea,[g] quis mobile suapte[8] natura muliebre ingenium magis adversum suos incenderetur. Ita Ægiale advenientem Diomedem[h] per cives aditu prohibet: Clytæmnestra per Ægisthum,[i] adulterio sibi cognitum, Agamemnonem insidiis capit, eumque interficit: brevique denupta adultero, Erigonem ex eo edit. Interim Talthybius[l] Orestem, Agamemnonis filium, manibus Ægisthi ereptum, Idomeneo, qui apud

7 Delph. et vulg. *addidere.*—8 Delph. *sua.*

NOTÆ

Clytæmnestram ab Ægistho corrumpi, Ægialeam Diomedis ab Sthenelo, Medeam Idomenei a Leucone.'

g *Addere ea*] Sed de Œace tantum loquitur. Quomodo igitur, *addidere?* optime Jos. Mercer. *addere.*

h *Ita Ægiale advenientem Diomedem*] Historia petenda est ex Lycophrone, ubi Scholiastes hæc habet: *Διομήδης μετὰ τὴν τοῦ Ἰλίου πόρθησιν καταπλεύσας εἰς Ἄργον τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, καὶ εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Αἰγιάλειαν συνφθειρομένην Κομήτῃ τῷ υἱῷ Σθενέλου, διὰ τὸ ἑαυτὸν ἐν τῇ Τροίᾳ τρῶσαι τὴν Ἀφροδίτην, καὶ μέλλων ὑπὸ τῆς αὐτῆς Αἰγιαλείας ἀναιρεθῆναι, τότε μὲν εἰς τὸν τῆς Ἀργείας Ἥρας βωμὸν καταφυγὼν σώζεται. Ὕστερον δὲ εἰς Ἰταλίαν ᾤχετο εἰς τὸ Δαύνιον, ἔθνος βάρβαρον, οὗ ἐβασίλευσε Δαῦνος.* 'Diomedes, post captum Ilium Argos reversus, patriam suam, uxorem Ægialen a Cometa Sthenelei filio corruptam invenit, ira Veneris, quam ipse in Troja vulneraverat. Et cum jam futurum esset ut ab ea interficeretur, confugit ad aram Junonis Argivæ, ubi salutem invenit. Tandemque in Italiam pervenit, ad Dauniam nationem barbaram, cui Daunus imperabat.' Ex quo loco obiter corrigendus Eustath. Il. Ε. p. 566. ubi Cometen hunc non Stheneli filium, ut revera fuit, sed ipsius Stheneli patrem facit. *Porro, quod de* sociis Diomedes fabulati sunt poëtæ, eos scilicet in aves conversos fuisse, consulte omisit Dictys. De qua re sic ipse Diomedes, apud Virg. XI. Æn. 'Invidisse Deos, patriis ut reditus oris Conjugium optatum et pulchram Calydona viderem! Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur, Et socii amissi petierunt æthera pennis, Fluminibusque vagantur aves, (heu dira meorum Supplicia!) et scopulos lacrymosis vocibus implent.'

i *Ægisthum*] Thyestæ filium.

k *Agamemnonem insidiis capit*] Homer. Od. Δ. et Λ. narrat advenientem Agamemnonem ab Ægistho cœna acceptum, ibique occisum. Tragici poëtæ fabulati sunt, Clytæmnestram indusio, quod nullum haberet exitum, Agamemnonem interfecisse.

l *Interim Talthybius*] Alii scribunt, Orestem, per sororem Electram Ægistho surreptum, in Phocidem demandatum ad Strophium. Ita Sophocles, in Electra, et Hygin. Fab. 117. Pindarus, per Arsinoën nutricem Orestis id factum, scribit. Hom. Odys. Γ. innuere videtur, eum Athe-

Corinthum agebat,[m] tradit. Eo Diomedes expulsus regno,[n] et Teucer[o] prohibitus Salamina a Telamone, quod fratrem insidiis circumventum non defendisset, conveniunt. Interim Mnestheus[p] cum Æthra et Clymena filia ejus ab Atheniensibus recipitur: Demophoon atque Athamas[9] foris manent. Ceterum ubi plures eorum, qui evaserant, apud Corinthum fuere, cavent, uti juncti inter se, singula aggrederentur regna, belloque aditum ad suos patefacerent. Eam rem Nestor prohibet, suadens tentandos prius civium animos: neque committendum, uti per seditionem Græcia omnis intestinis discordiis corrumperetur. Neque multo post cognoscit Diomedes in Ætolia ab his qui per absentiam ejus regnum infestabant, Œneum[1][q] multimodis afflictari: ob quæ profectus ad ea loca, omnes, quos auctores injuriæ repererat, interficit: metuque omnibus circum locis injecto, facile ab suis receptus est.[r] Inde per omnem Græciam fama orta, suos quisque reges accipiunt: summam in his qui apud Trojam bellaverant virtutem, neque in resistendo cujusquam vires idoneas existimantes. Ita nos

9 Delph. *Achamas.*—1 Vulg. *eo nomine.*

NOTÆ

nas perlatum fuisse: ibi enim dicit Nestor, Oresten Athenis venisse ut Ægisthum interficeret. Sed vide ibi Eustath. p. 1469. qui refert quosdam pro ἀπ' Ἀθηνάων scripsisse ἀπὸ Φωκήων, a Phocide. Alios vero, Orestem primo in Phocidem, et a Phocide Athenas pervectum, intellexisse.

[m] *Idomeneo qui apud Corinthum agebat*] Fingit Noster Idomeneum, Creta expulsum, confugisse Corinthum, unde postea in regnum suum receptus est.

[n] *Eo Diomedes expulsus regno*] Nescio quos auctores hic Noster secutus est, qui scribat, Diomedem regno expulsum Corinthum petiisse, qui re vera se in Italiam contulit.

[o] *Et Teucer*] Telamon cum Teucrum videret absque fratre Ajace redeuntem, eum Salamine ejecit; qui se Sidona contulit, et inde Cyprum, ubi novam Salamina condidit, Virg. I. Æn. ' Atque equidem Teucrum memini Sidona venire, Finibus expulsum patriis, nova regna petentem, Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum, et victor ditione tenebat.'

[p] *Interim Mnestheus*] Ab aliis auctoribus diversus abit, qui scribunt Athenienses, repulso Mnestheo, Demophoonti regnum tradidisse.

[q] *Œneum*] Œneus Tydei pater, avus Diomedis, rex Calydonis in Ætolia.

[r] *Facile ab suis receptus est*] Fingit Noster, Diomedem in Ætoliam rediisse: quod nescio an alibi reperias.

quoque cum Idomeneo rege Cretam patrium solum summa gratulatione civium remeavimus.[s] [3.] Dein ubi Orestes, transactis pueritiæ annis,[t] officia viri exequi cœpit, orat Idomeneum, uti secum[u] ex ea insula quam plurimos mitteret: cupere namque se Athenas navigare. Itaque collecto numero eorum quos idoneos credebat, Athenas venit: ab his auxilium contra Ægisthum orat. Dein ad oraculum adit:[2] responsumque fert, uti matrem, et cum ea Ægisthum interficiat: ex quo fore, uti regnum patrium reciperet. Hujusmodi numine armatus[3] cum prædicta manu ad Strophium venit: is namque Phocensis, cujus filia in matrimonium Ægisthi[v] denupserat, indignatus quod spreto priore conjugio Clytæmnestram superduxerit, et regem omnium Agamemnonem insidiis interfecerit, ultro ei auxilium adversum inimicissimos obtulerat. Itaque conspirato inter se, cum magna manu Mycenas veniunt. Statimque quod Ægisthus aberat,[w] primo Clytæmnestram interficiunt, multosque alios qui resistere ausi erant. Dein cognito Ægisthum adventare, insidias ponunt, eumque circumveniunt. Inde per omnem Argivorum populum dissensio animorum exorta, quoad[4] diversa inter se cupientes, ad postremum in partes discederent. Per idem tempus Menelaus, appulsus Cretam,[x] cuncta super Agamemnone regnoque ejus

2 Delph. *adiit*.—3 Vinding. legendum putat *animatus*.—4 Delph. *quod*.

NOTÆ

[s] *Remeavimus*] Verum alii scribunt, Idomeneum, Creta repulsum, Salentinos campos in Italia obsedisse, unde in Asiam reversus interiit. Alii tradunt, eum reversum apud Apollinem Clarium consedisse.

[t] *Transactis pueritiæ annis*] Orestes, cum Ægisthum occidit, natus erat annos 23.

[u] *Orat Idomeneum, uti secum*] Totum istud, de auxiliis ab Oreste corrogatis ut patrem suum ulcisceretur, ab ipso Dicty fictum est. Orestes quidem oraculum accepit, quo Clytæmnestram matrem et Ægisthum adulterum interficere jubebatur, non vi cum copiis irruens, sed dolo, &c. Vide Sophocl. in Electra, Æschyl. in Eumenid. Euripid. in Oreste, *Iphigenia*, et Electra, Hygin. Fab. 119.

[v] *Cujus filia in matrimonium Ægisthi*] Non memini me legisse alibi, Strophium Ægisthi socerum fuisse.

[w] *Statimque quod Ægisthus aberat*] Ex Sophocl. in Electra.

[x] *Per idem tempus Menelaus, appulsus Cretam*] Verum est ex Homero, Menelaum a Sunio Athenarum pro-

cognoscit. [4.] Interea per omnem insulam, postquam cognitum Helenam eo venisse, multi undique virile ac muliebre sexu [y] confluunt: aventes dinoscere cujus gratia orbis pæne omnis ad bellum conspiravisset: ibi inter cetera Menelaus profert,[5] Teucrum, expulsum patria, civitatem apud Cyprum,[z] Salaminam nomine,[a] condidisse. Multa etiam apud Ægyptum miranda [6] refert: et Canopi gubernatoris sui,[b] qui ibi morsu serpentium [c] interierat, exstructum magnificum monumentum. Dein, ubi tempus visum est, Mycenas navigat: ibi multa adversum Orestem molitus,[7] [d] ad postremum multitudine popularium cohibitus, ab eo quod cœperat negotio destitit. Inde placet cunctis Orestem [e] super eo facinore causam dicere apud Atheni-

5 Delph. *perfert.*—6 Delph. *miracula.*—7 Delph. *molitur.*—8 Habet Delph.

NOTÆ

montorio Cretam delatum fuisse; Odyss. Γ. Sed falsum est, enm ibi de Agamemnone et ejus regno aliquid didicisse; quod ei tantum in insula Pharo contigit, a Proteo sene, ut fuse Homer. Od. Δ.

[y] *Virile ac muliebre sexu*] Sexu, neutrius generis. Sallust. 'Undique virile ac muliebre sexu per vias et tecta omnium visebatur.' Sisenna IV. Histor. 'Tum in muro virile ac muliebre sexu, populi multitudine omni collocata.'

[z] *Apud Cyprum*] Nam illuc etiam Menelaum delatum, docet Homer. Od. Δ.

[a] *Salaminam nomine*] De qua Horat. I. Od. 7. 'Ambiguam tellure nova Salamina futuram.'

[b] *Et Canopi Gubernatoris sui, &c.*] Qui etiam urbi Canopo nomen dedit. Strab. XVII. Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβερνήτου ἀποθανόντος αὐτόθι. 'Canopus urbs 120. stadiis distat ab Alexandria terrestri itinere, cognominis Canopi, qui Menelai gubernator fuerat, et ibi mortuus est.' Ita Mela, Solinus, et alii. Verum alii nomen Canopi ante Menelaum fuisse contendunt; doctique Ægyptiorum, ut refert Aristides, existimabant, *Canobum* esse vocem Ægyptiacam, quæ Latine significet, *aureum solum.*

[c] *Morsu serpentium*] Hæmorroidem vocat Eustath. in Dionys. serpentem illum, cujus morsu Canopus interiit. Historiam vide apud illum.

[d] *Adversum Orestem molitur*] Populum commovet, et Orestem cogit apud eum de cæde matris causam dicere. Qui, totius populi consensu, lapidibus damnatus, consiliis amici Pyladis mortem effugit. Historiam pete ex Euripid. in Oreste.

[e] *Inde placet cunctis Orestem*] Quidam scribunt, Orestem Deorum monitu Athenas confugisse, ut ibi ab Areopagitis judicaretur.

enses, ubi Areopagitarum judicium severissimum[f] per omnem Græciam memorabatur: apud quos dicta causa, juvenis absolvitur. Erigona, quæ ex Ægistho edita erat, ubi fratrem absolutum intelligit, victa dolore immodico, laqueo interiit.[g] Mnestheus[h] liberatum Orestem[8] parricidii crimine, purgatumque more patrio cunctis remediis quæ ad oblivionem[i] hujusmodi facinoris adhiberi solita erant, Mycenas remittit: ibique regnum ei concessum. Dein trans-

NOTÆ

[f] *Ubi Areopagitarum judicium severissimum*] Areopagitæ, Athenarum senatores, sic dicti ab Areopago, id est, colle Martis, *Ἄρειος πάγος*, quo judicaturi conveniebant. Eorum judicia severissima habebantur; unde et in proverbium abiere. Vide Suidam, Erasmum, &c. De Areopago vide doctissimi Meursii libellum.

[g] *Victa dolore immodico, laqueo interiit*] Idem auctor magni Etymologici. Quidam tamen scribunt, Orestem Erigonam uxorem duxisse, et ex ea suscepisse Ponthilum. Ita Tzetzes, in Lycoph. Pausanias et alii.

[h] *Mnestheus*] Atqui Mnestheum eodem anno, quo Troja capta fuit, interiisse certum est. Non potuit igitur Orestem purgare, qui octavo demum anno post Trojam captam Ægisthum interfecit. Neque verius Suidas et Aristophanis Scholiastes, qui scribunt Orestem tempore Pandionis Athenas venisse. Pandion enim multo vetustior. Quare Athenæus unice sequendus, qui sub Demophoontè id scribit accidisse. Ita Tzetzes in Lycophr. Neque etiam de loco conveniunt, ubi Orestes purgatus fuit, ut neque de tempore. Dictys ait, Athenis purgatum, statim postquam absolutus fuerit. Euripides vero, postquam e Taurica regione reversus fuerit. Aliique, non in Attica sed in urbe Trœzene. Pausan. in Corinthiacis: *Τὸν δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ λίθον, καλούμενον δὲ ἱερὸν, εἶναι λέγουσιν ἐφ' οὗ ποτε ἄνδρες Τροιζηνίων ἐννέα Ὀρέστην ἐκάθηραν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός.* 'Lapidem autem illum ante templum, qui sacer lapis dictus est, eum esse dicunt, super quem olim viri novem Trœzenii Orestem expiarunt a cæde matris.' Idem paulo post: 'Ante templum Apollinis,' inquit, 'est Orestis dictum tentorium. Nam antequam cæde matris purgaretur, nullus Trœzeniorum voluit illum domum suam recipere. Sed illum ibi constituentes purgabant, eique cibos præbebant, donec omnino fuerit expiatus. Et etiam nunc nepotes eorum, qui illum expiaverunt, statutis quibusdam diebus eodem ille loco cœnant. Non longe ab illo tentorio sepultæ fuerunt purgationes illæ, super quas aiunt laurum natam, quæ adhuc ibi cernitur. Fertur etiam Trœzenios purgationes multas alias adhibuisse, et aquam ex Hippocrene,' &c.

[i] *Quæ ad oblivionem*] Remedia illa ad oblivionem facinoris non adhibebantur; nam qui purgatus fuerat, non ideo minus a se perpetrati sceleris memor erat: quare scripsisse Dictym existimo, *quæ ad ablutionem*. *Abluti* enim proprie dicebantur, qui purgationibus istis expiati fuerant; unde et Gallice adhuc dicimus, *se laver d'un crime, se purger*, &c.

acto tempore, accitu Idomenei Cretam venit, neque multo post Menelaus: ibi multa in patruum sæva [9] per eum ingesta, quod sibi per dissensionem popularium multimodis periclitanti ipse etiam insidiatus esset. Ad postremum intercessu Idomenei uterque conciliatus sibi Lacedæmona discedit. Ibi Menelaus, sicuti convenerat, Hermionam [k] in matrimonium Oresti despondit. [5.] Per idem tempus Ulysses Cretam appulsus est, duabus Phœnicum navibus [l] mercedis pacto acceptis: namque suas, cum sociis atque omnibus quæ ex Troja habuerat, per vim Telamonis amiserat: scilicet infesti ob illatam per eum filio necem, [m] vix ipse liberatus industria sua. Percontantique [1] Idomeneo quibus ex causis in tantas miserias devenisset, erroris initium narrare occipit: quo pacto appulsus Ismarum [n] multa inde per bellum quæsita præda navigaverit: appulsusque

præpositionem *a* ante *p. crimine*.—9 Delph. *severe*.—1 Delph. *Percunctanti-*

NOTÆ

[k] *Hermionam*] De Orestis et Hermionæ conjugio variant scriptores. Nam Hyginus scribit, Hermionam, Neoptolemo desponsatam, statim post Trojam captam, Oresti in matrimonium datam fuisse, Menelaumque postea illam ab Oreste abduxisse et Neoptolemo tradidisse. Alii, contra, Hermionam prius Oresti desponsatam Neoptolemo a patre Menelao traditam dicunt, eamque deinde ab ipso Menelao abreptam. Sed hæc omnia accuratissime doctissimus Meziriacus, in suis commentariis, in Epistol. Ovid. Hermionæ Oresti.

[l] *Ulysses Cretam appulsus est, duabus Phœnicum navibus, &c.*] Totam hanc historiam de vi Ulyssi per Telamonem facta, et de Ulyssis Cretam appulsu duabus Phœnicum navibus, ab auctore nostro confictam existimo. Nihil enim Homer. nihil Hyginus, nihil Ausonius. Suspicor etiam id omne commentum fuisse Dictyn, propter locum illum Homeri, ubi Eumæus refert, sibi olim virum Ætolum dixisse, vidisse se Ulyssem apud Idomeneum, naves suas tempestate quassas reficientem. Locus est, Od. Ξ. Φῆ δέ μιν ἐν Κρήτεσσι παρ' Ἰδομενῆϊ ἰδέσθαι, Νῆας ἀκειόμενον, τάς οἱ ξυνέαξαν ἄελλαι. 'Dixit autem illum in Creta apud Idomeneum vidisse, Naves sanantem, quas ei fregerant procellæ.' Imo et pagina mox sequenti aliter narrat. Ait enim, inter Scyllam et Charybdim amissis navibus se in manus Phœnicum devenisse, ab iisque per misericordiam reservatum. Locum adi.

[m] *Filio necem*] Nempe Ajaci. De quo supra.

[n] *Appulsus Ismarum*] Apud Cicones. A Ciconibus ad Lotophagos Meningis Insulæ populos, unde Siciliam ad Cyclopas et Læstrygonas delatus. Hom. Od. ι.

ad Lotophagos,[o] atque adversa usus fortuna, devenerit in Siciliam: ubi per Cyclopa[2] et Læstrygona fratres[p] multa indigna expertus, ad postremum ab eorum filiis Antiphate et Polyphemo[q] plurimos sociorum amiserit. Dein per misericordiam Polyphemi in amicitiam receptus, filiam regis Arenen,[r] postquam Elpenoris socii[s] ejus amore deperibat, rapere conatus: ubi res cognita est, interventu parentis

que.—2 Delph. *Cyclopem.*

NOTÆ

[o] *Lotophagos*] Lotophagos alios supra Mauritanos, versus Occasum, locat Strabo, alios in Insula Meninge, quæ et Lotophagitis dicitur, ad Syrtim minorem. Et eos hic intelligendos esse idem docet; illic enim ara Ulyssis ostendebatur: fuere et alii Lotophagi, in recessu intimo Syrtis majoris.

[p] *Per Cyclopa et Læstrygona fratres*] Cyclopas et Læstrygonas fratres dicit. Nescio unde. Thucydides enim libro VI. Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. Ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὐθ' ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. 'Antiquissimi dicuntur in parte quadam regionis, (Siciliæ,) Cyclopes et Læstrygones habitasse. Quorum ego neque genus possum dicere, neque unde venerint, neque quo abierint.' Illud certum est, Cyclopas et Læstrygonas Siciliæ populos fuisse, eamque partem insulæ tenuisse, quam postea *Leontini*. Hesych. Λαιστρυγόνες, οἱ νῦν Λεοντῖνοι. 'Læstrygones, qui nunc Leontini.' Idem Tzetzes in Lycophr. et alii. Et sane nomina *Læstrygon* et *Leontinus* idem sonare, docuit Bochartus. Sicut enim *Læstrygones* Punice dicti sunt a leoninis moribus, quippe *Læstrygon* Phœnicibus erat *Laistriccen*, leo mordax, ita eos Græci a leone *Leontinos* dixere. *Cyclopes* autem, qui aliam insulæ partem tenuere, *Lilybæum* scilicet, inde a Phœnicibus dicti *Kheklub*, contracto nomine ex *Khekleklub*, id est sinus, *Lilybetanus* sinus, ad Libyam. Plura vide apud illum, in ejus Chanaan, I. 30.

[q] *Antiphate et Polyphemo*] Antiphates ex Læstrygonibus, Polyphemus ex Cyclopibus. Homer. scribit Ulyssem primo ad Cyclopas delatum, deinde ad insulas Vulcanias, unde ad Læstrygonas. Ita ut omnino diversos facere videatur, neque Læstrygonas etiam in Sicilia collocare; sed in Italia circa Caietam et Formias, quæ Auruncorum veterum sedes. Aurunci autem Læstrygones. Plin. III. 5. 'Oppidum Formiæ, Hormiæ ante dictum, ut existimavere, antiqua Læstrygonum sedes.'

[r] *Filiam regis Arenen*] Nescio unde hanc historiam habuit Dictys. Minus etiam, unde suam Tzetzes in Chiliadibus; ubi narrat Ulyssem, post occæcatum Polyphemum, ejus filiam nomine Elpen abduxisse: sed eam postea ei Læstrygonas ademisse, patrique Polyphemo remisisse, &c.

[s] *Elpenoris socii*] Unus fuit e remigibus Ulyssis. Vide Hom. Od. Λ.

puella ablata per vim,[t] exactus per Æoli insulas[u] devenerit ad Circen,[v] atque inde ad Calypso,[w] utramque reginam insularum in quis[3] morabantur, et quibusdam illecebris

3 Delph. *quibus.*

NOTÆ

[t] *Interventu patris puella ablata per vim*] Polyphates, pater puellæ, adveniens eam per vim Ulyssi abstraxit, ipsumque ex insula abegit, &c.

[u] *Æoli insulas*] Æoliæ, eædem et Vulcaniæ et Hephæstiades, septem insulæ occiduo Siciliæ littori oppositæ. Earum olim rex Æolus; qui in sua potestate ventos habere dictus est, quia ex nebulis et fumo futura flabra ventorum prædicebat. Ita Diodor. Serv. et alii. Sed optime docuit Bochartus, ipsum Æoli nomen fabulæ locum dedisse: *aol* enim Phœnicibus est ἄελλα, procella, tempestas. Unde Æolus creditus Phœnicibus esse rex *aolim*, id est, tempestatum.

[v] *Ad Circen*] Quam in insula Ææa habitasse scribit Homer. Illa autem insula nunc Italiæ promontorium a Circe Circeium dictum. De quo Servius in Æn. III. 'Qui nunc Circeius mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, insula fuit; nondum siccatis paludibus, quæ eam dividebant a continente.' Et ante Servium Theophrastus histor. Plant. I. 8. scripsit, λέγειν τοὺς ἐγχωρίους, ὡς ἐνταῦθα ἡ Κίρκη κατῴκει, καὶ πρότερον μὲν οὖν νῆσον εἶναι τὸ Κιρκαῖον. Νῦν δὲ ὑπὸ ποταμῶν τινῶν προσκεχῶσθαι, καὶ εἶναι ἠϊόνα. 'Dicere incolas ibi Circen habitasse, ac prius quidem fuisse insulam. Nunc autem a fluminibus quibusdam aggestam esse terram, et continentem factam.'

[w] *Ad Calypso*] Atlantis filiam, quæ Ogygiam Insulam habitabat. Hom. Od. H. Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται, Ἔνθα μὲν Ἄτλαντος θυγάτηρ, δολόεσσα Καλυψὼ, Ναίει ἐϋπλόκαμος, δεινὴ Θεός. 'Egregia quædam insula longe in mari jacet, Ubi Atlantis filia, dolosa Calypso, Habitat, pulchricoma gravis Dea.' Ubi fuerit illa insula, vix hodie certo dici possit; nam quod eam aliqui statuunt circa Siciliam, vel juxta Lacinium promontorium, id omnino a vero abhorret: nam ex Homero discimus, Ulyssem ex Ogygia Corcyram delatum decima octava die navigationis, cum tamen vento secundo usus fuisset. Remotior ergo fuit illa insula ac vulgo opinantur. Ego libenter crederem per Ogygiam hic Ægyptum Homerum intellexisse: eam enim et *Ogygiam*, et insulam olim dictam fuisse, certum est. Huc accedit quod Od. Δ. Proteus Menelao dicit, se Ulyssem vidisse in insula in domo Calypsus. Jam Proteus Ægyptius fuit, vel certe Pharius: necesse est igitur ipsum in Ulyssem incidisse in vicino quodam loco, sive Ægyptum dicas, sive alium quem. Sane ex Strabone facile colligas, Ægypto vicinam insulam fuisse, neque commentitiam, ut quidam putavere. Ita enim ille libro II. 'Quibus etiam Platonis illud commode subjungit, nempe fieri posse ut non sit figmentum id, quod de Atlantide insula' (sic dicebatur Ogygia) 'fertur, de qua is ait tradidisse Solonem, qui ita ab Ægyptiis didicisset sacerdotibus, deletam eam esse, cum fuerit aliquando continente tota non minor insula.'

animos hospitum ad amorem sui illicientes. Inde liberatus, pervenerit ad eum locum,[x] in quo exhibitis quibusdam sacris,[y] futura defunctorum animis[z] dinoscerentur: post quæ appulsus Sirenarum scopulis,[a] ibi[4] per industriam[b] liberatus sit: ad postremum inter Scyllam et Charybdim,[c] mare

4 Delph. *ubi.*

NOTÆ

[x] *Ad eum locum*] Lacum Avernum intellige circa Baias, ubi ostia Ditis fuisse fabulati sunt. Cimmerios hic statuit Homerus, dicitque eos caligine et nubibus semper tegi, neque sole unquam respici. Quod Virgilius ad nemorum tenebras et halitus atros Averni lacus retulisse videtur, dum locum illum describit, lib. VI. 'Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris, Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis, talis sese halitus atris Faucibus infundens supera ad convexa ferebat: Unde locum Graii dixerunt nomine aornon.' Vide Strabon. v.

[y] *Quibusdam sacris*] Quæ Homerus describit, Od. Λ. initio.

[z] *Defunctorum animis*] Id est, per animas defunctorum. Homerus inducit animam Tiresiæ, Ulyssi futura prædicentem.

[a] *Sirenarum scopulis*] Servius, ad illud v. Æn. 'Jamque adeo scopulos Sirenum inducta subibat, Difficiles quondam multorumque ossibus albos.' 'Sirenes,' inquit, 'secundum fabulam, parte virgines fuerunt, parte volucres, Acheloi fluvii et Calliopes Musæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat. Et primo juxta Pelorum, post in Caphareis insulis' (lego Capreis insulis) 'habitaverunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem, meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniam eos ducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia, has Ulysses contemnendo deduxit ad mortem.' Ubi ille controversiam, quæ de earum situ semper fuit, conciliare tentavit. Alii enim Sirenas circa Pelorum Siciliæ Promontorium, alii in sinu Cumano prope Neapolin statuebant. Posteriorem sententiam potius amplectebatur Strabo, quia Neapoli monstrabatur monumentum Parthenopes, quæ una Sirenum fuit. Porro Sirenarum nomen mere Punicum esse docuit Bochartus, qui *Siren* canorum monstrum interpretatus, a Punico *Sir*, id est, *canticum:* et verisimile est scopulis illis nomen illud inditum fuisse, ob fragorem aquarum sese illic allidentium.

[b] *Ubi per industriam*] Sociorum aures cera obturavit, ipsique eum funibus ad malum ligaverunt. Hom. Od. M. initio.

[c] *Scyllam et Charybdim*] Scylla et Charybdis, scopuli duo, teli jactu a se invicem distantes. Hom. *Od.* M. Scylla freti Mamertini dextrum sive occiduum latus occupat, Charybdis lævum sive Eoum. Virg. III. 'Dextrum Scylla latus, lævam implacata Charybdis.' Ubi vide Servium. Eos scopulos Homerus in horrenda monstra convertit, quod essent latrociniis piratarum, qui eos obsidebant, infames. Vide Palæphatum in Scylla.

sævissimum, et illata sorbere solitum, plurimas navium cum sociis amiserit. Ita se cum residuis in manus Phœnicum per maria prædantium[d] incurrisse, atque ab his per misericordiam reservatum. Igitur uti voluerat, acceptis ab rege nostro duabus navibus, donatusque multa præda, ad Alcinoum regem Phæacum[e] remittitur. [6 Ibi ob celebritatem nominis per multos dies benigne acceptus, cognoscit Penelopam ab triginta illustribus viris diversis ex locis in matrimonium postulari. Hique erant a Zacyntho,[f] Echinadibus, Leucatha, Ithaca. Ob quæ multis precibus persuadet regi,[g] uti secum ad vindicandam matrimonii inju-

NOTÆ

Vel potius quod ea loca naufragiis essent nobilia; unde a Phœnicibus alterum Scyllam dictum docuit Bochartus a punico *scol*, id est, *exitium*: alterum *Charybdim*, a Punico *Chorabdam*, id est, 'foramen perditionis:' hiatu enim magno profundoque sorbet navigia.

[d] *In manus Phœnicum per maria prædantium, &c.*] Priscus, apud Suidam in voce *Χάρυβδις*· Ἐκεῖσε, inquit, Ὀδυσσεὺς, *πάντας τοὺς ἑταίρους μετὰ τῶν πλοίων ὑποβαλὼν, αὐτὸς μόνος περικαθίσας σανίδι ἐν τοῖς ῥεύμασι τῆς θαλάσσης ἐφέρετο.* Τοῦτον *ἑωρακότες* Φοίνικές *τινες ἐν τοῖς ὕδασι πλέοντα ἀναλαβόντες ἤγαγον ἐν Κρήτῃ πρὸς* Ἰδομενέα *γυμνόν*. 'Illic,' in Charybdi, 'Ulysses, amissis sociis omnibus una cum ipsis navibus, tabulæ solus insidens maris fluctibus ferebatur. Hunc Phœnices quidam, in aquis navigantem conspicati, receptum Cretam ad Idomeneum nudum deduxerunt.' Supra tamen noster retulit, Ulyssem Cretam appulisse navibus Phœnicum, cum ipse suas per vim Telamonis amiserit.

[e] *Ad Alcinoum regem Phæacum*] Ad Corcyram Epiro objacentem insulam: ejus populi *Phæaces* dicti, id est, eminentes, ab Arabico *Phaik*: quomodo dicitur, qui vel opibus vel dignitate, vel virtutibus super alios eminet. Quod Phæacibus optime congruit, quos propter opulentiam, industriam, et comitatem, et reliqua tam animi quam fortunæ bona, poëtæ pæne ad Deorum sortem evehunt. Unde est, quod poëta summus eos appellat *ἀγχιθέους*, id est, *εὐδαίμονας καὶ ἰσοθέους*, *beatos et Diis æquales*, ut recte interpretatur Hesychius, post veteres Scholiastes. *Bochart*. Ego existimo Phæaces dictos ab Arabico *Phaik*, id est, *eminens*; propter eorum situm; excelsi enim et eminentes. Quo allusisse Virgilium puto, lib. III. 'Protinus aërias Phæacum abscondimus arces.'

[f] *A Zacyntho, &c.*] Homerus ait, a Dulichio, Same, id est, Cephalenia, Zacyntho, et Ithaca. Od. A. Ὅσσοι *γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι, Δουλιχίῳ τε, Σάμῃ τε, καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ,* Ἠδ' *ὅσσοι κραναὴν* Ἰθάκην *κατακοιρανέουσι,* Τόσσοι *μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δὲ οἶκον*. 'Quotquot enim insulis dominantur optimi, Dulichioque, Sameque, et nemorosa Zacyntho, Atque quotquot asperam Ithacam regunt, Tot matrem meam ambiunt, destruunt autem domum.' Leucatam vocat noster quæ est *Leucas*; olim Epiro continua, sed postea insula facta.

[g] *Persuadet regi*] Alcinoo. Et hic ab Homero dissentit, scribente Ulys-

riam navigaret. Sed postquam devenere ad eum locum, paulisper occultato Ulysse, ubi Telemachum [h] rem quæ parabatur edocuere, domum ad Ulyssem clam veniunt: ubi multo vino atque epulis repletos jam procos [i] ingressi interficiunt. Dein per civitatem Ulyssem adventasse, popularibus cognitum est: a quis [5] benigne et cum favore exceptus, cuncta quæ domi gesta erant cognoscit: meritos donis aut suppliciis afficit.[k] De Penelopa [6] ejusque pudicitia, præclara fama. Neque multo post, precibus atque hortatu Ulyssis, Alcinoi filia Nausica [l] Telemacho denubit. Per idem tempus Idomeneus, dux noster, apud Cretam interiit,[m] tradito per successionem Merioni regno: [n] et Laërta, triennio postquam filius domum rediit, finem vitæ fecit.

5 Delph. *quibus*.—6 Delph. *Penelope*.

NOTÆ

sem a Phœacibus in Ithacam deductum, ibique solum relictum. Od. T.

[h] *Ubi Telemachum*] Sed ex Homero, Telemachus erat apud Menelaum in Sparta, cum Ulysses Ithacam accessit.

[i] *Multo vino atque epulis repletos jam procos*] Homerus, Od. Φ.

[k] *Aut suppliciis afficit*] Ancillas duodecim et Melanthium. Hom. Od. X.

[l] *Nausica*] Scribendum ex Homero *Nausicaa*. Eustathius quidem scribit, Aristotelem, in republica Ithacensium, Hellanium tradidisse Telemacho ex Nausica Persepolim genitum filium fuisse. Sed idem etiam Hesiodi locum affert, ubi Polycaste Telemacho uxor datur, ex qua Persepolis: Τηλεμάχῳ δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐΰζωνος Πολυκάστη, Νέστορος ὁπλοτάτη κούρη Νηληϊάδαο, Περσέπολιν. 'Telemacho autem genuit pulcra Polycaste, Nestoris novissima filia Neleidæ, Persepolim.' Alii ipsum Persepolin Penelopæ et Ulyssis filium dicunt, Telemachumque Circen uxorem duxisse, vel Cassiphonem filiam Circes.

[m] *Apud Cretam interiit*] Homerum sequitur Dictys; nam ex ejus Odyssea colligere est, Idomeneum Cretæ interiisse: ita Diodor. VI. 15. Idomeneum et Merionem 'cum navibus nonaginta ad Ilium cum Agamemnone profectos, reversosque postea in patriam, diem suum obiisse, honorificeque sepultos, Deorum honores fuisse assecutos. Horum sepulchra in Gnoso hac ostenduntur inscriptione: GNOSII IDOMENEI SEPULCHRUM ASPICE, IN QUO EGO MERION MOLI FILIUS PROPINQUUS JACEO. Hos ut nobiles heroës Cretenses colunt sacris, in bellorum discrimine eorum præsidium invocantes.' Sed alii Idomeneum alibi mortuum dicunt.

[n] *Tradito per successionem Merioni regno*] Jam libro primo dixit, Cretam Idomeneo et Merioni civitatum et terrarum imperium tradidisse: nunc Idomeneus moriens solum hæredem Merionem relinquit. Vide quæ notavi, ad I. 1.

Telemacho ex Nausica natum filium Ulysses Ptoliporthum[o] appellat. [7.] Dum hæc apud Ithacam aguntur, Neoptolemus apud Molossos[p] naves quassatas tempestatibus reficit: atque inde postquam cognitum ab Acasto[q] expulsum regno Pelea, ultum ire[7] injurias avi cupiens, primo exploratum duos quam fidissimos, et incognitos illis locis, Chrysippum et Aratum,[8] Thessaliam mittit: hique cuncta quæ gerebantur, insidiasque ei paratas per Acastum, ab Assandro non alieno Pelei cognoscunt. Is namque Assandrus, iniquitatem tyranni[r] evitans, Peleo consenserat: notusque adeo ejus domus,[s] uti inter cetera originem etiam nuptiarum Pelei cum Thetide,[t] Chironis

7 Delph. *iri*.—8 Delph. *Arathum*.

NOTÆ

[o] *Ptoliporthum*] Qui Hesiodo, Aristoteli, et Eustathio *Persepolis:* quod idem est; utrumque enim Latine 'urbium vastator' significat.

[p] *Apud Molossos*] Populos Epiri. Epirum autem appulisse Neoptolemum multi consentiunt. Ita Pindarus, Od. VII. Nemeorum, Pausan. in Atticis. Justin. XVII. &c. Sed ego hic Molossos alios intelligi debere, arbitror. Vide paginam 279. 'appulsusque ad Sepiadum littus.' Sequentem autem historiam, de Peleo per Acastum regno suo fugato, ex Euripide mutuasse Dictyn puto, qui ait, in Troadibus: Αὐτὸς δ' ἀνῆκται Νεοπτόλεμος, καινάς τινας Πηλέως ἀκούσας συμφορὰς, ὥς νιν χθονὸς Ἄκαστος ἐκβέβληκεν ὁ Πελίου γόνος. 'Ipse autem abiit Neoptolemus, novos quosdam Pelei dicens casus, quod illum e regno Acastus ejecit Peliæ filius.' Etsi ille Phthiam abiisse illum dicit, Noster vero Epirum.

[q] *Ab Acasto*] Peliæ filio. Puto hunc, ex Homero, Dulichio regnasse. Ita enim Ulysses Od. Ξ. Τύχησε γὰρ ἐρχομένη νηῦς Ἀνδρῶν Θεσπρωτῶν ἐς Δουλίχιον πολύπυρον. Ἔνθ' ὅγε μ' ἠνώγει πέμψαι βασιλῆϊ Ἀκάστῳ Ἐνδυκέως. 'Contigit enim ut iret navis Virorum Thesprotorum in Dulichium frumentariam. Tunc ille me jussit mittere regi Acasto Accurate.'

[r] *Tyranni*] Acasti. Tyrannum autem hic dicit in malam partem: sed eam vocem Trojanis temporibus ignotam fuisse, fuse notavit Eustath. Od. Ξ.

[s] *Notusque adeo ejus domus*] Puto hic *notus* esse activum, pro *gnarus;* quod tamen vix alibi reperias.

[t] *Originem etiam nuptiarum Pelei cum Thetide*] Quas elegantissime describit Catullus. Earum autem originem ita Apollodor. XIII. 'Sed et alteram uxorem duxit Peleus, Thetin Nerei filiam, de cujus matrimonio Jupiter et Neptunus contenderunt:' (Apollinem addit Pindarus:) 'at cum Thetis a se ortum filium patre futurum esse præstantiorem prædixisset, abstinuisse Jovem illius nuptiis ferunt. Nec desunt, qui scribant ad

filia,[u] Chrysippo atque Arato narraverit. Qua[9] tempestate multi undique reges acciti domum Chironis, inter ipsas epulas novam nuptam magnis laudibus veluti Deam celebraverant, parentem ejus Chirona appellantes Nerea, ipsamque Nereida:[1] et ut quisque eorum regum, qui convivio interfuerant, choro modulisque carminum prævaluerat, ita Apollinem Liberumque, ex fœminis plurimas Musas[v] cognominaverunt: unde ad id tempus convivium illud Deorum appellatum. [8.] Itaque ubi cuncta quæ voluerant cognovere, ad regem[w] redeunt, et singula per ordinem nar-

9 Delph. *Quia.*—1 Delph. *Nereidam.*

NOTÆ

ejus complexum jam prodeunti Jovi, Prometheum dixisse, natum ex ea cœlo dominaturum. Sunt etiam qui memorent, Thetin Junonis monitu persuasam Jovem evitasse; hinc iratum Jovem voluisse ut ea mortalis viri conjugio locaretur. Chironis itaque consilio, eam comprehendendi ac detinendi rationem Peleus iniit: eam itaque cum in varias sese formas commutantem observasset, corripit; quæ cum interim ignis, interim aqua, modo etiam feræ vultum caperet, non eam, priusquam pristinam formam recepisse vidit, remisit. Hanc demum in Pelio monte sibi copulavit.'

[u] *Chironis filia*] De hoc supra dictum est, lib. I. revera Nerei filia fuit.

[v] *Apollinem Liberumque, ex fœminis plurimas Musas, &c.*] Ait Dictys, ex regibus illis, qui nuptiis affuere, alium Apollinem, alium Liberum, dictum. Ex fœminis autem unamquamque unius Musæ nomine insignitam. Idque optime Dictys, ut immutaret fabulam qua dicebatur, Deos vere nuptiis affuisse. Apollodor. III. 'Atque inibi Dii, convivio excepti, suo quisque munere matrimonium commendarunt. Nam Chiron hasta fraxina Peleum, Neptunus equis Balio et Xantho, Vulcanus ense, at reliqui aliis muneribus condonarunt.' Inde Catullus, 'Advenit Chiron, portans sylvestria dona.' Et: 'Confestim Peneos adest, viridantia Tempe, Tempe quæ sylvæ cingunt superimpendentes, Mnnyasin linquens Doris celebranda choreis, Cranona Erisonamque, tulit radicitus altas Fagos, ac recto proceras stipite laurus, Non sine nutanti platano, flexaque sorore Flammati Phaëtontis et aëria cupressu.' Et paulo post: 'Inde pater Divum sancta cum conjuge natisque Advenit cœlo, te solum, Phœbe, relinquens, Unigenamque simul cultricem montibus hydri; Pelea nam tecum pariter soror aspernata est.' Ubi miror quod ait Catullus, Phœbum et Dianam nuptiis non interfuisse: nam Phœbum etiam affuisse Homerus scribit, apud quem Thetis ait Apollini: Πάντες δ' ἀντιάασθε, θεοὶ, γάμου, ἐν δὲ σὺ τοῖσι Δαίνυ', ἔχων φόρμιγγα, κακῶν ἕταρ', αἰὲν ἄπιστε. 'Omnes autem interfuistis Dii nuptiis, interque tu hos Epulabaris, habens citharam, o malorum sodalis, semper perfide.'

[w] *Ad regem*] Neoptolemum.

rant. Ob quæ coactus Neoptolemus adverso mari, et multis regionis ejus prohibentibus, classem exornat, ascenditque ipse: dein sævitia hyemis multum mari fatigatus, appulsusque ad Sepiadum littus,[x] quod propter saxorum difficultatem[y] nomen ejusmodi quæsiverat, omnes fere naves amittit, vix ipse cum his qui in eodem navigio fuerant liberatus. Ibi Pelea avum reperit occultatum spelunca abdita et tenebrosa, ubi senex vim atque insidias Acasti evitans, assidue, nepotis desiderio, navigantes, et si qui[2] forte[z] eo appulsi essent, speculari consuerat. Dein ubi cuncta domus fortunarumque edoctus est, consilium aggrediendi hostis inire occipit: cum forte cognoscit filios Acasti Menalippum et Plisthenem, venatum profectos, devenisse ad ea loca. Itaque mutata veste Iolcium[3] simulans,[a] juvenibus offert sese, eisque cupitum sui interitum

2 Deest *qui* in Delph.—3 Ita rescripsit Obrecht. ex Arg. Cod. ubi *Locicum*, et ex Med. ubi *Jocum*. 'Nam *Locrum*, quod est in vulgatis, locum utique hic non habet; cum ad Iolcum hæc sint gesta.'

NOTÆ

x *Appulsusque ad Sepiadum littus*] Sepias Magnesiæ saxa, a pisce σηπία sic dicta, ut aiunt, quod cum ibi Thetis varias formas induceret ut Peleo elaberetur, ultimum sese in sepiam immutavit. Sed miror hic Neoptolemum ab Epiro Magnesiam appulsum, ita ut totam Græciam ab Ionio mari ad Pelasgicum usque sinum circumnavigarit. Quod mihi videtur incredibile. Quare puto potius supra, cum de Molossis Dictys loquitur, Molossos illos intelligendos, qui in Thessalia fuerunt non longe a Phthia. Quod etiam magis Euripidi consentiet, qui in eadem historia ait, Neoptolemum Phthiam navigasse.

y *Propter saxorum difficultatem* [*asperitatem*] Vellem sane nos docuisset Dictys, quomodo sepias significet *saxa aspera*, qui Sepiadis nomen ab asperitate saxorum dictum tradat. Ego existimo illum loco Strabonis deceptum fuisse, qui legitur extremo lib. IX. 'Ἡ μέντοι Σηπιὰς ἀκτὴ τετραγῴδηται καὶ μετὰ ταῦτα ἐξύμνηται διὰ τὸν ἐνταῦθα ἀφανισμὸν τοῦ Περσικοῦ στόλου. Ἔστι δ' αὕτη μὲν ἀκτὴ πετρώδης. 'Verum Sepias acta in Tragœdiis celebratur, et postea celebrata est propter ibi deletam Persicam classem. Est autem hæc acta saxosa.'

z *Et si forte*] Ferri potest; malim tamen, 'et si qui forte;' vel 'et qui forte.'

a *Iolcium* [*Locrum*] *simulans*] Locri ad pedem Parnassi: sed nota hic, Locros et Thessalos diverso vestitu usos fuisse.

ad Lotophagos,[o] atque adversa usus fortuna, devenerit in Siciliam: ubi per Cyclopa[2] et Læstrygona fratres[p] multa indigna expertus, ad postremum ab eorum filiis Antiphate et Polyphemo[q] plurimos sociorum amiserit. Dein per misericordiam Polyphemi in amicitiam receptus, filiam regis Arenen,[r] postquam Elpenoris socii[s] ejus amore deperibat, rapere conatus: ubi res cognita est, interventu parentis

que.—2 Delph. *Cyclopem.*

NOTÆ

[o] *Lotophagos*] Lotophagos alios supra Mauritanos, versus Occasum, locat Strabo, alios in Insula Meninge, quæ et Lotophagitis dicitur, ad Syrtim minorem. Et eos hic intelligendos esse idem docet; illic enim ara Ulyssis ostendebatur: fuere et alii Lotophagi, in recessu intimo Syrtis majoris.

[p] *Per Cyclopa et Læstrygona fratres*] Cyclopas et Læstrygonas fratres dicit. Nescio unde. Thucydides enim libro VI. Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. Ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔθ' ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. 'Antiquissimi dicuntur in parte quadam regionis, (Siciliæ,) Cyclopes et Læstrygones habitasse. Quorum ego neque genus possum dicere, neque unde venerint, neque quo abierint.' Illud certum est, Cyclopas et Læstrygonas Siciliæ populos fuisse, eamque partem insulæ tenuisse, quam postea *Leontini*. Hesych. Λαιστρυγόνες, οἱ νῦν Λεοντῖνοι. 'Læstrygones, qui nunc Leontini.' Idem Tzetzes in Lycophr. et alii. Et sane nomina *Læstrygon* et *Leontinus* idem sonare, docuit Bochartus. Sicut enim *Læstrygones* Punice dicti sunt a leoninis moribus, quippe *Læstrygon* Phœnicibus erat *Laistriccan*, leo mordax, ita eos Græci a leone *Leontinos* dixere. *Cyclopes* autem, qui aliam insulæ partem tenuere, *Lilybæum* scilicet, inde a Phœnicibus dicti *Kheklub*, contracto nomine ex *Khekleklub*, id est sinus, *Lilybetanus* sinus, ad Libyam. Plura vide apud illum, in ejus Chanaan, I. 30.

[q] *Antiphate et Polyphemo*] Antiphates ex Læstrygonibus, Polyphemus ex Cyclopibus. Homer. scribit Ulyssem primo ad Cyclopas delatum, deinde ad insulas Vulcanias, unde ad Læstrygonas. Ita ut omnino diversos facere videatur, neque Læstrygonas etiam in Sicilia collocare; sed in Italia circa Caietam et Formias, quæ Auruncorum veterum sedes. Aurunci autem Læstrygones. Plin. III. 5. 'Oppidum Formiæ, Hormiæ ante dictum, ut existimavere, antiqua Læstrygonum sedes.'

[r] *Filiam regis Arenen*] Nescio unde hanc historiam habuit Dictys. Minus etiam, unde suam Tzetzes in Chiliadibus; ubi narrat Ulyssem, post occæcatum Polyphemum, ejus filiam nomine Elpen abduxisse: sed eam postea ei Læstrygonas ademisse, patrique Polyphemo remisisse, &c.

[s] *Elpenoris socii*] Unus fuit e remigibus Ulyssis. Vide Hom. Od. Λ.

puella ablata per vim,[t] exactus per Æoli insulas [u] devenerit ad Circen,[v] atque inde ad Calypso,[w] utramque reginam insularum in quis [3] morabantur, et quibusdam illecebris

3 Delph. *quibus.*

NOTÆ

[t] *Interventu patris puella ablata per vim*] Polyphates, pater puellæ, adveniens eam per vim Ulyssi abstraxit, ipsumque ex insula abegit, &c.

[u] *Æoli insulas*] Æoliæ, eædem et Vulcaniæ et Hephæstiades, septem insulæ occiduo Siciliæ littori oppositæ. Earum olim rex Æolus; qui in sua potestate ventos habere dictus est, quia ex nebulis et fumo futura flabra ventorum prædicebat. Ita Diodor. Serv. et alii. Sed optime docuit Bochartus, ipsum Æoli nomen fabulæ locum dedisse: *aol* enim Phœnicibus est ἄελλα, procella, tempestas. Unde Æolus creditus Phœnicibus esse rex *aolim*, id est, tempestatum.

[v] *Ad Circen*] Quam in insula Ææa habitasse scribit Homer. Illa autem insula nunc Italiæ promontorium a Circe Circeium dictum. De quo Servius in Æn. III. 'Qui nunc Circeius mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, insula fuit; nondum siccatis paludibus, quæ eam dividebant a continente.' Et ante Servium Theophrastus histor. Plant. I. 8. scripsit, λέγειν τοὺς ἐγχωρίους, ὡς ἐνταῦθα ἡ Κίρκη κατῴκει, καὶ πρότερον μὲν οὖν νῆσον εἶναι τὸ Κιρκαῖον. Νῦν δὲ ὑπὸ ποταμῶν τινῶν προσκεχῶσθαι, καὶ εἶναι ἠϊόνα. 'Dicere incolas ibi Circen habitasse, ac prius quidem fuisse insulam. Nunc autem a fluminibus quibusdam aggestam esse terram, et continentem factam.'

[w] *Ad Calypso*] Atlantis filiam, quæ Ogygiam Insulam habitabat. Hom. Od. H. Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται, Ἔνθα μὲν Ἄτλαντος θυγάτηρ, δολόεσσα Καλυψὼ, Ναίει ἐϋπλόκαμος, δεινὴ Θεός. 'Egregia quædam insula longe in mari jacet, Ubi Atlantis filia, dolosa Calypso, Habitat, pulchricoma gravis Dea.' Ubi fuerit illa insula, vix hodie certo dici possit; nam quod eam aliqui statuunt circa Siciliam, vel juxta Lacinium promontorium, id omnino a vero abhorret: nam ex Homero discimus, Ulyssem ex Ogygia Corcyram delatum decima octava die navigationis, cum tamen vento secundo usus fuisset. Remotior ergo fuit illa insula ac vulgo opinantur. Ego libenter crederem per Ogygiam hic Ægyptum Homerum intellexisse: eam enim et *Ogygiam*, et insulam olim dictam fuisse, certum est. Huc accedit quod Od. Δ. Proteus Menelao dicit, se Ulyssem vidisse in insula in domo Calypsus. Jam Proteus Ægyptius fuit, vel certe Pharius: necesse est igitur ipsum in Ulyssem incidisse in vicino quodam loco, sive Ægyptum dicas, sive alium quem. Sane ex Strabone facile colligas, Ægypto vicinam insulam fuisse, neque commentitiam, ut quidam putavere. Ita enim ille libro II. 'Quibus etiam Platonis illud commode subjungit, nempe fieri posse ut non sit figmentum id, quod de Atlantide insula' (sic dicebatur Ogygia) 'fertur, de qua is ait tradidisse Solonem, qui ita ab Ægyptiis didicisset sacerdotibus, deletam eam esse, cum fuerit aliquando continente tota non minor insula.'

animos hospitum ad amorem sui illicientes. Inde liberatus, pervenerit ad eum locum,[x] in quo exhibitis quibusdam sacris,[y] futura defunctorum animis[z] dinoscerentur: post quæ appulsus Sirenarum scopulis,[a] ibi[4] per industriam[b] liberatus sit: ad postremum inter Scyllam et Charybdim,[c] mare

4 Delph. *ubi.*

NOTÆ

[x] *Ad eum locum*] Lacum Avernum intellige circa Baias, ubi ostia Ditis fuisse fabulati sunt. Cimmerios hic statuit Homerus, dicitque eos caligine et nubibus semper tegi, neque sole unquam respici. Quod Virgilius ad nemorum tenebras et halitus atros Averni lacus retulisse videtur, dum locum illum describit, lib. vi. 'Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu, Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris, Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis, talis sese halitus atris Faucibus infundens supera ad convexa ferebat: Unde locum Graii dixerunt nomine aornon.' Vide Strabon. v.

[y] *Quibusdam sacris*] Quæ Homerus describit, Od. Λ. initio.

[z] *Defunctorum animis*] Id est, per animas defunctorum. Homerus inducit animam Tiresiæ, Ulyssi futura prædicentem.

[a] *Sirenarum scopulis*] Servius, ad illud v. Æn. 'Jamque adeo scopulos Sirenum inducta subibat, Difficiles quondam multorumque ossibus albos.' 'Sirenes,' inquit, 'secundum fabulam, parte virgines fuerunt, parte volucres, Acheloi fluvii et Calliopes Musæ filiæ. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat. Et primo juxta Pelorum, post in Caphareis insulis' (lego Capreis insulis) 'habitaverunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem, meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniam eos ducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia, has Ulysses contemnendo deduxit ad mortem.' Ubi ille controversiam, quæ de earum situ semper fuit, conciliare tentavit. Alii enim Sirenas circa Pelorum Siciliæ Promontorium, alii in sinu Cumano prope Neapolin statuebant. Posteriorem sententiam potius amplectebatur Strabo, quia Neapoli monstrabatur monumentum Parthenopes, quæ una Sirenum fuit. Porro Sirenarum nomen mere Punicum esse docuit Bochartus, qui *Siren* canorum monstrum interpretatus, a Punico *Sir*, id est, *canticum*: et verisimile est scopulis illis nomen illud inditum fuisse, ob fragorem aquarum sese illic allidentium.

[b] *Ubi per industriam*] Sociorum aures cera obturavit, ipsique eum funibus ad malum ligaverunt. Hom. Od. M. initio.

[c] *Scyllam et Charybdim*] Scylla et Charybdis, scopuli duo, teli jactu a se invicem distantes. Hom. *Od.* M. Scylla freti Mamertini dextrum sive occiduum latus occupat, Charybdis lævum sive Eoum. Virg. iii. 'Dextrum Scylla latus, lævam implacata Charybdis.' Ubi vide Servium. Eos scopulos Homerus in horrenda monstra convertit, quod essent latrociniis piratarum, qui eos obsidebant, infames. Vide Palæphatum in Scylla.

sævissimum, et illata sorbere solitum, plurimas navium cum sociis amiserit. Ita se cum residuis in manus Phœnicum per maria prædantium[d] incurrisse, atque ab his per misericordiam reservatum. Igitur uti voluerat, acceptis ab rege nostro duabus navibus, donatusque multa præda, ad Alcinoum regem Phæacum[e] remittitur. [6 Ibi ob celebritatem nominis per multos dies benigne acceptus, cognoscit Penelopam ab triginta illustribus viris diversis ex locis in matrimonium postulari. Hique erant a Zacyntho,[f] Echinadibus, Leucatha, Ithaca. Ob quæ multis precibus persuadet regi,[g] uti secum ad vindicandam matrimonii inju-

NOTÆ

Vel potius quod ea loca naufragiis essent nobilia; unde a Phœnicibus alterum Scyllam dictum docuit Bochartus a punico *scol*, id est, *exitium*: alterum *Charybdim*, a Punico *Chorabdam*, id est, 'foramen perditionis:' hiatu enim magno profundoque sorbet navigia.

[d] *In manus Phœnicum per maria prædantium, &c.*] Priscus, apud Suidam in voce Χάρυβδις· Ἐκεῖσε, inquit, Ὀδυσσεὺς, πάντας τοὺς ἑταίρους μετὰ τῶν πλοίων ἀποβαλὼν, αὐτὸς μόνος περικαθίσας σανίδι ἐν τοῖς ῥεύμασι τῆς θαλάσσης ἐφέρετο. Τοῦτον ἑωρακότες Φοίνικές τινες ἐν τοῖς ὕδασι πλέοντα ἀναλαβόντες ἤγαγον ἐν Κρήτῃ πρὸς Ἰδομενέα γυμνόν. 'Illic,' in Charybdi, 'Ulysses, amissis sociis omnibus una cum ipsis navibus, tabulæ solus insidens maris fluctibus ferebatur. Hunc Phœnices quidam, in aquis navigantem conspicati, receptum Cretam ad Idomeneum nudum deduxerunt.' Supra tamen noster retulit, Ulyssem Cretam appulisse navibus Phœnicum, cum ipse suas per vim Telamonis amiserit.

[e] *Ad Alcinoum regem Phæacum*] Ad Corcyram Epiro objacentem insulam: ejus populi *Phæaces* dicti, id est, eminentes, ab Arabico *Phaik*: quomodo dicitur, qui vel opibus vel dignitate, vel virtutibus super alios eminet. Quod Phæacibus optime congruit, quos propter opulentiam, industriam, et comitatem, et reliqua tam animi quam fortunæ bona, poëtæ pæne ad Deorum sortem evehunt. Unde est, quod poëta summus eos appellat ἀγχιθέους, id est, εὐδαίμονας καὶ ἰσοθέους, *beatos et Diis æquales*, ut recte interpretatur Hesychius, post veteres Scholiastes. *Bochart*. Ego existimo Phæaces dictos ab Arabico *Phaik*, id est, *eminens*; propter eorum situm; excelsi enim et eminentes. Quo allusisse Virgilium puto, lib. III. 'Protinus aërias Phæacum abscondimus arces.'

[f] *A Zacyntho, &c.*] Homerus ait, a Dulichio, Same, id est, Cephalenia, Zacyntho, et Ithaca. Od. Α. Ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι, Δουλιχίῳ τε, Σάμῃ τε, καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ, Ἠδ' ὅσσοι κραναὴν Ἰθάκην κατακοιρανέουσι, Τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δὲ οἶκον. 'Quotquot enim insulis dominantur optimi, Dulichioque, Sameque, et nemorosa Zacyntho, Atque quotquot asperam Ithacam regunt, Tot matrem meam ambiunt, destruunt autem domum.' Leucatam vocat noster quæ est *Leucas*; olim Epiro continua, sed postea insula facta.

[g] *Persuadet regi*] Alcinoo. Et hic ab Homero dissentit, scribente Ulys-

riam navigaret. Sed postquam devenere ad eum locum, paulisper occultato Ulysse, ubi Telemachum[h] rem quæ parabatur edocuere, domum ad Ulyssem clam veniunt: ubi multo vino atque epulis repletos jam procos[i] ingressi interficiunt. Dein per civitatem Ulyssem adventasse, popularibus cognitum est: a quis[5] benigne et cum favore exceptus, cuncta quæ domi gesta erant cognoscit: meritos donis aut suppliciis afficit.[k] De Penelopa[6] ejusque pudicitia, præclara fama. Neque multo post, precibus atque hortatu Ulyssis, Alcinoi filia Nausica[l] Telemacho denubit. Per idem tempus Idomeneus, dux noster, apud Cretam interiit,[m] tradito per successionem Merioni regno:[n] et Laërta, triennio postquam filius domum rediit, finem vitæ fecit.

5 Delph. *quibus.*—6 Delph. *Penelope.*

NOTÆ

sem a Phœacibus in Ithacam deductum, ibique solum relictum. Od. T.

[h] *Ubi Telemachum*] Sed ex Homero, Telemachus erat apud Menelaum in Sparta, cum Ulysses Ithacam accessit.

[i] *Multo vino atque epulis repletos jam procos*] Homerus, Od. Φ.

[k] *Aut suppliciis afficit*] Ancillas duodecim et Melanthium. Hom. Od. X.

[l] *Nausica*] Scribendum ex Homero, *Nausicaa.* Eustathius quidem scribit, Aristotelem, in republica Ithacensium, Hellanium tradidisse Telemacho ex Nausica Persepolim genitum filium fuisse. Sed idem etiam Hesiodi locum affert, ubi Polycaste Telemacho uxor datur, ex qua Persepolis: Τηλεμάχῳ δ' ἄρ' ἔτικτεν ἐΰζωνος Πολυκάστη, Νέστορος ὁπλοτάτη κούρη Νηληϊάδαο, Περσέπολιν. 'Telemacho autem genuit pulcra Polycaste, Nestoris novissima filia Neleidæ, Persepolim.' Alii ipsum Persepolin Penelopæ et Ulyssis filium dicunt, Telemachumque Circen uxorem duxisse, vel Cassiphonem filiam Circes.

[m] *Apud Cretam interiit*] Homerum sequitur Dictys; nam ex ejus Odyssea colligere est, Idomeneum Cretæ interiisse: ita Diodor. VI. 15. Idomeneum et Merionem 'cum navibus nonaginta ad Ilium cum Agamemnone profectos, reversosque postea in patriam, diem suum obiisse, honorificeque sepultos, Deorum honores fuisse assecutos. Horum sepulchra in Gnoso hac ostenduntur inscriptione: GNOSII IDOMENEI SEPULCHRUM ASPICE, IN QUO EGO MERION MOLI FILIUS PROPINQUUS JACEO. Hos ut nobiles heroës Cretenses colunt sacris, in bellorum discrimine eorum præsidium invocantes.' Sed alii Idomeneum alibi mortuum dicunt.

[n] *Tradito per successionem Merioni regno*] Jam libro primo dixit, Cretam Idomeneo et Merioni civitatum et terrarum imperium tradidisse: nunc Idomeneus moriens solum hæredem Merionem relinquit. Vide quæ notavi, ad I. 1.

Telemacho ex Nausica natum filium Ulysses Ptoliporthum[o] appellat. [7.] Dum hæc apud Ithacam aguntur, Neoptolemus apud Molossos[p] naves quassatas tempestatibus reficit: atque inde postquam cognitum ab Acasto[q] expulsum regno Pelea, ultum ire[7] injurias avi cupiens, primo exploratum duos quam fidissimos, et incognitos illis locis, Chrysippum et Aratum,[8] Thessaliam mittit: hique cuncta quæ gerebantur, insidiasque ei paratas per Acastum, ab Assandro non alieno Pelei cognoscunt. Is namque Assandrus, iniquitatem tyranni[r] evitans, Peleo consenserat: notusque adeo ejus domus,[s] uti inter cetera originem etiam nuptiarum Pelei cum Thetide,[t] Chironis

7 Delph. *iri.*—8 Delph. *Arathum.*

NOTÆ

[o] *Ptoliporthum*] Qui Hesiodo, Aristoteli, et Eustathio *Persepolis:* quod idem est; utrumque enim Latine 'urbium vastator' significat.

[p] *Apud Molossos*] Populos Epiri. Epirum autem appulisse Neoptolemum multi consentiunt. Ita Pindarus, Od. VII. Nemeorum, Pausan. in Atticis. Justin. XVII. &c. Sed ego hic Molossos alios intelligi debere, arbitror. Vide paginam 279. 'appulsusque ad Sepiadum littus.' Sequentem autem historiam, de Peleo per Acastum regno suo fugato, ex Euripide mutuasse Dictyn puto, qui ait, in Troadibus: Αὐτὸς δ' ἀνῆκται Νεοπτόλεμος, καινάς τινας Πηλέως ἀκούσας συμφορὰς, ὥς νιν χθονὸς Ἄκαστος ἐκβέβληκεν ὁ Πελίου γόνος. 'Ipse autem abiit Neoptolemus, novos quosdam Pelei dicens casus, quod illum e regno Acastus ejecit Peliæ filius.' Etsi ille Phthiam abiisse illum dicit, Noster vero Epirum.

[q] *Ab Acasto*] Peliæ filio. Puto hunc, ex Homero, Dulichio regnasse. Ita enim Ulysses Od. Ξ. Τύχησε γὰρ ἐρχομένη νηῦς Ἀνδρῶν Θεσπρωτῶν ἐς Δουλίχιον πολύπυρον. Ἔνθ' ὅγε μ' ἠνώγει πέμψαι βασιλῆϊ Ἀκάστῳ Ἐνδυκέως. 'Contigit enim ut iret navis Virorum Thesprotorum in Dulichium frumentariam. Tunc ille me jussit mittere regi Acasto Accurate.'

[r] *Tyranni*] Acasti. Tyrannum autem hic dicit in malam partem: sed eam vocem Trojanis temporibus ignotam fuisse, fuse notavit Eustath. Od. Ξ.

[s] *Notusque adeo ejus domus*] Puto hic *notus* esse activum, pro *gnarus;* quod tamen vix alibi reperias.

[t] *Originem etiam nuptiarum Pelei cum Thetide*] Quas elegantissime describit Catullus. Earum autem originem ita Apollodor. XIII. 'Sed et alteram uxorem duxit Peleus, Thetin Nerei filiam, de cujus matrimonio Jupiter et Neptunus contenderunt :' (Apollinem addit Pindarus:) 'at cum Thetis a se ortum filium patre futurum esse præstantiorem prædixisset, abstinuisse Jovem illius nuptiis ferunt. Nec desunt, qui scribant ad

filia,[u] Chrysippo atque Arato narraverit. Qua[9] tempestate multi undique reges acciti domum Chironis, inter ipsas epulas novam nuptam magnis laudibus veluti Deam celebraverant, parentem ejus Chirona appellantes Nerea, ipsamque Nereida:[1] et ut quisque eorum regum, qui convivio interfuerant, choro modulisque carminum prævaluerat, ita Apollinem Liberumque, ex fœminis plurimas Musas[v] cognominaverunt: unde ad id tempus convivium illud Deorum appellatum. [8.] Itaque ubi cuncta quæ voluerant cognovere, ad regem[w] redeunt, et singula per ordinem nar-

9 Delph. *Quia.*—1 Delph. *Nereidam.*

NOTÆ

ejus complexum jam prodeunti Jovi, Prometheum dixisse, natum ex ea cœlo dominaturum. Sunt etiam qui memorent, Thetin Junonis monitu persuasam Jovem evitasse; hinc iratum Jovem voluisse ut ea mortalis viri conjugio locaretur. Chironis itaque consilio, eam comprehendendi ac detinendi rationem Peleus iniit: eam itaque cum in varias sese formas commutantem observasset, corripit; quæ cum interim ignis, interim aqua, modo etiam feræ vultum caperet, non eam, priusquam pristinam formam recepisse vidit, remisit. Hanc demum in Pelio monte sibi copulavit.'

[u] *Chironis filia*] De hoc supra dictum est, lib. I. revera Nerei filia fuit.

[v] *Apollinem Liberumque, ex fœminis plurimas Musas, &c.*] Ait Dictys, ex regibus illis, qui nuptiis affuere, alium Apollinem, alium Liberum, dictum. Ex fœminis autem unamquamque unius Musæ nomine insignitam. Idque optime Dictys, ut immutaret fabulam qua dicebatur, Deos vere nuptiis affuisse. Apollodor. III. 'Atque inibi Dii, convivio excepti, suo quisque munere matrimonium commendarunt. Nam Chiron hasta fraxina Peleum, Neptunus equis Balio et Xantho, Vulcanus ense, at reliqui aliis muneribus condonarunt.' Inde Catullus, 'Advenit Chiron, portans sylvestria dona.' Et: 'Confestim Peneos adest, viridantis Tempe, Tempe quæ sylvæ cingunt superimpendentes, Munyasin linquens Doris celebranda choreis, Cranona Erisonamque, tulit radicitus altas Fagos, ac recto proceras stipite laurus, Non sine nutanti platano, flexaque sorore Flammati Phaëtontis et aëria cupressu.' Et paulo post: 'Inde pater Divum sancta cum conjuge natisque Advenit cœlo, te solum, Phœbe, relinquens, Unigenamque simul cultricem montibus hydri; Pelea nam tecum pariter soror aspernata est.' Ubi miror quod ait Catullus, Phœbum et Dianam nuptiis non interfuisse: nam Phœbum etiam affuisse Homerus scribit, apud quem Thetis ait Apollini: Πάντες δ' ἀντιάασθε, θεοὶ, γάμου, ἐν δὲ σὺ τοῖσι δαίνυ', ἔχων φόρμιγγα, κακῶν ἕταρ', αἰὲν ἄπιστε. 'Omnes autem interfuistis Dii nuptiis, interque tu hos Epulabaris, habens citharam, o malorum sodalis, semper perfide.'

[w] *Ad regem*] Neoptolemum.

rant. Ob quæ coactus Neoptolemus adverso mari, et multis regionis ejus prohibentibus, classem exornat, ascenditque ipse: dein sævitia hyemis multum mari fatigatus, appulsusque ad Sepiadum littus,[x] quod propter saxorum difficultatem[y] nomen ejusmodi quæsiverat, omnes fere naves amittit, vix ipse cum his qui in eodem navigio fuerant liberatus. Ibi Pelea avum reperit occultatum spelunca abdita et tenebrosa, ubi senex vim atque insidias Acasti evitans, assidue, nepotis desiderio, navigantes, et si qui[2] forte[z] eo appulsi essent, speculari consuerat. Dein ubi cuncta domus fortunarumque edoctus est, consilium aggrediendi hostis inire occipit: cum forte cognoscit filios Acasti Menalippum et Plisthenem, venatum profectos, devenisse ad ea loca. Itaque mutata veste Iolcium[3] simulans,[a] juvenibus offert sese, eisque cupitum sui interitum

2 Deest *qui* in Delph.—3 Ita rescripsit Obrecht. ex Arg. Cod. ubi *Locicum*, et ex Med. ubi *Jocum*. 'Nam *Locrum*, quod est in vulgatis, locum utique hic non habet; cum ad Iolcum hæc sint gesta.'

NOTÆ

[x] *Appulsusque ad Sepiadum littus*] Sepias Magnesiæ saxa, a pisce σηπία sic dicta, ut aiunt, quod cum ibi Thetis varias formas induceret ut Peleo elaberetur, ultimum sese in sepiam immutavit. Sed miror hic Neoptolemum ab Epiro Magnesiam appulsum, ita ut totam Græciam ab Ionio mari ad Pelasgicum usque sinum circumnavigarit. Quod mihi videtur incredibile. Quare puto potius supra, cum de Molossis Dictys loquitur, Molossos illos intelligendos, qui in Thessalia fuerunt non longe a Phthia. Quod etiam magis Euripidi consentiet, qui in eadem historia ait, Neoptolemum Phthiam navigasse.

[y] *Propter saxorum difficultatem* [*asperitatem*] Vellem sane nos docuisset Dictys, quomodo sepias significet *saxa aspera*, qui Sepiadis nomen ab asperitate saxorum dictum tradat. Ego existimo illum loco Strabonis deceptum fuisse, qui legitur extremo lib. IX. Ἡ μέντοι Σηπιὰς ἀκτὴ τετραγῴδηται καὶ μετὰ ταῦτα ἐξύμνηται διὰ τὸν ἐνταῦθα ἀφανισμὸν τοῦ Περσικοῦ στόλου. Ἔστι δ᾽ αὕτη μὲν ἀκτὴ πετρώδης. 'Verum Sepias acta in Tragœdiis celebratur, et postea celebrata est propter ibi deletam Persicam classem. Est autem hæc acta saxosa.'

[z] *Et si forte*] Ferri potest; malim tamen, 'et si qui forte;' vel 'et qui forte.'

[a] *Iolcium* [*Locrum*] *simulans*] Locri ad pedem Parnassi: sed nota hic, Locros et Thessalos diverso vestitu usos fuisse.

refert. Ob quæ junctis his in venando, ubi seorsum ab ceteris Menalippum videt, eumque et paulo post fratrem ejus insecutus, interficit: ad[4] quorum inquisitionem servus quidam Cinyras nomine, perquam fidus, profectus, in manus juvenis devenit, comprehensusque, Acastum affore nuntiat; atque ita occiditur. [9.] Itaque Neoptolemus mutata Phrygia veste,[b] tanquam filius Priami Mestor,[5] [c] qui captivus cum Pyrrho ad ea loca navigaverat, Acasto obvius venit, eique quinam esset indicat, et Neoptolemum in spelunca fatigatum navigio somnoque[d] jacere. Ob quæ anxius Acastus, opprimere quam inimicissimum cupiens, ad speluncam pergit, atque in ipso aditu a Thetide, quæ ad ea loca inquisitum Pelea venerat, re cognita reprimitur. Dein, cunctis quæ adversum domum Achillis inique et adversum fas gesserat enumeratis, increpitum,[6] [e] ad postremum intercessu suo, manibus juvenis liberat: persuadens nepoti, ut[7] ne sanguine ulterius ulcisi cuperet ea quæ antecesserant. Itaque Acastus, ubi se præter spem liberatum animadvertit, sponte et illico cuncta regni[f] Neoptolemo tradit. Inde juvenis, cum avo[8] reliquisque qui secum navigaverant, summam regni adeptus, in civitatem venit. Ibi a cunctis popularibus, quique juxta inhabitantes sub im-

4 Delph. *in.*—5 Delph. et vulg. *Nestor.*—6 Delph. in contextu *increpatumque:* sed v. not. inf.—7 Delendam Vinding. putat voculam *ut.*—8 Post *avo*

NOTÆ

[b] *Mutata Phrygia veste*] Id est, sumta Phrygia vestè; Locrensem cum Phrygia mutavit.

[c] *Filius Priami Mestor* [*Nestor*] Nullum Priamo fuisse filium puto, Nestoris nomine. Libenter rescriberem, *Mestor*. Mestorem enim inter Priami filios numerant veteres.

[d] *Fatigatum navigio somnoque*] Ex Horat. 'Ludo fatigatumque somno.' Qui locus multos interpretes torsit; qui non viderunt, hic 'somnum' esse ipsum desiderium dormiendi, *l'envie de dormir*. Quo sensu nos etiam usurpamus nostrum *sommeil: dicimus* enim, *accublé de sommeil.*

[e] *Increpitum*] Lego, 'increpatumque;' de Thetide enim loquitur, quæ enumeratis cunctis, quæ adversum domum Achillis inique gesserat Acastus, increpatum eum intercessu suo liberat e manibus Neoptolemi.

[f] *Cuncta regni*] Subauditur, 'negotia.

perio ejus agebant, benigne et cum gratulatione exceptus, amorem sui brevi confirmat. [10.] Hæc ego cuncta a Neoptolemo cognita mihi memoriæ mandavi, accitus ab eo qua tempestate Hermionam9 Menelai in matrimonium susceperat. Ab eo etiam de reliquiis Memnonis cognitum mihi, uti tradita ossa ejus apud Paphum[g] his qui cum Phallante duce Memnonis mari ad Trojam profecti, ductore interfecto,[h] ablataque præda, ibidem morabantur: utque Himera,[i] quam nonnulli materno nomine[k] Hemeram appellabant, soror Memnonis, ad investigandum cadaver fratris eo profecta, postquam reliquias repperit, et de intercepta præda Memnonis palam ei factum est, utrumque recipere cupiens,[l] intercessu Phœnicum, qui in eo exercitu plurimi[m] fuerant, optionem rerum omnium ac seorsum fratris acceperit, prælataque sanguinis affectione,[n] recepta urna Phœnicem navigaverit: delata dein ad regionem ejus Palliochin nomine,[o] sepultisque fratris reliquiis, nusquam

exhibet Delph. voces *et Thetide*.—9 Delph. *Hermionem*.

NOTÆ

[g] *Apud Paphum*] Paphus urbs Cypri; sed hic apud Rhodum dicere debuit. Nam supra retulit milites eos, quos Memnon duce Phala (quem hic Phallantem vocat) mari ad Trojam misit, Rhodum appulsos. Ibique Rhodiorum solicitationibus Phœnicas, qui multi in eo exercitu aderant, Phalam lapidibus necasse, direptamque prædam inter se divisisse, seque in urbes Rhodi, Ialysum, et Camirum distribuisse. Locum adi, libro IV. alioqui nos docere debuit Dictys, quomodo iidem relicta Rhodo Cyprum accesserint.

[h] *Ductore interfecto*] Phallante, quem lib. IV. Phalam vocavit.

[i] *Utque Himera*] Non possum dicere, unde hanc historiam de sorore Memnonis 'Himera' vel 'Hemera' hauserit Dictys. Neque unquam legi Memnoni sororem fuisse 'Himeram' sive 'Hemeram' nomine. Existimarem huic figmento locum dedisse Memnonis genus. Is enim cum Auroræ filius diceretur, et Aurora ex se diem, quæ Græce Hemera dicitur, procreare dicta sit, inde Memnoni Hemeram sororem dederunt.

[k] *Materno nomine*] Hic Hemeram Memnonis matrem dicit, quem alibi Auroram.

[l] *Utrumque recipere cupiens*] Nempe reliquias fratris et interceptam prædam.

[m] *Phœnicum, qui in eo exercitu plurimi*] Vide lib. IV.

[n] *Prælataque sanguinis affectione*] Ait, propter affectionem sanguinis eam fratris reliquias optasse. Sed quis ita loqui velit, 'prælata sanguinis affectione?'

[o] *Ad regionem ejus Palliochin nomine*] Mihi certe ignota est regio *Palli-*

repente comparuerit: cujus opinio exorta triplex; seu quod post occasum solis cum matre Hemera e conspectu hominum excesserit; sive supra modum dolore affecta fraternæ mortis, ultro præceps ierit; vel ab his qui incolebant, ob eripienda quæ secum habuerat, circumventa interierit. Hæc de Memnone, ejusque sorore comperta mihi per Neoptolemum. [11.] Post quæ profectus Cretam,[1] anno post[p] nomine publico[q] cum duobus aliis[r] ad oraculum Apollinis[s] remedium petitum venio. Namque nulla certa causa ex improviso, tanta[t] vis locustarum[u] insulam eam invaserat, uti cuncta fructuum quæ in agris erant corrumperentur. Itaque multis precibus suppliciisque[v] responsum[2] editur, divina ope animalia interitura, insulamque proventu[3] frugum[w] brevi redundaturam. Dein navigare cupientes ab his qui apud Delphos erant prohibemur: importunum namque et perniciosum tempus esse. Lycophron et Ixæ-

1 Delph. *postquam.*—2 Delph. *responso.*—3 Delph. *provectu.*

NOTÆ

ochis. Neque enim ejus meminerunt Geographi. De loco autem ubi sepultus Memnon veteres dissentiunt. Nam Josephus II. Belli Judaic. sepulcrum ejus ponit in Galilæa, prope fluvium Beleam, non longe a Ptolomaide urbe. Strabo, XV. prope fluvium *Badam,* juxta Syriæ urbem nomine Paltum. Alii, prope Hellespontum. Alii denique, in Æthiopia.

[p] *Anno post*] Postquam ab eo accitus fuerat; supra.

[q] *Nomine publico*] Gallice, *au nom du public.*

[r] *Cum duobus aliis*] Lycophrone et Ixæo, pagina sequenti.

[s] *Ad Oraculum Apollinis*] Apud Delphos.

[t] *Namque nulla certa causa ex improviso, tanta, &c.*] Distingue: 'Namque nulla certa caussa; ex improviso tanta,' &c.

[u] *Tanta vis locustarum*] Quarum magna copia in regionibus illis, ut e literis Sacris.

[v] *Precibus suppliciisque*] Differunt preces et supplicia. Nam supplicia dixere supplicationes cum sacrificiis quibusdam. Servius: 'Indictiva sacrificia dicebantur, quæ subito ad præsens tempus indicebantur, aut certe de bonis damnatorum. Unde et supplicia dicuntur supplicationes, quæ sunt de bonis passorum. Sallust. 'in suppliciis Deorum magnifici.'' Supplicia etiam dicebantur verbenæ et alia pacis insignia, quæ caduceatores sive oratores gerebant, pacem petentes. Vide doctiss. Dacerii notas ad Festum, in voce 'Supplicia.'

[w] *Proventu* [*provectu*] *frugum*] Id est, 'auctu.' Nam 'provehere' est augere. Malim tamen, 'proventu frugum'

us, qui una ad oraculum venerant, contemtui habentes ascendunt navem, medioque fere spatio fulmine icti intereunt. Interim, uti prædictum divinitus erat, eodem ictu fulminum sedata vis mali, immersaque mari, et regio omnis repleta frugibus. [12.] Per idem tempus Neoptolemus, confirmato jam cum Hermiona[4] matrimonio, Delphos ad Apollinem[x] gratulatum, quod in auctorem paternæ cædis Alexandrum vindicatum esset, proficiscitur, relicta in domo Andromacha, ejusque filio Laodamante, qui reliquus[5] jam filiorum Hectoris superfuerat. Sed Hermiona[y] post abscessum viri, victa dolore animi, neque pellicatum captivæ patiens, parentem suum Menelaum accitum mittit: cui, multa conquesta super injuria prælatæ sibi a viro captivæ mulieris,

4 Delph. *Hermione*, et sic passim.—5 Delph. *reliquis*.

NOTÆ

[x] *Delphos ad Apollinem*] Scholiastes Pindari Od. 7. Nem. et Scholiastes Euripidis in Oreste, scribunt Neoptolemum Delphos profectum, ut consuleret oraculum super sterilitate Hermionæ, quæ nullos illi liberis pariebat. Euripides, in Andromacha, ait eum Delphos profectum, ut placaret Apollinem, quem antea paternæ cædis postularat. Sic enim, Ἀπὼν Δελφῶν κατ' αἶαν, ἔνθα Λοξίᾳ δίκην Δίδωσι μανίας, ἥν ποτ', ἐς Πυθὼ μολὼν, Ἤτησε Φοῖβον πατρὸς οὗ τίνει δίκην, &c. apud eum Andromacha, 'Absens Delphorum circa terram, ubi Apollini pœnas Dat furoris, quo olim ad Puthonem veniens, Postulavit Phœbum cædis paternæ cujus solvit pœnas.' Verum alii affirmant, Neoptolemum Delphos ivisse, ut ejus templum expilaret. Et eam opinionem verisimiliorem dicit Strab. IX.

[y] *Sed Hermiona* [*Hermione*] *post abscessum viri*] Hanc historiam hausit ex Euripide, immutatis quibusdam. Ita enim Euripides in Andromacha. Neoptolemus abit Delphos, placatum Apollinem quem paternæ cædis olim postularat: post ejus discessum Hermione, se zelotype habens erga Andromachen, ei necem liberoque ejus Molosso machinata, Menelaum accersit. Andromacha id audiens puerum ablegavit, ipsaque fugit ad templum Thetidis. Sed qui cum Menelao venerant, et filium invenerunt, ipsamque deceptam eduxerunt templo, jamque utrumque erant interfecturi, cum adveniente Peleo, prohibiti sunt. Menelaus rediit Spartam, Hermione autem pœnitentiam simulavit, verita præsentiam Neoptolemi. Adveniens autem Orestes, Hermionem quidem reduxit Spartam et Neoptolemo apud Delphos insidias struxit. Isque interfectus asportatur. Peleo autem volenti lugere mortuum Thetis apparens, hunc quidem jussit in Delphis sepeliri, Andromacham autem mitti ad Molossos cum puero.

persuadet, uti filium Hectoris[z] necet: ceterum Andromacha re cognita, instantis periculi vim subterfugit, auxilio popularium liberata: qui, miserati fortunas ejus, ultro Menelaum contumeliis prosecuti, vix a pernicie viri retenti sunt. [13.] Interim Orestes adveniens rem cunctam cognoscit, hortatur Menelaum, uti cœpta perageret, ipseque dolens præreptum sibi a Neoptolemo Hermionæ matrimonium, insidias advenienti parare occipit. Itaque primo ex his quos secum habebat quam fidissimos speculatum de adventu Neoptolemi Delphos mittit. Quis cognitis, Menelaus, vitare hujuscemodi facinus cupiens, Spartam concedit. Sed illi, qui præmissi erant, regressi, Neoptolemum Delphis esse negant. Quare coactus Orestes ipse ad inquisitionem viri profectus, qua ierat die remeat,[a] ut sermo hominum ferebatur, negotio perfecto. Dein post paucos dies fama perfertur, interisse Neoptolemum: eumque sermone omnium circumventum insidiis Orestis per populum disseminatur. Ita juvenis, ubi de Pyrrho palam est, recepta Hermiona, quæ sibi antea desponsa erat, Mycenas discedit. Interim Peleus cum Thetide, cognito, nepotis interitu, ad investigationem ejus profecti, cognoscunt juvenem Delphis sepultum.[b] Ibi, ut mos erat, justa persolvunt: cognoscuntque in his locis interisse, ubi visus Orestes negabatur. Ea res per populum haud credita; adeo præsumta ante jam opinio de Orestis insidiis cunctorum animis inhæserat. Ceterum Thetis, ubi Hermionam Oresti junctam videt, Andromacham, partu gravidam[c] ex Neop-

NOTÆ

[z] *Uti filium Hectoris*] Immo potius Neoptolemi Molossum.

[a] *Qua ierat die remeat*] Non potuit ergo Delphos pervenire; a Phthia enim Delphos usque longior via quam quæ die uno aut altero confici queat. Ab Euripide igitur dissentit, qui scribit Neoptolemum, in ipso templo Delphico, ab Oreste et aliis occisum.

[b] *Cognoscunt juvenem Delphis sepultum*] Euripides scribit ipsum *Peleum*, monitu Thetidis, apud *Delphos* Neoptolemum sepelisse. Apud Delphos autem sepultum fuisse omnes auctores tradunt, præter Hyginum, qui fab. 123. scribit ejus ossa per Ambraciam sparsa fuisse: et Ovidius, in Ib. 'Nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant, Sparsa per Ambracias quæ jacuere vias.'

[c] *Partu gravidam*] Pyrrhi et An-

tolemo, Molossos mittit, dolum [d] Orestis, ejusque conjugis insidias de interimendo fœtu verita.[6] [e] [14.] Per idem tempus Ulysses territus crebris auguriis, somniisque adversis, omnes undique regionis ejus interpretandi somnia peritissimos conducit: hisque refert inter cetera, visum sibi sæpius simulacrum [f] quoddam, inter humanum divinumque vultum formæ perlaudabilis, ex eodem loco repente edi: quod complecti summo desiderio cupienti sibi, porrigentique manus, responsum ab eo humana voce, sceleratam hujusmodi conjunctionem, quippe ejusdem sanguinis atque originis: namque ex eo [g] alterum alterius opera interiturum. Dein versanti sibi vehementius, cupientique causam ejus rei perdiscere, signum quoddam mari editum, intervenire visum: [h] idque secundum imperium ejus [i] in se jac-

6 Delph. *Molossos m. domum Orestem ejusque conjugem d. i. f. evitans.*

NOTÆ

dromachæ tres filios numerant veteres; Pyrrhum, Molossum, et Æaciden, vel, ut alii, Pergamum, Molossum, et Pielum sive Pielem. Euripides tamen unicum Pyrrho filium dat, nempe Molossum. Euripidem sequitur Dictys, nisi quod nondum natum Molossum tradit, cum Andromacha Molossos missa est.

[d] *Molossos mittit* [*domum*] Molossi in Epiro sub ditione Pyrrhi; quare ait Molossos domum misisse. Vide Virg. III.

[e] *Ejusque conjugis...de interimendo fœtu verita*] Ait Thetidem evitasse Orestem et Hermionem, ne Andromachæ fœtum interimerent. Sed barbare loquitur Dictys.

[f] *Visum sibi sæpius simulacrum*] An somnium istud aliunde habuerit Dictys, an ipse finxerit, dicere non possum. Simulacrum illud inter humanam divinamque formam Telegonum repræsentabat, qui ex homine mortali, nempe Ulysse, et Circe Dea editus erat.

[g] *Ex eo*] Ex eo tempore; in posterum: alioqui scribendum, 'ex iis.'

[h] *Signum mari editum intervenire visum*] Jaculum significavit, quo Ulysses interemtus. Ejus enim acumen erat ex osse pastinacæ marini piscis, qui Græcis τρυγὼν dictus est. Quo sensu etiam veteres oraculum illud a Tiresia Ulyssi redditum accepere, quod refert Hom. Od. Λ. Θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ... ἐλεύσεται, 'Mors tibi a mari veniet.' Ubi vide interpretem, qui Æschyli locum adducit e fabula Ψυχάγωγοι, id est, Animarum evocatores: Ἐκ τοῦ δ' ἄκανθα ποντίου βοσκήματος Σήψει παλαιὸν δέρμα καὶ τριχοῤῥυές. 'Illius autem spina marini piscis Corrumpet pellem tuam antiquam, depilem.' Ita Lycophr. Κτενεῖ δὲ τύψας πλευρὰ λοίγιος στόνυξ, Κέντρῳ δυσαλγὴς ἔλλοπος Σαρδωνικῆς, Κέλωρ δὲ πατρὸς ἄρταμος κληθήσεται. 'Occidet

tum, utrumque disjunxisse. Quam rem cuncti qui aderant uno ore exitialem pronuntiant, adduntque caveret ab insidiis filii. Ita suspectus patris animo Telemachus, agris qui in Cephalenia erant relegatur, additis ei quam fidissimis custodibus: præterea Ulysses, secedens in alia loca abdita semotaque[7] quantum poterat, somniorum vim evitare nitebatur. [15.] Per idem tempus Telegonus, quem Circe editum ex Ulysse apud Ææam insulam educaverat, ubi adolevit, ad inquisitionem patris profectus, Ithacam venit, gerens manibus quoddam hastile, cui summitas marinæ turturis osse[k] armabatur, insigne scilicet insulæ ejus[l] in qua genitus erat: dein edoctus ubi Ulysses ageret, ad eum venit. Ibi per custodes agri[m] patrio[8] aditu prohibitus, ubi

7 Delph. *remotaque.*—8 Delph. *primo.*

NOTÆ

autem feriens latera lethalis cuspis, Aculeo insanabilis piscis Sardonici, Filius vero patris eris interfector.' Ita alii quoque; sed Homeri Interpres notat, recentiorum id figmentum fuisse, cum ex Homero certum sit, Ulyssem senectute debilem diem suum obiisse: quare facete Lucianus, in *Τραγοποδάγρᾳ*, Podagram loquentem inducit: *'Ιθάκης ἄνακτα Λαερτιάδην 'Οδυσσέα 'Εγὼ κατέπεφνον, οὐκ ἄκανθα τρυγόνος.* 'Ithacæ regem Laërtiadem Ulyssem Ego interfeci, non spina turturis.'

[i] *Secundum imperium ejus*] Secundum imperium ejus simulacri.

[k] *Cui summitas marinæ turturis osse*] Eustathius Telegoni jaculum a Vulcano factum scribit, ejusque cuspidem osse marinæ turturis armatam, summitatemque alteram ex auro et adamante. Atque etiam secundum alios totum jaculum ex osse turturis fuisse. Porro turturem lethalem esse multi tradunt. Nicander, Hesych. Antigonus, et Appianus II. De venatione scribit, os istud esse in cauda turturis.

[l] *Insigne scilicet insulæ ejus*] Insignia, quæ vulgo vocamus *armes*, vel antiquissima esse hinc colligere licet, ut ex Homero, Æschylo, et aliis.

[m] *Ubi per custodes agri*] Hyginus, fab. 127. 'Telegonus, Ulyssis et Circes filius, missus a matre ut genitorem quæreret, tempestate in Ithacam est delatus, ibique fame coactus agros depopulari cœpit. Cum quo Ulysses et Telemachus ignari arma contulerunt: Ulysses a Telegono filio est interfectus.' Quæ ut vides paulo diversa sunt. Oppianus scribit, Telegonum, cum patris armenta abigeret, Ulyssem, sibi occurrentem et pecora repetentem, occidisse: *Αὐτὰρ ὁ νήσῳ Αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ οὐ λάθε πώεα πορθῶν Πατρὸς ἑοῦ. Γεραρῷ δὲ βοηθρομέοντι τοκῆϊ, Αὐτῷ τὸν μάστευε, κακὴν προσεπέμψατο κῆρα.* 'Verum ille insulam Capras pascentem appulit, neque latuit, greges vastans Patris sui.

vehementius perstat, et e diverso repellitur, clamare occipit, indignum facinus, prohiberi se a parentis complexu. Ita credito[9] Telegonum ad inferendam vim regi adventare, acrius resistitur: nulli quippe compertum, esse alterum etiam Ulyssi filium: at[1] juvenis, ubi se vehementius et per vim repelli videt, dolore elatus multos custodum interficit, aut graviter vulneratos debilitat. Quæ postquam Ulyssi cognita sunt, existimans juvenem a Telemacho immissum, egressus lanceam, quam ob tutelam sui gerere consueverat, adversum Telegonum jaculatur. Sed postquam hujusmodi ictum juvenis casu quodam intercipit,[n] ipse in parentem insigne jaculum emittit, infelicissimum casum vulneri[2] contemplatus.[o] At ubi ictu eo Ulysses concidit, gratulari cum fortuna, confiterique optime secum actum quod per vim externi hominis interemtus, parricidii scelere Telemachum carissimum sibi liberavisset. Dein reliquum adhuc retentans spiritum, juvenem percunctari quisnam, et ex quo ortus loco, se[3] domi belloque inclytum[p] Ulyssem Laërtæ filium interficere ausus esset. Tum Telegonus cognito parentem esse, utraque manu dilanians caput, fletum edit quam miserabilem, maxime discruciatus ob illatam per se patri necem. Itaque Ulyssi, uti voluerat, nomen suum atque matris, insulam quoque[4] in qua ortus esset, et ad postremum insigne jaculi ostendit. Ita Ulysses, ubi vim ingruentium somniorum prædictumque ab interpretibus vitæ exitum animo recordatus est, vul-

9 Delph. et vulg. *creditum*.—1 Delph. *dein*.—2 Vinding. legendum censet *vulnerati*.—3 Ante *se* habet Delph. *qui*.—4 Deest in Delph. *quoque*, et mox *que* post *provectæ*.

NOTÆ

Seni autem accurrenti parenti, Ipsi quem quærebat, malam immisit mortem.'

[n] *Intercipit*] Gallice, *détourne*.

[o] *Infelicissimum casum vulneri contemplatus*] Lycophron scribit, Ulyssi latus haustum fuisse.

[p] *Domi belloque inclytum*] *Domi*, subauditur, *tempore*; et hic 'domus' usurpatur pro pace. Alii melius dicunt, 'domi bellique.'

neratus ab eo quem minime crediderat, triduo post mortem obiit, senior jam, provectæque ætatis,[q] neque tamen invalidus virium.[r]

NOTÆ

[q] *Provectæ ætatis*] Ulyssem multis annis obsitum interiisse, omnes tradunt.

[r] *Invalidus virium*] Hellenismus. Subintelligitur enim præpositio *ἐκ*, id est, de, quæ genitivum regit.

SCENA TROICA.

II.



III.



I.



IV.



V.



VI.



VII. VIII.





IX. X.





XI. XII.





TAB. II. p. 71.

XIII.



XIV.



XV.



XVI.



XVII.



XVIII.



XIX.



XX.




XXI.



XXII.



XXIII.



XXIV.



Tab. iv. p. 81.

XXV.



XXVI.



XXVII.




XXVIII.



XXIX.



XXX.



Tab. v. p. 86.

XXXI.



LAOCOON.

Tab. vi. p. 91.

TO THE BINDER.

Place the Half-title and six pages of Engravings to DICTYS CRETENSIS after p. 288 of that Work.

DARETIS PHRYGII

DE

EXCIDIO TROJÆ

HISTORIA.

IN

DARETEM PHRYGIUM

PRÆFATIO

ANNÆ TANAQUILLI FABRI FILIÆ.

Ut re vera fuit olim Dictys qui res Troicas conscripsit, fuit etiam et Dares Phrygius qui Phrygiam Iliadem fecit. Ac de Dicty quidem jam suo loco dictum est; veniamus igitur ad Daretem. Fuit is e Phrygia; quare, Trojanorum partes secutus, Hectori monitor datus est. Ptolemæus Hephæstion lib. I. Ἀντίπατρος δέ φησιν ὁ Ἀκάνθιος, Δάρητα πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν Πάτροκλον ἑταῖρον Ἀχιλλέος. *Antipater autem Acanthius tradit Daretem eum, qui ante Homerum Iliadem conscripsit, Hectoris monitorem factum fuisse ne is Achillis socium Patroclum occideret.* Eadem ex Achantio refert Eustath. in Odyss. Λ. additque ex eodem ipsum Daretem transfugam ab Ulysse fuisse occisum. Historiam autem Daretis sua adhuc ætate extitisse, scribit Ælianus var. histor. XI. 1. Ὅτι ἦν Ὀροιβαντίου Τροιζηνίου ἔπη πρὸ Ὁμήρου, ὥς φασιν οἱ Τροιζήνιοι λόγοι, καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι. *Oræbantii Træzenii poëmata ante Homerum extiterunt, ut ferunt Træzenii, item Dares Phrygius, ut dicunt, ante Homerum vixit, cujus Phrygiam Iliadem usque in hunc diem conservari scio.* Et hoc illud est, quod homini nugaci et inepto consilium fecit, ut sub illius Daretis nomine, qui nusquam comparebat, libellum illum, quem hodie habemus, in lucem mitteret; fingens illum a Cornelio Nepote Latine translatum. Utrumque enim falsum esse, plurima vincunt. Nam et ipse scriptor (ut jam diu monuit doctissimus

Vossius) per se satis prodit se perexiguæ et doctrinæ et judicii fuisse, qui multa non solum contra historiam et contra verisimilitudinem peccet: ut alia multa taceam, quæ in evolvendo opere melius notabuntur. Et de Cornelio Nepote, vix erit unquam qui credat eum hujus libelli interpretem fuisse; nisi qui Augustæi ævi nitorem et genium ignorabit. Auctor enim iste vix Latine scribit, ut suo loco dicemus: illa Epistola, quæ Sallustio Crispo inscripta est, ita futilis est et nugax, ut Latinitatis potius ultimum senium, quam vigorem illum et florentem illam adolescentiam resipiscat. 'Sed nos ad cœpta feramus.'

CORNELIUS NEPOS

SALLUSTIO CRISPO S.

Cum multa Athenis studiosissime agerem, inveni historiam Daretis Phrygii, ipsius manu scriptam, ut titulus indicat, quam de Græcis et Trojanismem oriæ mandavit.[1] Quam ego summo amore complexus, continuo transtuli. Cui nihil adjiciendum vel diminuendum reformandi [2] causa putavi, alioquin mea posset videri. Optimum ergo duxi, vere et simpliciter perscripta, si eam ad verbum [a] in Latinitatem transverterem, ut legentes cognoscere possent, quomodo hæ res gestæ essent: utrum magis vera existiment, quæ Dares Phrygius memoriæ commendavit, qui per id tempus vixit et militavit, quo Græci Trojanos oppugnarent; an Homero credendum, qui post multos annos [b] natus est, quam bellum hoc gestum fuisset: de qua re Athenis judicium fuit, cum pro insano [c] Homerus haberetur, quod Deos cum hominibus belligerasse descripsit. Sed hactenus ista. Nunc ad pollicitum revertamur.

1 Delph. *qui d. G. e. T. m. commendatur*, cum hac nota: 'Id est: qui super rebus Græcis et Trojanis posteritati commendatur.'—2 Delph. *rei formandæ*, et mox habet *esse* ante *possit*.

NOTÆ

[a] *Si eam ad verbum*] 'Eam' nempe 'historiam;' superiora illa, 'vere et simpliciter perscripta,' sunt sexti casus: series est, optimum duxi, cum ea historia vere et simpliciter perscripta sit, si eam in Latinum sermonem converterem.

[b] *Qui post multos annos*] De ætate Homeri mire veteres dissentiunt. Et eorum omnium opiniones referre, nimis longum esset. Ego existimo certissimis argumentis evinci posse, floruisse illum circa Olympiadem 20. tempore regis Numæ 488. circiter annis post Trojam captam, et ante Christum natum 693. et ita olim pater meus, in libello Gallico, de Poëtis Græcis.

[c] *De qua re Athenis judicium fuit, cum pro insano*] Ita hoc scriptum est, ut inde quis existimare possit, Athenis olim in judicio actum fuisse, Daretine potius an Homero credendum foret, ibique Homerum pro insano exactum. Quod quis unquam audivit! Atqui non illud voluit ineptus scriptor; sed illud tantum, fuisse olim Athenis, qui Homerum stultum judicarent, quod Deos cum hominibus pugnantes induceret; et Platonem intelligit, qui de Homero iniquum illud judicium tulit. A quo alii merito dissentientes affirmarunt, solum Homerum aut vidisse aut ostendisse formas Deorum.

DARETIS PHRYGII

HISTORICI

EX VOLATERRANO VITA.

Dares Phrygius Historicus scripsit bellum Trojanum Græce, in quo et ipse militavit, ut ait Isidorus, primus fere Historicorum. Qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remansit, ut scribit Cornelius Nepos: qui opus ejus e Græco sermone convertit, dicavitque Crispo Sallustio.

DARETIS PHRYGII

DE EXCIDIO TROJÆ

HISTORIA.

PELIAS rex[1] [a] Æsonem fratrem habuit.[b] Æsonis filius erat Jason,[c] virtute præstans: et qui sub ejus regno erant, omnes eos hospites habebat, et ab eis validissime amabatur. Pelias rex, ut vidit Jasonem acceptum esse omnibus, veritus est ne sibi[d] injurias faceret, et se regno ejiceret.

1 Post *rex* exhibet Delph. voces, *in Peloponeso.*

NOTÆ

[a] *Rex* [*in Peloponeso*] Falsum est Peloponesi regem fuisse Peliam. Dicere debuerat Thessaliæ, ibi enim imperabat Æson Peliæ frater. At eum Pelias regno exuit.

[b] *Æsonem fratrem habuit*] Sed uterinum tantum: Neptunus enim ex Tyro Salmonei filia Neleum et Peliam suscepit, quæ Tyro deinde Cretheo nupta, Æsonem, Pheretem, et Amythaonem peperit.

[c] *Æsonis filius erat Jason*] Æsonis et Alcimedes Autolyci, sive, ut alii volunt, Phylaci filiæ. Alii matrem Jasonis vocant 'Polymeden,' sive 'Polymelen,' sive etiam 'Polyphemen,' Autolyci filiam. Alii Rhæo Staphyli filiam, alii 'Arnen' Æoli, sive Scarpheri, alii Theognitam Laodici filiam; alii denique 'Amphinomen.'

[d] *Veritus est ne sibi*] Apollodorus, I. Tzetzes in Lycoph. Scholiastes Pindari, et alii scribunt, Peliam oraculo monitum fuisse ut caveret ab eo, qui unum tantum calceum gestaret. Quod cum minime intelligeret, paulo post re ipsa percepit. Nam cum in littore Neptuno immolaret, cum permultos, tum etiam Jasonem eo accersivit, qui ruri agens ad ea sacra properavit, et Anaurum sive Enipeum amnem trajiciens alterum in amnis alveo calceum amisit. Id ubi Pelias videt, oraculum animo repetens, propius eum accedit, ro-

Dicit Jasoni Colchis pellem arietis inauratam esse,[e] dignam ejus virtute, ut eam inde auferret, omnia se ei daturum pollicetur. Jason ubi audivit, ut erat fortis animi, et qui loca omnia nosse volebat, atque clariorem se futurum existimabat, si pellem inauratam Colchis abstulisset, dicit Peliæ regi se velle eo ire, si vires sociique non deessent. Pelias rex Argum architectum vocari jussit,[f] et ei imperat ut navem ædificaret quam pulcherrimam, ad voluntatem Jasonis. Per totam Græciam rumor cucurrit, navem ædificari, in qua Colchos eat Jason, pellem auream petiturus.

NOTÆ

gatque, ecquid, habens potestatem, facturus esset ei, a quo sibi ex oraculo prædictum fuerit mortem illatum iri? cui Jason, pellem, inquit, velleris aurei ut afferret, imperarem. Quod ubi audivit Pelias ipsum Jasonem ad eam pellem ire statim præcepit, &c.

[e] *Colchis pellem arietis inauratam esse*] Quæ Colchis suspensa e quercu in Martis luco visebatur, ac sub insomnis draconis custodia asservabatur. Eam autem arietis illius, qui Phrixum per Hellespontum vexit, pellem fuisse fabulati sunt, cujus lana aurea, vel, ut alii volunt, purpurea. Alii tradunt, pellem illam librum fuisse pellibus inscriptum, quo lapidis Philosophici conficiendi ratio continebatur. Ita Eustath. in Dionys. Geographum. Alii aiunt, inde hoc figmentum natum, quod in Colchide fluvii quidam aurum vehunt, ad quod recipiendum incolæ alveolis utuntur perforatis et vellerībus lanosis. Ita Strabo, l. XI. et Appianus. Alii propter auri metalla quæ ibi plurima; alii denique ob præstantiam vellerum ejus regionis. Unde Varro lib. II. de re Rustica cap. 1. 'Veteres poëtæ ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis Atreus, quam sibi Thyestem subduxe queritur, ut in Colchide Æeta, ad cujus arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautæ.' Aliter etiam Palæphatus, in Phrixo, quem vide.

[f] *Argum architectum vocari jussit*] Quia navis vocabatur Argo, ab architecto, qui Argus vocaretur, factam existimarunt. Sed optime docuit præstantissimus Bochartus, Phœnices dixisse 'arca' vel 'arco,' ut Syri efferunt, naves longitudinis, sive naves longas. Atque inde factum, litera C in G mutata, ut navis Argo appellaretur, quæ prima fuit navis longa apud Græcos. Græci enim, usque ad Jasonem et Argonautas, solum rotundis navibus utebantur. Hinc Plin. VII. 56. 'Longa nave Jasonem primum navigasse Philostephanus auctor est.' Et Apollonii Scholiastes, I. de Argo Nave, πάντων δέ φασι πρώτην ναῦν γενέσθαι μακράν. 'Hanc longam navem primam fuisse referunt.' Idem Herodot. I. initio. Quinquaginta remorum fuisse dicit Apollodor. Ita ut viginti quinque remiges ab una quaque parte habuerit. Unde sequitur, longam fuisse cubitorum ad minimum quinquaginta, si singula interscalmia fuerint διπήχυα duorum cubitorum, prout definit Vitruvius, lib. I. 2.

Amici et hospites ad Jasonem venerunt, et pollicentur se una ituros. Jason gratias illis agit: et rogavit ut parati essent, cum tempus superveniret. Jason cum tempus supervenit, literas ad eos misit qui erant polliciti, sese una ituros, et illico convenerunt ad navem, cujus nomen erat Argo. Pelias rex quæ opus erant in navim imponi jussit: et hortatus est Jasonem, et qui cum eo ituri erant, ut animo forti irent ad perficiendum quæ conati essent. Ea res claritatem[g] Græciæ et ipsis factura videbatur. Demonstrare eos qui cum Jasone profecti sunt, non nostrum est: sed qui vult eos cognoscere, Argonautas legat.[h] [2.] Jason, ut ad Phrygiam venit, navem admovit ad portum Simoënta. Deinde omnes exierunt de navi ad terram. Laomedonti regi Trojanorum nuntiatum est, mirandam navim in portum Simoënta intrasse, et in ea juvenes[2] de Græcia advectos esse. Ubi audivit Laomedon rex commotus est, et consideravit commune periculum, si consuescerent Græci ad sua littora navibus adventare. Mittit itaque ad portum qui dicant ut Græci de finibus ejus discedant: et si non dicto obedissent, tum sese armis ejecturum de finibus.[i] Jason et qui cum eo venerant graviter tulerunt crudelitatem Laomedontis, sic se ab eo tractari, cum nulla ab illis injuria facta esset: simul et timebant multitudinem barba-

2 Ante *juvenes* habet Delph. *multos*.

NOTÆ

g *Claritatem*] Claritudinem dicit Sallust.

h *Argonautas legat*] Ergo tempore belli Trojani liber extabat, 'Argonautica' inscriptus. Neque dubium est quin Orphei Argonautica velit intelligi. Sed ineptum scriptorem id latuit, nempe Orpheum illum et alios quosque, qui ante bellum Trojanum fuisse dicti sunt, a poëtis fictos fuisse; quod et Vossius ostendit, I. de re poëtica. Sic igitur auctor noster per ignorantiam sese Pseudodaretem prodit. De Argonautis autem vide Apollonium Rhodium, Valerium Flaccum, Apollodor. I. Diodorum Siculum, IV. Hyginum, et alios. Eorum expeditio bello Trojano prior fuit annis circiter quinquaginta; etsi aliter Scaligero visum est.

i *Tum sese armis ejecturum de finibus*] Lego, 'Tum sese armis eos ejecturum de finibus.'

rorum, si contra imperium conarentur permanere, ne opprimerentur: cum ipsi non essent parati ad præliandum, navim conscenderunt, a terra recesserunt, Colchos profecti sunt, pellem abstulerunt, domum reversi sunt. [3.] Hercules graviter tulit a rege Laomedonte contumeliose sese tractatum, et eos qui una profecti erant Colchos cum Jasone, Spartamque ad Castorem et Pollucem venit. Agit cum his, ut secum suas injurias defendant, ne Laomedon impune ferat, quod illos a terra et portu prohibuisset. Multos adjutores dicit futuros, si se accommodassent. Castor et Pollux omnia promiserunt se facturos esse, quæ Hercules vellet. Ab his Salaminam profectus, ad Telamonem venit:[k] rogat eum ut secum ad Trojam eat, et suas injurias secum defendat. Telamon promisit omnibus se paratum, quæ Hercules vellet. Inde apud Phthiam[l] profectus est ad Peleum, rogatque eum ut secum eat ad Trojam: pollicitusque est ei Peleus se iturum. Inde Pylum ad Nestorem[m] profectus est; rogat eum Nestor quid venerit. Hercules dicit, quod dolore commotus sit, velle[3] se[n] exercitum in Phrygiam ducere. Nestor Herculem collaudavit, operamque suam pollicitus est. Hercules ubi omnium voluntates intellexit, naves XII. parat,[o] milites eligit. Ubi tempus datum est proficiscendi, literas ad eos quos

3 *Vellet* Delph.

NOTÆ

[k] *Ad Telamonem venit*] Pindar. Isthm. 6. Ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων Ἐς πλόον κάρυξε πάντων δαινυμένων. 'Æacidem autem invitans Ad navigationem citavit omnibus epulantibus.'

[l] *Phthiam*] E regione Penei, juxta Magnesiam.

[m] *Pylum ad Nestorem*] Pylus Nestoris in Arcadia fuit. Sed vide infra, § 9. ubi ait Menelaum, ad Nestorem proficiscentem, circa Cytheram Paridi obvium factum, &c.

[n] *Velle* [*vellet*] *se*] Lege 'velle se.'

[o] *Naves XII. parat*] Alii tradunt Herculem Trojam navigasse, cum navibus XVIII. Apollodor. II. alii cum solis navibus sex. Hom. Il. E. Ἓξ οἴῃς σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν, Ἰλίου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυιάς. 'Sex solis cum navibus et viris paucioribus, Ilii devastavit urbem et viduavit vicos.' Unde Lycoph. Herculem vocat τὸν ἑξήρετμον, 'sex navium.'

rogaverat misit, qui cum suis hominibus cum venissent, profecti sunt in Phrygiam: et ad Sigeum noctu accesserunt. Inde Hercules, Telamon, et Peleus exercitum e navibus eduxerunt: qui vero præsidio essent, Castorem, Pollucem, et Nestorem [p] reliquerunt. Laomedon cum equestri copia ad mare venit, et cœpit præliari. Hercules ad Trojam ierat, et imprudentes qui erant in oppido oppugnare cœpit. Quod ubi Laomedonti regi nuntiatum est, oppidum ab hostibus oppugnari, Ilium ilico revertitur: et in itinere obvius Græcis factus, ab Hercule occiditur. Telamon primus oppidum [q] Ilium intravit: cui Hercules virtutis causa [r] Hesionam Laomedontis regis filiam dono dedit. Laomedontis filii qui cum eo erant occiduntur. Priamus in Phrygia erat,[s] ubi eum Laomedon ejus pater exercitui præfecerat. Hercules et qui cum eo venerant prædam magnam fecerunt, et ad naves deportaverunt. Inde domum proficisci decreverunt. [4.] Telamon Hesionam secum convexit. Hoc ubi Priamo nuntiatum est, patrem occisum, cives direptos, prædam avectam, Hesionam sororem dono datam,

NOTÆ

[p] *Castorem, Pollucem, et Nestorem*] Apollodor. scribit Oiclem relictum fuisse, ut naves tutaretur.

[q] *Telamon primus oppidum, &c.*] Idem Apollodorus, II. additque, id ægre ferentem Herculem recta ad Telamonem ivisse, ut eum occideret; quod cum Telamon animadvertisset, proximos quosque lapides colligere aggreditur, Herculique quidnam ageret percunctanti respondit, se aram excitare Herculi Καλλινίκῳ, id est, pulchro victori.

[r] *Cui Hercules virtutis causa*] Apollodor. Τελαμῶνι ἀριστεῖον Ἡσιόνην τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα δίδωσι. 'Telamoni præmium virtutis Hesionam Laomedontis filiam dedit.'

[s] *Priamus in Phrygia erat*] Abfuisse Priamum, cum Trojam expugnavit Hercules, dicit Dares, nescio quos auctores secutus: nam alii eum ab Hercule captivum factum narrant et ab Hesiona sorore liberatum. Apollodor. II. Suspicor hoc hausisse Daretem ex Hom. Il. Γ. ubi Priamus dicit, se olim in Phrygia contra Amazonas pugnasse: ejus verba sunt: Ἤδη καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον ἀμπελόεσσαν, Ἔνθα ἴδον πλείστους Φρύγας, ἀνέρας αἰολοπώλους, Λαοὺς Ὀτρῆος καὶ Μύγδονος ἀντιθέοιο, Οἵ ῥα τότ' ἐστρατόωντο παρ' ὄχθας Σαγγαρίοιο, Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην, Ἤματι τῷ, ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. 'Jam olim Phrygiam intravi vitiferam, Ubi vidi multos Phrygas strenuos equites, Populos Otrei et Mygdonis augusti, Qui tunc bellabant ad ripas Sangarii, Atque ego auxiliaris existens inter eos numeratus fui, Die illo quando venerunt Amazones viragines.'

graviter tulit tam contumeliose Phrygiam tractatam esse á Graiis. Ilium petit cum Hecuba uxore et liberis[t] Hectore, Alexandro, Deiphobo, Heleno, Troilo, Andromacha, Cassandra, Polyxena. Nam erant et alii filii ex concubinis nati; sed nemo[u] ex regio genere dixit esse, nisi eos qui erant ex legitimis uxoribus. Priamus ut Ilium venit, minime moram fecit, ampliora mœnia exstruxit, et civitatem munitissimam reddidit; et militum multitudinem ibi esse fecit, ne per ignorantiam opprimeretur, ita ut Laomedon pater ejus oppressus est. Regiam quoque ædificavit,[v] et ibi Jovi Statori aram[w] consecravit. Hectorem in Pæoniam misit.[x] Ilio portas fecit, quarum nomina hæc sunt, Antenoria, Dardania, Ilia, Scæa,[y] Thymbræa, Trojana.[4] Deinde, postquam Ilium stabilitum vidit, tempus expectavit. Ut visum est ei patris injurias ulcisci, Antenorem vocari jubet; dicit ei velle se, eum legatum in Græciam mittere,[5] cum graves[z] sibi injurias ab his qui cum exercitu venerant fac-

4 *Antenoridæ*, *Dardaniæ*, *Iliæ*, *Sceæ*, *Thymbriæ*, *Trojanæ* Delph.—5 Omittit Delph. voculam *ut*.

NOTÆ

[t] *Cum Hecuba uxore et liberis*] Bis peccat hic Dares: semel contra judicium: nam qui fieri poterat, ut Priamus in Phrygia exercitui præfectus uxorem secum haberet et omnes liberos? et iterum contra historiam: nam falsum est tunc temporis Priamum tot liberos habuisse, ut ex Homero et aliis facile colligitur.

[u] *Sed nemo, &c.*] Hæc nihili sunt.

[v] *Regiam quoque ædificavit*] In arce.

[w] *Jovi Statori aram*] De qua ad Dictyn v.

[x] *In Pæoniam misit*] Ad conducendos milites. Pæones enim Trojanorum amici; ut supra apud Dictyn.

[y] *Dardania, Ilia, Scæa*] Ex Homero tamen constat, Dardanias et Scæas easdem fuisse. Ita enim Hesychius: *Δαρδανίαι, πύλαι αἱ τοῦ Ἰλίου, ἤτοι ἀπὸ Δαρδάνου κληθεῖσαι, διότι ἐπὶ τὴν Δαρδανίαν χώραν ἔφερον. Τὰς δὲ αὐτὰς καὶ Σκαιὰς Ὅμηρος καλεῖ.* Ubi corrigendum, ut me monuit doctiss. Dacerius, ἢ διότι, et ita vertendum: 'Dardaniæ, portæ Ilii, vel a Dardano sic vocatæ, vel quia ad Dardaniæ regionem ferebant. Ipsas etiam Scæas Homerus vocat.' Et hic locus lucem præbet alteri ejusdem scriptoris, in *Σκαιῇσι πύλῃσιν*. ubi subjungit, *τὰς αὐτὰς Δαρδανίας καλεῖ.* 'Ipsas et Dardanias vocat.' Homerus nempe.

[z] [*Ut*] *cum graves*] Si hic in Latinitatem inquiras, certe inconsequentiam animadvertes, neque reperies quo vocem 'ut' referre possis. Deest nempe verbum 'renuntiaret' 'diceret,' vel simile. Id enim voluit Dares, 'dicit Priamus velle se in Græciam

tas in Laomedontis patris nece, et in abductione Hesionæ pertulisset, omnia tamen æquo animo passurum, si Hesiona ei redderetur. [5.] Antenor, ut Priamus imperavit, navim conscendit, et profectus venit Magnesiam ad Peleum. Quem Peleus hospitio triduo recepit, die quarto [a] rogat eum quid venerit. Antenor dicit ea quæ a Priamo mandata erant, Graios postulare,[b] ut Hesiona redderetur. Hæc ubi Peleus audivit, graviter tulit, eo quod hoc pertinere ad se videbat:[c] jubet eum de finibus suis discedere. Antenor nihil moratus, navim ascendit, iter fecit Salaminam ad Telamonem: rogare eum cœpit, ut Priamo sororem Hesionam redderet; non enim esse æquum tam diu in servitute habere regii generis puellam. Telamon Antenori respondit, nihil a se Priamo factum: sed quod virtutis causa donatum sit, se nemini daturum: ob hoc Antenorem insula discedere jubet. Antenor navim conscendit, in Achaiam venit. Inde ad Castorem et Pollucem delatus, cœpit ab his postulare, ut Priamo satisfacerent, et ei Hesionam sororem redderent. Castor et Pollux negaverunt injuriam Priamo factam

NOTÆ

legatum Antenorem mittere, ut nuntiaret, diceret, se, quamvis injurias sibi graves ab his qui cum exercitu venerant in Laomedontis nece et abductione Hesionæ pertulisset, omnia tamen æquo animo passurum, si Hesiona ei redderetur.'

[a] *Die quarto, &c.*] Observa morem, quo legati et alii quique per dies aliquot in domo hospitum sedebant, antequam de adventu suo quicquam proponerent, scilicet ut ab itineris labore recrearentur: hinc intelligendus Esdras, VIII. 32. *Καὶ ἤλθομεν εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐκαθίσαμεν ἐκεῖ ἡμέρας τρεῖς. Καὶ ἐγενήθη τῇ ἡμέρᾳ τῇ τετάρτῃ ἐστήσαμεν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον*, &c. 'Et venimus in Jerusalem et ibi sedimus dies tres. Die autem quarto aurum et argentum collocavimus,' &c. Sic Hom. Il. Z. de Bellerophonte, quem rex Lyciæ: *Ἐννῆμαρ ξείνισσε, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσεν· Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς, Καὶ τότε μιν ἐρέεινε, καὶ ᾔτεε σῆμα ἰδέσθαι, Ὅ, ττι ῥά οἱ γαμβροῖο παρὰ Προίτοιο φέροιτο.* 'Novem dies hospitatus est, et novem boves sacrificavit: Sed cum decima apparuit roseis digitis Aurora, Et hunc ipsum interrogavit, et petiit literas videre, Quascumque ipsi a genero Prœto ferret.'

[b] *Graios postulare*] Sed id ex sequentibus falsum est. An dicendum est, ita sponte sua Antenorem mentitum esse, ut sibi facilius Hesiona traderetur? an corrigendum, 'Trojanos postulare,' &c.

[c] *Eo quod hoc pertinere ad se videbat*] Peleus enim frater erat Telamonis qui Hesionam tenebat.

esse, sed Laomedontem eos priorem læsisse: Antenorem discedere jubent. Inde Pylum ad Nestorem venit, dixit Nestori qua de causa venisset. Qui ut audivit, cœpit objurgare, cur ausus sit in Græciam venire, cum a Phrygibus Græci prius læsi fuissent. Ubi audivit Antenor nil impetrasse, et contumeliose tractari Priamum, navim conscendit, domum reversus est. Priamo regi demonstrat, quomodo unusquisque responderit: et quomodo ab illis tractatus sit: simulque hortatus est Priamum, ut eos bello persequatur. [6.] Continuo Priamus filios vocari jubet, et omnes amicos suos, Antenorem, Anchisen, Ænean, Ucalegontem,[d] Bucolionem,[e] Panthum,[f] Lamponem,[g] et omnes filios qui ex concubinis nati erant. Qui ut convenerunt, dixit eis se Antenorem legatum in Græciam misisse, ut hi sibi satisfacerent quod patrem suum necassent, Hesionam sibi redderent, illos contumeliose tractasse,[6] [h] et Antenorem nihil ab eis impetrasse: verum quoniam suam voluntatem facere noluissent, videri sibi exercitum in Græciam mittere, qui prædas raperet[7] ab eis; ne barbaros[i] Græci irrisui haberent. Hortatusque est Priamus liberos suos, ut hujus rei principes forent, maxime Hectorem: erat enim major natu: qui cœpit dicere, velle se quidem voluntatem patris exequi, et Laomedontis avi sui necem ulcisci, et quascumque injurias Græci Trojanis fecissent, ne impunitum id Graiis foret: sed vereri, ne non[8] perficere possent quod

6 *Tractantes* Delph.—7 *Repetet* Delph.—8 Omittit Delph. voculam *non*.

NOTÆ

[d] *Ucalegontem*] De quo Hom. Il. Γ. et Virg. Æn. II.

[e] *Bucolionem*] Priami fratrem paternum.

[f] *Panthum*] Patrem Polydamantis, de quo apud Dictyn.

[g] *Lamponem*] Fratrem Priami.

[h] *Illos contumeliose tractasse* [*tractantes*] Deest aliquid; melius scripsisset, 'illos contumeliose egisse.'

[i] *Ne barbaros*] Ne mireris hic Priamum se ipsum Barbarum vocare. Nam sic apud Euripidem Hecuba et Hector se ipsos vocant Barbaros: neque tunc male sonabat appellatio illa, ut male quidam sibi persuadent.

conati essent; multos adjutores Græciæ futuros; Europam bellicosos homines habere; Asiam semper in desidia[k] vitam exegisse,[9] et ob id classem non habere. [7.] Alexander cohortari cœpit, ut classis præparetur, et in Græciam mittatur: se rei hujus principem futurum, si pater vellet: in Deorum benignitate se confidere, victis hostibus laude adepta, de Græcia domum rediturum esse. Nam sibi in Ida sylva cum venatum abisset, in somnis Mercurium adduxisse Junonem,[l] Venerem, Minervam, ut inter eas de specie judicaret. Et tunc sibi Venerem pollicitam esse, si suam speciem meliorem harum specie judicaret, daturam se ei uxorem, quæ in Græcia speciosior videretur: ubi ita audisset, optimam facie Venerem judicasse:[m] unde sperare debere Priamum, Venerem adjutricem Alexandro futuram. Deiphobus placere sibi dixit Alexandri consilium: et sperare Græcos Hesionam reddituros, et satisfacturos, si, ut dispositum esset, classis in Græciam mitteretur. Helenus vaticinari cœpit, Graios venturos, Ilium eversuros, parentes et fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi uxorem de Græcia adduxisset. Troilus minimus natu, non minus fortis quam Hector, bellum geri suadebat, et non debere terreri metu verborum Heleni. Quod omnibus placuit, classem comparari, et in Græciam proficisci. Priamus Alexandrum et Deiphobum in Pæoniam misit, ut

9 *Exercuisse* Delph.

NOTÆ

[k] *Asiam in desidia*] Quare Asiatici semper molles audiere.

[l] *In somnis Mercurium adduxisse Junonem*] Ut fabulam de judicio Paridis historiæ accommodet, id omne in somnis factum fuisse dicit. Sed alii scribunt, Paridem hymnum in Venerem composuisse, ubi eam Junoni et Palladi præferebat; unde postea fabula nata est, quasi ipse præsentes Deas judicarit. Vide Cedren. et Suid. in voce Πάριον.

[m] *Optimam facie Venerem judicasse*] Scribendum est, 'optima facie Venerem,' &c. Ratio est quod Latine dici non possit, verbi gratia, 'Nireus est optimus facie,' sed omnino, 'Nireus est optima facie.' Sic Terentius, And. I. 1. 'Si. Forte unam aspicio adolescentulam, Forma! So. Bona fortasse. Si. Et vultu, Sosia, Adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra.'

milites eligerent: ad concionem populum venire jubet. [8.] Commonefacit filios, ut majores natu minoribus imperarent. Monstravit[n] quas injurias Græci Trojanis fecissent: ob hoc Antenorem legatum in Græciam, misisse, ut sibi Hesionam sororem redderent, et satisfacerent Trojanis. Antenorem contumeliose ab eis tractatum: nec quicquam ab his impetrare potuisse. Ob hoc placere sibi, Alexandrum mitti cum classe in Græciam, qui avi sui mortem et Trojanorum injurias ulcisceretur. Antenorem dicere jussit, quomodo in Græcia tractatus sit. Antenor hortatus est Trojanos, ne horrescerent, ad bellandum[o] in Græciam[p] suos alacriores fecit.* Paucis demonstravit, quæ in Græcia gesserat. Priamus dixit, si cui displiceret bellum geri, suam voluntatem ediceret. Tunc Panthus Priamo et propinquis prodit ea quæ a patre Euphorbo[q] audierat: si Alexander uxorem de Græcia adduxisset, Trojanis extremum exitium futurum. Sed pulchrius esse in otio vitam degere, quam in tumultu libertatem amittere, et periculum inire. Populus auctoritatem Panthi contemsit: regem dicere jusserunt, quid fieri vellet. Priamus dixit naves præparandas esse, ut eatur in Græciam: utensilia quoque populo non deesse. Populus conclamavit per se moram non esse, quo minus regis præceptis pareatur. Priamus illis magnas gratias egit, concionemque dimisit. Ac mox in Idam sylvam misit, qui[1] materiem[r] succiderent, naves ædificarent. Hecto-

* In Delph. hic locus sic interpungitur: *h. e. Trojanos ne horrescerent ad b. in Græciam, s. a. f.*—1 Deest *qui* in Delph.

NOTÆ

[n] *Monstravit, &c.*] Iisdem fere verbis hic repetit ineptus scriptor, quæ jam dixit pagina superiori.

[o]* *Ne horrescerent ad bellandum*] Invita sane ineptissimum hunc scriptorem percurro, ita barbare et misere scribit scilicet. Sed calcanda tamen via.

[p] *In Græciam*] Id est, contra Græciam.

[q] *Quæ a patre Euphorbo*] Panthi patrem hic Euphorbum dicit Dares, quem Servius Othryadem. Virg. 'Panthus Othryades, arcis Phœbique sacerdos.' Panthi historiam poscimus apud Dictyn.

[r] *Materiem*] 'Materia' et 'materies,' proprie lignum: unde in Gloss. exponuntur, ξύλεια, ὕλη.

rem in superiorem Phrygiam[s] misit, ut exercitum pararet; et ita præsto esset. Cassandra, postquam audivit patris consilium, dicere cœpit quæ Trojanis futura essent, si Priamus perseveraret classem in Græciam mittere. [9.] Interea tempus supervenit: naves ædificatæ sunt. Milites supervenerunt, quos Alexander et Deiphobus in Pæonia legerant; et ubi visum est posse navigare, Priamus exercitum alloquitur: Alexandrum Imperatorem exercitui præficit, mittit cum eo Deiphobum, Æneam, Polydamantem.[t] Imperatque Alexandro, ut primum Spartam accedat, Castorem et Pollucem conveniat, et ab his petat, ut Hesiona soror ejus reddatur, et satis Trojanis fiat. Quod si negassent, continuo ad se nuntium dirigat, ut exercitum in Græciam possit mittere. Posthæc Alexander in Græciam navigavit, adducto secum duce eo qui cum Antenore jam navigaverat.[u] Non multos ante dies, quam Alexander in Græciam navigavit, et antequam in insulam Cythercam[v] accederet, Menelaus rex ad Nestorem Pylum proficiscens,[w]

NOTÆ

[s] *In superiorem Phrygiam*] Duplex fuit Phrygia, major et minor, sive magna et parva; et illa quidem cujus partem Gelatæ occupaverunt: hæc ad Hellespontum sita, quæ et ideo Hellespontiaca dicta est, et Epictetos. Jam non dubium esse potest, quin hic per superiorem Phrygiam, minorem, seu parvam, intellexerit; nam et Aristides parvam Phrygiam superiorem vocavit.

[t] *Deiphobum, Æneam, Polydamantem*] Inde apud Dictyn, I. initio, 'cum Ænea aliisque ex consanguinitate propinquis.' Ubi vide annotata.

[u] *Duce eo qui cum Antenore jam navigaverat*] Sed nullam ejus ducis antea mentionem fecit.

[v] *In insulam Cythercam*] Cythera dicitur Strab. VIII. et Virgil. X. 'Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.' Est autem juxta Peloponnesum, intra Maleam promontorium et Laconicum sinum; 'Porphyris' Plinio, 'Porphyrusa' Eustathio, hodie *Cerigo*.

[w] *Ad Nestorem Pylum proficiscens, &c.*] Tres fuere Pyli in Peloponneso: una in Elide, ad fluvium Selleentem; alia in Arcadia, juxta fluvium Amathum; tertia in Messenia; omnes sibi Nestorem vindicantes. Sed secundam veram Nestoris patriam fuisse ex Homero probat Strabo, VIII. Hic vero Dares tertiæ Nestorem vindicare videtur, cum ait, Menelaum, ex Sparta per mare ad Pylum Nestoris proficiscentem, circa Cytheram Paridi occurrisse. Neque enim Dares Menelaum ad alteram, quæ in Arcadia erat, per mare duxisset, cum terrestri itinere via fuerit brevior.

Alexandro in itinere occurrit, et mirabatur regiam classem quo tenderet. Utrique occurrentes aspexerunt se invicem, inscii quo quisque iret. Castor et Pollux ad Clytæmnestram ierant, secum Hermionam neptem suam Helenæ filiam abduxerant. Argis Junonis dies [x] festus erat *his diebus*, quibus Alexander in [2] insulam Cytheream *venit, ubi* ad fanum Veneris Dianæ sacrificavit.[y] Hi qui in insula erant mirabantur regiam classem, et interrogabant ab illis qui cum Alexandro, qui essent, quid venissent.[z] Responderunt illi a Priamo rege legatum missum ad Castorem et Pollucem, ut eos conveniret. [10.] At vero Helena Menelai uxor, cum Alexander in insula Cytherea esset, placuit ei eo ire. Qua de causa ad littus processit, ubi Dianæ et Apollinis fanum est: ibi [3] rem divinam Helena facere disposuerat. Quod ubi nuntiatum est Alexandro, Helenam ad mare venisse, conscius formæ suæ, in conspectu ejus ambulare cœpit, cupiens eam videre. Helenæ nuntiatum est, Alexandrum Priami regis filium ad oppidum, ubi Helena erat, venisse. Quem etiam ipsa videre cupiebat. Et cum se utrique respexissent, ambo, forma sua incensi, tempus dederunt ut gratias referrent. Alexander imperat, omnes ut in navibus sint parati: nocte classem solvant, de fano Helenam eripiant, secum eam auferant. Signo dato fanum invaserunt, Helenam inviolatam eripiunt, in navem deferunt, et cum ea mulieres aliquas [a] de-

2 Omittit Delph. *in*, et mox *ad* ante *fanum*, et habet *erat* post *Veneris*.—3 *Ubi* Delph.

NOTÆ

[x] *Argis Junonis dies*] Juno enim præcipue Argis colebatur. Diem autem festum hic intelligit, quo Ἡραῖα, id est, Junonis sacra colebantur: de quibus vide doctissimi Meursii Græciam feriatam, in voce Ἡραῖα.

[y] *Dianæ sacrificavit*] Sed cur non potius Veneri sacrificavit, cujus præsidio confidebat? et cur hic mentionem templi Veneris facit, ut postea subjiciat Paridem Dianæ sacrificasse?

[z] *Qui essent, quid venissent*] De hac formula abunde egimus, apud Dictyn.

[a] *Mulieres aliquas*] Æthram et Clymenam. Vide apud Dictyn.

prædantur. Quod oppidani cum vidissent, diu pugnaverunt cum Alexandro, ne Helenam eripere posset. Quos Alexander fretus multitudine sociorum superavit, fanum exspoliavit, homines secum quamplurimos captivos duxit, in navim imposuit, classem solvit, domum reverti disposuit, in portum Tenedon pervenit,[b] ubi Helenam mœstam[c] alloquio mitigavit,[d] patri rei gestæ nuntium misit. Menelao postquam in Pylo nuntiatum est, cum Nestore Spartam profectus est, ad Agamemnonem fratrem misit Argos, rogans ut ad se veniat. Interea Alexander ad patrem suum cum præda pervenit, et rei gestæ ordinem refert. [11.] Priamus gavisus est, sperans Græcos causa recuperationis Helenæ sororem Hesionam reddituros, et ea quæ inde a Trojanis abstulerant. Helenam mœstam consolatus est, et eam Alexandro conjugem dedit: quam ut aspexit Cassandra, vaticinari cœpit, memorans ea quæ ante prædixerat. Quam Priamus abstrahi et includi jussit. Agamemnon, postquam Spartam venit, fratrem consolatus est, et placuit ut per totam Græciam conquesturi mitterentur ad convocandos Græcos, et Trojanis bellum indicendum. Convenerunt autem hi; Achilles cum Patroclo, Euryalus, Tlepolemus,[e] Diomedes. Postquam Spartam accesserunt, decreverunt injurias Trojanorum[f] persequi, exercitum et classem comparare. Agamemnonem imperatorem et ducem præficiunt. Hi legatos mittunt, ut tota Græcia conveni-

NOTÆ

[b] *In portum Tenedon pervenit*] Dictys ait, eum inconsulte usum ventis, Phœnicem appulisse. Vide ibi notata.

[c] *Ubi Helenam mœstam*] Innuit Dares, Helenam invitam a Paride raptam fuisse; quod et alii scribunt: unde Homeri Scholiastes, in Odyss. Ψ. scribit Venerem Paridi Menelai formam dedisse, et ita Helenam decepisse. Ipsa enim, existimans revera esse Menelaum, sponte eum ad naves secuta est, sed eam Paris intra naves impellens, vela fecit, &c.

[d] *Alloquio mitigavit*] Id est, solatus est; alloquium enim est consolatio: Catullus vocat 'allocutionem.'

[e] *Tlepolemus*] Herculis et Astyochæ filius, dux Rhodiorum: is enim, occiso Lycimnio Alcmenæ fratre, patriam fugiens Rhodum appulit, eamque sibi subjecit.

[f] *Injurias Trojanorum*] Id est, a Trojanis illatas.

ant[4] cum classibus et exercitibus ornati[g] pariter[h] ad Atheniensium portum, unde pariter ad Trojam proficiscantur, ad defendendas suas injurias. Castor et Pollux in recenti,[i] postquam audierunt Helenam sororem suam raptam, navem ascenderunt et secuti sunt.[k] Lesbo navim solverunt; maxima tempestate correpti, nusquam comparuerunt: postea dictum est, eos immortales factos. Itaque Lesbios navibus eos usque ad Trojam quæsitum isse, neque eorum vestigia usquam inventa domi renuntiasse. [12.] Dares Phrygius, qui hanc historiam scripsit,[l] ait se militasse usque dum Troja capta est: hos se vidisse[m] cum induciæ essent, partim prælio interfuisse. A Dardanis[n] audiisse, qua facie et natura fuissent Castor et Pollux. Fuerunt autem alter alteri similis,[o] capillo flavo, oculis magnis, facie pura, bene figurati, corpore deducto.[p] Helenam similem illis,[q] formosam,

4 *Conveniat* Delph.

NOTÆ

[g] *Cum classibus et exercitibus ornati*] Optime. Nam cum legis, ornatus veste, capillis, &c. subintelligitur præpositio *cum*. Sic Ovid. dixit, I. Metam. 'Cæsariem cum qua terram, mare, sidera movit.' Sic Paulus Orosius, VII. 'Ipse Imperator cum sagitta socius.' Sed vide Sanctium. Sic ipse infra, 'sic ornati cum classe.'

[h] *Pariter*] Id est, eodem tempore.

[i] *In recenti*] Pro tandem, vel postremo.

[k] *Navem ascenderunt et secuti sunt*] Sed jam ante Castor et Pollux contra Idam et Lynceum in Arcadia pugnaverant, ita ut, Castore interfecto, Pollux in cœlum relatus, cum fratre vitam partiri maluerit. Vide Apollodor. III.

[l] *Dares Phrygius qui hanc historiam scripsit*] Quid? an hæc erit Daretis Epitome? Sed supposititius Interpres, in nugaci epistola, ait se nihil adjecisse neque diminuisse rei formandæ causa.

[m] *Hos se vidisse*] Quos? an Castorem et Pollucem? atqui Trojam non pervenerunt, aitque ipse, se a Dardanis audiisse qua facies, &c. Lesbios igitur intellige.

[n] *A Dardanis*] Qui vel Antenorem vel Alexandrum Spartam secuti fuerunt scilicet. Nisi enim ita intelligas, res absurda erit et perridicula.

[o] *Alter alteri similis*] Nescio certe qualia exemplaria secutus Dares imagines istas expresserit. Sed valde metuo ne illas potius ex idea sua Pictor efformarit. Etsi quædam in illis reperias, quæ ex antiquis auctoribus potuit hausisse.

[p] *Corpore deducto*] Id est, gracili; *frêle, mince.*

[q] *Helenam similem illis*] Vide quæ apud Dictyn posita sunt.

animi simplicis, blandam, cruribus optimis, notam inter duo supercilia habentem, ore pusillo. Priamum regem Trojanorum vultu pulchro, magnum, voce suavi, aquilino corpore. Hectorem blæsum, candidum, crispum, strabonem,[r] pernicibus membris,[s] vultu venerabili, barbatum, decentem, bellicosum, animo magnum, civibus clementem, dignum et amori aptum. Deiphobum et Helenum similes patri, dissimiles natura: Deiphobum fortem; Helenum clementem, doctum, vatem. Troilum magnum, pulcherrimum, pro ætate valentem, fortem, cupidum virtutis. Alexandrum candidum, longum, fortem,[t] oculis pulcherrimis, capillo molli et flavo, ore venusto, voce suavi, velocem, cupidum imperii. Æneam rufum, quadratum,[u] facundum, affabilem, fortem cum[5] consilio, pium,[v] venustum, oculis hilaribus et nigris. Antenorem longum, gracilem, velocibus membris, versutum, cautum. Hecubam magnam, aquilino corpore, pulchram, mente virili, justam, piam. Andromacham oculis claris, candidam, longam, formosam, modestam, sapientem, pudicam, blandam. Cassandram mediocri statura, ore rotundo, rufam, oculis micantibus, futurorum præsciam. Polyxenam candidam, altam, formosam, collo longo,[w] oculis venustis, capillis flavis et longis, compositis membris, digitis prolixis, cruribus rectis, pedibus optimis, quæ forma sua omnes superaret,[*] animo simplici, largam, dapsilem. [13.] Agamemnonem albo corpore, magnum,[x] membris valentibus, facundum, prudentem, nobilem. Me-

5 Omittitur *cum* Delph.—* Delph. *superaverat.*

NOTÆ

r *Strabonem*] Oculos distortos habentem, a *στρέφω*, verto.

s *Pernicibus membris*] Ex Homeri Iliade.

t *Fortem*] Ovid. in Epist. Paridis. 'Et mihi sunt vires, et mea tela nocent.'

u *Quadratum*] Ita Galli dicunt, *quarré*, id autem ad fortitudinem confert.

v *Pium*] Virgil. 'Sum pius Æneas.'

w *Collo longo*] Quod de Helena etiam dictum est; ut supra, apud Dictyn. Idque inter formæ munera olim fuit, ut observavi alicubi.

x *Magnum*] Ex Hom. Il. Γ. ubi ait, Ulyssem capite minorem esse Agamemnone.

nelaum mediocri corpore,[y] rufum, formosum, acceptum, gratum. Achillem pectorosum, ore venusto,[z] membris valentibus et magnis, bene crispatum, clementem, in armis acerrimum, vultu hilari,[†] dapsilem, capillo myrteo.[a] Patroclum pulchro corpore, oculis vividis[6] et magnis, verecundum, rectum, prudentem, dapsilem. Ajacem Oileum quadratum, valentibus membris, aquilino corpore, jucundum, fortem. Ajacem Telamonium valentem,[b] voce clara, capillis nigris, in hostem atrocem. Ulyssem formosum, dolosum, ore hilari, statura media, eloquentem,[c] sapientem. Diomedem fortem, quadratum, corpore honesto,[d] vultu austero, in bello acerrimum, clamosum,[e] cerebro calido, impatientem, audacem. Nestorem magnum, naso obunco, longum, latum, maximum, candidum, prudentem, consiliarium.[f] Protesilaum corpore candido, vultu honesto, velocem, confidentem, temerarium. Neoptolemum magnum, virosum,[g] stomachosum, blæsum, vultu bonum, aduncum, oculis rotundis, superciliosum. Palamedem gracilem, lon-

6 *Viridibus* Delph.—† Delph. *v. h. largum, d. &c.*

NOTÆ

[y] *Menelaum mediocri corpore*] Homerus tamen scribit, stantibus Menelao et Ulysse, Menelaum totis humeris Ulyssem superextitisse.

[z] *Achillem pectorosum, ore venusto*] Sic Dictys, lib. I. 'Hic in primis adolescentiæ annis procerus, decora facie.' Pectorosus, *qui a la poitrine large.*

[a] *Capillo myrteo*] Vix satis intelligo, quid intelligat per capillum myrteum.

[b] *Ajacem Telamonium valentem*] Homer. de Ajace: Ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε, Ἔξοχος Ἀργείων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους. 'Vir fortis magnusque, Procerissimus Argivorum et capite et latis humeris.'

[c] *Ulyssem formosum, dolosum, statura media, eloquentem*] Ex Homero; qui Ulyssem minorem dicit, sed latiorem humeris et pectoribus quam Agamemnonem, venerabiliorem quam Menelaum, scientem omnia consilia prudentia et dolos omnimodos; verbaque nivibus hybernis similia fundentem, ita ut cum eo non contendisset quivis alius.

[d] *Corpore honesto*] Pulchro. Sic 'pectus honestum,' Virgil.

[e] *Clamosum*] Ex Homer. Βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης. 'Clamore bonus Diomedes.'

[f] *Prudentem, consiliarium*] Qualem ubique describit Homer.

[g] *Virosum*] I. e. fortis, prima correpta; a vir. Nam aliter virosus, prima producta, esset fœtidus, mali odoris, a virus.

gum, sapientem, animo magnum, blandum. Podalirium crassum, valentem, superbum, tristem. Machaonem magnum, fortem, certum, prudentem, patientem, misericordem. Merionem rufum, mediocri statura, corpore rotundo, virosum, pertinacem, crudelem, impatientem. Briseidam‡ formosam, alta statura, candidam, capillo flavo et molli, superciliis junctis, oculis venustis, corpore æquali, blandam, affabilem, verecundam, animo simplici, piam. [14.] Deinde ornati cum classe[h] Græci Athenas convenerunt. Agamemnon ex Mycenis navibus numero centum. Menelaus ex Sparta navibus numero sexaginta. Arcesilaus et Prothenor[i] ex Bœotia quinquaginta. Ascalaphus et Ialmenus ex Orchomeno navibus numero triginta. Epistrophus et Schedius ex Phocide quadraginta. Ajax Telamonius[k] ex Salamina adduxit secum Teucrum fratrem: Elide, Amphimachum, Diorem, Thalpium, Polyxenum, navibus quadraginta. Nestor ex Pylo navibus LXXX.[l] Thoas ex Ætolia navibus XL. Ajax Oileus ex Locris navibus XXXVII.[m] Antiphus, Phidippus XXX.‖ Idomeneus et Meriones ex Creta navibus LXXX. Ulysses ex Ithaca navibus numero XII. Eumelus ex Pheris navibus X.[n] Protesilaus et Podarces ex Phylaca navibus XL. Podalirius et Machaon Æsculapii filii ex Trica navibus XXXII.[o] Achilles cum Patroclo et Myrmidonibus ex Phthia navibus L. Tlepolemus ex Rhodo navibus IX.[p] Eurypylus ex Orcho-

‡ Eadem terminatione utitur et Hygin. Mythol. fab. CVI. ad quem locum hæc ipsa verba Daretis citat Muncker.—‖ Delph. *navibus XXX.*

NOTÆ

[h] *Ornati cum classe*] Sic supra, 'cum exercitibus et classibus ornati.' Vide ibi notata.

[i] *Arcesilaus et Prothenor*] Cum Peneleo, Leito, et Clonio. Ita Homerus, et ex eo Dictys.

[k] *Ajax Telamonius*] Non video cur hic dicat Ajacem, Amphimachum, Diorem, Thalpium et Polyxenum secum duxisse cum navibus quadraginta. Ex Homero enim Ajax Telamonius naves duxit duodecim, at quatuor reliqui duces secum naves quadraginta.

[l] *Navibus LXXX.*] Homerus et Dictys nonaginta.

[m] *Navibus XXXVII.*] Homerus et Dictys quadraginta.

[n] *Navibus X.*] Navibus XI. Homerus et Dictys.

[o] *Navibus XXXII.*] Triginta tantum ponunt Homer. et Dictys.

[p] *Navibus IX.*] Alii *octo*. Homer. et Dictys.

meno[q] navibus numero XL. Antiphus et Amphimachus ex Elide[r] navibus XII. Polypœtes et Leonteus ex Larissa[s] navibus XL. Diomedes, Euryalus, Sthenelus[t] ex Argis navibus LXXX. Philoctetes ex Melibœa VII.* Guneus ex Cypho navibus XXI.[u] Prothous ex Magnesia navibus XI.[v] Agapenor ex Arcadia navibus LX. Mnestheus ex Athenis navibus L. Hi fuerunt duces Græcorum, numero XLVII. qui adduxere naves numero MCCII.[w] [15.] Postquam Athenas convenerunt,[x] Agamemnon duces in concilium convocat, hortatur, ut quamprimum injurias suas defendant. Rogat, si illis placeat; suadetque ut, antequam proficiscantur, Delphos ad Apollinem consulendum de tota re mitterent: cui omnes assentiunt. Achilles huic rei præficitur, et cum Patroclo proficiscitur. Priamus interea, ut audivit quia hostes parati sunt,[y] mittit per totam Phrygiam qui finitimos exercitus adducant, domique milites magno animo comparat. Cum Achilles Delphos venisset, ad oraculum pergit: et ex adytis respondetur, Græcos victores, decimoque anno Trojam capturos. Achilles res divinas, sicut imperatum est, facit. Et eo tempore venerat Calchas, Thestore natus,[z] divinus; et pro Phrygibus a suo

* Delph. *navibus VII.*

NOTÆ

[q] *Ex Orchomeno*] Lege 'ex Ormeno;' et vide notata apud Dictyn, ubi idem error inoleverat.

[r] *Antiphus et Amphimachus ex Elide*] Amphimachus quidem ex Elide; sed eum jam supra Dares commemoravit. Et falsum est, Antiphum ex Elide venisse. Antiphum cum Phidippo conjungit Homer. aitque eos ex insulis Nisyro, Carpatho, Caso, Co, duxisse naves triginta. Ita et Dictys. Neque tamen hic aliquid tentandum est; nullus enim hic inest tam crassus error, qui ab ipso auctore proficisci non possit.

[s] *Ex Larissa*] Immo potius, ex Argissa. Et ita rescribendum. Homer. Οἳ δ' Ἄργισσαν ἔχον. 'Qui Argissam habebant.' Vide notata apud Dictyn.

[t] *Diomedes, Euryalus, Sthenelus*] Homerum sequitur, qui tres illos conjungit.

[u] *Navibus XXI.*] Viginti duo Homerus et Dictys. Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας. 'Guneus ex Cypho ducebat duas et viginti naves.'

[v] *Navibus XI.*] Quadraginta Homer. et Dictys.

[w] *Naves numero MCCII.*] De summa hac vide apud Dictyn.

[x] *Postquam Athenas convenerunt*] Solus, quod sciam, Dares ait duces Græcorum Athenas convenisse.

[y] *Audivit quia hostes parati sunt*] Elegantia hujus sæculi, pro, 'audivit hostes paratos esse.'

[z] *Calchas Thestore natus*] Quare

populo missus,[a] dona Apollini portabat. Huic ex adytis respondetur, ut cum Argivorum classe militum contra Trojanos proficiscatur, eosque sua intelligentia moveat, ne inde discedant prius, quam Troja capta sit. Postquam in fanum ventum est, inter se Achilles et Calchas responsa contulerunt: gaudentes hospitio, amicitiam confirmant, una Athenas proficiscuntur et perveniunt. Achilles eadem in concilio refert. Argivi gaudent, Calchantem secum recipiunt, classem solvunt. Cum eos tempestates ibi retinerent, Calchas ex augurio respondit ut primum revertantur in Aulidem,[b] ut Dianæ sacrificent. Profecti perveniunt. Agamemnon Dianam placat,[c] dicitque sociis classem solvant, ad Trojam iter faciant. Utuntur duce Philocteta, qui cum Argonautis[d] ad Trojam ierat. Deinde applicant classem ad oppidum,[e] quod sub imperio Priami regis erat, et id expugnant: prædaque facta, proficiscuntur: veniunt Tenedon, ibique omnes occidunt. [16.] Agamemnon prædam dividit, concilium vocat. Inde legatos ad Priamum mittit, si vellet Helenam, et prædam quam Alexander fecit restituere. Legati leguntur Diomedes et Ulysses; ad Priamum proficiscuntur. Dum legati mandato parent, mittuntur Achilles et Telephus[f] ad deprædandam Mysiam. Ad Teuthrantem regem veniunt, prædamque faciunt. Teuthras cum exercitu supervenit, quem Achilles fugato exercitu vulneravit: quem jacentem Telephus clypeo protexit, ne ab Achille interficeretur; commemorans hospitium inter se

NOTÆ

'Calchas Thestorides' Homero.

[a] *Et pro Phrygibus a suo populo missus*] Calchantem hic Phrygium facit Dares, ut nescio quam historiam compingat. Sed illum Porphyrius, apud Eustathium, ex Eubœa natum dicit, et Abantis apogonum.

[b] *Revertantur in Aulidem*] Atqui ex Athenis profecti, non ex Aulide. Cur igitur eos ait in Aulidem reverti?

[c] *Agamemnon Dianam placat*] Optime sacrificium Iphigeniæ obliviscitur, Homerum secutus, qui nullam illius mentionem fecit.

[d] *Qui cum Argonautis*] Philoctetam inter Argonautas numerat etiam Hyginus.

[e] *Ad oppidum*] Nescio quale oppidum hic dicat. In ipso littore fuisse necesse est. Sed nugatur Dares.

[f] *Mittuntur Achilles et Telephus*] Omnino aliter hæc narrat Dictys, qui multo verior. Illum vide, II.

eo tempore quo Telephus adhuc puer, a patre Hercule progenitus, a Teuthrante rege hospitio receptus est. Diomedem ferunt, cum equis potentibus venantem et feris[g] ab Hercule interfectum, Teuthranti regnum reddidisse totum: ob hoc ejus filium Telephum[h] ei suppetias venisse. Quod cum Teuthras intelligeret, se eodem vulnere mortem effugere non posse, regnum suum vivus Telepho tradidit, et eum regem ordinavit. Tum regem Teuthrantem Telephus magnifice sepelivit. Suadet ei Achilles ut novum regnum conservet, plus[7] multo exercitum adjuturum, si commeatu tot annis quibus morati fuerint de eodem regno eos adjuvet, quam si ad Trojam eat. Itaque Telephus remanet. Achilles cum magna præda ad exercitum Tenedon revertitur. Agamemnoni rem gestam narrat: Agamemnon approbat laudatque. [17.] Interea legati missi ad Priamum veniunt: Ulysses Agamemnonis verba refert, postulat ut Helena et præda reddatur, satisque fiat regi, ut pacifice discedant. Priamus injurias Argonautarum commemorat, patris interitum, Trojæ expugnationem, et Hesionæ sororis servitutem. Denique Antenorem legatum cum miserit, quam contumeliose ab eis tractatus sit. Pacem repudiat, bellum indicit, Græcorum legatos de finibus repelli jubet. Legati in castra Tenedon revertuntur, renuntiantes responsum. Res consultu geritur. [18.] Aderant vero ad auxilium Priamo ductores hi cum exercitibus suis, quorum

7 In Delph. *et* inseritur ante *plus*.

NOTÆ

g *Diomedem ferunt, cum equis potentibus venantem et feris*] Hic Diomedes Martis et Cyrenes filius fuit, Thraciæ rex, quem poëtæ fabulati sunt equas habuisse carnibus humanis vescentes. Illum Hercules interfecit. Vide Apollodor. II. et Hygin. Fabulam equarum historiæ accommodare nititur Dares, cum ait, equas illas potentes et feras fuisse. Sed aliter Palæphatus, qui scribit Diomedem ita equos adamasse, ut omnia sua in eorum alimentum consumserit. Quare postea ejus amici equos illos hominivoros appellarunt; unde orta fabula. Alii etiam eam aliunde natam dicunt.

h *Ejus filium Telephum ei suppetias venisse*] 'Ejus,' id est, 'Herculis,' 'ei,' id est, 'Teuthranti.'

nomina et provincias insinuandas esse duximus. De Zelia, Pandarus,[i] Amphion, Adrastus.[k] De Colophonia, Mopsus,[l] Cares, Nastes, Amphimachus.[m] De Lycia, Sarpedon, Glaucus. De Larissa, Hippothous et Copesus.[n] De Ciconia, Euphemus. De Thracia, Pyrus et Acamas.[o] Antiphus et Mesthles de Mæonia. Ascanius et Phorcys de Ascania. De Paphlagonia, Pylæmenes. De Æthiopia, Perses et Memnon.[p] De Thracia, Rhesus et Archilochus.[q] De Adrestia, Adrastus et Amphius.[r] De Alizonia, Epistrophus.[s] His ductoribus[t] et exercitibus, qui parabantur, præfecit Priamus principes et ductores, Hectorem, Deiphobum, Alexandrum, Troilum, Æneam, Memnonem. Dum Agamemnon consulit de tota re, ex Cormo[u] advenit Nauplii filius Palamedes, cum navibus triginta: ille se excusavit, morbo affectum Athenas venire non potuisse: qui advenerit, cum primum potuerit. Gratias agunt, rogantque eum in consilio esse. [19.] Deinde cum Argivis non con-

NOTÆ

[i] *De Zelia, Pandarus*] Homerum sequitur Dares. Vide notata ad Dictyn.

[k] *Amphion, Adrastus*] Ait, Amphionem et Adrastum ex Zelia venisse, quos Homerus, ex Adresteia. Vide apud Dictyn, qui Amphionem vocat Amphium, ex Homero.

[l] *De Colophonia, Mopsus*] At Mopsum inter duces Græcorum numerat Dictys: sed is neque Græcis neque Trojanis affuit, ut ex veteribus constat.

[m] *Cares, Nastes, Amphimachus*] Totus hic locus ita disponendus est: 'De Colophonia Mopsus, Cares, Nastes, Amphimachus.' Nastes et Amphimachus Cares, i. e. ex Caria: neque enim viri proprium.

[n] *De Larissa, Hippothous et Copesus*] Nescio unde 'Copesum' hic vocat, quem Homerus 'Pylæum.' Τῶν ἦρχ' Ἱππόθοός τε, Πύλαιός τ' ὄζος Ἄρηος. 'His imperabant Hippothous et Pylæus, ramus Martis.'

[o] *Pyrus et Acamas*] Piros, Πείρως, vocant Homer. et Dictys.

[p] *De Æthiopia, Perses et Memnon*] De hoc Perse nihil apud alios auctores inveni.

[q] *Rhesus et Archilochus*] Dares hic Archilochum cum Rheso conjungit, quem Homer. cum Ænea socium, Antenorisque filium facit.

[r] *De Adrestia, Adrastus et Amphius*] Sed supra Amphionem et Adrastum memoravit, cum Pandaro, ex Zelia.

[s] *De Alizonia, Epistrophus*] Cum Odio. Homer. Dictys.

[t] *His ductoribus*] Asium Hyrtacidem præterit, et Pyrechmem, Chromin, et Ennomon; quos vide apud Dictyn, ex Homero.

[u] *Ex Cormo*] Cormi, quod sciam, nemo meminit.

staret, exeundum[8] ad Trojam clam noctu an interdiu foret,[9][v] Palamedes suadet et rationem addit, luce ad Trojam excensionem fieri oportere, et manum hostium deduci.[w] Itaque omnes ei assentiunt: consulto Agamemnonem præficiunt. Legatos ad Mysiam, ceterosque locos,[1] mittunt, ut exercitui commeatus supportandos curent, Thesidas Demophoontem, Athamantem, et Anium.[x] Deinde exercitum ad concionem convocat, collaudat, imperat, hortatur: monet diligenter, ut dicto obedientes essent. Signo dato naves solvunt, tota classis in latitudine accedit ad Trojam, littora Trojani fortiter defendunt. Protesilaus in terram excensionem facit, fugat, cædit. Cui Hector obviam venit, et eum interfecit,[y] ceteros perturbavit: unde Hector recedebat, ibi Trojani fugabantur. Postquam magna cædes utrimque facta est, advenit Achilles: is totum exercitum in fugam convertit, redegitque in Trojam. Nox prælium dirimit, Agamemnon exercitum in terram educit, castra facit. Postera die Hector exercitum ex urbe educit, et instruit. Agamemnon contra clamore magno[z] occurrit: prælium

8 *Exeundi* Delph.—9 *Fieret* Delph.—1 *Ceterisque locis* Delph.

NOTÆ

[v] *Exeundum* [*exeundi*] *ad Trojam clam noctu an interdiu fieret*] Ita distinguendus hic locus: 'deinde cum Argivis non constaret exeundi ad Trojam clam noctu an interdiu fieret.' Ut subintelligatur 'consilium,' cum Argivis non constaret consilium exeundi ad Trojam, noctune id an interdiu fieret, &c. Nihil aliud possum.

[w] *Et manum hostium deduci*] Dicit, opinor, hostes dividendos et separandos esse. *Qu'il falloit leur faire faire diversion*; immo potius hostes eliciendos esse. *Qu'il falloit les attirer vers les vaisseaux.*

[x] *Anium*] De Anio vide quæ dicta sunt ad Dictyn, extremo lib. I.

[y] *Et eum interfecit*] Protesilaum ab Ænea interfectum dicit Dictys; eum vide.

[z] *Agamemnon contra clamore magno*] Ineptus scriptor de Græcis hic dicit, quod Homerus de Trojanis. Trojanos enim Homerus cum sonitu et clamore ad pugnam dicit procedere. Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς. 'Troës quidem cum clangore et clamore incedebant, sicut aves.' Græcos vero cum silentio. Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί. 'Illi vero ibant cum silentio robur spirantes Achivi.' Et Asiaticos omnes in pugnis clamare testantur historici.

acre et iracundum fit: fortissimus quisque in primis cadit. Hector Patroclum occidit,[a] et eum spoliare parat. Merion eum[b] ex acie ne spoliaretur eripuit. Hector Merionem persequitur et occidit.[c] Quem cum similiter spoliare vellet, advenit suppetias Mnestheus, Hectoris femur sauciat: saucius quoque multa millia occidit: et perseverasset Achivos mittere in fugam, nisi obvius illi Ajax Telamonius fuisset; cum quo dum congrederetur, cognovit eum esse de sanguine suo,[d] erat enim de Hesiona sorore Priami natus. Quo pacto Hector a navibus ignem removeri jussit, et utrique se invicem muneraverunt, et amici discesserunt. Postera die Grajugenæ inducias petunt. [20.] Achilles Patroclum plangit, Grajugenæ suos. Agamemnon Protesilaum magnifico funere effert, ceterosque sepeliendos curat. Achilles Patroclo ludos funebres facit. Dum induciæ sunt, Palamedes non cessat seditionem facere: indignum regem Agamemnonem esse qui exercitui imperet et indoctum dixit. Ipse coram exercitu multa sua ostendit studia.[e] Primo suam exscensionem, castrorum munitionem, vigiliarum circuitionem, signi dationem,[f] librarum ponderumque dimensionem, exercitusque instructionem ostendit. Hæc cum a se acta fuissent, non æquum esse, cum a paucis imperium datum Agamemnoni esset,[2] [g] eum omnibus qui postea convenissent impe-

2 Voces *cum* et *esset* omittuntur Delph.

NOTÆ

[a] *Hector Patroclum occidit*] In secunda pugna Patroclum occisum fuisse dicit Dares, contra omnem historiæ fidem.

[b] *Merion eum*] Hæc ex Homero accepit, sed ea immutavit. Homerus enim Patroclum ab Hectore occisum et spoliatum dicit, postea advenisse Menelaum, Ajacem, Merionem, &c. qui Patrocli cadaver Hectori adimerent, et ad Græcos referrent.

[c] *Hector Merionem prosequitur et occidit*] Merionem in eadem pugna cum Patroclo ab Hectore occisum, dicit Dares. Quod ex Homero falsum est, qui nusquam Merionis mortem narravit.

[d] *Cognovit eum esse de sanguine suo*] Tota hæc historia de cognitione Ajacis et Hectoris a Darete conficta.

[e] *Multa sua ostendit studia*] *Ses recherches, ses découvertes.* De iis supra, apud Dictyn.

[f] *Signi dationem*] Gallice, *le mot.*

[g] *A paucis imperium datum Agamemnoni*] Oratio non procedit nisi

rare: maxime cum omnes ingenium et virtutem spectassent in ducibus suis. Dum Achivi de imperio inter se vicissim certant, prælium post biennium [h] repetitum est. Agamemnon, Achilles, Diomedes, Menelaus exercitum educunt. Contra Hector, Troilus, Æneas occurrunt. Fit magna cædes: ex utraque parte fortissimi cadunt. Hector Boëtem,[i] Archilochum,[k] et Prothenorum[l] duces occidit: nox prælium dirimit. Agamemnon noctu omnes in consilium vocat: suadet, hortatur, ut omnes in aciem prodeant, et maxime Hectorem persequantur, qui de his aliquos duces occidit. [21.] Mane autem facto, Hector, Æneas, Alexander exercitum educunt. Omnes Achivi prodeunt. Fit magna cædes. Multa invicem millia Orco dimittuntur. Menelaus Alexandrum persequi cœpit: quem respiciens Alexander, sagitta Menelai femur transfigit. Ille, dolore commotus, pariter cum Ajace Locro non cessat eum persequi. Quos ut vidit Hector instantes fratrem suum persequi, suppetias ei venit cum Ænea. Quem Æneas clypeo protexit, et secum de prælio ad civitatem adduxit. Nox prælium dirimit. Achilles cum Diomede postera die exercitum educit. Contra Hector et Æneas. Fit magna cædes. Hector Orcomeneum, Palamenem,[m] Epistrophum, Schedium,[n] Elpenorem,[o] Dorium,[p] Polyxenum,[q] duces for-

NOTÆ

hic aliquid subintelligas: ait enim, non æquum esse Agamemnonem omnibus qui postea convenissent imperare, cum ei a paucis imperium datum sit, &c. Sed illud Dares contra historiæ fidem adducit, nempe Agamemnonem a paucis ducem electum; cum alii auctores tradant, eum ab omni exercitu creatum ducem. De qua re apud Dictyn.

[h] *Prælium post biennium*] Græcorum patientiam demiror, qui inducias biennii Trojanis concederent.

[i] *Hector Boëtem*] Hic Boëtes mihi ignotus est. Homer. quidem in Od. Eteoneum quemdam nominat, Menelai famulum, quem Boëthis sive Boëthi filium dicit. Sed hic Boëtes alius forsan.

[k] *Archilochum*] Ejus mortem nusquam narrat Homer.

[l] *Prothenorum*] Sed eum Homerus a Polydamante occisum refert, Il. Ξ.

[m] *Orcomeneum, Palamenem*] Qui ambo æque mihi ignoti sunt. Vix etiam puto, 'Orcomeneum' viri proprium unquam fuisse.

[n] *Epistrophum, Schedium*] Qui ambo Phocensium duces fuerunt. Schedium quidem ab Hectore occisum, narrat Hom. Il. P. Sed nihil de Epistropho.

tissimos, occidit: Æneas Amphimachum,[r] et Nireum: Achilles Euphemum, Hippothoum,[s] Pyleum,[t] Asterium:[u] Diomedes Xanthippum, Mesthlem.[v] Agamemnon ut vidit fortissimos cecidisse, pugnam revocavit. Trojani læti in oppidum revertuntur. Agamemnon sollicitus duces in consilium convocat: hortatur ut viriliter pugnarent, neque desisterent, quoniam major pars ex suis superata sit; sperare se exercitum ex Mysia quotidie superventurum. [22.] Postera die Agamemnon totum exercitum, et omnes duces, in pugnam prodire coëgit. Contra Trojani. Fit magna cædes, acriter utrimque pugnatur, multa millia hinc et inde cadunt: nec differebatur pugna, ita ut continuis octoginta diebus pugnatum sit. Agamemnon ut vidit multa millia quotidie cadere, nec sufficere mortuos sine intermissione funerari, misit legatos Ulyssem et Diomedem ad Priamum, ut inducias in triennium peterent,[w] ut suos funerare posset, et vulneratos curare, et naves reficere, et exercitum reparare, commeatusque comparare. Ulysses et Diomedes

NOTÆ

[o] *Elpenorem*] Sed Elpenorem Homerus, Od. K. in domo Circes mortuum dicit, cum e tecto decidisset.

[p] *Dorium*] Neque apud Homerum, neque apud alios quosvis, Dorium invenias. Puto Daretem nomen urbis cum viri nomine confudisse. Dorium enim in Arcadia circa Alpheum alicubi. Strabo, VII. ex Homero, Il. B. Nisi potius pro 'Dorium' scriptum fuisse dicas 'Diorem;' quem Noster ab Hectore occisum, etsi illum Homerus a Piro Imbraside, Il. Δ. Et ita omnino corrigendum. Sic Dictys scribit Diorem et Polyxenum, satis impigre pugnantes, vulneratos fuisse.

[q] *Polyxenum*] Agathenis filium. De ejus morte nihil Homerus.

[r] *Amphimachum*] Quem Homerus ab Hectore occisum dicit, Il. Γ. De Nirei morte nihil Homerus.

[s] *Euphemum, Hippothoum*] Euphemi mortem tacet Homerus; et Hippothoum ab Ajace Telamonio occisum dicit, Il. P. Vide apud Dictyn.

[t] *Pyleum*] Scribendum 'Pylæum.' Πύλαιος Homero, qui ejus mortem tacet.

[u] *Asterium*] *Asterium* hic virum facit Dares, quod re vera fuit oppidum Thessaliæ, Hom. Il. B.

[v] *Xanthippum, Mesthlem*] Xanthippi nulla mentio, neque apud Homerum neque apud alios. Fuit quidem olim Xanthippus Melanis filius, sed is ante Trojanam expeditionem a Tydeo occisus fuit. Apollodor. II.

[w] *Ut inducias in triennium peterent*] Nihil intentatum reliquit Dares, ut expeditionis Trojanæ decennium expleat: qui, post inducias biennii, de quibus jam supra, hic triennii alteras ponit.

noctu legati vadunt: occurrit illis Dolon[x] ex Trojanis. Qui cum interrogarentur, quid ita armati noctu ad oppidum venissent; dixerunt se ab Agamemnone legatos ad Priamum missos. Quos ut Priamus audivit venisse, et desiderium suum exposuisse, in consilium omnes duces convocat. Quibus refert legatos venisse ab Agamemnone, et inducias ad triennium petere. Hectori suspectum videtur, quod tam longum tempus postulassent. Priamus dicere imperat, quid cuique videatur: omnibus placitum est, inducias in triennium dari. Interim Trojani mœnia renovant, suos saucios curant, cum ingenti honore suos quisque funerat. [23.] Tempus pugnæ supervenit post triennium. Hector et Troilus exercitum educunt cum Ænea. Contra Agamemnon, Menelaus, Achilles, et Diomedes occurrunt. Fit magna cædes. Hector in prima acie duces validissimos interficit, Phidippum, Antiphum,[y] et Merionem.[z] Achilles Lycaonem,[a] Euphorbumque[b] occidit. Ex cetera plebe multa millia hominum ex utraque parte cadunt: pugnatur acriter continuis diebus triginta. Priamus ut vidit multa millia hominum de suo exercitu cecidisse, mittit legatos ad Agamemnonem,[c] ut inducias peterent mensibus sex. Et ex consilii sententia Agamemnon concedit inducias. Tempus pugnæ supervenit: acriter per duodecim

NOTÆ

[x] *Ulysses et Diomedes noctu legati vadunt: occurrit illis Dolon*] Historiam Ulyssis et Diomedis hic immutat Dares. Illi enim noctu ad Trojanorum castra speculatores missi Dolonem exceperunt, qui a Trojanis speculator etiam mittebatur. Vide apud Dictyn.

[y] *Phidippum, Antiphum*] Eos Homerus interfectos fuisse non tradit.

[z] *Et Merionem*] Sed jam supra, p. 317. 'Hector Merionem persequitur et occidit.'

[a] *Achilles Lycaonem*] Ita Homerus Il. Φ. Lycaon autem Priami filius fuit.

[b] *Euphorbumque*] Sed eum Homerus a Menelao interfectum dicit, Il. P. circa cadaver Patrocli. *Τόφρα δέ τοι Μενέλαος, ἀρήϊος Ἀτρέος υἱὸς, Πατρόκλῳ περιβὰς, Τρώων τὸν ἄριστον ἔπεφνε, Πανθοΐδην Εὔφορβον.* 'Interim autem Menelaus bellicosus Atrei filius, Patroclum defendens, Trojanorum fortissimum occidit, Panthoiden Euphorbum.'

[c] *Mittit legatos ad Agamemnonem*] Nota, ineptissimum hunc scriptorem ita narrationem suam instituisse, ut Græcos et Trojanos per vices inducias petentes inducat.

dies[3] pugnatur. Multi duces fortissimi hinc et inde cadunt, plurimi vulnerantur, plurimi in curatione moriuntur. Agamemnon mittit ad Priamum legatos, ut inducias triginta dierum postulent, ut funerare mortuos possit. Priamus consulto facit, annuitque. [24.] At ubi tempus pugnæ supervenit; Andromacha uxor Hectoris in somnis vidit, ne Hector in pugnam procederet: et cum ad eum visum referret, Hector muliebria verba abicit.[4] Andromacha mœsta ad Priamum misit, ut illi prohibeat ne ea die pugnaret. Priamus Helenum, Alexandrum, Troilum, Æneam, et Memnonem jubet accersi, ut illi in pugnam prodirent: in pugnam misit. Hector ut ista cognovit, multum increpans Andromacham, arma ut proferret poposcit, nec retineri ullo modo potuit. Mœsta Andromacha summissis capillis Astyanactem filium protendens[d] ante pedes Hectoris eum revocare non potuit. Tunc planctu femineo oppidum concitat, ad Priamum in regiam currit, refert quid in somnis viderit, et Hectorem velle in pugnam prodire, nec posse projecto ad genua filio suo revocari. Priamus omnes in pugnam prodire jussit, et Hectorem retinuit. Agamemnon, Diomedes, Achilles, Ajax Locrus, ut videre Hectorem non prodisse, acriter pugnaverunt, multosque duces Trojanorum occiderunt. Hector, ut audivit tumultum in bello, et sine se Trojanos laborare, prosiliit in bellum. Statimque Eioneum obtruncat,[e] Iphinoum sauciat[f] Leonteum occidit,[g]

3 *Duces* Delph.—4 *Abjicit* Delph.

NOTÆ

[d] *Astyanactem filium protendens*] Hic Dares conjungit, quæ Homerus narravit Il. X. et in iis etiam quædam immutat. Homerus enim, Il. Z. Andromacham inducit, cum parvulo Astyanacte Hectorem deprecantem, ne in pugnam prodiret. Et, Il. X. Priamum Hecubamque prohibere Hectorem annitentes, ne contra Achillem procederet.

[e] *Eioneum obtruncat*] At in expeditione Trojana, nullius Eionei usquam mentionem ullam factam invenias. Fuit quidem Eioneus Rhesi pater, sed is Trojæ non affuit; et si affuisset, Trojanorum partes secutus esset.

[f] *Iphinoum sauciat*] Sed Homerum eum a Glauco occisum dicit, ipso initio Il. H.

[g] *Leonteum occidit*] Ex Homero falsum est; qui, post interemtum

Sthéneli femur jaculo figit:[h] quem ut Achilles respexit et tot acerrimos duces ab eo interfectos, animum in illum dirigebat, ut illi obvius fieret. Considerabat enim Achilles, nisi Hectorem occideret, plures de Græcorum numero ejus dextera perituros. Multa millia hominum interea trucidantur. Acre prælium colliditur.[i] Hector Polypœtem[k] ducem fortissimum occidit: et cum spoliare cœpisset, Achilles supervenit. Fit pugna major, et clamor ab oppido et a toto surgit exercitu. Hector Achillis femur sauciat. Ille dolore accepto, magis eum persequi cœpit, nec destitit nisi occideret. Quo interemto Trojanos in fugam vertit, et maxima cæde eos usque ad portam fugavit. Cui tamen Memnon[l] fortissime restitit, et acriter inter se certaverunt: læsi utrique discesserunt. Nox prælium dirimit. Achilles de bello saucius redit. Noctu Trojani Hectorem lamentantur. [25.] Postera die Troilus Trojanos educit contra Græcorum exercitum. Agamemnon exercitum consulit, suadetque inducias duorum mensium postulari, quisque ut suos sepelirè possit. Legati ad Priamum proficiscuntur: desiderium prosecuti sunt,[m] duorum mensium inducias accipiunt. Priamus Hectorem[n] suo more ante portam sepelivit, cui ludos funebres facit. Dum induciæ sunt, Palamedes iterum non cessat de imperio conqueri. Itaque Agamemnon seditioni cessit et dicit se de hac re libenter facturum, ut quem vellent Imperatorem præficerent. Postera die populum ad concionem vocat: negat se unquam cupidum imperii fuisse: animo æquo se recipere si vellent dare: se libenter cedere: satis sibi esse dum hostes ulcis-

NOTÆ

Hectorem, Leonteum disco certantem inducit, Il. Ψ.

h *Stheneli femur jaculo*] Hoc non alibi legas.

i *Acre prælium colliditur*] Nove dictum, opinor, 'collidere prælium.'

k *Polypœtem*] Sed eum Homerus, post ademtum Hectorem, disco certantem inducit, Il. Ψ.

l *Cui tamen Memnon*] Sed alii Memnonem multo ante ab Achille occisum dicunt. Vide apud Dictyn.

m *Desiderium prosecuti sunt*] Id est, exposuere desiderium suum. Nolim tamen hoc imitari.

n *Priamus Hectorem*] Solus hoc dixit Dares, ut aliis omnibus adversaretur; qui tradunt Hectoris cadaver ab Achille raptatum, &c. Vide Dictyn.

catur, et parvi facere cujus id ope fiat. Jubet dicere, si cui quid placeat. Palamedes procedit, suum ingenium ostendit. Itaque Argivi imperium ei tradunt.[o] Palamedes Argivis gratias agit, imperium accipit, administrat. Achilles vituperat imperii commutationem. [26.] Interea induciæ exeunt.[p] Palamedes ornatum paratumque exercitum educit, instruit, hortatur. Contra idem facit Deiphobus: pugnatur acriter a Trojanis. Sarpedon Lycius cum suis impressionem in Argivos facit, cædit, prosternit multos. Ei obvius fit Tlepolemus Rhodius:[q] sed diu stando et pugnando male vulneratus[r] cadit. Succedit Perses Admestæ filius,[s] prælium restituit: diuque cum Sarpedone cominus pugnando occiditur. Sarpedon quoque multatus* rediit. Itaque per aliquot dies prælia fiunt. Utrimque ductores occiduntur, sed plures a Priamo. Trojani mittunt legatos, inducias petunt, ut mortuos sepeliant, saucios curent. Palamedes Agamemnonem legatum mittit[t] ad Thesidas: Demophoontem et Athamantem, quos legatos Agamemnon præfecerat, ut commeatus compararent, et frumentum de Mysia a Telepho acceptum supportarent. Ut eo venit, se-

* Sic edd. quas inspeximus: sed scribendum *mulcatus*.

NOTÆ

[o] *Itaque Argivi imperium ei tradunt*] Id contra veram sententiam Dares scripsit. Sed de hoc jam multa apud Dictyn.

[p] *Induciæ exeunt*] Nescio an Latine dici possit, 'induciæ exeunt,' pro 'induciæ finiuntur:' neque enim Latine dicerem, 'exit dies' pro eo quod Catullus dixit, 'abit dies.'

[q] *Ei obvius fit Tlepolemus Rhodius*] Mutavit ex Hom. Iliad. E. Τληπόλεμον δ' Ἡρακλείδην, ἠΰν τε μέγαν τε, Ὦρσεν ἐπ' ἀντιθέῳ Σαρπηδόνι μοῖρα κραταιή. 'Tlepolemum vero Heraclidem, fortemque magnumque, Impulit adversus divinum Sarpedonem fatum violentum.'

[r] *Male vulneratus*] Id est, maxime vulneratus.

[s] *Perses Admestæ filius*] Sed supra, Persem quendam Memnonis socium, inter eos qui Trojanorum partes sequebantur annumeravit: quomodo igitur hic ineptus scriptor eum ait Tlepolemi vices suscepisse et contra Sarpedonem pugnasse? Nulla certe pagina, ubi non Daretis judicium requiras.

[t] *Palamedes Agamemnonem legatum mittit*] Rerum vicissitudines mirare, lector. 'Hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit, hic posuisse gaudet.' Agamemnon, immensi exercitus modo rex, nunc Palamedis legatus. O sana mens!

ditionem Palamedis narrat. Illi moleste ferunt. Agamemnon dicit se moleste non ferre, sua voluntate id factum esse. Interea Palamedes naves comparandas curat, castra munit, turribus circumdat. Trojani exercitum exercent, murum diligenter resarciunt, fossas, et vallum diligenter addunt, ceteraque componunt. [27.] Postquam dies anni venit quo Hector sepultus est, Priamus et Hecuba et Polyxena, ceterique Trojani, ad sepulcrum ejus profecti sunt.[u] Quibus obvius fit Achilles, Polyxenam contemplatur, figit animum, amare eam vehementer cœpit. Tunc ardore impulsus, odiosam vitam in amore consumere cœpit, et ægre ferebat ademtum imperium Agamemnoni, sibique Palamedem præpositum. Amore cogente, Phrygio servo fidelissimo mandata dat ferenda ad Hecubam: et ab ea sibi uxorem poscit: hoc si fecerit, se cum suis Myrmidonibus domum rediturum. Quod cum ipse fecerit, ceteros quoque[4] idem facturos. Servus proficiscitur, ad Hecubam venit, mandata dicit: Hecuba respondit se velle, sed si Priamo viro suo placeat: dum ipsa cum Priamo agat, servus reverti jubetur: servus quod egisset Achilli nuntiat. Agamemnon cum magno commeatu ad castra revertitur. Hecuba cum Priamo de conditione Achillis[v] loquitur. Priamus respondit, fieri non posse: non ideo quod eum affinitate indignum existimet; sed si ei dederit, et ille[5] discesserit, ceteros non discessuros: et iniquum esse, filiam suam hosti jungere. Quapropter si id fieri vellet, pax perpetua fiat, et exercitus discedat, fœderis jura sanciantur. Si id factum sit, se ei libenter filiam daturum. Itaque cum servus ad Hecubam missus esset ab Achille, eadem Hecuba

4 *Ceterosque* Delph.—5 Omittitur *ille* Delph.

NOTÆ

[u] *Ad sepulcrum ejus profecti sunt*] Nota morem: anno redeunte et eodem die ad mortui sepulcrum conveniunt.

[v] *De conditione Achillis*] Hic proprie loquitur, id est, de conditione ab Achille oblata. Conditio autem proprie est quædam nuptiarum pactio.

quæ cum Priamo [w] egerat servo dicit: servus Achilli nuntiat: Achilles vulgo queritur, unius mulieris Helenæ causa totam Græciam et Europam advocatam esse, tanto tempore tot millia hominum periisse; tot pericula adiri; libertatem in ancipiti esse: unde [x] fieri pacem debere, exercitus recedere. Annus circumactus est. Palamedes exercitum educit, instruit. [28.] Deiphobus contra. Achilles iratus in prælium non prodit. Palamedes occasionem nactus, impressionem in Deiphobum facit, et eum obtruncat: [y] prælium acre insurgit, ab utrisque partibus multa millia hominum cadunt. Palamedes in prima acie versatur; hortaturque ut prælium fortiter gerant. Contra eum Sarpedon Lycius occurrit, eumque Palamedes interficit.[z] Eo facto lætus in acie versatur. Cui exultanti et glorianti Alexander Paris sagitta collum transfigit.[a] Phryges animadvertunt, tela conjiciunt, atque ita Palamedes occiditur. Rege occiso, Argivi cedunt, Trojani persequuntur, castra oppugnant, naves incendunt, cuncti impressionem faciunt, turpiter Achivi terga vertunt, in castra confugiunt. Achilli nuntiatum est: dissimulat. Ajax Telamonius fortissime defendit: [b] nox prælium dirimit. Argivi in castris Palamedis scientiam, æquitatem, bonitatem, clementiam lamentantur. [29.] Trojani Sarpedonem et Deiphobum deflent. Nestor, qui major erat natu, noctu duces in consilium evocat, suadet, hortatur, ut[6] imperatorem præficiant, et si eis videatur,

6 *Uti* Delph.

NOTÆ

[w] *Eadem Hecuba quæ cum Priamo*] Hecuba servo dicit eadem, quæ cum Priamo egerat.

[x] *Unde*] Id est, quare.

[y] *Et eum obtruncat*] Ab aliis omnibus discedit, qui scribunt Deiphobum a Menelao occisum. Vide apud Dictyn.

[z] *Eumque Palamedes interficit*] Sed alii omnes eum a Patroclo occisum dicunt. Vide Hom. Il. Π. Adi apud Dictyn.

[a] *Alexander Paris sagitta collum transfigit*] Nusquam alibi legere possis, ab Alexandro Palamedem vulneratum, et deinde ita occisum. Sed de ejus morte, vide apud Dictyn.

[b] *Ajax Telamonius fortissime defendit*] Ex Homero et Dicty, mutato tantum tempore.

eundem Agamemnonem minima cum discordia fieri posse. Item commemorat, quod dum is summus imperator esset, res prospere gestæ sint, et satis felicem exercitum fuisse: si cui quid aliud videatur, dicere suadet. Omnes assentiunt; Agamemnonem summum imperatorem præficiunt. Postera die Trojani ex oppido læti in aciem prodeunt. Agamemnon contra exercitum educit: prælio commisso uterque exercitus inter se fugantur. Postquam major pars diei transiit, procedit in primis Troilus, cædit, devastat, Argivos in castra fugat. Postera die Trojani exercitum educunt: contra Agamemnon. Fit magna cædes, uterque exercitus inter se pugnant, prælium acre fit. Multos duces Argivorum Troilus interfecit. Pugnatur continuis diebus septem. Agamemnon inducias petit in duos menses. Palamedem magnifico funere effert, ceterosque duces ac milites utrique sepeliendos curant. [30.] Agamemnon, dum induciæ sunt, mittit ad Achillem, Nestorem, Ulyssem, Diomedem, ut rogarent illum in bellum prodire. Abnegat Achilles mœstus, quod jam destinaverat in bellum non prodire, ob id quod promiserat Hecubæ, se minus pugnaturum, eo quod Polyxenam valde amabat. Cœpit male eos accipere qui ad se venerant, dicens perpetuam pacem fieri oportere: tanta pericula unius mulieris causa fieri, libertatem periclitari, tanto tempore diffidere:[c] pacem expostulat, pugnam renuit. Agamemnoni renuntiatur, quid cum Achille actum sit, illum pertinaciter negare. Agamemnon omnes duces in consilium vocat, exercitum consulit, quid fieri debeat, imperat dicere quid cuique videatur. Menelaus hortari cœpit fratrem suum, ut potius exercitus in pugnam prodeat, nec debere terreri, si Achilles se excusaverit: se tamen persuasurum ei ut prodeat in bellum, nec vereri si noluerit.[d] Commemorat, Trojanos non habere alium virum tam fortem quam

NOTÆ

[c] *Tanto tempore diffidere*] Id est, tanto tempore insumto se de summa rei desperare.

[d] *Nec vereri si noluerit*] Gall. *Et qu'il ne craignoit point qu'il ne voulut pas. Il ne craignoit point qu'il refusât.* Sed nolim hoc imitari.

Hector fuit. Diomedes et Ulysses dicere cœperunt, Troilum non minus fortem virum esse quam Hectorem: sicque Menelao resistentes bellum geri prohibebant. Calchas ex augurio respondit, debere pugnare, nec curare quod[7] modo superiores Trojani fuerint. [31.] Tempus pugnæ supervenit. Agamemnon, Menelaus, Diomedes, Ajax, exercitum educunt: contra Trojani. Fit magna cædes, pugnatur acriter, uterque exercitus inter se sæviunt. Troilus Menelaum sauciat, multos interficit, Argivos in castra fugat; nox prælium dirimit. Postera die Troilus et Alexander exercitum educunt. Contra omnes Argivi prodeunt: acriter utrimque pugnatur. Troilus Diomedem sauciat: in Agamemnonem impressionem facit, necnon faciem ipsius sauciat, Argivos cædit. Per aliquot dies pugnatur acriter, multa millia hominum ex utraque parte trucidantur. Agamemnon, ut vidit majorem partem exercitus se quotidie amittere, neque sufficere posse, mittit inducias petere[e] in sex menses. Priamus concilium cogit, indicat Argivorum legationem. Troilus negat dari tam longo tempore inducias, sed potius impressionem fieri,[f] naves incendi. Priamus quid cuique videatur dicere imperat. Omnibus placitum est, debere fieri quod Argivi petunt: tunc fiunt induciæ in sex menses. Agamemnon honorifice suos sepeliendos curat: Diomedem, Menelaum saucios curat. Trojani æque suos sepeliunt. Dum induciæ sunt, Agamemnon ex consilii sententia ad Achillem cum Nestore proficiscitur, ut rogaret eum in bellum prodire. Achilles tristis negare cœpit se proditurum, sed pacem peti oportere, conqueri:[g]

7 *Quo* Delph.

NOTÆ

[e] *Mittit inducias petere*] 'Petere' pro 'petitum.' Virg. 'Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus.'

[f] *Sed potius impressionem fieri*] Sic mox hac pagina: 'Negare cœpit se proditurum, sed pacem peti oportere.' Ubi deest verbum contrariæ significationis verbo negare; nempe dicit, imperat. De quo loquendi modo abunde apud Dictyn.

[g] *Conqueri*] Repete 'cœpit,' a communi.

sed tamen, quod Agamemnoni nihil negare possit, cum tempus pugnæ supervenisset, se milites suos missurum:[h] ipsum excusatum haberet quod se abstineret a pugna.[i] Agamemnon ei gratias agit. [32.] Tempus pugnæ supervenit: Trojani exercitum educunt. Contra Argivi prodeunt. Achilles Myrmidonas[8] instruit, ad Agamemnonem paratos mittit. Fit pugna major: acriter sævitur. Troilus enim in prima acie Argivos cædit, Myrmidonas persequitur: impressionem facit in castra: multos occidit: plurimos sauciat. Ajax Telamonius obstitit. Trojani victores in oppidum revertuntur. Postera die Agamemnon exercitum educit: omnes duces et Myrmidones prodeunt. E contra Trojani læti in aciem prodeunt. Prælio commisso uterque exercitus inter se dimicant: acriter per aliquot dies pugnatur: muta millia hominum ex utraque parte cadunt. Troilus Myrmidonas persequitur, sternit, fugat. Agamemnon ut vidit plures ex sua parte occisos, inducias in dies triginta petit, ut suos funerare possit. Priamus inducias dedit; suos quisque sepeliendos curat. [33.] Tempus pugnæ supervenit. Trojani exercitum educunt. Contra Agamemnon omnes duces in pugnam cogit. Prælio commisso fit magna cædes: acriter sæviunt. Postquam primum tempus diei transiit, prodit in prælio[k] Troilus, cædit, prosternit. Argivi fugam cum clamore fecerunt. Achilles ut vidit Troilum ita sævire, et Argivis insultare, simulque sine intermissione prosternere, Argivos laborare, prosiluit in bellum. Eum continuo Troilus præcipit,[l] et sauciat.

8 *Myrmidones*, et sic passim, Delph.

NOTÆ

[h] *Se milites suos missurum*] Ex Homero immutatum, apud quem Achilles quidem pugnare recusat, sed Myrmidonas suos cum Patroclo in pugnam mittit.

[i] *Quod se abstineret a pugna*] Brutus ad Atticum: 'Ut se maledictis non abstineat.' Liv. VIII. 'Alexandrum Romano bello fortuna abstinuit.'

[k] *Prodit in prælio*] Potius scribere debebat, 'in prælium;' ut infra, 'prosiluit in bellum.'

[l] *Præcipit*] Id est, præoccupat.

Achilles de prælio saucius redit: pugnatur continuis diebus sex. Die septimo, dum uterque exercitus prælio commisso fugaretur, Achilles, qui aliquibus diebus vexatus in pugnam non prodierat, Myrmidonas instruit. Hortatur, alloquitur ut fortiter impréssionem in Troilum faciant. Postquam major pars diei transiit, prodit[9] Troilus ex equo lætus.[m] Argivi clamore magno fugam faciunt. Myrmidones supervenere, impressionem in Troilum faciunt, de quorum numero multi a Troilo occiduntur. Dum acriter præliatur, equus Troili saucius corruit, Troilum implicitum excutit. Eum Achilles cito adveniens occidit, et ex prælio trahere cœpit. Et subtraxisset, nisi Memnon eripuisset, et Achillem vulnere sauciasset. Achilles de prælio saucius redit. Memnon insequitur et cum multis impressionem facit. Ut respexit eum Achilles, restitit: curato itaque vulnere, et aliquantulum præliatus, Memnonem multis plagis occidit,[n] et ipse vulneratus ab eo ex prælio recessit. Postquam Persarum dux occisus est, et Trojanorum exercitus fusus est, reliqui in oppidum confugerunt, portasque clauserunt: prælium nox dirimit. Postera die a Priamo legati ad Agamemnonem missi sunt, ut inducias peterent: Agamemnon ex consilii sententia in dies XXX. inducias facit. Priamus Troilum et Memnonem magnifico funere[o] effert: ceterosque milites utrique sepeliendos curant. [34.] Hecuba, mœsta quod duo filii ejus fortissimi Hector et Troilus ab Achille interfecti essent, consilium muliebre temerarium iniit ad dolorem suum ulciscendum. Alexandrum filium accersit, orat, hortatur,[1] ut se et suos

9 *Prodiit* Delph.—1 Omittitur vox *hortatur* Delph.

NOTÆ

Prior in eum tela conjicit.

[m] *Prodit Troilus ex equo lætus*] E curru pugnasse Troilum, docet Virgil. Ejus locum vide ad Dictyn IV. 9.

[n] *Memnonem multis plagis occidit*] Aliter paulo Dictys, quem vide, IV. 6.

[o] *Et Memnonem magnifico funere*] Dictys scribit, Trojanos cremati Memnonis reliquias urna conditas in patrium solum remisisse.

Stheneli femur jaculo figit:[h] quem ut Achilles respexit et tot acerrimos duces ab eo interfectos, animum in illum dirigebat, ut illi obvius fieret. Considerabat enim Achilles, nisi Hectorem occideret, plures de Græcorum numero ejus dextera perituros. Multa millia hominum interea trucidantur. Acre prælium colliditur.[i] Hector Polypœtem[k] ducem fortissimum occidit: et cum spoliare cœpisset, Achilles supervenit. Fit pugna major, et clamor ab oppido et a toto surgit exercitu. Hector Achillis femur sauciat. Ille dolore accepto, magis eum persequi cœpit, nec destitit nisi occideret. Quo interemto Trojanos in fugam vertit, et maxima cæde eos usque ad portam fugavit. Cui tamen Memnon[l] fortissime restitit, et acriter inter se certaverunt: læsi utrique discesserunt. Nox prælium dirimit. Achilles de bello saucius redit. Noctu Trojani Hectorem lamentantur. [25.] Postera die Troilus Trojanos educit contra Græcorum exercitum. Agamemnon exercitum consulit, suadetque inducias duorum mensium postulari, quisque ut suos sepelirè possit. Legati ad Priamum proficiscuntur: desiderium prosecuti sunt,[m] duorum mensium inducias accipiunt. Priamus Hectorem[n] suo more ante portam sepelivit, cui ludos funebres facit. Dum induciæ sunt, Palamedes iterum non cessat de imperio conqueri. Itaque Agamemnon seditioni cessit et dicit se de hac re libenter facturum, ut quem vellent Imperatorem præficerent. Postera die populum ad concionem vocat: negat se unquam cupidum imperii fuisse: animo æquo se recipere si vellent dare: se libenter cedere: satis sibi esse dum hostes ulcis-

NOTÆ

Hectorem, Leonteum disco certantem inducit, Il. Ψ.

[h] *Stheneli femur jaculo*] Hoc non alibi legas.

[i] *Acre prælium colliditur*] Nove dictum, opinor, 'collidere prælium.'

[k] *Polypœtem*] Sed eum Homerus, post ademtum Hectorem, disco certantem inducit, Il. Ψ.

[l] *Cui tamen Memnon*] Sed alii Memnonem multo ante ab Achille occisum dicunt. Vide apud Dictyn.

[m] *Desiderium prosecuti sunt*] Id est, exposuere desiderium suum. Nolim tamen hoc imitari.

[n] *Priamus Hectorem*] Solus hoc dixit Dares, ut aliis omnibus adversaretur; qui tradunt Hectoris cadaver ab Achille raptatum, &c. Vide Dictyn.

catur, et parvi facere cujus id ope fiat. Jubet dicere, si cui quid placeat. Palamedes procedit, suum ingenium ostendit. Itaque Argivi imperium ei tradunt.[o] Palamedes Argivis gratias agit, imperium accipit, administrat. Achilles vituperat imperii commutationem. [26.] Interea induciæ exeunt.[p] Palamedes ornatum paratumque exercitum educit, instruit, hortatur. Contra idem facit Deiphobus : pugnatur acriter a Trojanis. Sarpedon Lycius cum suis impressionem in Argivos facit, cædit, prosternit multos. Ei obvius fit Tlepolemus Rhodius :[q] sed diu stando et pugnando male vulneratus[r] cadit. Succedit Perses Admestæ filius,[s] prælium restituit: diuque cum Sarpedone cominus pugnando occiditur. Sarpedon quoque multatus[*] rediit. Itaque per aliquot dies prælia fiunt. Utrimque ductores occiduntur, sed plures a Priamo. Trojani mittunt legatos, inducias petunt, ut mortuos sepeliant, saucios curent. Palamedes Agamemnonem legatum mittit[t] ad Thesidas: Demophoontem et Athamantem, quos legatos Agamemnon præfecerat, ut commeatus compararent, et frumentum de Mysia a Telepho acceptum supportarent. Ut eo venit, se-

[*] Sic edd. quas inspeximus : sed scribendum *mulcatus*.

NOTÆ

[o] *Itaque Argivi imperium ei tradunt*] Id contra veram sententiam Dares scripsit. Sed de hoc jam multa apud Dictyn.

[p] *Induciæ exeunt*] Nescio an Latine dici possit, 'induciæ exeunt,' pro 'induciæ finiuntur :' neque enim Latine dicerem, 'exit dies' pro eo quod Catullus dixit, 'abit dies.'

[q] *Ei obvius fit Tlepolemus Rhodius*] Mutavit ex Hom. Iliad. E. Τληπόλεμον δ' Ἡρακλείδην, ἠΰν τε μέγαν τε, Ὦρσεν ἐπ' ἀντιθέῳ Σαρπηδόνι μοῖρα κραταιή. 'Tlepolemum vero Heraclidem, fortemque magnumque, Impulit adversus divinum Sarpedonem fatum violentum.'

[r] *Male vulneratus*] Id est, maxime vulneratus.

[s] *Perses Admestæ filius*] Sed supra, Persem quendam Memnonis socium, inter eos qui Trojanorum partes sequebantur annumeravit : quomodo igitur hic ineptus scriptor eum ait Tlepolemi vices suscepisse et contra Sarpedonem pugnasse ? Nulla certe pagina, ubi non Daretis judicium requiras.

[t] *Palamedes Agamemnonem legatum mittit*] Rerum vicissitudines mirare, lector. 'Hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit, hic posuisse gaudet.' Agamemnon, immensi exercitus modo rex, nunc Palamedis legatus. O sana mens !

ditionem Palamedis narrat. Illi moleste ferunt. Agamemnon dicit se moleste non ferre, sua voluntate id factum esse. Interea Palamedes naves comparandas curat, castra munit, turribus circumdat. Trojani exercitum exercent, murum diligenter resarciunt, fossas, et vallum *diligenter* addunt, ceteraque componunt. [27.] Postquam dies anni venit quo Hector sepultus est, Priamus et Hecuba et *Polyxena*, ceterique Trojani, ad sepulcrum ejus profecti sunt.[u] Quibus obvius fit Achilles, Polyxenam contemplatur, figit animum, amare eam vehementer cœpit. Tunc ardore impulsus, odiosam vitam in amore consumere cœpit, *et* ægre ferebat ademtum imperium Agamemnoni, sibique Palamedem præpositum. Amore cogente, Phrygio servo fidelissimo mandata dat ferenda ad Hecubam: et ab ea sibi uxorem poscit: hoc si fecerit, se cum suis Myrmidonibus domum rediturum. Quod cum ipse fecerit, ceteros quoque[4] idem facturos. Servus proficiscitur, ad Hecubam venit, mandata dicit: Hecuba respondit se velle, sed si Priamo viro suo placeat: dum ipsa cum Priamo agat, servus reverti jubetur: servus quod egisset Achilli nuntiat. Agamemnon cum magno commeatu ad castra revertitur. Hecuba cum Priamo de conditione Achillis[v] loquitur. Priamus respondit, fieri non posse: non ideo quod eum affinitate indignum existimet; sed si ei dederit, et ille[5] *discesserit*, ceteros non discessuros: et iniquum esse, filiam suam hosti jungere. Quapropter si id fieri vellet, pax perpetua fiat, et exercitus discedat, fœderis jura sanciantur. Si id factum sit, se ei libenter filiam daturum. Itaque cum servus ad Hecubam missus esset ab Achille, eadem Hecuba

4 *Ceterosque* Delph.—5 Omittitur *ille* Delph.

NOTÆ

[u] *Ad sepulcrum ejus profecti sunt*] Nota morem: anno redeunte et eodem die ad mortui sepulcrum conveniunt.

[v] *De conditione Achillis*] Hic proprie loquitur, id est, de conditione ab Achille oblata. Conditio autem proprie est quædam nuptiarum pactio.

quæ cum Priamo [w] egerat servo dicit: servus Achilli nuntiat: Achilles vulgo queritur, unius mulieris Helenæ causa totam Græciam et Europam advocatam esse, tanto tempore tot millia hominum periisse; tot pericula adiri; libertatem in ancipiti esse: unde [x] fieri pacem debere, exercitus recedere. Annus circumactus est. Palamedes exercitum educit, instruit. [28.] Deiphobus contra. Achilles iratus in prælium non prodit. Palamedes occasionem nactus, impressionem in Deiphobum facit, et eum obtruncat: [y] prælium acre insurgit, ab utrisque partibus multa millia hominum cadunt. Palamedes in prima acie versatur; hortaturque ut prælium fortiter gerant. Contra eum Sarpedon Lycius occurrit, eumque Palamedes interficit.[z] Eo facto lætus in acie versatur. Cui exultanti et glorianti Alexander Paris sagitta collum transfigit.[a] Phryges animadvertunt, tela conjiciunt, atque ita Palamedes occiditur. Rege occiso, Argivi cedunt, Trojani persequuntur, castra oppugnant, naves incendunt, cuncti impressionem faciunt, turpiter Achivi terga vertunt, in castra confugiunt. Achilli nuntiatum est: dissimulat. Ajax Telamonius fortissime defendit: [b] nox prælium dirimit. Argivi in castris Palamedis scientiam, æquitatem, bonitatem, clementiam lamentantur. [29.] Trojani Sarpedonem et Deiphobum deflent. Nestor, qui major erat natu, noctu duces in consilium evocat, suadet, hortatur, ut[6] imperatorem præficiant, et si eis videatur,

6 *Uti* Delph.

NOTÆ

[w] *Eadem Hecuba quæ cum Priamo*] Hecuba servo dicit eadem, quæ cum Priamo egerat.

[x] *Unde*] Id est, quare.

[y] *Et eum obtruncat*] Ab aliis omnibus discedit, qui scribunt Deiphobum a Menelao occisum. Vide apud Dictyn.

[z] *Eumque Palamedes interficit*] Sed alii omnes eum a Patroclo occisum dicunt. Vide Hom. Il. Π. Adi apud Dictyn.

[a] *Alexander Paris sagitta collum transfigit*] Nusquam alibi legere possis, ab Alexandro Palamedem vulneratum, et deinde ita occisum. Sed de ejus morte, vide apud Dictyn.

[b] *Ajax Telamonius fortissime defendit*] Ex Homero et Dicty, mutato tantum tempore.

eundem Agamemnonem minima cum discordia fieri posse. Item commemorat, quod dum is summus imperator esset, res prospere gestæ sint, et satis felicem exercitum fuisse: si cui quid aliud videatur, dicere suadet. Omnes assentiunt; Agamemnonem summum imperatorem præficiunt. Postera die Trojani ex oppido læti in aciem prodeunt. Agamemnon contra exercitum educit: prælio commisso uterque exercitus inter se fugantur. Postquam major pars diei transiit, procedit in primis Troilus, cædit, devastat, Argivos in castra fugat. Postera die Trojani exercitum educunt: contra Agamemnon. Fit magna cædes, uterque exercitus inter se pugnant, prælium acre fit. Multos duces Argivorum Troilus interfecit. Pugnatur continuis diebus septem. Agamemnon inducias petit in duos menses. Palamedem magnifico funere effert, ceterosque duces ac milites utrique sepeliendos curant. [30.] Agamemnon, dum induciæ sunt, mittit ad Achillem, Nestorem, Ulyssem, Diomedem, ut rogarent illum in bellum prodire. Abnegat Achilles mœstus, quod jam destinaverat in bellum non prodire, ob id quod promiserat Hecubæ, se minus pugnaturum, eo quod Polyxenam valde amabat. Cœpit male eos accipere qui ad se venerant, dicens perpetuam pacem fieri oportere: tanta pericula unius mulieris causa fieri, libertatem periclitari, tanto tempore diffidere:[c] pacem expostulat, pugnam renuit. Agamemnoni renuntiatur, quid cum Achille actum sit, illum pertinaciter negare. Agamemnon omnes duces in consilium vocat, exercitum consulit, quid fieri debeat, imperat dicere quid cuique videatur. Menelaus hortari cœpit fratrem suum, ut potius exercitus in pugnam prodeat, nec debere terreri, si Achilles se excusaverit: se tamen persuasurum ei ut prodeat in bellum, nec vereri si noluerit.[d] Commemorat, Trojanos non habere alium virum tam fortem quam

NOTÆ

[c] *Tanto tempore diffidere*] Id est, tanto tempore insumto se de summa rei desperare.

[d] *Nec vereri si noluerit*] Gall. *Et qu'il ne craignoit point qu'il ne voulut pas. Il ne craignoit point qu'il refusât.* Sed nolim hoc imitari.

Hector fuit. Diomedes et Ulysses dicere cœperunt, Troilum non minus fortem virum esse quam Hectorem: sicque Menelao resistentes bellum geri prohibebant. Calchas ex augurio respondit, debere pugnare, nec curare quod[7] modo superiores Trojani fuerint. [31.] Tempus pugnæ supervenit. Agamemnon, Menelaus, Diomedes, Ajax, exercitum educunt: contra Trojani. Fit magna cædes, pugnatur acriter, uterque exercitus inter se sæviunt. Troilus Menelaum sauciat, multos interficit, Argivos in castra fugat; nox prælium dirimit. Postera die Troilus et Alexander exercitum educunt. Contra omnes Argivi prodeunt: acriter utrimque pugnatur. Troilus Diomedem sauciat: in Agamemnonem impressionem facit, necnon faciem ipsius sauciat, Argivos cædit. Per aliquot dies pugnatur acriter, multa millia hominum ex utraque parte trucidantur. Agamemnon, ut vidit majorem partem exercitus se quotidie amittere, neque sufficere posse, mittit inducias petere[e] in sex menses. Priamus concilium cogit, indicat Argivorum legationem. Troilus negat dari tam longo tempore inducias, sed potius impressionem fieri,[f] naves incendi. Priamus quid cuique videatur dicere imperat. Omnibus placitum est, debere fieri quod Argivi petunt: tunc fiunt induciæ in sex menses. Agamemnon honorifice suos sepeliendos curat: Diomedem, Menelaum saucios curat. Trojani æque suos sepeliunt. Dum induciæ sunt, Agamemnon ex consilii sententia ad Achillem cum Nestore proficiscitur, ut rogaret eum in bellum prodire. Achilles tristis negare cœpit se proditurum, sed pacem peti oportere, conqueri:[g]

7 *Quo* Delph.

NOTÆ

[e] *Mittit inducias petere*] 'Petere' pro 'petitum.' Virg. 'Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus.'

[f] *Sed potius impressionem fieri*] Sic mox hac pagina: 'Negare cœpit se proditurum, sed pacem peti oportere.' Ubi deest verbum contrariæ significationis verbo negare; nempe dicit, imperat. De quo loquendi modo abunde apud Dictyn.

[g] *Conqueri*] Repete 'cœpit,' a communi.

sed tamen, quod Agamemnoni nihil negare possit, cum tempus pugnæ supervenisset, se milites suos missurum:[h] ipsum excusatum haberet quod se abstineret a pugna.[i] Agamemnon ei gratias agit. [32.] Tempus pugnæ supervenit: Trojani exercitum educunt. Contra Argivi prodeunt. Achilles Myrmidonas[8] instruit, ad Agamemnonem paratos mittit. Fit pugna major: acriter sævitur. Troilus enim in prima acie Argivos cædit, Myrmidonas persequitur: impressionem facit in castra: multos occidit: plurimos sauciat. Ajax Telamonius obstitit. Trojani victores in oppidum revertuntur. Postera die Agamemnon exercitum educit: omnes duces et Myrmidones prodeunt. E contra Trojani læti in aciem prodeunt. Prælio commisso uterque exercitus inter se dimicant: acriter per aliquot dies pugnatur: multa millia hominum ex utraque parte cadunt. Troilus Myrmidonas persequitur, sternit, fugat. Agamemnon ut vidit plures ex sua parte occisos, inducias in dies triginta petit, ut suos funerare possit. Priamus inducias dedit; suos quisque sepeliendos curat. [33.] Tempus pugnæ supervenit. Trojani exercitum educunt. Contra Agamemnon omnes duces in pugnam cogit. Prælio commisso fit magna cædes: acriter sæviunt. Postquam primum tempus diei transiit, prodit in prælio[k] Troilus, cædit, prosternit. Argivi fugam cum clamore fecerunt. Achilles ut vidit Troilum ita sævire, et Argivis insultare, simulque sine intermissione prosternere, Argivos laborare, prosiluit in bellum. Eum continuo Troilus præcipit,[l] et sauciat.

8 *Myrmidones*, et sic passim, Delph.

NOTÆ

[h] *Se milites suos missurum*] Ex Homero immutatum, apud quem Achilles quidem pugnare recusat, sed Myrmidonas suos cum Patroclo in pugnam mittit.

[i] *Quod se abstineret a pugna*] Brutus ad Atticum: 'Ut se maledictis non abstineat.' Liv. VIII. 'Alexandrum Romano bello fortuna abstinuit.'

[k] *Prodit in prælio*] Potius scribere debebat, 'in prælium;' ut infra, 'prosiluit in bellum.'

[l] *Præcipit*] Id est, præoccupat.

Achilles de prælio saucius redit: pugnatur continuis diebus sex. Die septimo, dum uterque exercitus prælio commisso fugaretur, Achilles, qui aliquibus diebus vexatus in pugnam non prodierat, Myrmidonas instruit. Hortatur, alloquitur ut fortiter imprèssionem in Troilum faciant. Postquam major pars diei transiit, prodit[9] Troilus ex equo lætus.[m] Argivi clamore magno fugam faciunt. Myrmidones supervenere, impressionem in Troilum faciunt, de quorum numero multi a Troilo occiduntur. Dum acriter præliatur, equus Troili saucius corruit, Troilum implicitum excutit. Eum Achilles cito adveniens occidit, et ex prælio trahere cœpit. Et subtraxisset, nisi Memnon eripuisset, et Achillem vulnere sauciasset. Achilles de prælio saucius redit. Memnon insequitur et cum multis impressionem facit. Ut respexit eum Achilles, restitit: curato itaque vulnere, et aliquantulum præliatus, Memnonem multis plagis occidit,[n] et ipse vulneratus ab eo ex prælio recessit. Postquam Persarum dux occisus est, et Trojanorum exercitus fusus est, reliqui in oppidum confugerunt, portasque clauserunt: prælium nox dirimit. Postera die a Priamo legati ad Agamemnonem missi sunt, ut inducias peterent: Agamemnon ex consilii sententia in dies XXX. inducias facit. Priamus Troilum et Memnonem magnifico funere[o] effert: ceterosque milites utrique sepeliendos curant. [34.] Hecuba, mœsta quod duo filii ejus fortissimi Hector et Troilus ab Achille interfecti essent, consilium muliebre temerarium iniit ad dolorem suum ulciscendum. Alexandrum filium accersit, orat, hortatur,[1] ut se et suos

9 *Prodiit* Delph.—1 Omittitur vox *hortatur* Delph.

NOTÆ

Prior in eum tela conjicit.

[m] *Prodit Troilus ex equo lætus*] E curru pugnasse Troilum, docet Virgil. Ejus locum vide ad Dictyn IV. 9.

[n] *Memnonem multis plagis occidit*] Aliter paulo Dictys, quem vide, IV. 6.

[o] *Et Memnonem magnifico funere*] Dictys scribit, Trojanos cremati Memnonis reliquias urna conditas in patrium solum remisisse.

fratres ulciscatur, insidias Achilli faciat, et eum nec opinantem occidat: quoniam ad se miserit, et rogaverit ut sibi Polyxena in matrimonio daretur, se ad eum missuram Priami verbis, ut pacem fœdusque inter se firment, constituantque in fano Apollinis Thymbræi, ante portam: eo Achillem venturum, collocuturum: ibi insidias collocari: satis vitæ suæ esse si eum occiderit: quod temerarius Alexander erat, cito se promisit facturum. Noctu ducuntur de exercitu fortissimi, et in fano Apollinis collocantur: signum accipiunt. Hecuba ad Achillem, Priami verbis, sicuti condixerat, nuntium mittit. Achilles lætus, Polyxenam amans, postera die ad fanum se venturum constituit. Et insequenti die cum Antilocho filio Nestoris ad constitutum venit, simulque ut introivit in fanum, ex insidiis occurrunt. Undique tela conjiciunt:[p] eos Paris Alexander hortatur. Achilles cum Antilocho, brachio sinistro cooperto, dextro ensem tenens, facit impetum. Achilles multos occidit. Alexander Antilochum et Achillem[q] multis plagis[r] confodit. Ita Achilles ex insidiis, nequicquam fortiter faciens, animam amisit: quem Alexander auferri et volucribus projici jubet. Id ne fieret Helenus multa commemorans prohibet, et eos de fano ejici jubet, et suis tradi. Achillem et Antilochum in castra afferunt. Agamemnon Achillem magnifico funere effert: et ut sepulcrum ei faciat, a Priamo inducias petit, ibique ludos funebres facit. [35.] Deinde concilium convocat: Argivos alloquitur; placet omnibus ut quid faciendo opus sit Dii consulantur. Mittunt continuo qui consulere debeant: qui responsum accipiunt,[s] per Achillis progeniem finem negotii fieri. Cum hæc nuntii retulissent, Ajax ait: cum Achilli filius Neoptolemus supersit, eum oportere accersiri ad exercitum,

NOTÆ

[p] *Undique tela conjiciunt*] Aliter hoc narrat Dictys, quem vide IV. 11.

[q] *Antilochum et Achillem*] Sed Antilochum a Memnone occisum narrant, Homer. Dictys, et alii omnes.

[r] *Multis plagis*] Dictys scribit geminato ictu Achillem confossum.

[s] *Qui responsum accipiunt*] Alii scribunt, Helenum edixisse Græcis fore, ut per Neoptolemum Troja caperetur. Sophocl. in Philoctet. Tzetzes, in Lycophr.

ut patrem suum ulciscatur: tandemque placet Agamemnoni et omnibus consilium. Datur negotium Menelao:[t] hic Scyrum[u] proficiscitur ad Lycomedem avum ejus: imperat ut nepotem suum mittat. Quod Lycomedes Argivis libenter concessit. Postquam induciæ exierunt, Agamemnon exercitum eduxit, instruit, hortatur. Contra Trojani prodeunt: prælium committitur. In prima acie Ajax versatur, clamore magno orto. Multi ex utraque parte cadunt. Alexander arcum tenens, multos interficit, Ajacis latus nudum figit. Ajax saucius per hostes persequi Alexandrum cœpit: nec destitit, nisi prosterneret. Ajax fessus vulnere in castra refertur. Sagitta exemta statim moritur.[v] Alexandri corpus ad urbem refertur.[w] Alexandro occiso, Diomedes magno animo in hostes impressionem facit. Phryges fessi in urbem confugiunt, quos Diomedes usque in urbem persequitur. Agamemnon exercitum circa oppidum ducit,[2] et tota nocte circa murum obsidet, et curat ut alternis vicibus diligenter vigilias agant. Postera die Priamus Alexandrum in oppido sepelit, quem magno ululatu Helena prosecuta est, quoniam ab eo honorifice tractata sit. Quam Priamus et Hecuba ut filiam aspexerunt, et diligenter cu-

2 *Duxit*, et mox *obsedit*, Delph.

NOTÆ

[t] *Datur negotium Menelao*] Ex Homero, 'Achilli.' Ex Sophocl. 'Achilli et Phœnici.'

[u] *Scyrum proficiscitur*] Obiter monendus es, lector, Scyrum insulam mediam inter Eubœam et Lesbon olim fuisse. Unde animadvertas solennem tabularum Geographicarum errorem, ubi Scyrus Eubœa proxima ponitur.

[v] *Sagitta exemta statim moritur*] Auctor argumenti in Sophoclis Ajacem ita scribit: 'De morte Ajacis variant apud auctores sententiæ: alii aiunt a Paride vulneratum venisse in castra sua sanguine defluentem: alii, Trojanis oraculum editum ut luto eum cœnoque peterent, (ferro enim vulnerari non poterat,) et hoc modo obiisse. Alii rursus eum sibi mortem conscivisse affirmant; quorum est in numero Sophocles.' Vide apud Dictyn, v.

[w] *Alexandri corpus ad urbem*] Alexandrum ab Ajace occisum dicit, nescio quos auctores secutus: nam alii omnes scribunt eum a Philoctete interfectum fuisse: vide apud Dictyn. Solus, quod sciam, Hephæstion affirmat, eum a Menélao in femore vulneratum interiisse.

ravere, quod nunquam despexisset Trojanos,[x] et Argivos desiderasset.[y] [36.] Postera die Agamemnon cœpit exercitum ante portam instruere, et Dardanos in prælium provocare. Priamus subsistere, urbem munire et quiescere usque dum Penthesilea[z] cum Amazonibus superveniret. Penthesilea postea supervenit, et exercitum contra Argivos eduxit: fit prælium ingens, per aliquot dies pugnatur. Argivi in castris opprimuntur. Cui vix Diomedes obstitit: alioqui castra vastasset, naves incendisset Argivorum, et universum exercitum devastasset. Prælio diremto Agamemnon suos in castris retinet. Interim Penthesilea prodit quotidieque devastat Argivos, in bellum provocat. Agamemnon ex consilio castra munit tueturque, et in bellum non prodit,[3] usque dum advenit Menelaus cum Neoptolemo. Neoptolemus ut advenit patris sui arma accipit, circa patris tumulum lamentatur clamore magno.[a] Penthesilea ex consuetudine aciem instruit, et prodit usque ad castra Argivorum. Prodit Neoptolemus, Myrmidonas instruit, et contra educit. Agamemnon exercitum instruit: acriter ambo concurrunt.[b] Neoptolemus stragem facit: Penthesilea occurrit, fortiter cominus stetit. Dum per aliquot dies acriter pugnaverunt, ambo multos occiderunt. Penthesilea Neoptolemum sauciat. Ille, dolore accepto, Amazonum ductricem

3 Omnes voces a *quotidie* usque ad *prodit* desunt Delph.

NOTÆ

[x] *Quod nunquam despexisset Trojanos*] Ex Homero constat, Helenam nunquam Trojanos despexisse: ait enim, Il. Γ. ad Priamum: *Αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ, φίλε ἑκυρὲ, δεινός τε.* 'Reverendusque mihi es, dilecte socer, timendusque.'

[y] *Et Argivos desiderasset*] Ex Homero id quoque multis locis. Et ipsa, apud Euripidem in Troadibus, ait se sæpius post mortem Paridis Troja egredi tentasse, et Græcorum castra penetrare; et cum etiam per funem e muris delaberetur, a vigilibus in urbem retractam.

[z] *Usque dum Penthesilea*] Sed ante ademtum Hectorem supervenisse Penthesileam, supra narravit Dictys, ipsumque Hectorem, ei obviam profectum, ab Achille per insidias interfectum.

[a] *Lamentatur clamore magno*] Vide apud Dictyn.

[b] *Acriter ambo concurrunt*] Vult dicere, Agamemnonem et Neoptolemum una in hostes impetum fecisse. Sed ita scribit tamen ineptus Dares, ut fere credas eos in se irruisse.

Penthesileam obtruncat.[c] Eo facto totum exercitnm Trojanorum in urbem fugat. Argivi cum exercitu murum circundant, ut foras Trojani exire non possent. [37.] Hæc postquam Trojani viderunt, Antenor, Polydamas, Æneas ad Priamum veniunt. Agunt cum eo, ut concilium vocet, de fortunis suis quid sit faciendum. Priamus concilium convocat: illi postulaverunt loquendi facultatem dari: jubet dicere eos quid desiderent. Antenor commemorat, principes defensores Trojæ Hectorem ceterosque natos ejus cum advenis ductoribus interfectos esse; magnos fortissimosque adhuc contra stare, Agamemnonem, Menelaum, Neoptolemum, non minus fortem quam pater ejus fuisset, Ulyssem, Nestorem, Diomedem, Ajacem Locrum, ceterosque quam plures summæ prudentiæ. Contra, Trojanos clausos et contritos esse. Suadet potius, ut Helena[d] his, et quæ Alexander abstulit reddantur, et pax fiat. Postquam multa verba de pace concilianda dixerunt, surgit Amphimachus filius Priami[e] adolescens fortissimus: malisque verbis adortus est Antenorem, et eos qui consenserant, increpare,[f] factaque eorum cœpit, et suadere potius exercitu[g] irruptionem in castra facere, usque dum vincant,* aut victi pro patria occumbant. Postquam is finem fecit, Æneas exsurgit, lenibus mitibusque verbis refutat, pacem ab Argivis peti magnopere[4] suadet. [38.] Postquam finis dicendi

* *Usque v.* Delph.—4 *Magno opere* Delph.

NOTÆ

[c] *Penthesileam obtruncat*] Sed alii omnes eam ab Achille occisam dicunt. Vide apud Dictyn.

[d] *Suadet potius ut Helena, &c.*] Vide apud Dictyn.

[e] *Surgit Amphimachus filius Priami*] Falsum est, Ampihmachum Priami filium fuisse. Sed locum Homeri male accepit Dares, vel etiam sponte sua immutavit: *Υἱέας Ἀντιμάχοιο δαΐφρονος, ὅς ῥα μάλιστα Χρυσὸν Ἀλεξάνδροιο δεδεγμένος, ἀγλαὰ δῶρα, Οὐκ εἴασχ'* Ἑλένην δόμεναι ξανθῷ Μενελάῳ. 'Filios Antimachi sapientis, qui maxime Aurum Alexandri capiens, splendida dona, Non permittebat Helenam reddere rufo Menelao.'

[f] *Et eos qui consenserant increpare*] Hic locus ita distinguendus: 'adortus est Antenorem et eos qui consenserant, increpare factaque eorum cœpit.'

[g] *Exercitu*] Forsan pro, *exercitui.* Sed melius, 'irruptionem facere ex-

factus est, Priamus magno animo surgit, ingerit multa mala Antenori et Æneæ: eos auctores belli appetendi fuisse, et legatos in Græciam mittendi, cum ipse quoque Antenor legatus redierit, et renuntiaverit se contumeliose tractatum esse. Deinde et Æneam, qui cum Alexandro Helenam et prædam eripuerit. Quapropter certum sibi esse, pacem non fieri: imperatque ut omnes parati sint, cum signum dederit, per portas irruptionem facere: aut vincere, aut mori sibi certum esse. Hæc postquam dixit, multis verbis eos hortatus, concilium dimisit, Amphimachum in regiam duxit, dixitque se vereri ab his qui pacem suaserant, ne oppidum prodant, eosque habere multos de plebe qui cum eis sentiant: opus esse eos interfici. Si hoc factum sit, se patriam defensurum, et Argivos superaturum. Simulque rogat, ut sibi fidelis et obediens, paratusque cum armis sit: id[5] sine suspicione ita fieri posse: postera die, ita uti solet, rem divinam facturum, eosque ad cœnam vocaturum.[6] [h] Tunc Amphimachus consilio approbato hoc facturum promittit, atque ita ab eo discessit. [39.] Eodem die conveniunt clam Antenor, Polydamas, Ucalegon,[i] Amphidamas,[k] Dolon:[l] dicunt se mirari pertinaciam regis qui clausus cum patria et comitibus perire mallet, quam pacem facere. Antenor ait se invenisse quid faciendum sit, quod sibi et illis in commune proficiat, dum sibi et illis foret fides. Omnes

5 *Ut*, et mox *posset*, Delph.—6 *Vocare* Delph.

NOTÆ

ercitu,' id est, cum toto exercitu.

[h] *Eosque ad cœnam vocaturum* [*vocare*] 'Vocare,' pro 'vocaturum.' Innuit autem, eos super cœna interfici oportere.

[i] *Ucalegon*] Hic Ucalegontem Dares addit, nescio unde. Nam de eo tacent alii. Immo Virgilius ejus domum incensam dicit; a qua verisimiliter Græci abstinuissent, si inter proditores fuisset Ucalegon.

[k] *Amphidamas*] Nullum Amphidamantem Trojanum novi. Fuerunt quidem olim plures Amphidamantes; unus Lycurgi filius ex Athenis, alius ex Opunte, cujus filium interfecit Patroclus, item Busiridis filius.

[l] *Dolon*] Atqui jam pridem ab Ulysse et Diomede interceptus, occubuerat Dolon. Sed a recepta aliorum opinione Dares recedit.

se in fide astringunt. Antenor, ut vidit se obstrictum, mittit ad Æneam, dicens, prodendam esse patriam, et sibi suisque cavendum esse: ad Agamemnonem de his aliquem mittendum esse: nam regem iratum de concilio surrexisse, quia ei pacem suaserit: vereri se ne quid novi consilii ineat. Itaque omnes promittunt: statimque Polydamantem, qui ex his unus erat, ad Agamemnonem clam mittunt. Polydamas in castra Argivorum pervenit, Agamemnonem convenit, dixitque ea quæ suis placerent.[7] [40.] Agamemnon clam nocte omnes duces in concilium convocat, refert eadem: quid cuique videatur, dicere jubet. Omnibus placitum est, ut fides proditoribus servetur. Ulysses et Nestor vereri se dixere, hanc temeritatem subire. Neoptolemus eos refutat. Dum inter se certant, placitum est, signum a Polydamante exigi,[m] et idipsum per Sinonem ad Æneam, Anchisem, et Antenorem mitti.[*] Sinon ad Trojam proficiscitur. Et quia nondum claves portæ Amphimachi custodibus traditæ erant, signo dato Sinon, nomine Æneæ, et Anchisæ, et Antenoris audito, confirmatus, Agamemnoni renuntiat. Tunc placitum est omnibus, ut fides daretur, et jurejurando confirmaretur, Antenori, Æneæ, Ucalegoni, Polydamanti, Doloni, suisque parentibus, liberis,[†] conjugibusque, et consanguineis propinquis, et amicis qui una conjurassent,[8] omnibus fidem præstari, suaque omnia sacra [n] et bona incolumia habere liceat. Hoc pacto confir-

7 Omnes voces desunt ab *Agamemnonem* usque ad *placerent* in Delph.—* *Misit* Delph.—† *Liberis* omittit Delph.—8 Omissis vocibus *et amicis*, legitur *cum eis qui una commorassent* in Delph.

NOTÆ

[m] *Signum a Polydamante exigi*] Vellem dixisset Dares, quod signum a Polydamante Græci petierint, quod postea per Sinonem ad Æneam et Antenorem misere. Ex sequentibus conjici potest, Polydamantem signum illud dedisse, quo quivis, a Græcis ad Trojam missus, intra mœnia reciperetur. Quod ut experirentur Græci Sinonem miserunt, qui signo illo dato ab Ænea, Anchise, et Antenore cognitus, intra portas quidem receptus non fuit, quia nondum Amphimachi custodibus claves traditæ: sed Æneæ, Anchisæ et Antenoris nomen audivit, quo plane confirmatus est.

[n] *Suaque omnia sacra*] Singuli enim cives sua sibi propria sacra custodie-

mato, et jurejurando astricto,[o] suadet Polydamas, noctu exercitum ad portam Scæam ut adducant, ubi extrinsecus caput equi pictum est,[p] ibi præsidia habere noctu Antenorem cum Anchise, exercitusque noctu portam reseraturos,[q] eisque lumen prolaturos. Id signum eruptionis fore, quod ibi præsto forent qui ad regiam eos ducant. [41.] Postquam pacta[9] confirmata sunt, Polydamas in oppidum redit,[1] facta renuntiat, dicit Antenori et Æneæ, ceterisque quibuscum actum erat, ut suos omnes ad Scæam portam adducant, noctu Scæam portam aperiant, lumen ostendant, exercitum introducant. Antenor et Æneas noctu ad portam præsto fuerunt, Neoptolemum susceperunt, exercitui portam reseraverunt, lumen ostenderunt, fugæ præsidium sibi et suis omnibus ut esset postulaverunt. Neoptolemus irruptionem facit, Trojanos cædit, persequitur Priamum, quem ante aram Jovis[r] obtruncat. Hecuba, dum fugit cum Polyxena, Æneæ occurrit, Polyxenam ei tradidit, quam Æneas ad patrem Anchisem abscondit. Andromacha et Cassandra in æde Minervæ[*] se tegunt. Tota die et nocte Argivi non cessant vastare, prædam asportare. [42.] Postquam dies illuxit, Agamemnon omnes duces in arcem Minervæ convocat: Diis gratias agit, exercitum collaudat, omnem prædam jubet in medium afferri: eam se

9 *Facta* Delph.—1 *Rediit* Delph.—* *Concordiæ* Delph. Supra ap. Dictyn v. 12. fugit 'Cassandra in ædem Minervæ.'

NOTÆ

bant: cujus rei multa tam ex sacris quam ex profanis literis exempla congeras.

o *Et jurejurando astricto*] Pacto astricto jurejurando, id est, per jusjurandum.

p *Ubi extrinsecus caput equi pictum est*] Innuit equi lignei fabulæ locum dedisse caput equinum, quod portæ Scææ, quam Græcis Antenor aperuit, inscriptum fuit. Nempe ex Servio: 'Ut alii, porta, quam eis Antenor aperuit, equum habuit pictum.' Sed vide plura apud Dictyn, v.

q *Exercitusque noctu portam reseraturos*] Malim omnino, 'exercituique, (vel 'exercituque,') Antenorem et Anchisem noctu reseraturos portam exercitui,' Græcorum scilicet. Neque enim dixisse potuit Dares, exercitum Trojanos portam reseraturos, cum totum exercitum Antenor et Æneas in suas partes non traxissent.

r *Ante aram Jovis*] Vide Dictyn, v.

pariter cum omnibus partiturum: simulque exercitum consulit, an placeat Antenori et Æneæ,[s] cum his qui una patriam prodiderant, servari, quod[2] illis clam confirmaverant. Exercitus totus conclamat, placere sibi; itaque convocatis omnibus, omnia sua reddidit. Antenor rogat Agamemnonem, ut sibi liceat dicere. Agamemnon dicere jubet. Principio Antenor gratias Grajugenis agit,[t] simulque commemorat Helenum et Cassandram semper patri bellum dissuasisse, Achilli sepulcrum[u] Helenum dixisse donari, et dixit Helenum omnia scire.[v] Agamemnon ex concilii sententia Heleno et Cassandræ libertatem dedit. Helenus pro Hecuba et Andromacha rogare cœpit Agamemnonem, commemorans ab his semper eum dilectum esse. Agamemnon ad concilium refert: placuit illis[3][w] libertatem reddi, suaque omnia restitui, prædam omnem æqualiter dividi: hostias et vota solvere, et quando debeant domum reverti diem constituere. Ut dies recessionis advenit, tempestates magnæ exortæ sunt, et per aliquot dies remanserunt. [43.] Calchas respondit,[x] Inferis non esse satisfactum. Neoptolemo in mentem venit, Polyxenam, cujus causa pater perierat, non esse in regia inventam. Agamemnonem poscit, conqueritur, accusat exercitum. Antenorem accersiri

2 *Quam* Delph.—3 *Illi* Delph.

NOTÆ

[s] *An placeat Antenori et Æneæ*] Sic disponenda verba, 'an placeat servari Antenori et Æneæ, cum his qui una patriam prodiderant, quod illis clam confirmaverant.'

[t] *Gratias Grajugenis agit*] Quod sibi pacta servassent.

[u] *Achilli sepulcrum*] Nusquam alibi legi Helenum dixisse, Achillem sepulchro donandum.

[v] *Et dixit Helenum omnia scire*] Servium, in Æn. III. 'Repletus numine novit omnia sacerdos.' Quare illud Virgilii, 'Prohibent nam cetera Parcæ Scire Helenum, farique vetat Saturnia Juno,' sic optime distinxit: 'Prohibent nam cetera Parcæ Scire, Helenum farique vetat Saturnia Juno.' *Scire*, subintellige, *te*. Nam Parcæ prohibent, te scire cetera, et Saturnia Juno vetat Helenum fari.

[w] *Placuit* [*illi*] *illis*] 'Illi,' concilio: alioquin legendum 'illis;' nempe Hecubæ et Andromachæ.

[x] *Calchas respondit*] Alii scribunt, e tumulo Achillis vocem exiisse, quæ Polyxenam sibi immolari Achilles petebat. Vide apud Dictyn, v.

jubet, imperat ut perquirat eam et adducat. Is ad Æneam venit, et diligentius perquirit: utque primum Argivi proficiscantur, Polyxenam, ut absconditam invenit, ad Agamemnonem adducit. Agamemnon Neoptolemo illam tradit:[4] isque eam ad tumulum patris jugulat. Agamemnon iratus Æneæ quod Polyxenam absconderat, cum suis protinus patria excedere jubet.[y] Æneas cum suis omnibus navibus proficiscitur, Antenori terram tradit.[z] Agamemnon postquam profectus est, Helena, post aliquot dies, mœsta magis[a] quam alacris, domum reportatur cum suo Menelao. Helenus cum Hecuba, Andromacha, et Cassandra[b] *Chersonesum* petunt. [44.] Hactenus Dares[c] Phrygius Græcis literis mandavit: nam is ibidem cum Antenoris factione remansit.[d] Pugnatum est annis X. mensibus VIII. diebus XII.[e] ad Trojam ruerunt ex Argivis, sicut acta diurna indicant, quæ Dares Phrygius descripsit, DCCCVI. millia[f] homi-

4 *Tradidit*, ut mox post *Antenori terram*, in Delph. legitur.

NOTÆ

[y] *Patria excedere jubet*] Aliter Dictys, qui scribit Æneam apud Trojam mansisse; sed deinde per Antenorem exactum fuisse. Illum adi.

[z] *Antenori terram tradit* [*tradidit*] Vide notata apud Dictyn, lib. v. § 17.

[a] *Mœsta magis*] Quippe quæ derelictæ domus invidiam timebat.

[b] *Helenus cum Hecuba, Andromacha, et Cassandra*] Ab aliis dissentit qui scribunt Helenum et Andromacham Neoptolemo datos fuisse, Hecubam Ulyssi, et Cassandram Agamemnoni. Vide apud Dictyn.

[c] *Hactenus Dares*] Igitur quæ sequuntur ab alio quam Darete scripta sunt. Atqui auctor Epistolæ, quæ huic narrationi præmittitur, se nihil addidisse vel diminuisse dicit.

[d] *Nam is ibidem cum Antenoris factione remansit*] Sed Eustathius ex Acanthio tradit ipsum Daretem transfugam ab Ulysse fuisse occisum; ut in præfatione dictum est.

[e] *Annis X. mensibus VIII. diebus XII.*] Vix certo tradi possit tempus quo apud Trojam pugnatum est. Illud tantum certum est, Trojam captam fuisse in plenilunio, fine veris, paulo ante solstitium, anno mundi 2767. Vide Joseph. Scaligerum de emendatione temporum.

[f] *DCCCVI. millia*] Neque tamen intelligendum est tot hominibus eodem tempore instructum fuisse Græcorum exercitum. Ex veteribus enim constat eum stetisse non multo pluribus 100000. Trojanorum vero 50000. Sed existimandum est Græcos et Trojanos sibi subinde novas copias ascivisse, pereunte indies priori exercitu. Vide Collectanea Meziriaci in Ovidii Epistola Hermionæ Oresti.

num ad oppidi proditionem. Ex Trojanis CCLXXVIII. millia hominum. Æneas profectus navibus quibus Alexander[g] in Græciam venit, numero XXII. quem omnis hominum ætas circiter III. M. CCC. secuta est. Antenorem secuti sunt duo millia et quingenti. Andromacham et Helenum mille ducenti. Hucusque historia Daretis.

NOTÆ

g *Quibus Alexander*] Sed ego libenter quærerem ubinam gentium naves illæ servatæ sæviente bello, cum omnia circumquaque exusta, direpta, et consumta sint.

APPENDIX.

SAMUELIS ARTOPŒI

PRÆFATIO

IN ARGENTINAM EDITIONEM ANNI 1691.

DICTYN CRETENSEM exhibemus tibi, Lector Benevole, nova veste condecoratum, talemque prorsus, qualis ex Scriniis illustris viri, ULRICI OBRECHTI, apud Argentoratenses Prætoris Regii, prodire debuit; non dubitantes, quin ultro tibi sese probatura sit hæc editio. Cum enim Auctor hic plurima sit passus a librariorum manu, quorum partim incuria illum corruperat, partim inscitia, non capientium styli a suo sæculo abhorrentis antiquam gravitatem; factum inde est, ut et existimationis ipsi debitæ plurimum amitteret, et paucorum admodum manibus tereretur. Neque vero illis solum, sed et Criticis non parum est suæ sortis quod imputet, qui cum Msstos Codices dissentire inter se deprehenderent, sæpe veriorem lectionem illi postposuerunt, quam genio sæculi, quo Q. Septimius Dictyn interpretatus esse dicitur, convenientiorem judicabant. Quo magis illi optandum erat, ut inveniret Patronum aliquem ex reipubl. literariæ Proceribus, qui reformaret habitum ornatumque ejus, et ab hoc neglectu vindicatum pristino nitori dignitatique restitueret. Quod quidem illi contigit, postquam viri istius summi, nunc sublimioribus admoti curis,

accurato judicio emaculatus pariter atque illustratus, eum, in quo nunc comparet, splendorem accepit. Ipsa res docebit, et subjectæ textui notæ, quid in hac editione sit præstitum, ad quam Codex Mstus Bibliothecæ publicæ Argentoratensis, licet ipse non ubique bonæ notæ, nec vetustatis primæ, multis tamen in locis facem prætulit. Accessit Dictyi Daretis Phrygii de Excidio Trojæ Historia, seu, si mavis, Periocha carminis illius, quod sex libris Historiam de Bello Trojano exhibet, et explosa jam pridem a doctis inscriptione, Cornelii Nepotis nomen præfert, cum verus ejus auctor sit Josephus Devonius, s. Iscanus, Anglus: ex quo opere si consarcinatam quis hanc Daretis prosam dixerit, nobis non valde invitis id fiet. Et eum quidem Daretem, quod hactenus individuus comes Dictyos fuit, eidem nunc quoque adjungere visum est, propter argumenti similitudinem, quanquam cetera illi neutiquam comparandum. In tota autem hac editione Dictyos Typographo et nobis ea sola cura fuit, ut quam emendatissimus ex officina prodiret, et studiosæ Juventutis usibus accommodatus, adjunctum etiam haberet Indicem rerum et vocum locutionumque insigniorum, in quibus cum Sallustianæ imitationis non obscura appareant vestigia, in illa, quoad fieri potuit in indice, digitum intendimus. Siquidem nonnihil etiam hoc ad commendationem Dictyos facere arbitrati sumus, si ostenderetur, eum cum optimis auctoribus alieno licet sæculo locutum esse. Optamus enim in manibus hunc auctorem esse, eo etiam nomine, quod res Trojanæ, et earum scriptor proprius Homerus, tanta olim apud omnes æstimatione fuerunt, ut nemo non Poëtarum, quin et Oratores Philosophique, exemplis et argumentis inde potissimum repetitis suos libros impleverint, quibus intelligendis, cum rarissimi ipsùm Homerum legant, hæc Iliados compendia possunt lumen præferre. Suaserim itaque ea teneriori adhuc Juventuti prius, quam reliquos auctores, Poëtas cumprimis evolvat, in manus dari. Cui etiam fini hanc curam impensam esse, B. L. scias velim. Tu studia hæc nostra et vota boni consule.

PASCASIUS GROSIPPUS,

VERO NOMINE

GASPAR SCIOPPIUS,

IN PARADOXIS LITERARIIS, EPISTOLA V.

Hinc porro judicari potest, cujus notæ Critici sint, qui historiam Belli Trojani, quæ Daretis Phrygii nomen præfert, a Cornelio Nepote Latine conversam censuere. Elegantia Styli ductos id fecisse Johannes Savaro, homo Gallus, judicat. Haud vidi magis: cum qui vel primoribus labris bonos Latinitatis auctores attigit, historiam tam lutulentam non nisi ab homine indoctissimo, qui nec minimum Latini sermonis gustum unquam hauserit, scribi potuisse statim agnoscat: ita in omnibus pagellis ea se offerunt, quæ τῶν κοινοβίων claustra resipiant, aut Actuariorum cancellos nuper admodum refregisse videantur. Facilius multo intelligentibus fidem fecissent, si historiam alteram, cujus Dictys Cretensis auctor inscribitur, ad Nepotem retulissent, quippe ad cujus styli similitudinem illa proxime accedit, ut omnino Velleii, Valerii Maximi, et Curtii ætate, ab aliquo elegantis ingenii et judicii homine, animi gratia et exercitationis, scripta videatur, etsi nonnullis locis aliquid mali a mala ei objectum est manu, quod et belli Alexandrini scriptori, et aliis præterea contigit. Josias Mercerus, vir sane magnæ eruditionis acrique judicio, perfrivolis ducitur argumentis, ut eam post Constantini demum Magni ætatem scriptam putet. Scilicet in præfatione Consularis Cretæ fit mentio, quæ imperii appellatio est recentior. At

enim præfationem non ejusdem esse cujus est historia, quivis non indoctissimus facile intelligat: quam haud dubie indoctus quispiam nugator subjecit. Tum in aliis scriptis codicibus, quos editi sunt secuti, non Consularis, sed Præses legitur. Nihil autem Mercerus affert, cur suo tantum Codici credere alios postulet: qui quod quædam loquendi genera Latinæ Linguæ puritate non satis digna in eadem Historia legi censet, profecto se jam depontanum factum probat, quem jam domi se continere, nec suffragii ferendi in literarum Comitium ire par fuerit. Libro II. in prius editis legebatur:

'Namque nostros multorum dierum navigatione aliquantum exhaustos maxime præsentia Telephi exanimaverat.' Et infra:

'Cohortati suos quisque acie conflixere. Tum vero aliquantulum tracto certamine, plurimi utriusque partis cadunt.' Mercerus utrobique: 'in aliquantum' edidit, annotatque: 'ita libri, et sic sæpe Noster, a cujus sæculo non est exigenda Latini sermonis puritas.' Sed primum falsum est, sæpe sic apud hunc scriptorem legi, nec enim præterea est locus in omni ea Historia, ubi vocis 'aliquantum' idem usus sit. Deinde negare Mercerus nequit, nec suos libros nusquam corruptæ lectionis esse. Quid ergo est, cur auctorem id potius, quod in Merceri, quam quod in aliorum libris est, scripsisse accredamus? Tandem parum Mercerus doctrina sua in bonorum auctorum usu dignum facit, cum id damnare animum inducit, quod et regulis artis congruit, et locupletissimis se auctoribus tutari potest. Ut enim in Grammaticis docui, Quantum, Tantum, Multum, Paulum, Aliquantum, Immensum, regulariter cum Præpositione *ad* vel *in*, figurate vero sine præpositione dicuntur: ut, 'quantum pater filio, tantum poëta ingenii sui partu gaudet.' 'Avarus multum est ambitioso deterior.' 'Senex est paulum ad rem attentior.' 'Adolescens aliquantum animo omissior.' 'Mons immensum editus.' In his omnibus præpositionem desiderari, plurima optimorum auctorum exempla vincunt. *Liv.* XX. 27. 'In tantum suam virtutem enituisse.' Virg. 'Nec

puer Iliaca quisquam de gente Latinos In tantum spe tollet avos.' Juven. 'In quantum situs atque fames et frigora poscunt.' Plin. x. cap. 36. 'Solutus columbarum volatus est in multum velocior.' Livius xxix. 25. 'Ad immensum augere aliquid.' Et xxiv. 15. 'Dextera pars terræ labe in aliquantum altitudinis diruta erat.' Ubi genitivus 'altitudinis' non regitur ab 'aliquantum,' sed a suppresso nomine substantivo quod est *negotium*, quod similiter in omnibus reliquis adjectivis jam enumeratis subauditur. Minus autem syntaxin istam Mercerus mirabitur, si rationem ineat, eadem ista nomina in sexto casu nullo sententiæ discrimine usurpari solere: ut Ter. Heaut. 'Paulo qui est homo tolerabilis.' 'Pater aliquanto iniquior.' Et Phorm. 'Ego isti nihilo aliter sum ac fui.' Sallust. Jugurth. 'Cum vineæ paulo processerant, igne aut lapidibus corrumpebantur.' Cicero: 'Quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus.' Idem: 'Arrogantia ingenii multo est molestissima.' Senec. Epist. 94. 'Aspice quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi.' Livius extremo lib. ix. 'Flavium aliquanto antea desisse scriptum facere.' Justin. xxxiii. 'Sed quanto Grypus abnuit, tanto soror accenditur.' In quibus omnibus præpositio *a* et nomen *negotio* subauditur, ut eodem sensu dicatur, 'quanto magis' et 'quantum magis,' 'quanto melior' et 'quantum melior:' quo posteriore Livius utitur lib. iii. 15. 'Quantum magis juniores patrum plebi se insinuabant, eo acrius contra Tribuni tendebant.' Et xliv. 7. 'Quantum longius procederet, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens.' Atque hinc, opinor, Mercerus intelliget, quam imperite ista Grammatici Adverbiis annumerent, quæ præpositio eis præmissa nomina esse clamet.

Aliud ejus argumentum est quia lib. v. in suis exemplaribus legerit, 'Priamus re cognita ad aram Jovis ante ædificiale confugit.' Annotatque: 'Ædificiale pro ædificio sive regia Priami. Elegantia hujus sæculi.' Atqui nihil necesse est ita nos legere, ut libri ejus exhibent, sed potius ut alii recte habebant: 'ad aram Jovis ædificialis confugit.'

Id enim est ad aram Jovis Hercæi, quomodo alii Græce dicere maluerunt, ut Ovid. in Ib. 'Cui nihil Hercæi profuit ara Jovis.' Hygin. fab. 91. 'Pars in aram Jovis Hercæi insiluit.' Festus: 'Hercæus Jupiter intra conseptum domus cujusque colebatur, quem et Deum penetralem appellabant.' Servius in Æn. II. 'Singula domus sacrata sunt Diis, ut Culina Diis penatibus, Maceries, quæ ambit domum, Hercæo Jovi.' Itaque nihil Mercerus egit, cum probatæ Latinitatis laudem huic Historiæ sententia sua abrogavit, ultroque gratiam ejus emendatione meritam effudit: qui non minus in eo hallucinatur, quod cum *libro primo* membranarum suarum fide sic edidisset: 'Podalirius et Machaon Æsculapio geniti, acciti ad id bellum ob solertiam medicinæ artis:' annotavit, 'Medicinam artem dictum esse, ut terram Italiam, mulierem meretricem, Senectam ætatem.' Perperam scilicet Medicinam, senectam, et Meretricem, perinde ut Italiam, nomina substantiva esse credidit. Nam senectus participium esse, idemque significare quod ὁ γηράσας, Priscianus veterum auctoritate satis probavit. Dicebant nimirum senectus vir, senecta fœmina, senectum corpus: adeoque quoties Senectam pro Senectute legimus, Ætatem subaudimus, quod quidem *Mercerus* Servio credere poterat in Æn. II. sic monenti: 'Si dicamus Senecta, aut addendum ætas, aut intelligendum.' Meretrix non aliam rationem habet, quam Genitrix, Victrix, Altrix, quæ adjectivorum instar esse nemini potest esse dubium. Medicinam porro merum adjectivum esse, ut Ars, vel Taberna subaudiatur, quomodo tandem Mercerus tantus literator ignorare potuit? Legerat enim in Varrone IV. de Lingua Latina. 'Artificibus maxima causa ab arte, id est, ab arte medicina ut sit medicus dictus, a sutrina sutor, non a medendo ac suendo.' Et VII. 'Taberna, ubi venit caro, laniena; ubi pelles, pellesvena; ubi calcei, sutrina dicitur.' Donatus in Adel. IV. 2. 'Veteres absolute dicebant pistrinam, ut sutrinam et medicinam, ad tabernam referentes.' Charisius I. 'Pistrinum neutro dicitur, *sed* Lucilius fœminino extulit: Media: a pistrina: ad tabernam

referens.' Ubi ridicule Josephus Burdoscaliger postrema tria verba Lucilii esse credidit, quæ Charisii esse, ex Donati verbis discere poterat. Hyginus fab. 274. 'Ne quis vserus artem medicinam disceret.' Plinius: 'Hippocrates clarissimus medicinæ scientiæ.' Ceterum Varro in eo nil præter solitum nugatur, cum medicum a medicina et sutorem a sutrina derivatum affirmat, cum nec pueri jam ignorent, nomina in *inus* exeuntia ab eo primigenii nominis casu, qui cadat in *i*, formata esse. Itaque cum a participio passivo sutus factum fuisset sutor, ab hujus postea tertio casu sutori profectum est sutorinus, et per syncopen sutrinus, similiterque, a verbo pinso, (priscis piso, teste Diomede, a Græc. πτίσσω,) participio pistus, factum fuit pistor, et a pistori, pistorinus et pistrinus; a textori, textorinus et textrinus; a medicus, medici, medicinus; a piscis, pisci, piscinus; a rex, regi, reginus; a sal, sali, salinus. In salinum ergo subaudimus vas, in salinæ, vel tabernæ, vel fodinæ, in piscina, aqua. Nam et 'petimen piscinum' Nævius teste Festo dixit. In regina subauditur fœmina, filia, uxor. Charisius: 'Regina nullo modo recipiendum nisi reciperemus et reginum.' Itaque Virgilius Iliam vocat Reginam, nec secus Ariadnam, quod filiæ essent regiæ. Et Servius in illo Æn. I. 'Quod regia Juno Monstrarat.' Regia interpretatur, regina, nempe ut a lux est Lucius et Lucinus, unde Juno Lucina, sic a rex, regius et reginus. Etiam a taurus exiit taureus et taurinus. Nam ut ait Plinius, referente Servio in Æn. IX. 'derivationes non habent firmas regulas, sed exeunt prout auctoribus placet.'

OLAUS BORRICHIUS

DE

VARIIS LATINÆ LINGUÆ

ÆTATIBUS, Pag. 12.

In Argentea Scioppii ætate nonnulla etiam desiderabunt forsan qui rem attentius expenderint. Dictys Cretensis non repræsentat genium illius sæculi. Pugnat quidem pro eo vehementer Scioppius, et omnino Velleii, Valerii Maximi, aut Curtii ætate ab aliquo elegantis ingenii et judicii homine scriptum arbitratur, inque Josiam Mercerum, negantem, acerbe, more suo, invehitur. Sed Vossius maturiori judicio transfert scriptorem hunc, Lib. de Hist. Latin. in ævum Constantini Magni, aut, quod adhuc verisimilius putat, in aliquot post Constantinum Magnum ætates. Quin et dictio ipsa hujus Q. Septimii Romani, (qui Dictyn Græcum vertisse creditur,) utcumque non inelegans, refert tamen sæpe nescio quid creperum, et auri tereti inusitatum. Quis enim argenteæ ætatis judicabit ista? I. de Bello Trojan. 'Inde,' inquit, 'quod jam Alexander abreptis, quæ cupierat, abscessionem properabat, parvo[a] tempore armati ad naves veniunt.' Paulo post: 'Atque ita sagittatis[b] jam prælio hostibus evadunt.' Dices, sagittare probum est. Non damno, sed argenteæ ætatis esse unde demonstrabitur? Justini quidem est XL. Solini 22. Veget. de re Milit. III. 9. et 15.

[a] L. pro. [b] L. fatigatis.

atque in Epilogo III. ejusdem Vegetii: sed hi auctores sunt extra ævum argenteum: ut mittam, hos vocabulum usurpare significatione neutra, atque sine casu adjuncto, Dictyn seu Septimium passiva et casu comitante, quod novum utique, et hujus auctoris commentum. Iterum I. 'Quis perfectis pure lauti Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere.' Et mox: 'ita per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus' ('quadripartitur' tamen melioris ævi est). II. 'Egregie nobis actum est;' pro nobiscum. Eodem libro: 'Uti interposita jurisjurandi religione confirmarent, nequaquam se ob eam causam offendi.' Ibidem: 'At ubi in manus ventum est, cohortati suos quisque acie conflixere;' pro ad manus. Et quibusdam interjectis: 'At ubi novis jaculis manus redarmatæ sunt, pergunt contra.' IV. 'Dein plurimos, uti quemque intra telum fecerant,'[c] [interficiunt,] pro 'ut quisque ad teli jactum pervenerat.' Et post pauca: 'Tuncque reflentibus[d] cunctis ducibus casum tanti viri, plurimi militum haud dolore, neque, uti res exposcebat, tristia[e] commoveri.' Tandem versus finem ejusdem libri: 'Dein subjungit Laomedontis adversum Herculem famosam perjuriam,[f] insecutamque ejus atque regni eversionem.' VI. 'Solutis anchoralibus[g] navigant;' pro anchoris. Sed quid attinet in re liquida, et confessa verba perdere, cum dictio ipsa ævum obscurius fateatur?

[c] L. ferit.
[d] L. deflentibus.
[e] L. tristitia.
[f] L. famosa perjuria.
[g] Liv. Plinius, alii.
Addantur Antonius Possevinus in Apparat. Sect. 4. I. 143. Ludov. Vives de tradendis Disciplinis V. 508. Fernand. de Cordova in Didascalia multiplici. 46. Cl. Salmasius ad Aram Dosiadæ. 243.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBRI SEX,

NOTIS EXPLICATI

A

SAMUELE DRESEMIO

DITHMARSO.

enim præfationem non ejusdem esse cujus est historia, quivis non indoctissimus facile intelligat: quam haud dubie indoctus quispiam nugator subjecit. Tum in aliis scriptis codicibus, quos editi sunt secuti, non Consularis, sed *Præses* legitur. Nihil autem Mercerus affert, cur suo tantum Codici credere alios postulet: qui quod quædam loquendi genera Latinæ Linguæ puritate non satis digna in eadem Historia legi censet, profecto se jam depontanum factum probat, quem jam domi se continere, nec suffragii ferendi in literarum Comitium ire par fuerit. Libro II. in prius editis legebatur:

'Namque nostros multorum dierum navigatione aliquantum exhaustos maxime præsentia Telephi exanimaverat.' Et infra:

'Cohortati suos quisque acie conflixere. Tum vero aliquantulum tracto certamine, plurimi utriusque partis cadunt.' Mercerus utrobique: 'in aliquantum' edidit, annotatque: 'ita libri, et sic sæpe Noster, a cujus sæculo non est exigenda Latini sermonis puritas.' Sed primum falsum est, sæpe sic apud hunc scriptorem legi, nec enim præterea est locus in omni ea Historia, ubi vocis 'aliquantum' idem usus sit. Deinde negare Mercerus nequit, nec suos libros nusquam corruptæ lectionis esse. Quid ergo est, cur auctorem id potius, quod in Merceri, quam quod in aliorum libris est, scripsisse accredamus? Tandem parum Mercerus doctrina sua in bonorum auctorum usu dignum facit, cum id damnare animum inducit, quod et regulis artis congruit, et locupletissimis se auctoribus tutari potest. Ut enim in Grammaticis docui, Quantum, Tantum, Multum, Paulum, Aliquantum, Immensum, regulariter cum Præpositione *ad* vel *in*, figurate vero sine præpositione dicuntur: ut, 'quantum pater filio, tantum poëta ingenii sui partu gaudet.' 'Avarus multum est ambitioso deterior.' 'Senex est paulum ad rem attentior.' 'Adolescens aliquantum animo omissior.' 'Mons immensum editus.' In his omnibus præpositionem desiderari, plurima optimorum auctorum exempla vincunt. *Liv.* XX. 27. 'In tantum suam virtutem enituisse.' Virg. 'Nec

puer Iliaca quisquam de gente Latinos In tantum spe tollet avos.' Juven. 'In quantum situs atque fames et frigora poscunt.' Plin. x. cap. 36. 'Solutus columbarum volatus est in multum velocior.' Livius xxix. 25. 'Ad immensum augere aliquid.' Et xxiv. 15. 'Dextera pars terræ labe in aliquantum altitudinis diruta erat.' Ubi genitivus 'altitudinis' non regitur ab 'aliquantum,' sed a suppresso nomine substantivo quod est *negotium*, quod similiter in omnibus reliquis adjectivis jam enumeratis subauditur. Minus autem syntaxin istam Mercerus mirabitur, si rationem ineat, eadem ista nomina in sexto casu nullo sententiæ discrimine usurpari solere: ut Ter. Heaut. 'Paulo qui est homo tolerabilis.' 'Pater aliquanto iniquior.' Et Phorm. 'Ego isti nihilo aliter sum ac fui.' Sallust. Jugurth. 'Cum vineæ paulo processerant, igne aut lapidibus corrumpebantur.' Cicero: 'Quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus.' Idem: 'Arrogantia ingenii multo est molestissima.' Senec. Epist. 94. 'Aspice quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi.' Livius extremo lib. ix. 'Flavium aliquanto antea desisse scriptum facere.' Justin. xxxiii. 'Sed quanto Grypus abnuit, tanto soror accenditur.' In quibus omnibus præpositio *a* et nomen *negotio* subauditur, ut eodem sensu dicatur, 'quanto magis' et 'quantum magis,' 'quanto melior' et 'quantum melior:' quo posteriore Livius utitur lib. iii. 15. 'Quantum magis juniores patrum plebi se insinuabant, eo acrius contra Tribuni tendebant.' Et xliv. 7. 'Quantum longius procederet, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens.' Atque hinc, opinor, Mercerus intelliget, quam imperite ista Grammatici Adverbiis annumerent, quæ præpositio eis præmissa nomina esse clamet.

Aliud ejus argumentum est quia lib. v. in suis exemplaribus legerit, 'Priamus re cognita ad aram Jovis ante ædificiale confugit.' Annotatque: 'Ædificiale pro ædificio sive regia Priami. Elegantia hujus sæculi.' Atqui nihil necesse est ita nos legere, ut libri ejus exhibent, sed potius ut alii recte habebant: 'ad aram Jovis ædificialis confugit.'

Id enim est ad aram Jovis Hercæi, quomodo alii Græce dicere maluerunt, ut Ovid. in Ib. 'Cui nihil Hercæi profuit ara Jovis.' Hygin. fab. 91. 'Pars in aram Jovis Hercæi insiluit.' Festus: 'Hercæus Jupiter intra conseptum domus cujusque colebatur, quem et Deum penetralem appellabant.' Servius in Æn. II. 'Singula domus sacrata sunt Diis, ut Culina Diis penatibus, Maceries, quæ ambit domum, Hercæo Jovi.' Itaque nihil Mercerus egit, cum probatæ Latinitatis laudem huic Historiæ sententia sua abrogavit, ultroque gratiam ejus emendatione meritam effudit: qui non minus in eo hallucinatur, quod cum libro primo membranarum suarum fide sic edidisset: 'Podalirius et Machaon Æsculapio geniti, acciti ad id bellum ob solertiam medicinæ artis:' annotavit, 'Medicinam artem dictum esse, ut terram Italiam, mulierem meretricem, Senectam ætatem.' Perperam scilicet Medicinam, senectam, et Meretricem, perinde ut Italiam, nomina substantiva esse credidit. Nam senectus participium esse, idemque significare quod ὁ γηράσας, Priscianus veterum auctoritate satis probavit. Dicebant nimirum senectus vir, senecta fœmina, senectum corpus: adeoque quoties Senectam pro Senectute legimus, Ætatem subaudimus, quod quidem Mercerus Servio credere poterat in Æn. II. sic monenti: 'Si dicamus Senecta, aut addendum ætas, aut intelligendum.' Meretrix non aliam rationem habet, quam Genitrix, Victrix, Altrix, quæ adjectivorum instar esse nemini potest esse dubium. Medicinam porro merum adjectivum esse, ut Ars, vel Taberna subaudiatur, quomodo tandem Mercerus tantus literator ignorare potuit? Legerat enim in Varrone IV. de Lingua Latina. 'Artificibus maxima causa ab arte, id est, ab arte medicina ut sit medicus dictus, a sutrina sutor, non a medendo ac suendo.' Et VII. 'Taberna, ubi venit caro, laniena; ubi pelles, pellesvena; ubi calcei, sutrina dicitur.' Donatus in Adel. IV. 2. 'Veteres absolute dicebant pistrinam, ut sutrinam et medicinam, ad tabernam referentes.' Charisius I. 'Pistrinum neutro dicitur, sed Lucilius fœminino extulit: Media: a pistrina: ad tabernam

referens.' Ubi ridicule Josephus Burdoscaliger postrema tria verba Lucilii esse credidit, quæ Charisii esse, ex Donati verbis discere poterat. Hyginus fab. 274. 'Ne quis vserus artem medicinam disceret.' Plinius : 'Hippocrates clarissimus medicinæ scientiæ.' Ceterum Varro in eo nil præter solitum nugatur, cum medicum a medicina et sutorem a sutrina derivatum affirmat, cum nec pueri jam ignorent, nomina in *inus* exeuntia ab eo primigenii nominis casu, qui cadat in *i*, formata esse. Itaque cum a participio passivo sutus factum fuisset sutor, ab hujus postea tertio casu sutori profectum est sutorinus, et per syncopen sutrinus, similiterque, a verbo pinso, (priscis piso, teste Diomede, a Græc. πτίσσω,) participio pistus, factum fuit pistor, et a pistori, pistorinus et pistrinus; a textori, textorinus et textrinus; a medicus, medici, medicinus; a piscis, pisci, piscinus; a rex, regi, reginus; a sal, sali, salinus. In salinum ergo subaudimus vas, in salinæ, vel tabernæ, vel fodinæ, in piscina, aqua. Nam et 'petimen piscinum' Nævius teste Festo dixit. In regina subauditur fœmina, filia, uxor. Charisius: 'Regina nullo modo recipiendum nisi reciperemus et reginum.' Itaque Virgilius Iliam vocat Reginam, nec secus Ariadnam, quod filiæ essent regiæ. Et Servius in illo Æn. I. 'Quod regia Juno Monstrarat.' Regia interpretatur, regina, nempe ut a lux est Lucius et Lucinus, unde Juno Lucina, sic a rex, regius et reginus. Etiam a taurus exiit taureus et taurinus. Nam ut ait Plinius, referente Servio in Æn. IX. 'derivationes non habent firmas regulas, sed exeunt prout auctoribus placet.'

OLAUS BORRICHIUS

DE

VARIIS LATINÆ LINGUÆ

ÆTATIBUS, Pag. 12.

In Argentea Scioppii ætate nonnulla etiam desiderabunt forsan qui rem attentius expenderint. Dictys Cretensis non repræsentat genium illius sæculi. Pugnat quidem pro eo vehementer Scioppius, et omnino Velleii, Valerii Maximi, aut Curtii ætate ab aliquo elegantis ingenii et judicii homine scriptum arbitratur, inque Josiam Mercerum, negantem, acerbe, more suo, invehitur. Sed Vossius maturiori judicio transfert scriptorem hunc, Lib. de Hist. Latin. in ævum Constantini Magni, aut, quod adhuc verisimilius putat, in aliquot post Constantinum Magnum ætates. Quin et dictio ipsa hujus Q. Septimii Romani, (qui Dictyn Græcum vertisse creditur,) utcumque non inelegans, refert tamen sæpe nescio quid creperum, et auri tereti inusitatum. Quis enim argenteæ ætatis judicabit ista? I. de Bello Trojan. 'Inde,' inquit, 'quod jam Alexander abreptis, quæ cupierat, abscessionem properabat, parvo[a] tempore armati ad naves veniunt.' Paulo post: 'Atque ita sagittatis[b] jam prælio hostibus evadunt.' Dices, sagittare probum est. Non damno, sed argenteæ ætatis esse unde demonstrabitur? Justini quidem est XL. Solini 22. Veget. de re Milit. III. 9. et 15.

[a] L. pro. [b] L. fatigatis.

atque in Epilogo III. ejusdem Vegetii: sed hi auctores sunt extra ævum argenteum: ut mittam, hos vocabulum usurpare significatione neutra, atque sine casu adjuncto, Dictyn seu Septimium passiva et casu comitante, quod novum utique, et hujus auctoris commentum. Iterum I. 'Quis perfectis pure lauti Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere.' Et mox: 'ita per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus' ('quadripartitur' tamen melioris ævi est). II. 'Egregie nobis actum est;' pro nobiscum. Eodem libro: 'Uti interposita jurisjurandi religione confirmarent, nequaquam se ob eam causam offendi.' Ibidem: 'At ubi in manus ventum est, cohortati suos quisque acie conflixere;' pro ad manus. Et quibusdam interjectis: 'At ubi novis jaculis manus redarmatæ sunt, pergunt contra.' IV. 'Dein plurimos, uti quemque intra telum fecerant,'[c] [interficiunt,] pro 'ut quisque ad teli jactum pervenerat.' Et post pauca: 'Tuncque reflentibus[d] cunctis ducibus casum tanti viri, plurimi militum haud dolore, neque, uti res exposcebat, tristia[e] commoveri.' Tandem versus finem ejusdem libri: 'Dein subjungit Laomedontis adversum Herculem famosam perjuriam,[f] insecutamque ejus atque regni eversionem.' VI. 'Solutis anchoralibus[g] navigant;' pro anchoris. Sed quid attinet in re liquida, et confessa verba perdere, cum dictio ipsa ævum obscurius fateatur?

[c] L. ferit.
[d] L. deflentibus.
[e] L. tristitia.
[f] L. famosa perjuria.
[g] Liv. Plinius, alii.
Addantur Antonius Possevinus in Apparat. Sect. 4. I. 143. Ludov. Vives de tradendis Disciplinis v. 508. Fernand. de Cordova in Didascalia multiplici. 46. Cl. Salmasius ad Aram Dosiadæ. 243.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBRI SEX,

NOTIS EXPLICATI

A

SAMUELE DRESEMIO

DITHMARSO.

Duo sunt quæ nescire te nolim, Lector candide: tria me Iscani exemplaria vidisse, primum Henischii Basileense, alterum Spondani, qui Homero comitem illum dederat, tertium Alex. Caroli Trognesii, omnia interpunctionibus et mendis laborantia innumeris: quod videbis si inter se contendes. Alterum est quod χθὲς καὶ πρῴην vidi, auctorem hunc a Jano Casperio Gevartio, viro doctissimo, ad secundum Sylvarum Papinii, cap. XIII. p. 155. [Sylv. II. 3. 71.] Devonium nominari [nempe quod *Exoniensis*.] 'Sic Devonius,' ait, 'Daretis Phrygii interpres, I. de Bello Trojano, de Fama: 'quæ murmura rerum Occulta extenebrat,'' &c.

MAGNIFICO, NOBILISSIMO,

CONSULTISSIMO, ET DOCTISSIMO VIRO

DN. FRIDERICO PRUCKMANNO,

JCTO CELEBERRIMO,

ILLUSTRISSIMO ELECTORI BRANDENBURGICO A SECRETIORIBUS CONSILIIS, ET MARCHIÆ CANCELLARIO, &c.

DOMINO ET FAUTORI SUO.

Cum Josephum Iscanum meis vindiciis postliminio redivivum et quasi Virbium vitæ et hæredio suo assèrerem, jamque, ut sæculi hujus moribus agitur, Pindari ductu πρόσωπον τηλαυγὲς et insigne oculiferium in frontispicio anquirerem, non opus erat satagei in morem, aut anxie illud quærere, aut præter rationem a sexto, quod dicitur, lapide accersere. Occurrebas enim statim, vir magnifice in Electorali ista Orchestra, cujus auctoritate et favore qua auctorem, qua meipsum roborare, et contra alienæ industriæ catillones munire possem. Electoris enim Brandenburgici consilium es et eloquium, tantaque cum dignitate in luce Marchiæ versaris, ut majorem propemodum ad illam afferas, quam ab illa capias : tanta æquitate Astrææ sacra obis, ut justitium tuum judicium esse videatur, et, quod olim de Bruto dictum, quamvis nihil ad gratiam facias, omnia tamen grata videantur, quæ facis. Ea vero eruditio tua est, quam tot ingenii monumenta et quotidianæ vitæ documenta loquuntur, ut non solum his in vera laude et gloria, illis apud posteros, dum res erit literaria, ætatem sis laturus, sed et tibi ipsi superstes tuæque æternitati et vitæ post vitam jam tum interesse videaris. Ut enim plurimarum es litera-

rum, literis plurimum delectaris, bonasque artes, per quas ingenia crescunt, cum ingeniis crescere facis, nec ipsas solum, sed et ipsarum amas amasios: ut jam sine omni adulationis offa vere dici possit:

Ipsus amat Musas, Musas amat ipsus amantes.

Quamvis autem tot curis et Electoralibus consiliis quotidie animum et corpus fatiges, tamen, quod summi quique viri olim fecerunt, te tibi subtrahis, et ut illi, qui angustiis urbium includuntur, in agros et prædia, ita ex legum et fori cancellis, ad omnis sapientiæ et elegantiæ latifundia digrederis, facturus id procul dubio sæpius, si per tot ardua negotia sæpius liceret. Exemplum habes magni illius et *πολυμαθεστάτου* JCti Domitii Ulpiani Syrophœnicis, qui licet Imperatoris Alexandri Severi negotiis immersus princeps scriniorum, ut tum loquebantur, et deinde Præfectus prætorio esset, qui maximus honor et onus, tamen Philosophorum, Oratorum, Poëtarum, Philologorum non tantum lector, sed et amator et congerro erat assiduus: qui nihil appositorum comedebat, nisi prius interrogaret *κεῖται, ἢ οὐ κεῖται, καὶ ποῦ κεῖται*, an hoc vel illud legeretur, ubi, et in quo auctore inveniretur? Adeo ut ex rei frequentia *κειτούκειτος*[a] nominatus sit, et inter magnos illos *πολυΐστορας* et *τραπεζορήτορας* sive Dipnosophistas a doctissimo illo Navoratita cum æterna sæculorum memoria relatus sit. Eundem maximus ille Imperator, ut rebus gravissimis adjutorem, ita conviviis frequentissimum adhibebat socium:[b] ut haberet fabulas literas, quibus se recreari dicebat et pasci.[c] Quid vero jucundius et præstantius, quam beneficio tot lectissimorum ingeniorum prioribus sæculis interesse, cum illis eruditionis commercia instituere, cum illis legendo, cum posteris scribendo loqui? Habeant alii delectas suas delicias, suas cum vitiis divitias, sit illis muscerda, piper, saperda, acipenser, villum, nectar, fœnum, ambrosia: qui literis et bonæ menti litat, quid betis et blitis illis fiat, cicum, ut Comicus ait, non interduit: illi nihil dulcius est,

[a] Suidas et Athenæi præfatio.
[b] Athenæus I.
[c] Lampridius in Alexand. 256.

Bene quam munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena. *Lucret.*

vel, ut Varro dicebat, legendo et scribendo vitam producere: revera illi magna voluptas est, bonos auctores novisse, major possedisse, maxima legisse et pervolvisse, quid dicam in usum vertisse? Sed ne extra oleas, et, quod dicitur, omissa hypera pedem sectari videar, accipe, vir magnifice, Iscanum Poëtam elegantissimum, in re vulgari non vulgariter versatum, cujus nomen tot viri docti anxie desiderarunt, cujus sententiis auro contra caris non Philologi tantum, sed et JCti usi sunt. Videat lucem sub luce tui nominis, qui tam diu in tenebris nullo suo merito delituit: tua Mag. ad novam lucem caliganti, χειραγωγίας adjumentum et favorem indulgeat: ea tua humanitas est, ut velit, ea auctoritas et dignitas, ut possit. Ut in illuni nocte stella oriens gratissima est; sic in media barbarie quasi renatæ placeant stricturæ elegantioris poëticæ: jure enim merito illud Menelai de se neget,

Βεβαρβάρωμαι, χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. *Eurip. Orest.*

Ad me quod attinet, pignus hoc devoti animi apud tuam Mag. depono, quæ si illud acceperit tanquam meum, sed ipsi debitum, et defenderit tanquam suum, sed a me profectum, acceptum illud et vere acceptum gaudebo: sic Josephus noster, ἐπὶ δυσὶ ἀγκύραις σαλεύων, commodius habebit,

Cum melius duo defendant retinacula navim.

Deus tuam Magnif. reipublicæ florenti florentem, mihique faventem diu conservet et sospitet.

Tua Magnif.

qui colit et æstimat

SAMUEL DRESEMIUS.

AD LECTOREM.

Ut apud veteres statuas bene meritorum, quas Plinius[a] humanissimam vocat ambitionem, capite demto in alterius formam, surdo, ut idem ait, figurarum discrimine, solebant μεταῤῥυθμίζειν, et transfigurare; vel titulo inducto easdem pessimo exemplo μεταγράφειν, eamque laudem alteri transcribere; sic in statuis ingeniorum, quæ rempublicam fecerunt literariam, libris dico, alieni laboris fucos, peregrinæ gloriæ choragos reperiri, qui pessimo publico, alterius industriam suæ supponant ignaviæ, alienum quid in armum tollant, μάζαν γε μεμαχότες τὴν ὑπ' ἄλλου μεμιγμένην, καὶ ἀλλοτρίοις, ut Isidorus ait Pelusiota, ἀναχλαζόμενοι πόνοις, jamdudum est, cum bonarum literarum conquesti sunt amasii.[b] Clemens Alexandrinus felles ejusmodi literarias, Vitruvius Pollio et Herodotus[c] enumerant multas: de quibus vere Synesius, ἡγοῦμαι δ' ἀσεβέστερον ἀποθανόντων λόγους κλέπτειν, ἢ θοιμάτια, ὃ καλεῖται τυμβωρυχεῖν: et Plinius: obnoxii profecto est animi infelicisque ingenii, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, cum præsertim sors fiat ex usura. Hinc multi jure postliminii, et interdicto unde vi, in librorum istas lamias et ingeniorum αἰγοθήλας recte atque ordine usi fuerunt: neque abs re foret, si ut olim adversus capsarios, ita a senatu Critico in illos, qui aliena compilant, Præfectus Vigilum daretur: manes τῶν φιλοκάλων id unice probarent, cum quilibet instar Thaletis et Mamurii

[a] xxxiv. 4. Vide ea de re Suetonium iii. et Dionis Prusæi insignem Rhodiacam.

[b] Strom. vi. 452. In proœmio vii.

[c] In vita Homeri. Vide etiam P. Fabrum Agonist. ii. 25. Epist. 142. Fenestella 24. Arist. Eth. iv. 1.

inventa sua efflictim amet: Poëtæ inprimis, ut et Philosophus testatur, πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς καὶ οἱ ποιηταί. Fortunam hanc Poëta noster, quem nunc tibi damus, benevole Lector, hominum injuria nescio an incuria passus sit: nominalia illius mutata, debita laus oblivione tenuata, et ut earundem Musarum symmista, fortasse etiam σύγχρονος Guntherus, quia Ligurinum scripserat, factus est Ligurinus: sic Noster, qui erat Josephus Iscanus, Cornelius Nepos factus est, quia Nepotem, qui, ut opinio quorumdam est, Daretem Latina veste induerat, in Poësi sua secutus erat. Suboluit quibusdam οὐ χθὲς καὶ πρώην non esse hunc Nepotem illum, qui ausus erat

Unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis.

Alios tamen novi, qui illud assertum ibant: quippe ni? cum sua C. Sallustio inscribat, cum Athenis Daren reperisse, vertisse, sua asserat epistola. ὦ βοιωτοὶ, ὡς σφόδρα ἐστὲ βοιωτοί! credant illi et fruantur suo errore, mihi talia campæ Solis et Nævii Buttubatta. Contradicunt stylus, imitatio, et αὐτεπάγγελτος ipse, qui de Nerone, de Christiana fide, de ματαιοτεχνίᾳ oraculorum, de Arthuro inspergit. In rem quidem ista satis, nomen tamen in quæstione erat, quod nec Soli quærendum dare, nec manes, ut ille Homeri, interrogare, nec a nostri sæculi πολυμαθέσι discere potui. Ὁ ἐν ἁγίοις Caselius, rem mihi expeditam promittebat: sed impeditam reliquit. Decurrenti mihi paginas aliquot, οἴκοθεν, quod aiunt, ὁ μάρτυς, sub umbra se visus est ostendere: ait enim II.

Non nostra Britannia Rhenum.

Quod ergo pensius æstimanti unicum supererat, Britannorum rudera, scruta, et quicquid illorum nactus eram, oculis decurrebam, aliquem sperans illius honori et nomini assurrecturum, nam ut Philostratus ad Areum: σοφοὶ σοφοὺς σώζουσιν, ἂν ὦσιν σοφοί. Sed nisi plane luscitiosis et Homericis oculis usus sum, frustra ibi fui. A veteranis itaque ad luculentam illam Cambdeni Britanniam diverti: exinde mentis meæ habitum, ut ille ait, gaudio splenduisse

non diffiteor, illius auxilio Poëtæ patriam, nomen et ingenium restitui.

Josephus itaque Iscanus, post tot sæcula et ingenia, ausus ob Trojam, ut Plautus loquitur, exercitum ducere, juventutis illas minas, ut quidem mea opinio est, splendide exeruit: viamque illis ad famam quæsivit. Opus suum Thomæ Cantuariensi Episcopo et Henrico II. inscripsit. Thomas vero Episcopen illam adiit Anno CIↃ CLXII. interfectus anno CIↃ CLXX. vel sequenti, ut Sylvester Gyraldus 20. scribit: ex quo liquet, istius octennii anno aliquo, libros hos publicatos. Antiocheida etiam adornasse dicitur, ex qua versus habes in Notis ad finem II. Cambdenus ait ad Hubertum Archiepiscopum Cantuariensem, quædam illum misisse, et floruisse Anno CIↃ CCXXIII. quæ si fide veri dicta, forsan septuagenario major excessit: sed hæc ἀπόῤῥητα ἀμείνω. Non dubito autem plurimos futuros, quibus laureolam in mustaceo quæsivisse videbitur: qui ferula hypercritica omnino illum abjicient: jam tum enim aures meas ista personant. Orationem illius instar attritæ et decotis togæ proletariam, δοθῆσι φλεγμαίνουσαν, stribiliginem meliori sæculo descobinandam sapere: verba maculantia, quibus versus conforivit, Nævii tolutiloquentiam sonticam, in re Latinitatis intestabilem, Minervamque rancidiorem, cui spongia deletili opus, qua phrasis distenditur hydrops, ἔξω περιῤῥαντηρίων arcendam. Alius legirupam esse, syllabarum tempora διϊππεύειν, statera auraria, ut Varro monebat, nihil ponderare, non ἀποσμιλεύειν stylum, illiusque nasum condere: saturos itaque se ambrosia, quam fœnum esse malle. At paulo aliter judicabunt, quos nec φιλαυτία cæcos, nec carpendi studium strabos reddidit: Ὑστέραν Simonidis fortasse non coluit, ἀθυρογλωττεῖ γὰρ καὶ ἀνθηρογραφεῖ, et, quod Photius de Basilio Seleuciense, κόρος ἀμβλύνει χάριν. Sed quis nescit, mundi non unam plagam, nec styli unam faciem et ætatem esse, imo nec uno sæculo aut anno eundem orationis ductum usurpatum, ut juventutis spiritus omittam? Ipso Augusteo ævo, alios pressa, castigata et matronæ similis,[d] alios

[d] Vide Senecam Epist. 114. Sueton. II. 2.

didacta, affluens instar virginis κομψωτῆς afficiebat oratio: nec Mæcenas, nec Tiberius, nec prior illis Antonius pro sæculo loquebantur: stylus illorum erat κομπώδης, φρυαγματίας καὶ κενοῦ γαυριάματος καὶ φιλοτιμίας ἀνωμάλου μεστός.[e] Quis Pindarum non æstimat? Nonnum non amat? et tamen, si ferreas illius metaphoras, hujus tumores et περισσείαν ad Hesiodi et Æschyli modestiam frugalemque parsimoniam contendas, illos alatos equos, navemque vento plenam, quod judicii exactissimi vir, Cæsar Scaliger, de Papinio et Lucano dixit; hos oculum verecundiæ, et mare tranquillum, quod idem de Thucydide et Livio, jure merito dicas. Accedit, quod juvenis scripsit, calidus autem ille sanguis, ὅσα πόντος ἀείδων, grande locuturus nebulas Helicone legebat: illiusque ætatis minæ altera orientem, quod de Alexandro ille, altera occidentem tenebant: stylus igitur non χαμαὶ σύρει, sed ῥεμβόμενος καὶ βροντώμενος ἀεροβατεῖ. Medicorum filii cum venas de valetudine interrogant, melius sperant, si fortius micant, et de stylo major expectatio, si in juventute masculæ dictionis brachia: ἄκρον namque λαβὼν μέσον ἕξει. Malo denique poëtam stare, quam jacere: surgere, quam repere: volare, quam volutari: conferat, qui volet, Coluthi et Tryphiodori reptiles et aqueos conatus, tantum Noster superabit, 'Obruit Idæam quantum tuba martia buxum.' *Val. Flac.*

Vixit porro sæculo, quo bonæ artes et linguæ adverso amne nitebantur, imo, quo literas scire, barbaries erat: quo mera foria gargarizare, ut Varro loquitur, sæculum erat. Quid ergo mirum, si quid de sæculo trahit? si non omnia Augusteo candore perfundere potuit? imo mirum, quod supra sæculum aliquid præstitit, quod cum Gunthero (quo ipso tamen venustior et comtior est) instar geminorum in illunem barbariei noctem prospexit. Ut rosæ alienis mensibus natæ ex raritate sumunt pretium, sic illi favorem et æstimium: qui, ut cum Pelusiota[f] loquar, ἀῤῥωστίας λειψάνων ἔτι κόσμον κατασφενδονώντων τὴν λύραν ἀραχνιῶσαν μεταχειρίζεσθαι ἐτόλμησαν. Denique non dico omnia optima, sed meli-

[e] Plutarch. in Antonio.

[f] Epist. III. 154.

ora, quam pessima: multa egregie, multa concinne, suaviter, ornate dixit, quæ a nullo melius dici possunt: anquire quatuor illas Poëtæ virtutes, nervum, numerum, candorem et venustatem, invenies τὸ ἐμμελὲς, καὶ ὑγρὸν, καὶ μεμουσωμένον.[g] Ovidius dicere solitus est, decentiorem esse faciem, in qua aliquis nævus: de Nostro verum puto, qui non omnia *linea* alba signavit: sed poëta tuetur se judicio, cuilibet sui placet Idea ingenii, et quis Cæcilius nunquam cæcutit? Quidam bene apud Athenæum, XV. 671. οὐ γὰρ ἐγὼ τὰς ἐκ τῶν βιβλίων ἀκάνθας, ὥσπερ σὺ, ἀναγινώσκων ἐκλέγω, ἀλλὰ τὰ χρησιμώτατα καὶ ἀκοῆς ἄξια. De mea ut dicam opera, facile assuaderi mihi passus sum, ut senectutem et tenebras Auctori amolirer, et priorum editionum errata februarem, sæpiusque Nostro sæpius aliis cereum allucendo, miscella hæc, ut pallium Babylonicum texerem. Agathonis illud cogitavi mecum:

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα. *Athen.* v. 185.

Neque tamen ignoro εἰκαιοψέγοντας aliquos, ut suos errores aliorum reprehensione tegant, locum scalpuriendi sua scabie quæsituros, πανοσπρίαν τοῦ λόγου ἐξοστρακίζειν ausuros, maxime illos, qui tam apti sunt ad hæc studia, quam *sus* ad sacra Veneris. Sed illorum λογοδιάῤῥοια Claudianum mihi erit tonitru, et folia farferi: cum Catone itaque istos Vitilitigatores præterfluere sinam, illisque Cypriæ bovis merendam delicias suas relinquam. Calumnia vel invidia si quid per ægrimoniam consomniaverit,

Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ παῖς ἄφρων: illis enim immorari, est Claudianum istud morari.

Fructum laboris quæsivi, ut placerem melioribus: ἀναμάρτητα mea nunquam putavi: primum scientiæ vestibulum statuo, scire quod nescias. Reliquaturum interim me spondeo, et plura, si DEUS votum meum juverit, daturum. Bene vale, et conatibus fave.

SAMUEL DRESEMIUS.

[g] Seneca II. controv. 10.

Guilhelmus Cambdenus in Britannia sua 133.

Quo sæculo floruit, qui hinc oriundus et cognominatus Josephus Iscanus, splendidissimo ingenio Poëta, cujus scripta ita probabantur, ut ad veterum scriptorum laudem pervenerint : ejus etenim de bello Trojano poëma Germani semel atque iterum sub Cornelii Nepotis nomine divulgarunt.

Idem 33.

Quod vero Britannos una cum Hercule in Hesiones raptu affuisse colligatur, ex his Cornelii, ut existimant, Nepotis versibus, dum nuptias Telemonis et Hesiones describit *II. 87.*

et in aurea pocula fusi
Invitant sese pateris plebs mixta, Britanni, &c.

Plane poëticum est: et illius auctorem non fuisse Cornelium Nepotem, ut Germani volunt, sed Josephum Iscanum sive Exoniensem, dilucide et quasi obsignatis tabulis probare possum. Utique qui Henrici nostri secundi et Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi meminerit.

Idem 160.

Nec abs re erit, si quæ Josephus noster Iscanus non de populo Poëta olim in sua Antiocheide, in Arthurum cecinit, hic adjungam. [Versus habes in fine Notarum III.]

Idem 261.

Hic ille est Scæva, cujus virtus in bello civili Dyrrachii clarissime emicuit, quemque natione Britannum fuisse Poëta noster Josephus in Antiocheide prodit, his de Britannia versibus:

Hinc et Scæva satus, pars non obscura tumultus
Civilis, Magnum solus qui mole soluta
Obsedit, meliorque stetit pro Cæsare murus.

Idem 457.

Latinis Vigornia, quo nomine primus, quod sciam, usus est Josephus Iscanus, qui Cornelii Nepotis nomine circumfertur, in his ad Hubertum Cantuariensem *Archipræsulem* versibus :

In numerum jam crescit honor : te tertia poscit
Insula,[a] jam meminit Vigornia, Cantia discit,
Romanus meditatur apex, et naufraga Petri
Ductorum in mediis expectat cymba procellis.

Raphael Volaterranus in Anthropologia.

Dares Phrygius historicus scripsit bellum Trojanum Græce, in quo ipse militavit, ut ait Isidorus, primus fere historicorum, qui tandem capto Ilio cum Antenoris factione remansit, scribit Cornelius Nepos, qui opus ejus sex libris[b] e Græco convertit, dicavitque Crispo Sallustio.

Possevinus Bibliothecæ XVII. 29.

Daretis Phrygii de bello Trojano libri feruntur a Cornelio Nepote Latino carmine Heroico donati, sed quisquis ille fuerit, versus non videntur inepti.

Claudius Dasquius ad orationem Basilii Seleuciensis de Elia, commentario ad ista verba : *μανθανέτωσαν τῶν ὄμβρων τὸν χορηγὸν ἀβροχίᾳ πληττόμενοι* : Elatum, inquit, ad exemplum perquam ingeniosi Poëtæ : Nimborum pincerna Notus : quæ sunt verba Josephi Iscani IV. 294.

Conradus Rittershusius in commentario ad Guntheri I. 4.

In hac sententia delicias facit ille, quisquis est, qui de bello Trojano scripsit poëma, sub nomine Cornelii Nepotis falso se venditans, cum sit longe posterior. 'Canescant alii mento,' &c. Versus habes initio libri primi.

[a] Legend. Infula.   [b] Sex libros Josephi nostri videtur innuere.

Eadem recantat Taubmannus ad Plauti Trinummum 1118. J. Weitzius in Notis ad Prudentium 697. et ad Terentium 330. aliique.

Alexander Carolus Trognesius in præfatione editionis suæ.

Nihilo tamen minoris erit æquo rerum æstimatori (de Cornelio Nepote ψευδεπιγράφῳ loquitur) imo hoc etiam pluris esse debebit, quod tantum hic auctor in altissima barbarie præstiterit, quantum non nisi optimus quisque aureo Augusti sæculo fuisset assecutus.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER I.

ARGUMENTUM.

Protinus in Colchos primus liber expedit arma
Argonautarum, rapiunt qui velleris aurum:
Et parat Æsonidi redeunti prandia lauta.
Excidium Trojæ sub Laomedonte videbis,
Inde statum et formam graphice depingier urbis.

NOTÆ

Trecenti præter propter auctores pugnam Marathoniam, ut Plutarchus notat, literis mandarunt; plures fortasse, bellum Trojanum, quos maximam partem temporum injuria subduxit. Ante patrem ingeniorum Homerum id egerunt Palamedes, Phemius, Demodocus, Polemo Iliensis, Acatus Argivus, Corinna, Syagrus, quorum Athenæus, Ælianus, Pausanias, Suidas meminere. Homerum secuti sunt Lesches, Pigres, Idæus Rhodius, Timoleon Larissæus, Cephalo Gargithius, Hellanicus, Tzetzes, Cointus, Manasses. Segmentum quoddam et partem illius Æschylus, Sophocles, Euripides, Coluthus, Tryphiodorus; ex Latinis Ennius, Virgilius, Ovidius, Papinius, Seneca Tragicus delibarunt. Taceo Petronii et Neronis Troica. Cui non Troja labor? Proverbium inde natum puto, Τροῖαν ἑλεῖν. Daretem Phrygium et Dictyn Cretensem sunt qui illis annumerant. 'Joannes Tzetzes,' inquit Nicolaus Loënsis VII. 24. 'Dictys Cretensis testimonio utitur, illumque sua ætate Græce circumlatum scribit:' Mercerus ejusdem interpretem probæ et veteris notæ putat. Volaterranus, Aldus Manutius, Bodinus, Marcellus Donatus utrumque agnoscunt. Hercules Ciofanus ad Ovid. Metam. XIII. Dareti ista abjudicat: recte σύκινον illius ἐνθύμημα ἄσκοπα τοξεύει: quia, inquit, multa in iis leguntur, quæ repugnant veritati: nec itaque Homerus Iliados et Odysseæ auctor, siquidem ita colligimus. Joh. Maria Catanæus, ista quæ Daretis nomine circumferuntur, Nepotem illum Cornelium, qui vitam Attici descripsit, Latio donasse putat: verum jure merito illustris Josephus Scaliger ἀποβολιμαῖα isthæc censet, qui subscriptorem habet Possevinum Biblioth. II. 4. 16.

ILIADUM lacrymas, concessaque Pergama fatis,
Prælia bina ducum, bis adactam cladibus urbem
In cineres, querimur: flemusque quod Herculis ira,
Hesiones raptus, Helenæ fuga fregerit arcem,

NOTÆ

1 *Iliadum lacrymas*] Juven. Sat. x. 'inter Iliadum lacrymas.' Ovid. Fast. iv. 'Hoc pater Iliades.' Euripides πόλιν Ἰλιάδα dixit in Hecuba, ut Theocritus Ἰλιάδας μάχας in Dioscuris. Noluit autem libros suos Ἰλιάδα inscribere, neque, ut alii, Ἰλιόπερσιν (quamvis ὁ πάνυ Josephus Scaliger Ἰλιοπερσίαν ita malit) nec ἅλωσιν Trojæ, sed σαφῶς de Bello Trojano, quo κακοίλιον, ut Homerus nominat, periit.

Concessaque Pergama fatis] Erat enim in fatis, Trojam perituram. Alii fuerunt Trojæ fata specialia, quibus salvis urbs salva: Palladium, Laomedontis sepulchrum, Troilus: de quibus Comicus in Bacchidibus. Vide infra v. 586. Servio Troja est regio: Ilium urbs: Pergama arx. Hesychius: Πέργαμα· ἀκρόπολις Ἰλίου. Suidæ Pergamus, Ionum lingua, est quævis ἀκρόπολις.

2 *Prælia bina ducum*] Laomedontis cum Hercule, Priami cum Agamemnone et reliquis.

Bis adactam cladibus urbem] Bis vero? Theocritus, sive is Simmias Rhodius, τρίπορθον: in βωμῷ ἐν τευκρίδι ἄγοι γε τρίπορθον: imo sæpius vastata: primo ab Hercule; secundo ab Æacidis; tertio a Charidemo, qua de re Polyænus iii. Strateg. in fine; quarto a C. Fimbria, de qua Strabo iii. 409. Appianus in Mithridatico. Aurel. Victor in Fimbria. Augustinus iii. de Civit. Dei, 5. Antecessit omnes quinta ἅλωσις, ut quidam putant, Amazonum, quæ minorem Asiam occuparunt: nisi id de incursatione tantum intelligas. Amazonum expeditionis meminit etiam Homerus. Orosius i. 15. et 16. centum annis urbes evertisse scribit, Asiæ imperium tenuisse, Europam maxima ex parte domuisse, Atticam vero ab iisdem infestatam, Areopagum conditum: vide infra v. 59. et pluribus iii. 566. Canterus et Brodæus propter Amazonas et Græcos τρίπορθον a Theocrito dictam putant. Vide Stephanum in Ἀμαζόνιον. Clem. Alexand. i. Strom. p. 246. Strabo xiii. ex Hegesianacte scribit, a Gallis etiam occupatam fuisse: quæ sexta fuerit.

Bis adactam cladibus urbem] Papinium identidem presso pede sequitur, qui i. Theb. 'bis adactum legibus Istrum.'

3 *Flemusque quod Herculis ira, Hesiones raptus, Helenæ fuga fregerit arcem*] Causam aliam Apollod. iii. 179. allegat. Ilium contra oraculi jussum ad Ates collem Ilium exstruxisse. Gemina ex Isaacio Tzetze adfert Canterus i. 1. Stephanus Byzantius, Ἴλιον· πόλις Τρῳάδος, ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην (ita enim recte emendavit doctissimus Meursius) ἐκάλεον, καὶ αὐτῆς λόφοι δύο. Eustathio non sine causa istud de Ate, commentum sapere videtur. Euripides in Oreste ait, Deos id bellum excitasse, ut hominum improborum, qui pondera terræ inutilia, sentinam exhaurirent: θανάτους τ' ἔθηκαν ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς Ὕβρισμα θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος. Vel, ut Stasimus in Cypriis loquitur, σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν. Eadem Eustathius ad Iliad. A. p. 15. Hinc Tertullianus, luem, famem, et bella, tonsuram insolescentis generis humani nominat lib. de anima. Vide Loënsem iv. 3.

Impulerit Phrygios, Danaas exciverit urbes.
  Ut quid ab antiquo vatum proscripta tumultu
Veri sacra fides, longum sylvescis in ævum?
An quia spreta lates? mundoque infensa priori
Nos etiam noscenda fugis? metum inclyta, mecum
Exorere, et vultum ruga leviore resumens,

NOTÆ

5 *Impulerit Phrygios*] Seneca de Clementia I. 5. 'Elephantes Leonesque transeunt, quæ impulerunt.' Gratius: 'meo sine munere sylvas Impulerit.'

6 *Ut quid ab antiquo*] Livius: 'Ut quid aliquis Tribunus plebis ruat cæcus in certamina?' Virgil. in Ciri: 'Ut quid ego amens.'

7 *Veri sacra fides*] Claudianus de Bello Getico: 'et noxia vatibus ipsis Veri sacra fides!' Symmachus IX. 131. 'fidem veri occultare non debui.' De veritate viribus suis se emergente, Polybius Insignite in Eclogis XIV.

Longum sylvescis in ævum] Ὑλομανεῖς, χερσομανεῖς, χορτομανεῖς: Festo id est obherbescere. Isidori notæ: 'Ager ingraminat.' Augnstin. de Civit. Dei, II. 18. 'Unde talia vitia sylvescerent.' Arnob. III. 'qui capillos imminuunt sylvescentium crinium, τριχοφυούντων.' Ita Juvenalis IX. 'sed fruticante pilo;' et 'horrida sylva comæ.' Nazianz. 19. χερσομανοῦσα ἐκκλησία. Chrysost. Orat. I. de fato: πάθη ὑλομανοῦντα. Synesius de Insomniis 150. ὑλομανεῖν καὶ φλεγμαίνειν ὀνομάτων καινότητι. Ad istam λῆξιν et faciem Varro dixit 'aurescere;' unde Aurora, 'puellascere, commacescere.' Festus: adlivescere, imbarbescere, inlucescere, vallescere. 'Vetustesco,' Nigidius apud Nonium. Lucretius: 'uvescere, serescere, grandescere, alescere, valescere, tenerascere.' Cato: 'tigna dishiascunt.' Attius: 'Agri vastescunt.' Furius: Virescere,' a vitibus. Auctor Culicis, 'succescunt.' Silius: 'Solem infervescere fronti.' Valerius Cato, 'sterilescunt gaudia nobis.' Cornelius Celsus, 'sanescere.' Seneca, 'radicescere.' Tertullianus, 'longisco.' Hilarius, 'planescunt' campi. Alcimius Avitus, 'flamescunt.' Prudentius: 'augesco, pudesco, vivisco, lassesco, frugesco.' Ausonius, 'minuiscunt.' Cassiodorus, 'pennescere.' Sidonius vero etiam 'familiaresco' et 'phthisisco' dixit, quæ partim veterum elegantiam, partim recentiorum redolent audaciam.

10 *Et vultum ruga leviore resumens*] Ἀδελφὰ καὶ δίδυμα sunt 'diffundere vultum,' Ovid. 'Explicare frontem:' 'Deme supercilio nubem,' Hor. 'Exporrigere frontem,' Terent. 'vultum relaxare,' Plaut. quod Philoni est ἵλεων βλέμμα, in lib. de vita Mosis. Contraria sunt 'nubem frontis amabat,' Sil. VIII. Papin. 'nubemque hanc frontis opacæ.' Pacuvio, 'frons caligans.' Senecæ, 'attracta, adducta.' Martiali, 'astricta.' Petronio, 'constricta.' Horatio, 'obducta.' Apuleio, 'striata, sulcis rugarum inarata:' et nescio cui, 'fimbriata.' Hinc ista 'consulcare frontem,' Plaut. 'Rugas cogere,' Ovid. 'Rugare frontem,' Hier. Plautus, 'frons caperata severitudine.' Seneca, 'colligit rugas, attrahit frontem.' Tristitiam id nominabant de qua multis Heraldus ad Martialem, 1. Nec Græci copia inferiores: Vultuosi enim illis sunt στρυφνοὶ Arist. συννεφεῖς, ἀπεχθεῖς σκυθρωποὶ Euripidi. σοβαροὶ τὴν ὀφρὺν Aristæneto. νεφέλη ὀφρύων dixit

Phœbeam dignare tubam: sterilisque vetustas
Erubeat, dum culta venis, dum libera frontem
Exeris: en aures blandas, en pectus amicum
Mulces, vulgarem levius passura cachinnum.
Si nostris nil dulce novum, nil utile visum,
Quod teneri pariunt anni, si sæcula tantum
Aurea Saturni memorant, et nulla recentis
Gratia virtutis: aude tamen ardua, pubes;
Mento canescant alii; nos mente: capillo;

NOTÆ

Sophocles. πρόσωπον συνεσπασμένον Laërt. συννεφὴς πρόσωπον Sophocl. συνηγμένον Chrysostomus. Idem ὀφρὺς φοβερὰ καὶ φρίκης γέμουσα. Clem. Alex. ὄψις δριμυτέρα. Nicetas Choniates, στυγνὸς τὴν ὄψιν, συννεφὴς τὴν ὀφρὺν καὶ λείως ἀποσκυζόμενος. Talia sunt: ταυρηδὸν ἀποβλέπεσθαι, Philo. ταυρηδὸν ὁρᾷν, Aristoph. Idem venuste in Lysistrate τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς; quod Hesychius exponit συστρέφειν. Idem: κατέβλεψεν ἡδὺ, καὶ τὰ μέτωπα ἀνέσπασε. μανικὸν καὶ τραγῳδικὸν βλέπειν, Aristoph. τιτανῶδες βλέπειν, Lucianus in Timone. Sacræ etiam literæ Genes. 4. Cain συνέστησε προσώπῳ· et deinde, ἵνα τι συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου. Amphis eleganter apud Laërt. Ὡς οὐδὲν οἶσθα πλὴν σκυθρωπάζειν μόνον, Ὥσπερ, κοχλίας σεμνῶς, ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς. Elegans et illud Demetrii Phalerei apud Diogen. Laërt. v. ἔλεγε μὴ μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς. ὅλῳ γοῦν ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ.

15 *Si nostris nil dulce novum, &c.*] Arist. vii. Ethic. cap. ult. ἡδὺ νεότης. Juvenis vero hæc scripsit; quod sequentia arguunt. Pindarus, αἴνει παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Homeri gemina γνώμη Odyss. A. nota est. Eleganter de novitate Cassiodorus Variarum iii. 21. Mihi in sæculi sui barbarie ad renovatam Poëticam respicere videtur: ut et Guntherus σύγχρονος, ni fallor, illius lib. x. 'quod jam per multa latentes Sæcula, nec clausis aperire penatibus ausas Pieridas vulgare paro: priscumque nitorem Reddere carminibus.'

19 *Mento canescant alii; nos mente, &c.*] Versus sunt a multis laudati, quibus tamen Josephi nomen non innotuerat. De sententia vide Casaubonum ad illud Persii iv. 'ante pilos sapientia;' Rittershusium ad illa Guntheri, 'Mente senex, ætate puer:' a quo sumsit Taubmannus noster. Mihi præter ista etiam hæc notata sunt gemina et germana. Menander: Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν, Ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων. Pind. Pyth. iv. ἐν παισὶ νέος, ἐν βουλαῖς πρέσβυς. Nazianz. Orat. xx. 332. de Basilio: τίς οὕτω πολιὸς τὴν μὲν σύνεσιν, καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς; Idem Orat. x. 161. σώματα χρόνῳ κέκμηκεν, αἱ ψυχαὶ δὲ θεῷ νεάζουσι. Idem ait Ep. 77. Hieronymus Ep. 13. 'Nec sapientiam canos reputes, sed canos sapientiam.' Plut. in παιδαγ. μόνος ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνηβᾷ. Basilius Seleuciensis Orat. i. de Davide, ὀλίγος τὸν χρόνον, πολὺς δὲ διάνοιαν. Chrysostomi aureum os de eodem: νέος μὲν ἦν ἡλικίᾳ, παλαιούμενος δὲ τῇ διανοίᾳ. Psal. 50. postea: οὔτε γὰρ ἡ πολιὰ ἀρετὴ, οὔτε ἡ νεότης κακία· πολιὰ γὰρ οὐ τρίχες λευκαὶ, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετή.

ora, quam pessima: multa egregie, multa concinne, suaviter, ornate dixit, quæ a nullo melius dici possunt: anquire quatuor illas Poëtæ virtutes, nervum, numerum, candorem et venustatem, invenies *τὸ ἐμμελὲς, καὶ ὑγρὸν, καὶ μεμουσωμένον.*[s] Ovidius dicere solitus est, decentiorem esse faciem, in qua aliquis nævus: de Nostro verum puto, qui non omnia linea alba signavit: sed poëta tuetur se judicio, cuilibet sui placet Idea ingenii, et quis Cæcilius nunquam cæcutit? Quidam bene apud Athenæum, XV. 671. *οὐ γὰρ ἐγὼ τὰς ἐκ τῶν βιβλίων ἀκάνθας, ὥσπερ σὺ, ἀναγινώσκων ἐκλέγω, ἀλλὰ τὰ χρησιμώτατα καὶ ἀκοῆς ἄξια.* De mea ut dicam opera, facile assuaderi mihi passus sum, ut senectutem et tenebras Auctori amolirer, et priorum editionum errata februarem, sæpiusque Nostro sæpius aliis cereum allucendo, miscella hæc, ut pallium Babylonicum texerem. Agathonis illud cogitavi mecum:

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα. *Athen.* v. 185.

Neque tamen ignoro *εἰκαιοψέγοντας* aliquos, ut suos errores aliorum reprehensione tegant, locum scalpuriendi sua scabie quæsituros, *πανοσπρίαν τοῦ λόγου ἐξοστρακίζειν* ausuros, maxime illos, qui tam apti sunt ad hæc studia, quam *sus* ad sacra Veneris. Sed illorum *λογοδιάῤῥοια* Claudianum mihi erit tonitru, et folia farferi: cum Catone itaque istos Vitilitigatores præterfluere sinam, illisque Cypriæ bovis merendam delicias suas relinquam. Calumnia vel invidia si quid per ægrimoniam consomniaverit,

Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων: illis enim immorari, est Claudianum istud morari.

Fructum laboris quæsivi, ut placerem melioribus: *ἀναμάρτητα* mea nunquam putavi: primum scientiæ vestibulum statuo, scire quod nescias. Reliquaturum interim me spondeo, et plura, si DEUS votum meum juverit, daturum. Bene vale, et conatibus fave.

SAMUEL DRESEMIUS.

[s] Seneca II. controv. 10.

Guilhelmus Cambdenus in Britannia sua 133.

Quo sæculo floruit, qui hinc oriundus et cognominatus Josephus Iscanus, splendidissimo ingenio Poëta, cujus scripta ita probabantur, ut ad veterum scriptorum laudem pervenerint: ejus etenim de bello Trojano poëma Germani semel atque iterum sub Cornelii Nepotis nomine divulgarunt.

Idem 33.

Quod vero Britannos una cum Hercule in Hesiones raptu affuisse colligatur, ex his Cornelii, ut existimant, Nepotis versibus, dum nuptias Telemonis et Hesiones describit *II. 87.*

et in aurea pocula fusi
Invitant sese pateris plebs mixta, Britanni, &c.

Plane poëticum est: et illius auctorem non fuisse Cornelium Nepotem, ut Germani volunt, sed Josephum Iscanum sive Exoniensem, dilucide et quasi obsignatis tabulis probare possum. Utique qui Henrici nostri secundi et Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi meminerit.

Idem 160.

Nec abs re erit, si quæ Josephus noster Iscanus non de populo Poëta olim in sua Antiocheide, in Arthurum cecinit, hic adjungam. [Versus habes in fine Notarum III.]

Idem 261.

Hic ille est Scæva, cujus virtus in bello civili Dyrrachii clarissime emicuit, quemque natione Britannum fuisse Poëta noster Josephus in Antiocheide prodit, his de Britannia versibus:

Hinc et Scæva satus, pars non obscura tumultus
Civilis, Magnum solus qui mole soluta
Obsedit, meliorque stetit pro Cæsare murus.

Idem 457.

Latinis Vigornia, quo nomine primus, quod sciam, usus est Josephus Iscanus, qui Cornelii Nepotis nomine circumfertur, in his ad Hubertum Cantuariensem *Archipræsulem* versibus:

> In numerum jam crescit honor: te tertia poscit
> Insula,[a] jam meminit Vigornia, Cantia discit,
> Romanus meditatur apex, et naufraga Petri
> Ductorum in mediis expectat cymba procellis.

Raphael Volaterranus in Anthropologia.

Dares Phrygius historicus scripsit bellum Trojanum Græce, in quo ipse militavit, ut ait Isidorus, primus fere historicorum, qui tandem capto Ilio cum Antenoris factione remansit, scribit Cornelius Nepos, qui opus ejus sex libris[b] e Græco convertit, dicavitque Crispo Sallustio.

Possevinus Bibliothecæ XVII. 29.

Daretis Phrygii de bello Trojano libri feruntur a Cornelio Nepote Latino carmine Heroico donati, sed quisquis ille fuerit, versus non videntur inepti.

Claudius Dasquius ad orationem Basilii Seleuciensis de Elia, commentario ad ista verba: *μανθανέτωσαν τῶν ὄμβρων τὸν χορηγὸν ἀβροχίᾳ πληττόμενοι*: Elatum, inquit, ad exemplum perquam ingeniosi Poëtæ: Nimborum pincerna Notus: quæ sunt verba Josephi Iscani IV. 294.

Conradus Rittershusius in commentario ad Guntheri I. 4.

In hac sententia delicias facit ille, quisquis est, qui de bello Trojano scripsit poëma, sub nomine Cornelii Nepotis falso se venditans, cum sit longe posterior. 'Canescant alii mento,' &c. Versus habes initio libri primi.

[a] Legend. Infula. [b] Sex libros Josephi nostri videtur innuere.

Eadem recantat Taubmannus ad Plauti Trinummum 1118. J. Weitzius in Notis ad Prudentium 697. et ad Terentium 330. aliique.

Alexander Carolus Trognesius in præfatione editionis suæ.

Nihilo tamen minoris erit æquo rerum æstimatori (de Cornelio Nepote ψευδεπιγράφῳ loquitur) imo hoc etiam pluris esse debebit, quod tantum hic auctor in altissima barbarie præstiterit, quantum non nisi optimus quisque aureo Augusti sæculo fuisset assecutus.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER I.

ARGUMENTUM.

Protinus in Colchos primus liber expedit arma
Argonautarum, rapiunt qui velleris aurum:
Et parat Æsonidi redeunti prandia lauta.
Excidium Trojæ sub Laomedonte videbis,
Inde statum et formam graphice depingier urbis.

NOTÆ

Trecenti præter propter auctores pugnam Marathoniam, ut Plutarchus notat, literis mandarunt; plures fortasse, bellum Trojanum, quos maximam partem temporum injuria subduxit. Ante patrem ingeniorum Homerum id egerunt Palamedes, Phemius, Demodocus, Polemo Iliensis, Acatus Argivus, Corinna, Syagrus, quorum Athenæus, Ælianus, Pausanias, Suidas meminere. Homerum secuti sunt Lesches, Pigres, Idæus Rhodius, Timoleon Larissæus, Cephalo Gargithius, Hellanicus, Tzetzes, Cointus, Manasses. Segmentum quoddam et partem illius Æschylus, Sophocles, Euripides, Coluthus, Tryphiodorus; ex Latinis Ennius, Virgilius, Ovidius, Papinius, Seneca Tragicus delibarunt. Taceo Petronii et Neronis Troica. Cui non Troja labor? Proverbium inde natum puto, Τροΐαν ἑλεῖν. Daretem Phrygium et Dictyn Cretensem sunt qui illis annumerant. 'Joannes Tzetzes,' inquit Nicolaus Loënsis VII. 24. 'Dictys Cretensis testimonio utitur, illumque sua ætate Græce circumlatum scribit:' Mercerus ejusdem interpretem probæ et veteris notæ putat. Volaterranus, Aldus Manutius, Bodinus, Marcellus Donatus utrumque agnoscunt. Hercules Ciofanus ad Ovid. Metam. XIII. Dareti ista abjudicat: recte σύκινον illius ἐνθύμημα ἄσκοπα τοξεύει: quia, inquit, multa in iis leguntur, quæ repugnant veritati: nec itaque Homerus Iliados et Odysseæ auctor, siquidem ita colligimus. Joh. Maria Catanæus, ista quæ Daretis nomine circumferuntur, Nepotem illum Cornelium, qui vitam Attici descripsit, Latio donasse putat: verum jure merito illustris Josephus Scaliger ἀρβολιμαῖα isthæc censet, qui subscriptorem habet Possevinum Biblioth. II. 4. 16.

Iliadum lacrymas, concessaque Pergama fatis,
Prælia bina ducum, bis adactam cladibus urbem
In cineres, querimur: flemusque quod Herculis ira,
Hesiones raptus, Helenæ fuga fregerit arcem,

NOTÆ

1 *Iliadum lacrymas*] Juven. Sat. x. 'inter Iliadum lacrymas.' Ovid. Fast. iv. 'Hoc pater Iliades.' Euripides *πόλιν Ἰλιάδα* dixit in Hecuba, ut Theocritus *Ἰλιάδας μάχας* in Dioscuris. Noluit autem libros suos *Ἰλιάδα* inscribere, neque, ut alii, *Ἰλιόπερσιν* (quamvis *ὁ πάνυ* Josephus Scaliger *Ἰλιοπερσίαν* ita malit) nec *ἅλωσιν* Trojæ, sed *σαφῶς* de Bello Trojano, quo *κακοΐλιον*, ut Homerus nominat, periit.

Concessaque Pergama fatis] Erat enim in fatis, Trojam perituram. Alii fuerunt Trojæ fata specialia, quibus salvis urbs salva: Palladium, Laomedontis sepulchrum, Troilus: de quibus Comicus in Bacchidibus. Vide infra v. 536. Servio Troja est regio: Ilium urbs: Pergama arx. Hesychius: *Πέργαμα· ἀκρόπολις Ἰλίου.* Suidæ Pergamus, Ionum lingua, est quævis *ἀκρόπολις.*

2 *Prælia bina ducum*] Laomedontis cum Hercule, Priami cum Agamemnone et reliquis.

Bis adactam cladibus urbem] Bis vero? Theocritus, sive is Simmias Rhodius, *τρίπορθον*: in *βωμῷ ἐν τευκρίδι ἄγοι γε τρίπορθον*: imo sæpius vastata: primo ab Hercule; secundo ab Æacidis; tertio a Charidemo, qua de re Polyænus iii. Strateg. in fine; quarto a C. Fimbria, de qua Strabo iii. 409. Appianus in Mithridatico. Aurel. Victor in Fimbria. Augustinus iii. de Civit. Dei, 5. Antecessit omnes quinta *ἅλωσις*, ut quidam putant, Amazonum, quæ minorem Asiam occuparunt: nisi id de incursatione tantum intelligas. Amazonum expeditionis meminit etiam Homerus. Orosius i. 15. et 16. centum annis urbes evertisse scribit, Asiæ imperium tenuisse, Europam maxima ex parte domuisse, Atticam vero ab iisdem infestatam, Areopagum conditum: vide infra v. 60. et pluribus iii. 566. Canterus et Brodæus propter Amazonas et Græcos *τρίπορθον* a Theocrito dictam putant. Vide Stephanum in *Ἀμαζόνιον*. Clem. Alexand. i. Strom. p. 246. Strabo xiii. ex Hegesianacte scribit, a Gallis etiam occupatam fuisse: quæ sexta fuerit.

Bis adactam cladibus urbem] Papinium identidem presso pede sequitur, qui i. Theb. 'bis adactum legibus Istrum.'

3 *Flemusque quod Herculis ira, Hesiones raptus, Helenæ fuga fregerit arcem*] Causam aliam Apollod. iii. 179. allegat. Ilium contra oraculi jussum ad Ates collem Ilium exstruxisse. Gemina ex Isaacio Tzetze adfert Canterus i. 1. Stephanus Byzantius, *Ἴλιον· πόλις Τρωάδος, ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην* (ita enim recte emendavit doctissimus Meursius) *ἐκάλουν, καὶ αὐτῆς λόφοι δύο.* Eustathio non sine causa istud de Ate, commentum sapere videtur. Euripides in Oreste ait, Deos id bellum excitasse, ut hominum improborum, qui pondera terræ inutilia, sentinam exhaurirent: *Θανάτους τ' ἔθηκαν ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς Ὕβρισμα θνητῶν ἀφθόνου πληρώματος.* Vel, ut Stasimus in Cypriis loquitur, *σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν.* Eadem Eustathius ad Iliad. A. p. 15. Hinc Tertullianus, luem, famem, et bella, tonsuram insolescentis generis humani nominat lib. de anima. Vide Loënsem iv. 3.

Impulerit Phrygios, Danaas exciverit urbes.
  Ut quid ab antiquo vatum proscripta tumultu
Veri sacra fides, longum sylvescis in ævum?
An quia spreta lates? mundoque infensa priori
Nos etiam noscenda fugis? metum inclyta, mecum
Exorere, et vultum ruga leviore resumens,

NOTÆ

5 *Impulerit Phrygios*] Seneca de Clementia I. 5. 'Elephantes Leonesque transeunt, quæ impulerunt.' Gratius: 'meo sine munere sylvas Impulerit.'

6 *Ut quid ab antiquo*] Livius: 'Ut quid aliquis Tribunus plebis ruat cæcus in certamina?' Virgil. in Ciri: 'Ut quid ego amens.'

7 *Veri sacra fides*] Claudianus de Bello Getico: 'et noxia vatibus ipsis Veri sacra fides!' Symmachus IX. 131. 'fidem veri occultare non debui.' De veritate viribus suis se emergente, Polybius insignite in Eclogis XIV.

Longum sylvescis in ævum] Ὑλομανεῖς, χερσομανεῖς, χορτομανεῖς: Festo id est obherbescere. Isidori notæ: 'Ager ingraminat.' Augustin. de Civit. Dei, II. 18. 'Unde talia vitia sylvescerent.' Arnob. III. 'qui capillos imminuunt sylvescentium crinium, τριχοφυούντων.' Ita Juvenalis IX. 'sed fruticante pilo;' et 'horrida sylva comæ.' Nazianz. 19. χερσομανοῦσα ἐκκλησία. Chrysost. Orat. I. de fato: πάθη ὑλομανοῦντα. Synesius de Insomniis 150. ὑλομανεῖν καὶ φλεγμαίνειν ἐνυμάτων καινότητι. Ad istam λῆξιν et faciem Varro dixit 'aurescere;' unde Aurora, 'puellascere, commacescere.' Festus: adlivescere, imbarbescere, inlucescere, vallescere. 'Vetustesco,' Nigidius apud Nonium. Lucretius: 'uvescere, serescere, grandescere, alescere, valescere, tenerascere.' Cato: 'tigna dishiascunt.' Attius: 'Agri vastescunt.' Furius: Virescere,' a vitibus. Auctor Culicis, 'succescunt.' Silius: 'Solem infervescere fronti.' Valerius Cato, 'sterilescunt gaudia nobis.' Cornelius Celsus, 'sanescere.' Seneca, 'radicescere.' Tertullianus, 'longisco.' Hilarius, 'planescunt' campi. Alcimius Avitus, 'flamescunt.' Prudentius: 'augesco, pudesco, vivisco, lassesco, frugesco.' Ausonius, 'minuiscunt.' Cassiodorus, 'pennescere.' Sidonius vero etiam 'familiaresco' et 'phthisisco' dixit, quæ partim veterum elegantiam, partim recentiorum redolent audaciam.

10 *Et vultum ruga leviore resumens*] Ἀδελφὰ καὶ δίδυμα sunt 'diffundere vultum,' Ovid. 'Explicare frontem:' 'Deme supercilio nubem,' Hor. 'Exporrigere frontem,' Terent. 'vultum relaxare,' Plaut. quod Philoni est ἵλεων βλέμμα, in lib. de vita Mosis. Contraria sunt 'nubem frontis amabat,' Sil. VIII. Papin. 'nubemque hanc frontis opacæ.' Pacuvio, 'frons caligans.' Senecæ, 'attracta, adducta.' Martiali, 'astricta.' Petronio, 'constricta.' Horatio, 'obducta.' Apuleio, 'striata, sulcis rugarum inarata:' et nescio cui, 'fimbriata.' Hinc ista 'consulcare frontem,' Plaut. 'Rugas cogere,' Ovid. 'Rugare frontem,' Hier. *Plautus*, 'frons caperata severitudine.' Seneca, 'colligit rugas, attrahit frontem.' Tristitiam id nominabant de qua multis Heraldus ad Martialem, 1. Nec Græci copia inferiores: Vultuosi enim illis sunt στρυφνοὶ Arist. συννεφεῖς, εἰδεχθεῖς σκυθρωποὶ Euripidi. σοβαροὶ τὴν ὀφρὺν Aristæneto. νεφέλη ὀφρύων dixit

Phœbeam dignare tubam: sterilisque vetustas
Erubeat, dum culta venis, dum libera frontem
Exeris: en aures blandas, en pectus amicum
Mulces, vulgarem levius passura cachinnum.
Si nostris nil dulce novum, nil utile visum,
Quod teneri pariunt anni, si sæcula tantum
Aurea Saturni memorant, et nulla recentis
Gratia virtutis: aude tamen ardua, pubes;
Mento canescant alii; nos mente: capillo;

NOTÆ

Sophocles. πρόσωπον συνεσπασμένον Laërt. συννεφὲς πρόσωπον Sophocl. συνηγμένον Chrysostomus. Idem ὀφρὺς φοβερὰ καὶ φρίκης γέμουσα. Clem. Alex. ὄψις δριμυτέρα. Nicetas Choniates, στυγνὸς τὴν ὄψιν, συννεφὴς τὴν ὀφρὺν καὶ ἀεικῶς ἀποσκυζόμενος. Talia sunt: ταυρωπὸν ἀποβλέπεσθαι, Philo. ταυρηδὸν ὁρᾷν, Aristoph. Idem venuste in Lysistrate τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς; quod Hesychius exponit συστρέφειν. Idem: κατέβλεψεν ἡδὺ, καὶ τὰ μέτωπα ἀνέσπασε. μανικὸν καὶ τραγῳδικὸν βλέπειν, Aristoph. τιτανῶδες βλέπειν, Lucianus in Timone. Sacræ etiam literæ Genes. 4. Cain συνέστησε προσώπῳ· et deinde, ἵνα τι συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου. Amphis eleganter apud Laërt. Ὡς οὐδὲν οἶσθα πλὴν σκυθρωπάζειν μόνον, Ὥσπερ, κοχλίας σεμνῶς, ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς. Elegans et illud Demetrii Phalerei apud Diogen. Laërt. v. ἔλεγε μὴ μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς. ὅλῳ γοῦν ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ.

15 *Si nostris nil dulce novum, &c.*] Arist. VII. Ethic. cap. ult. ἡδὺ νεότης. Juvenis vero hæc scripsit; quod sequentia arguunt. Pindarus, αἴνει παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Homeri gemina γνώμη Odyss. A. nota est. Eleganter de novitate Cassiodorus Variarum III. 21. Mihi in sæculi sui barbarie ad renovatam Poëticam respicere videtur: ut et Guntherus σύγχρονος, ni fallor, illius lib. X. 'quod jam per multa latentes Sæcula, nec clausis aperire penatibus ausas Pieridas vulgare paro: priscumque nitorem Reddere carminibus.'

19 *Mento canescant alii; nos mente, &c.*] Versus sunt a multis laudati, quibus tamen Josephi nomen non innotuerat. De sententia vide Casaubonum ad illud Persii IV. 'ante pilos sapientia;' Rittershusium ad illa Guntheri, 'Mente senex, ætate puer:' a quo sumsit Taubmannus noster. Mihi præter ista etiam hæc notata sunt gemina et germana. Menander: Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν, Ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων. Pind. Pyth. IV. ἐν παισὶ νέος, ἐν βουλαῖς πρέσβυς. Nazianz. Orat. XX. 332. de Basilio: τίς οὕτω πολιὸς τὴν μὲν σύνεσιν, καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς; Idem Orat. X. 161. σώματα χρόνῳ κέκμηκεν, αἱ ψυχαὶ δὲ θεῷ νεάζουσι. Idem ait Ep. 77. Hieronymus Ep. 13. 'Nec sapientiam canos reputes, sed canos sapientiam.' Plut. in παιδαγ. μόνος ὁ νοῦς παλαιούμενος ἀνηβᾷ. Basilius Seleuciensis Orat. I. de Davide, ὀλίγος τὸν χρόνον, πολὺς δὲ διάνοιαν. Chrysostomi aureum os de eodem: νέος μὲν ἦν ἡλικίᾳ, παλαιούμενος δὲ τῇ διανοίᾳ. Psal. 50. postea: οὔτε γὰρ ἡ πολιὰ ἀρετὴ, οὔτε ἡ νεότης κακία· πολιὰ γὰρ οὐ τρίχες λευκαὶ, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετή.

Nos animo: facie; nos pectore. Tempora certe
Virtutem non prima negant, non ultima donant.
Quod duplex ætas varios contendat in usus,
Hæc viget; illa jacet: hæc pullulat; illa fatiscit.
Mira quidem dictu, sed vera, advertite, pandam:

NOTÆ

De eodem: *μικρὸς τῷ εἴδει, μέγας τῷ φρονήματι.* Item: *ὁ ἐν νεότητι πεπολιωμένος, ὁ μικρὸς τῷ σώματι, καὶ ὑψηλὸς τῷ πνεύματι.* Idem in Orat. cum presbyter factus, t. III. *καὶ ταῦτα νέος ὢν, εἰ δήποτε καὶ ἐγένετο νέος· οὐ γὰρ πείθομαι. οὕτως ἐξ αὐτῶν αὐτῷ τῶν σπαργάνων πολιὸν φρόνημα ἦν.* Tali apud eundem in Esaiæ 3. p. 687. in Genesin Hom. 41. et 7. in Epist. ad Heb. Item in fine libri secundi de Sacerdotio, 52. edit. Hœschel. Sic juvenis ille apud Josephum de Maccabæis, *ἐγὼ μὲν τὴν ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν νεώτερος, τὴν δὲ διάνοιαν ἡλικιώτης.* Idem innuit Clem. Alexand. IV. Strom. p. 365. *νέος ἅμα καὶ παλαιός.* Vide etiam Isidorum Pelusiotam, *ὁ τρόπος εὐθύτητα οὐκ ἔτι μαρτυρεῖ*: ut quidem Billius legebat. Vide et Ep. I. 314. et Papin. v. Syl. 'mentem sua non capit ætas.' Prudentius de Eulalia: 'Moribus et nimium teneris Canitiem meditata senum.' Claudianus et 'Canitiem' nominat 'animi.' Idem Prud. 'Certamen una matre quod septem editi Gessere pueri, sed factis viri.' Petrus Ravennas Ser. v. 'Seniorem illum non tempora fecerunt, sed sensus.' Item: 'Sicut sapientia dat canos, ita quicquid viri est, tollit insipientia.' De vera senectute egregie Philo libro *ἐξένηψε Νῶε*, 214. 215. et in libro de hærede rerum divinarum, 407. Simile quid redolet illud Anacreontis, *Τρίχας γέρων μέν ἐστι, Τὰς δὲ φρένας νεάζει.* Philonis et illud II. Allegor. 70. *οὐχ οἱ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλ' οἱ χρόνῳ πολιοί.* Gemina habes libro de Plantat. Noe, 185. Archilochus apud Dionem Prusæum Tarsica priori tale quid innuit: *φιλέω στρατηγὸν ἐπὶ κνήμῃσι δασύν.* Eadem ratio *ἀντιθέσεως* in illo Aristophanis: *Μικκός γα μᾶκος οὗτος, ἀλλ' ἅπαν κακόν.* Ausonius: 'meritis anus est, ætate puella.' Aristoteles itaque recte Ethic. I. 3. *διαφέρει οὐδὲν, νέος τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός.* Ægyptiorum de Græcis *φθονερὸν* tale est, quod toties iteratum a Chrysostomo, illius verbis ponam: *Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες, γέρων δὲ Ἕλλην οὐδείς· οὐ γὰρ ἔχετε μάθημα χρόνῳ πολιόν*, quod est apud Platonem in Timæo. Clem. Alex. Strom. I. Justinum Martyrem, Orat. ad Gentes 16.

20 *Tempora certe Virtutem non prima negant, non ultima donant*] Job. 32. *οὐχ οἱ πολυχρόνιοί εἰσιν σοφοί.* Philemon: *χρόνος οὐ διδάσκει φρόνησιν.* Chrysost. Hom. 7. in Ep. ad Hebr. *τῇ πολιᾷ αἰσχύνῃ ἔξωθεν κοσμεῖται, ἔνδοθεν δὲ φρόνημα παιδὸς ἔχων.* Ambrosius contra Symmachum: 'Non annorum canities laudanda, sed morum:' quod ex Menandro sumtum, et a Chrysostomo allatum ex eodem, vide supra. Gregorius etiam egregie 30. Moral. 'Senes non eos sacra Scriptura vocare consuevit, qui sola temporum quantitate, sed qui morum gravitate maturi sunt.' Cum his pugnare videtur Homeri illud Odyss. H. *αἰεί τε νεώτεροι ἀφραδέουσιν*: et Philonis alterum, de rerum divinar. hærede 409. *ἡ ἀρετὴ ὀψίγονον, καὶ μὲν, ὥς ἔφασάν τινες, πρὸς αὐταῖς ταῖς τοῦ βίου δυσμαῖς βεβαιούμενον.*

22 *Quod duplex ætas*] *Αἰτιολογεῖ.*

Nam vati Phrygio Martem certissimus index
Explicuit præsens oculus, quem fabula nescit.
Hunc ubi combiberit avidæ spes ardua mentis,
Quos Superos in vota vocem? mens conscia veri
Proscripsit longe ludentem ficta poëtam:
Quin te Cecropii mentita licentia pagi,

28 *Æmula* Ms. marg.

NOTÆ

24 *Mira quidem dictu, sed vera, advertite, pandam*] Sic lib. II. 'Mira quidem, sed vera duces, advertite, pandam.' Utrumque ex fornace Ovidiana III. Fast. 'Credite dicenti, mira, sed acta, loquar.' Fast. VI. 'mira quidem, sed tamen acta, canam.'

25 *Nam vati Phrygio*] Dareti. Cur vero vati? an quia versu scripsit? reclamant quæ Nepotis nomine versa: affirmare videtur Ælianus, XI. 2. Var. Hist. καὶ τὸν Φρύγα Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα· πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι. Ilias poëticum quid innuit. Idem Syagrum Troica primum tractasse scribit, XIV. 21.

Certissimus index Explicuit præsens oculus] Quia Dares non clausis, vel in totum Homericis oculis, ut Tertull. ait, ista usurpavit; adeo αὐτόπτης μάρτυς, ut proverbium est apud Diogenianum, erit. Oculorum vero testimonia aurium antistare indiciis, in vulgus notum est: ἔδρακον, οὐ πυθόμην, ait Oppianus, ad quem vide ἀνθρωπολογοῦντα Rittershusium III. Cyneg. et V. ad Guntherum. Græcis hinc dicta βλέποντα μαρτύρια: de quibus ὁ πάνυ Scaliger in suis ad Ætnam. Clem. Alex. in fragmentis, vel, Theodotus 666. ὦτα τυγχάνει ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Philo libro de temulentia: πιστότερα ὄψις ὤτων, 195. de confusione. 266. ὄψιν ἀπλανῆ πρὸ ἀπάτης ἀκοῆς ἀξιῶν μάρτυρι τίθεσθαι, de profugis 37. ἀκοὴ ὁράσεως δευτερεῖα φέρεται. Idem ait I. De vita Mosis, 498. 499. et De Abrahamo, 290.

27 *Hunc ubi combiberit*] Horat. Ep. I. 2. 'nunc adbibe puro Pectore verba, puer.' Prud. 'Postquam combiberint Deum medullis,' Hymno IV. Aristænetus, I. καταπίνειν φιλήματα.

29 *Proscripsit longe ludentem ficta poëtam*] Homerum, qui, ut Arist. ait, libro de poët. 24. δεδίδαχε μάλιστα καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν, ὡς δεῖ. Varro scribit, Sibyllam Erythræam Græcis Ilium petentibus vaticinatam, perituram Trojam, et Homerum mendacia scripturum. Noster respexisse videtur ad illam Platonis ἐξορίαν, qua ex republica ejicitur, quæ nunquam fuit.

Ludentem ficta poëtam] Τὴν ἀλήθειαν ζημιῶν, (quotannis bello Trojano Homerus posterior,) πεπλασμένα ἂν εἴη διώκειν, ut loquitur Philosophus. Videsis Herodotum, Plutarchum, Archilochum, Solinum. Prolixe ea de re agit Clem. Alex. I. Strom. 289. Agellius XVII. 21. Lipsius ad Velleium I. 245. Josephus Scaliger prima Olympiade non multo antiquiorem putat: Ilium autem captum annis 408. ante primam Olymp. de Emend. I. 205. 206. ad Eusebium 66. et in Canon. Isag. 159. item præfat. in Manilium.

30 *Quin te Cecropii mentita licentia*

Et lædant figmenta, pater, quo præside floret
Pontia, et in priscas respirat libera leges.
Felices quos non trahit ambitus! ardua nactus
Non in se descendit honos, non cæca potestas.

32 *Tantia. Cantia.* Ms. marg. Vide not.

NOTÆ

pagi] Athenas innuit, quas Athenæus, v. 187. Ἑλλάδος μουσεῖον, Thucydides, πρυτανεῖον Ἑλλήνων vocant, καὶ Ἑλλάδος Ἑλλάδα, cujus elegantem descriptionem habes apud Dicæarchum 169. Cur autem pagum? quia locus antea πάγος dicitur; cum autem Mars causam ibi dixisset, Ἄρεος πάγος. Paus. in Atticis, Hesych. in πάγος, et auctor Etymol. Magni. Vide etiam Isidorum Pelusiotam II. Ep. 91. et 92. in qua ista de Marte prolixe. Juvenali IX. est 'Curia Martis.' Aliter Æschylus in Eumenid. 685. Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ' Ἀμαζόνων ἕδραν Σκηνάς θ' ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον Στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν Τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε· Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος, quod Scholiastes notare jubet: notavitque Auctor Etymol. et magnus Scaliger ad Eusebium. Si eo respexit auctor noster, tempus prioris syllabæ in πάγος migravit. Sed ad Latinum vocabulum oculos intendit et produxit: 'Pagi' enim, ut Festus ait, 'Dorica lingua παγαὶ, a fontibus, quod eadem aqua uterentur.'

31 *Quo præside floret Pontia*] In ora libri erat *Tantia*. Neutrum probo: legendum enim *Cantia*, cum Thomæ Cantuariensi Episcopo, Cambdeno auctore, ista dedicarit, quem ludicris fabularum incestari non concedit. Probant etiam quæ sequuntur. Julius Cæsar *Cantium* nominat v. de Bell. Gall. et illius Græcus interpres Κάντιον. Walsingamus in Anglica historia 77. et Salisberiensis *Cantiam*; et ita semper Owenus, quem animam epigrammatis jure merito nomines. Vide etiam Cambdenum de illo Thoma 252.

32 *Et in priscas respirat libera leges*] Episcopus enim ille prædia Ecclesiastica recuperavit, et libertatem Ecclesiæ magna severitate defendit, ut scribit Franciscus Gudwinus, de Episcop. Angliæ, 1100.

33 *Felices quos non trahit ambitus*] Hæc ideo, quia Thomas Henrici secundi Cancellarius (ita loquuntur) fuit, homo splendidus et pompæ serviens: mutato vero vitæ genere adeo mutavit animum, ut ad cilicium etiam properarit. Idem Gudwinus.

Ardua nactus Non in se descendit honos] Verissime, nec ab uno dictum. Dionysius Halicarnas. v. οὐχ ὁμοίη διάνοια τῶν ἀνθρώπων δεομένων, καὶ ἀποπληρωθέντων, ὅταν δεηθῶσιν. Chrysostomus Ep. 79. οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἡνίκα ἂν μείζονος ἀρχῆς ἐπιλάβωνται, καὶ ἐν ὄγκῳ φρονήματος γίνονται μείζονι. Gemina habet in Orat. antequam in exilium iret. Hinc Euripides in *Iphig. in A.* 334. ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν Τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα, τοὺς τρόπους μεθιστάναι. Maximus Tyrius eo digitum intendisse videtur, cum ait Dissert. XI. χρυσὸς πάντων γαυρότατος. Refer huc elegantem Isidori Pelusiotæ Epistolam, II. 105. Sext. Aurel. Victor: 'Compertum habeo, humillimos quosque maxime, ubi alta accesserunt,

Quid possit fortuna videt: non perfida sentit
Prosperitas, flevisse humilem, qui ridet in altis.
Parcite, venales quisquis venatur honores,
Unde ruat tabulata struit. Fremit ultio noxas
Tunc gravior, cum tarda venit: tunc plena timoris,
Cum terrore caret: blanda nil sævius ira,
Cum floret miseri felix injuria voti.
At tu dissimilis longe, cui fronte serena
Sanguinis egregii lucrum, pacemque litata
Emtam anima pater ille pius, summumque cacumen
In curam venisse velit, cui cederet ipse
Prorsus, vel proprias lætus sociaret habenas.
Hactenus hæc; tuque, oro, tuo da, maxime, vati
Ire iter inceptum, Trojamque aperire jacentem:
Te sacræ assument acies, divinaque bella;

NOTÆ

superbia atque ambitione immodicos esse.' Salvianus Epist. ad Eucherium, 246. 'Pedisseqna novi honoris plerumque est arrogantia.' Aristophanes id alludit: πλουτῶν οὐκ ἔτ' ἥδεται φακῇ. Andocides Orat. II. 20. πάντες ἄνθρωποι ἐπὶ τὸ εὖ πράττειν γίνονται κακοί. Eandem sententiam habes ex Solone, Theognide, Philisto, apud Clem. Alex. Strom. VI. 248. Isocratem in Panathenaicis, Stobæum Sermone 149. Basil. Seleuc. Orat. 35. Agapetum Parænesi 83. Victorium Var. Lect. XXV. 25. 3. qui Thucydidem, Demosthenem, Livium paria locutos ostendit. Exempla habes apud Sabellicum multa VIII. 8.

38 *Unde ruat tabulata struit*] Alludit illud Claudiani: 'tolluntur in altum,' &c. Seneca recte Controv. I. prooemio: 'Horæ momentum inter solium et aliena genua.' Tales sunt πεφυσιωμένοι illi, ἕλκοντες ἐφ' αὑτοὺς συμφορὰς, ὥσπερ καικίας νέφος, ut est, proverb. apud Arist. II. Meteor. 6. Imitatur autem Juvenal. X. 'numerosa parabat Excelsæ turris tabulata, unde altior esset Casus, et impulsæ præceps immane ruinæ.' Utitur illo simili etiam Isidorus Pelusiota I. 112.

41 *Cum floret miseri felix injuria voti*] Claudianus de IV. Consulatu Honorii, 168. 'promissi felix injuria voti.'

43 *Pacemque litata Emtam anima*] Per 'pacem litata anima emtam,' crucem et mortem θεανθρώπου Salvatoris intelligo: per summum cacumen, Pontificiam Alexandri Papæ dignitatem. Ille enim Thomam exulem contra Henricum secundum acerrime defendit, cui tanquam δευτεραγωνιστὴν illum adjungit. Vide Gudwinum, et supra vs. 33.

Pacemque litata Emtam anima] Imitatur Papinium III. Theb. 'Hi fibris animaque litant.' Ita III. 11. Noster: 'Mente litat pura.'

45 *In curam venisse velit*] Ita Lucanus: 'in partemque operis veniam.' Valer. Flaccus: 'in pacem dextramque reverti:' VII.

49 *Te sacræ assument acies*] Hæc

Tunc dignum majore tuba, tunc pectore toto
Nitar, et immensum mecum spargere per orbem.
  Luserat omnificæ quondam solertia curæ,
Ignotas molita rates, aurique cupido,
Audendi transgressa modum, trans æquora misit,
Qui caperent thalamos, spoliarent templa metallis.
Siccine mortalis finem metitur hiatus?
Egestæ sic Ditis opes, quas ambitus audax,
Quas prædo pallens Stygiis extorquet ab antris,
Sufficiunt? cui jam satis est, quod regna, quod urbes,
Ipsaque quod pateant rapiendis Tartara gazis?
Itur in ignotos fluctus, ultroque procellis
Insultare juvat, et soli vivere fato.
  Æsonides primus undas assumsit in usus,

NOTÆ

ad Henricum secundum, Cambdeni monitu, referenda: innuit autem expeditionem Syriacam, quam aut Henricus moliebatur, aut Fridericum Barbarossam ad illam stimulabat, et juvabat: huic enim cum Henrico fœdera: cujus legationem ad Fridericum habes apud Guntherum lib. VI. 168. Sed nihil in illa ad expeditionem Syriacam. Præstitit autem Josephus noster, quod promisit: illius enim Antiocheida citat Cambdenus: versus aliquot γεύματος χάριν in fine III. posui: utinam totam legere, et cum Petri Angeli Bargæi Syriade (si tamen eadem tractant) contendere liceret.

52 *Luserat omnificæ quondam solertia curæ*] De navium inventore primo alii aliter. Clem. Alex. Strom. I. 225. Atlantem primum agnoscit naupegum: Æschylus, inventorem Prometheum: Plinius et Apollodorus, Danaum: Catullus et Apollonius Rhodius, Argum Aristoriden, Ἀθηναίης ὑποθημοσύνῃσιν. Athenæus, Janum: Thucydides aliique, Minoëm. Argo autem istam citiremem, ut Varro nominat, primam navim agnoscunt Ovidius, Catullus, Propertius, Lucanus, Apollonius Rhodius, Plinius, Democritus, qui animalium nos dicebat discipulos, nautilum piscem amsam dedisse cum Oppiano censet. Maximus Tyrius, vel aviculam in aquam delapsam, vel hominem natantem, vel lignum in aquam projectum, artis imaginem monstrasse putat. Damoxenus recte apud Athenæum, ἡ φύσις πάσης τέχνης ἀρχέγονόν ἐστι, III. 102. Vide et Themistium de primo inventore, Orat. XVI. 381. et graphicam navis ὑποθήμονα apud Nonnum Dionys. 40.

57 *Egestæ sic Ditis opes*] Papin. 'ubi Dite viso Pallidus fossor redit, erutoque Concolor auro:' ex quo Silius, ut doctiss. notat Heinsius: 'Et redit infelix effosso concolor auro.' De re eadem Latinus Pacatus, insignis Panegyrici auctor, 24.

63 *Æsonides*] Convenit id Iasonis ὀρέξει, qui Aristotelis verbis, ἔφη πεινῆν ὅτι μὴ τυραννεῖ, Polit. III. 8.

Phryxeam rapturus ovem: cui laudis alumnus
Alcides socias indulsit in ardua vires.
His Peleus Telamonque duces, his cetera pubes
Æmathiæ casus pelagi conjurat in omnes:
Pars invita ratem, pars famæ prona petendæ,
Pars mundum visura novum, gentesque remotas.
  Ergo, sequi docilis quas nondum noverat undas,
Tethyos in gremium migrat prærepta Dianæ
Pinus, et e ramis remos habet: inque profundum,

68 *Munita* Ms. marg.

NOTÆ

64 *Phryxeam rapturus ovem*] 'Furtivæ pelliculæ aurum' nominat Juvenal. I. Orpheus, *χρύσεον κῶας*. Varias de isto ariete, sive, ut alii, homine, fabulas prolixe enarrat Had. Jun. Animadvers. v. 12. Apollonius fontes quatuor adjungit, *ἀέναοι κρῆναι πίσυρες ῥέον*. Vide Diod. Sicul. v. Pausaniam in Bœoticis, Hyginum 181. Lycophronem Cassandra. Vide etiam Plutarchum libello de fluminibus, quem nuper nobis dedit Mauslacus, titulo Tanais 48. et Aristophanis Interpretem ad Nubes.

Cui laudis alumnus] Ita infra: 'mulcetur alumnus Fatorum,' *ἀντὶ τοῦ τροφίμου*, ut ambitiosissime contendit Castalio Variorum cap. ultimo: aliter censet Taubmannus notis in Culicem, 283. sed non lectis istis, Cruquii opinioni adhærescit. Hercules vero, juxta Pherecydem, in Aphetis derelictus est, quod Argo illius *βάρος* ferre non posset. Apollod. I. 45.

68 *Pars famæ prona petendæ*] Claud. 2. de Stil. laud. 'mens aliorum prona favori.'

72 *E ramis remos habet*] Hinc naves *ἰουλοπέζους* Lycophron nominat: quia *ἴουλον* animal illud multipes remorum similitudine exscribit navis. Hesych. *Ἴουλος, ζῷον πολύπουν, ὅπερ ἡμεῖς λέγομεν ὄνον*. Valer. Flaccus eodem modo, ait doctiss. Meursius ad Lycophron. 'Phrygios Iulos' dixit, de navibus Trojanis loquens. Error maximus. Flaccus enim Vespasiano Britanniæ domitæ laudem tribuit; cum Oceanus Julium Cæsarem illiusque progeniem Phrygibus oriundam ante indignatus sit: quod præcedentia arguunt: 'Tuque o pelagi cui major aperti Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos.' Ita Tacitus: 'Divus Claudius auctor operis, transvectis legionibus auxiliisque, et assumto in partem rerum Vespasiano, quod initium venturæ mox fortunæ fuit, domitæ gentes, capti reges, et monstratus fatis Vespasianus.' Agric. 354. Quod ergo ait, 'Phrygios prius indignatus Iulos,' de classe Julii Cæsaris, 'vi tempestatis,' ut Suet. ait, 'prope absumta,' intelligendum. Tacitus etiam, in vita Agricolæ, Britanniam 'ostendisse,' non tradidisse, Cæsarem ait. Augustum etiam, et reliquos usque ad Claudium, Britanniam non tentasse ex eodem scimus. Vide etiam Dionem lib. XXXIX. 114. LX. 685. Et quid ἀτοπώτερον, quam Oceanum indignatum naves Phrygias, quibus nihil cum Oceano Britannico;

Ornatu contenta rudi, plus robore, cultu
Fisa minus, paucis exul peregrinat in armis.
Nondum sæva Deos ponto objectare natantes
Religio, non fluxa sinu tumuere secundo
Carbasa: delicias dat fastiditior usus,
Exornatque suum novitas operosa periclum.
Prima inopem pinus cultum quo stabat in Hæmo

76 *Recurro* Ms. marg.

NOTÆ

nisi ad Brali illius fabulosam navigationem divertamus? quam nec ipsam indignatus est, si vel commento ponamus. Vide etiam Cambdenum in Britannia 187.

74 *Paucis exul peregrinat in armis*] Peregrinum et hoc videtur a lingua Latina: ita infra 238. 'blandos peregrinat in usus,' 526. 'alio peregrinat ab orbe:' ἀρχαΐζει, ut multa apud veteres. Varro, 'discedimus,' pro discessimus, 'contemplare,' 'imitare,' 'mirare.' Tibullus, 'atteruisse,' pro attrivisse. Sallust. 'Occanuere,' ab Occano. Plautus ita 'lactat,' 'amplector' παθητικῶς, ut et Petronius. Lucret. 'minat.' Ovidius, 'funera non potuit comitare, nec ungere corpus, Te nihil exacto.' Idem, 'et qui comitavit Oresten.' Ita Propert. item 'ominat:' Virg. 'nutritor olivam.' 'fontes avertitur.' Arnob. 'ex acuminibus auspicatis.' Verrius Flaccus: 'Abominor,' pass. Propert. 'sic juveni grata,' quod Scalig. est, gratare. Ita 'cremant,' 'mutant,' 'vertunt,' 'mare turbat,' 'excitat,' pro passivis, et sexcenta alia, quorum sylvam videsis apud Priscianum VIII. de communibus, Nonium de contrariis generibus verborum, prolixe: item Gifanium in Lucret. Indice passim. Inprimis Scalig. ad Triumviros Amorum, et Heraldum ad Martialis IV. 90.

75 *Nondum sæva Deos ponto objectare natantes Religio*] Morem tutelarium Deorum, sive ἐπισημασίας, nondum invaluisse ait, de quo III. 174. plura.

77 *Delicias dat fastiditior usus*] Vid. III. 167. Copia solvit in nauseam, et frequentia sentiendi tollit admirationem, ut raritas auget precium. Claud. de Eutrop. I. 'cum fastiditus abiret.' Sen. de brevit. vitæ, 'post fastiditos honores.' Ovid. II. de Remed. 'Et fastidita non libet esse domo.' 'Fastidito jure potiri.' Manil. IV. Auson. 'fastidita Phaonis,' quod Vinetus contra legem pedariam in 'fastidiata' vertit.' Varro etiam 'fastidiliter,' in Satyra, Cras credo. Ad illam faciem 'fastiditius' flexum, ut Seneca 'cassatius,' 'curatius,' ut Plinius in Epist. IX. 545. 'custoditius.'

79 *Inopem pinus cultum, quo stabat in Hæmo*] Pinum cum omnibus veteribus navi assignat. Virg. 'utile lignum Navigiis pinos.' Malum etiam pinum fuisse Taubmannus in Culice contendit; frustra, cum omnes fere quercum Chaoniam nominent. Apoll. I. 'fagum Dodonæam.' Philostratus. Lycophron, Apollonius Claudius,* rursusque locutæ In te Chaoniæ moverunt carmina quercus.' Unde Orpheus, εὔλαλον Ἀργώ. Palmulæ, ut Catul. vult, 'abiegnæ.' Facta autem in Magnesia navis, juxta Pindarum;

Detulit in fures: auctor ratis Argus, et Argo
Navis erat, sed uterque rudis: nil illa superbe,
Non auro Superos læsit, non rupibus aurum.
Stat dubius novus hospes aqua: reditumque fugamque
Ludentis pelagi miratur, et æquora visu
Metitur, patriæque pium consultat amorem:
Virtuti nutu facili cessurus et undis.
Sed rapit aura ratem. Quonam, quo naufraga tendis?
Quo populos in fata trahis? te ne angue, vel armis
Patrandum fastidit opus? scio tædia tollis,
Delicias lethi quæris: nunc utere saxo
Terra potens, atque injectæ Symplegadis ictu

NOTÆ

unde Magnetida Argo vocant. Ovid. in Pagasa portu. Vid. Hyg. II. Argo nominata ab auctore, ut et Noster et Apollod. I. 42. vel propter celeritatem. Hæmum vero cur nominet? cum Pelium omnes fere velint: Ennius, item Hieron. 16. 'Utinam ne in nemore Pelio,' quod toties Cicero iterat, et Varro, desumtum ex Eurip. Medea: Quintil. V. de causis longe petitis. Vide eandem rem eleganti σωρείᾳ apud Clem. Alex. Strom. lib. VIII. Forsitan hoc fecit, quia Hæmus Thraciam a Thessalia distinguit, ut Servius ait; Argo vero 'Thessala pinus' sæpius Poëtis dicta. Ovid. Fast. V. 'Pelion Hæmoniæ mons est obversus in Austrum.' De Hæmo vide Livium XL.

80 *Detulit in fures*] Ita Virg. Æn. IX. 'Detulit in terras.' Cur vero fures? an quia dixerat, 'qui caperent thalamos, spoliarent regna metallis:' vel quia fures aurei velleris? furto enim, quod est fraude, Medeæ illud obtinent: sic infra 'prædonem' vocat Jasonem.

87 *Sed rapit aura ratem*] Papin. III. Sylv. 'Audimur, vocat ipse ratem:' paulo post, 'fugit ecce vagas ratis acta per undas.'

88 *Te ne angue, vel armis Patrandum fastidit opus*] Nescio an omnia satis sana. Plaut. 'fastidit mei:' 'fastidimur bonorum,' Lucilius: 'Meri fastidis' Plaut. in Sticho: 'pabuli fastidire,' auctor Dirarum. Usurpatur hic pro, fastidio afficit: ut infra v. 198. 'fastidita auris.' et v. 219. 'quorum fastidit usus regnare negantem.' Phædrus IV. 64. 'qui stultitiam nauseant.'

90 *Delicias lethi quæris*] Sic infra: 'ratis Atropon auxit.' Multa in hunc sensum apud plures auctores. Prop. 'Terra parum fuerat: fatis adjecimus undas: Naturæ miseras auximus arte vias.' Phædrus IV. 'professæ mortis viam,' nominat, αὐθαίρετον θάνατον. Plin. XIX. 'provocamus velis et navigatione mortem.' Lucan. III. 'fatisque per illam Accessit mors una ratem.' Hinc Papin. II. Syl. 'puppem temerariam Minervæ:' alius quis, 'Fatalem properant necessitatem.' Val. Fl. I. 'vias cernunt sibi crescere Parcæ.' Horatii διέξοδος lib. I. Carm. et Papin. Sylv. III. in Propemp. nota est. Vide Stobæum de navigat.

Nulla prius consumta refer: ferat ipse cruentum
Quod peperit fatum, primaque superbiat ira.
Fata obstant, hominum prædatrix Atropos arcet.
Plus Superi, quam fata queunt: trabs Thessala Divos
Præsentes, quos fecit, habet: contemtus in antris
Hippotades, in aquis Triton, in carcere Corus,
Hac rate prærepta summos senuisset in annos.
Quippe Deum genitore metu, mens cæca creavit
Ditem umbris, cœlo Superos, et numina ponto.
Vix pelagi sensere minas, jamque, Æole, clamant,
Æole, tuque dato mulces qui cœrula sceptro,
Undarum Neptune potens, date numen ituris.
Si reduces, meritis nomen sacrabitur aris.

92 *Cecidisse* Ms. marg. Vide not.

NOTÆ

92 *Nulla prius consumta refer*] In ora libri, *cecidisse*. Utroque significari puto: Symplegadum ictu, vel concursu, primam navem factam esse, æque mirum novumque fore, ac istam navem primam fuisse.

95 *Plus Superi, quam fata queunt*] II. 575. 'Fatis nulla fides,' alio respectu, et alia lingua. Sumtum vero a Papin. Theb. I. 'et vocem fata sequuntur.' *Μοῦνοι δὲ θεοὶ ῥέα πάντα δύνανται.* Oppian. Cyneget. IV. *Μοῦνοι δὲ θεοὶ ῥέα πάνθ' ὁρόωσιν.* Augustinus: 'Fatum est vox divinæ mentis: nullo itaque causarum ordine in ordinem redigitur.'

96 *Præsentes, quos fecit, habet*] *Μίμησις* Virgiliana. Repræsentare, id est, sine mora exigere. Suet. Claud. 34. ubi vide Casaub.

Contemtus in antris Hippotades, &c.] Ita festive Vitalis Blesensis in sua Aulularia: 'si sapient homines, mendicet turba Deorum,' &c.

98 *Hac rate prærepta summos senuisset in annos*] Papin. Sylv. III. in Propemp. Metii Celeris: 'Ante rates solito torpebant æquora somno,' &c.

99 *Quippe Deum genitore metu*] *Θεοῦ ἔτιμα.* Multa habes apud Etymologici auctorem: vide Festum in *Deus*. Plato a *θέω*. Clem. Alex. *θεοὺς ἐκ τοῦ θέειν ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας.* Vide et Nazianz. Orat. 36. p. 580. Phornutus: *Δέος ἀπὸ τῆς θέσεως, q. θετῆρας.* Petronius, 'Primus in orbe Deos fecit timor:' quæ totidem verbis apud Papin. III. Thebaid. Petronio tribuit Fulgent. Placiades I. Mythol. p. 129. Juvenal. Sat. XIII. 'Est alius metuens ne crimen pœna sequatur: Hic putat esse Deos.' Clem. Alex. II. 276. *δέος δέ ἐστι φόβος θεῖον.*

103 *Undarum Neptune potens*] Frequenter ita poëtæ. 'Diva potens nemorum,' Papin. 'Umbrarum potens,' Claud. 'Tubarum armorumque potens,' Val. Flac. 'Pietate potens,' Plaut. 'Dive tridentipotens,' Silius. 'Diva potens Cypri,' Horat.

Mox ierant in vota Dei, gaudentque vocari:
Hic faciles proclinat aquas, hic evocat antro
Qui vela imprægnet Zephyrum, qui purget abacta
Nube diem: cursu tandem producta sereno,
Labitur in portus Phrygios ratis: improba pubes
Emicat, et vetita certant tellure potiri.
Fama nocens subitum Sigea in regna tumultum
Spargit, et insidias populo regique minatur,
Dardana si coëant peregrinæ ad littora classes.
Plebs excita furit: nec abest, qui Laomedontem
Intentet Danais, ultro ni littore cedant.
O Superis invisa manus! sic pignora cœli,
Crescentesque Deos in Syrtes cogis? an unam
Extimeas gens tanta ratem? sed, cœca, quid horres?
Huc hospes, non hostis adest, cui monstra potenti
Debentur frangenda manu: reverere tonantem,
Vel saltem cognosce hominem. Si pendimus æquum,

106 *Vocati* Ms. marg.

NOTÆ

106 *Mox ierant in vota Dei*] Alludit Romanorum morem, qui pedibus in sententiam ibant. Ovid. id dicitur: 'Vota anos habuere Deos;' Cicer. 'in alia omnia ire;' nihil vero aliud ait, quam quod Græci ἐξ οὐρίας φέρεται ναῦς.

107 *Qui vela imprægnet Zephyrum*] Sinum effusum, plenum nominant Tibul. El. I. Propert. III. Varr. De Re Rustica 'poma prægnantia.' Plaut. 'prægnantes plagæ.' Juvenal. 'prægnantem stamine fusum,' ut et Sidon. Apoll. Virgil. Cyri: 'gravidos fusos,' ut Manil. 'gravidas nubes.' Sil. Ital. XIII. 494. 'At gravida arcanis Cymes anus.' Plinius, 'thuriferam arborem prægnantem,' XII. 14. Immo Cicer. 'terra seminibus gravida.' Noster infra 514. 'aristas prægnantes.' Virgilius ita '*loca*' dixit 'fœta:' Tertul. 'ignis fœtu.' Ita frequenter Græci ἐγκύμονα, Nonnus maxime. Xenophon, ψυχὴ κύουσα θόρυν ἐγκύμονος ἵππου. Tryphiodorus, λόχος θείων φώτων ἐγκύμων. Philo Alleg. II. 61.

109 *Improba pubes Emicat*] 'Ακμάντες, νεανικὸν φρονοῦσα, Demosthenes. Virgilius, 'juvenum manus emicat ardens Littus in Hesperium.' Oppian. βῆμφ' ἔθορεν, emicat. De voce *improbus* vide plura apud Clem. Musambertium ad Ramiresii putidas nugas I. 22.

115 *Intentet Danais*] Ita III. 196. 'si reddere raptam Velle negent, bellum intentet.' Horat. vero, 'quibus Intentata nites.'

117 *Crescentesque Deos*] Festivum ex Gentilium ἀποθεώσει: 'quorum carminibus nihil est nisi fabula cœlum.' Manilius.

Si rerum justis metimur partibus usum,
Omne homini commune solum, sed jura perosus
Publica sacrilegis naturam barbarus ausis
Contrahit, et proprios Phrygiam phariscat in usus.
O Asiæ pollentis opes! O Pergama nulli
Tranquillo cessura Deo! nil dura sororum
Licia, nihil Superi peccant; gens incola fatum
Ipsa facit, cœlo Phrygius parcente meretur
Exilium, gladios, incendia. Pellitur Argo,
Armatumque Jovem mediis exorat in undis.
At Danai flagrant animis poscentibus arma
Quo rapit ira sequi, gladioque ultore pudendam
Excusare fugam: contra, prudentia, turbæ

NOTÆ

123 *Omne homini commune solum*] Ex illo Papin. Theb. VIII. 'Omne homini natale solum.' Κοσμοπολῖταί ἐσμεν, ὄφελον δὲ οὐρανοπολῖται. Sen. Epist. 18. 'Non sum uni angulo natus: patria mea totus hic est mundus.' Horat. 'Nam propriæ telluris herum natura neque illum, Nec me, nec quenquam statuit.' Plutar. prolixe de Exilio 1069. Euripidis et Ovidii dicta nota sunt. Coint. Smyrn. I. Παραλείπ. Ξυνὸν δ' αὖ πάντεσσι φάος καὶ νήχυτος ἀήρ. Vide Philonem in fine lib. de Cherubim. 99. item lib. de agricultura 153.

125 *Proprios Phrygiam phariscat in usus*] Adesdum Hercules, 'cui monstra potenti Debentur frangenda manu!' quid illud *phariscat?* lego *confiscat*, verbo quod Suetonio et Floro usurpatum: quid vero *fiscus* proprie, vide Nonium Marcellum, et Ascon. Pedianum in 2. Ver. Ant. August. in Festum, *Suffiscus*. Isidorus, 'Fiscus est saccus publicus.' Sen. Epist. 119. 'Ego paraveram fiscos,' de scorteo privo. Glossarium, *confisco*, ταμιεύω δημεύω, ταμίευσις *fiscatio*, *proscriptio*, ταμιοῦχος *confiscator*. Erit hic *confiscat*, ἰδιοποιεῖται, vel, ut Plato et Xenophon loquuntur, σφετερίζει, communia in suum usum vertit, qui Arist. v. de Polit. est σφετεριστής. Talem describit Prudentius in ψύχομ. 'juvat infercire crumenis Turpe lucrum, et gravidos furcis distendere fiscos.' Quid si legat quis *variscat?* *Varum* enim est curvum; inde *varices*, *varica*: *Vibia varam sequitur*, de quo proverbio Scaliger ad Ausonium. Varro II. De re rustica: 'cruribus rectis et potius varis, quam valgis.' Idem 'varico' l. IV. L. L. Ennius: 'consiliis obvarant, quibus tamen concedit hic ordo.' Sed tum analogia posceret *variscit*, vel *varascit*. Inchoativa enim omnia tertii ordinis, ut statuunt Priscianus, Diomodes, et Sosipater.

128 *Gens incola fatum Ipsa facit*] Adversæ fortunæ sibi faber est. Ovid. Halieut. 'Suo properat sibi robore fatum.'

134 *Prudentia, turbæ rara comes*] Adductum Papin. Theb. X. 384. 'Et fors ingentibus ausis Rara comes.' Jul. Cæs. V. de Bell. Gall. 'Plebs propter imprudentiam plerumque labitur.' 'Mens vulgi rationis inops,' Prud. Eadem Pindari sententia, Nem. 7. Cicer. pro Cluent. Seneca, 'Argumentum

Rara comes, raro Phrygiam cum milite pendit.
Excipit ancipites docti tuba Nestoris aures,
Suspensosque regit, irataque pectora mulcet:
O qui magnanimo domuistis remige fluctus,
Qui freta, qui ventos primi libastis, et astra,
Iratum didicistis iter, non nota secuti,
Discite dura pati; sola est quæ conterit hostem,
Virtutesque regit patientia: sola triumphis
Militat innocuis, et honestæ consulit iræ.
Est tempus, quando, locus est, ubi lædimur omnes,

NOTÆ

pessimi turba est.' Scaliger in censura Horat. 'mare est seipsum movens.' Cleanthis egregium illud apud Clem. Alex. v. 405. *οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίαν, Οὔτε καλὴν, ὀλίγοις δέ περ ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.* Et paulo post ex Comico, *αἰσχρὸν δὲ κρίκειν τὰ καλὰ τῷ πολλῷ ψόφῳ.* Nazianz. Epist. 67. vulgus de piis ait judicare, ut graculi de aquilis. Vide etiam Maximum Tyrium Declamat. ultima. Phocylides, *λαὸς καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ ἀκατάσχετα πάντα.* Egregie et Nicetas Choniates in Alex. Comn. 257. Plura vide apud Phalaridem Epist. 77. Chrysost. Hom. 41. in Mat. *ὅταν λαὸν εἴπῃς, οὐδὲν ἄλλο λέγεις ἢ προβόλους, καὶ σκοπέλους, καὶ ὑφάλους, καὶ σπιλάδας,* &c. 385. Victorius Var. Lect. XXXI. 7. Eadem de vulgo sunt apud Guntherum 689.

135 *Raro Phrygiam cum milite pendit*] Sic IV. 'Dux Ithacus prudens consultum pendere.' VI. 'si lumina pendas.' Frequens in istis est loco *συνθέτων* ponendis; ut 'limat pulmo loquax,' IV.

136 *Tuba Nestoris*] Facundia, vel tuba Nestoris, pro Nestore. Sic V. 'Agamemnon Imperiale tonat.' Ita Virg. 'Augustam tubam.' Vide Hartungum III. Criticor. 719. Ita Prud. de Symmacho, 'partam dicendi fulmine famam.' De Pericle notum est *ἤστραπτεν, ἐβρόντα.* Aristoph. Acharnensib. Idem in Equit. *ὁ δ' ἄρ' ἔνδον ἐλασίβροντ' ἀναῤῥηγνύς.* Inde Apocal. 1. *φωνὴ ὡς σάλπιγγος.* Hieron. D. Paulum 'tubam Evangelii' nominat: et Athanasius audiit *μεγάλη σάλπιγξ τῆς ἐκκλησίας.* Sic Chrysostom. D. Paulum *σάλπιγγα τῶν οὐρανῶν*: et toties *φωνὴν ἀστραπαίαν, βροντῆς λαμπροτέραν.* Tryphiod. de Ulysse, *θεῖον ἐβρόντησεν.* Tertull. De veland. Virg. CXXIX. 13. nihil 'debuccinemus eorum, quæ apud Deum mercedem merebuntur.' Pindarus audacissime, *δονέοι μάστιγι πειθοῦς.* Pyth. Od. 4.

142 *Patientia: sola triumphis*] Silius optime lib. X. 'est virtus futile nomen, Ni decus adfuerit patiendi,' &c. Vide Stob. serm. de patient. et de eadem Tertul. Cyprianum Homil. de nativ. Christi. Chrysost. optime in fine Ep. 7. *ὑπομονῆς ἴσον οὐδὲν, ἀλλ' αὕτη μάλιστά ἐστι ἡ βασιλὶς τῶν ἀρετῶν, ὁ θεμέλιος τῶν κατορθωμάτων, ὁ λιμὴν ὁ ἀκύμαντος, ἡ ἐν πολέμοις εἰρήνη, ἡ ἐν λαίλαπι γαλήνη.'* &c. 760.

144 *Est tempus, quando, locus est, ubi*] Nazianz. Orat. 33. *ἔστιν ὅτε καὶ εἰς καὶ ἐφ' ὅσον.* 530. Vide infra VI. 33. et II. 492.

Lædimur immeriti, patimurque indigna priores,
Ut causa meliore frui Superisque secundis
Marte dato liceat: non hic injuria nobis,
Sed Danais facta est: veniet qui probra suorum
Ense pio redimat. Sic fatur, et accipit omnes
Delinita Thetis, gremiumque exponit ituris.
Jam fluctus emensa vagos, in Phasidis undas
Declinat Pagasæa ratis; pelagoque relicto,
Pauperiore sinu, sed liberiore, potita,
Multa prius metuenda tulit, dum littore in alto
Discordes agerent undarum prælia motus.
Improbus audaci suspendit gurgite pontum
Phasis, et obnitens castigat in arva ruentem,
Cessuram miseratus humum: furit ille, feroxque
Potandas incestat aquas, bilemque refundit
In vada blanda suam, dedignaturque teneri.
Ipsa etiam clausisque Notis, cœloque sereno,
Continuas hyemes portus angustia volvit:
Nec spatio laxum languet mare: crescit arena
Consumtura rates, tellusque occulta vadosas
In cumulum suspendit aquas mentita profundum.

NOTÆ

150 *Gremiumque exponit ituris*] Sic infra, 'hostilis arenæ Allapsi gremio.' Silius, 'in gremio Thebes,' III. et IV. 'in gremio patriæ;' Græcorum imitatione, ut doctiss. monet Heinsius ad Silium.

156 *Suspendit gurgite pontum*] Phasis, quem Orpheus, Apollonius, Val. Flaccus, Pind. Pyth. Od. 4. sub adventum Argonautarum tranquillant. Noster in simpulo, quod aiunt, fluctus movet, respiciens ad Varronem, qui ait *fretum* dictum a *fervere*, quod in fretum sæpe concurrat æstus, atque effervescat. De Phasi vide Arriani περίπλουν, Plinium, et illius fucum Solinum.

157 *Castigat in arva ruentem*] Ita II. 231. 'poscentes aëra frondes Castigat.' Virg. IV. Æn. 'Castigantque moras.' Silius 'Insula castigatur aquis.' 'Castigatæ mamillæ,' Q. Serenus. Vide Gevartium ad Papin. Sylv. II. 1. 43.

159 *Potandas incestat aquas, bilemque refundit*] Limosus enim Phasis. Ovid. VI. Met. 'Contigerant rapidas limosi Phasidos undas:' sic IV. 'titulos incestat amoris:' et lib. V. 'para alitis alas Incestat Ganymede suo:' IV. 'incestatque fidem:' ut Virg. 'incestat funere classem.'

163 *Nec spatio laxum languet mare*] Auctor libri de plantis, ὅταν πληθυνθῶσι ὕδατα καὶ στενοχωρεῖται, ἀντὶς γίνεται ἐκ τούτων ἄτμις περιττῇ, II. 1.

Fluctuat ambiguus Tiphys, prope littora spectat;
Suspectam formidat humum, discitque timere,
Quo tutum sperabat iter: timor elicit artem.
Consultura vadum medias minor alnus in undas
Pellitur, et conto metitur judice pontum.
Littoris insidiæ postquam patuere, coacto
Inter utrumque solum decurrens limite puppis
Arva petita premit, fractasque offendit arenas.
Quid memorem Æsonidæ duras incumbere leges
Æëtæ imperio? quid semina jacta? quid hostes
Terrigenas, Martisque boves, sævique Draconis
Excubias? ignis virtuti cedit et ensis,
Eripiturque emtum summo discrimine vellus.
Neptunum sensisse putes: fugientibus æquor
Altius intumuit, fractique in littore fluctus
Intonuere simul. Procul, o procul ite, profani!

174 *Moror* Ms. marg.

NOTÆ

177 *Ignis virtuti cedit et ensis*] Ὅπλον μέγιστόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς. Stob. serm. I. Aristotelis scolior. elegans est, ἀρετὴ πολύμοχθε, &c. Ovidius, 'Invia virtuti nulla est via.' Curt. 'Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti.' Unde Hesiodus virtutem in rupe cum Simonide locabat, Cointus in arbore δυσβάτῳ. Clem. Alex. IV. ἔστι τις λόγος τῶν ἀρετῶν ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις, &c. ubi videsis Pindari et Æschyli dicta eleg. μοῖραι γὰρ μείζονες μείζονας μοίρας λαγχάνουσι, ut inibi cum Heraclito dicit.

179 *Neptunum sensisse putes*] Poëtis usitata στοιχείωσις. V. 'Vota virum valuisse putes.' VI. 'sensisse putares Cornipedes.' 'Hostem Ingemuisse putes.' Papin. Theb. IX. 'Audisse, accensumque putes.' it. VIII. 'putes sensisse repugnant Cornipedes.' Lucan. VII. 'Ingemuisse putes campos.' Petronius de Bello Civili. 'Cœlum illic cecidisse putes.' Ovid. Canaces Ep. 'Vagitus dedit ille miser, sensisse putares.' Neronis quoque illud fertur, 'sub terris tonuisse putes,' quod Lucanum ἐν κοιλιολυσίᾳ ἀποπέρδοντα iterasse, Sueton. in ipsius vita narrat.

181 *Procul, o procul ite, profani*] Orphei est, θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις. Callimach. H. in Apoll. ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρός. Vide Brisson. 8. quibus adde Gratium de Venat. 'procul hinc extorribus ire Edico præsente Deo.' Chrysostomus in Psal. 138. τὸν γὰρ ἀκάθαρτον καὶ βέβηλον οὐδὲ ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν περιβόλων θέμις. Clem. Alex. V. Epidaurici templi inscriptionem fuisse ait, ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα Ἔμμεναι. Galenus, Hortat. ad artes, homicidæ Archilochi dictum scribit: Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι

Ornatu contenta rudi, plus robore, cultu
Fisa minus, paucis exul peregrinat in armis.
Nondum sæva Deos ponto objectare natantes
Religio, non fluxa sinu tumuere secundo
Carbasa: delicias dat fastiditior usus,
Exornatque suum novitas operosa periclum.
Prima inopem pinus cultum quo stabat in Hæmo

76 *Recurvo* Ms. marg.

NOTÆ

nisi ad Brali illius fabulosam navigationem divertamus? quam nec ipsam indignatus est, si vel commento ponamus. Vide etiam Cambdenum in Britannia 187.

74 *Paucis exul peregrinat in armis*] Peregrinum et hoc videtur a lingua Latina: ita infra 238. 'blandos peregrinat in usus,' 526. 'alio peregrinat ab orbe:' ἀρχαΐζει, ut multa apud veteres. Varro, 'discedimus,' pro discessimus, 'contemplare,' 'imitare,' 'mirare.' Tibullus, 'atteruisse,' pro attrivisse. Sallust. 'Occanuere,' ab Occano. Plautus ita 'lactat,' 'amplector' παθητικῶς, ut et Petronius. Lucret. 'minat.' Ovidius, 'funera non potuit comitare, nec ungere corpus, Te nihil exacto.' Idem, 'et qui comitavit Oresten.' Ita Propert. item 'ominat:' Virg. 'nutritor olivam.' 'fontes avertitur.' Arnob. 'ex acuminibus auspicatis.' Verrius Flaccus: 'Abominor,' pass. Propert. 'sic juveni grata,' quod Scalig. est, gratare. Ita 'cremant,' 'mutant,' 'vertunt,' 'mare turbat,' 'excitat,' pro passivis, et sexcenta alia, quorum sylvam videsis apud Priscianum VIII. de communibus, Nonium de contrariis generibus verborum, prolixe: item Gifanium in Lucret. Indice passim. Inprimis Scalig. ad Triumviros Amorum, et Heraldum ad Martialis IV. 90.

75 *Nondum sæva Deos ponto objectare natantes Religio*] Morem tutelarium Deorum, sive ἐπισημασίας, nondum invaluisse ait, de quo III. 174. plura.

77 *Delicias dat fastiditior usus*] Vid. III. 167. Copia solvit in nauseam, et frequentia sentiendi tollit admirationem, ut raritas auget precium. Claud. de Eutrop. I. 'cum fastiditus abiret.' Sen. de brevit. vitæ, 'post fastidites honores.' Ovid. II. de Remed. 'Et fastidita non libet esse domo.' 'Fastidito jure potiri.' Manil. IV. Auson. 'fastidita Phaonis,' quod Vinetus contra legem pedariam in 'fastidiata vertit.' Varro etiam 'fastidiliter,' in Satyra, Cras credo. Ad illam faciem 'fastiditius' flexum, ut Seneca 'caussatius,' 'curatius,' ut Plinius in Epist. IX. 545. 'custoditius.'

79 *Inopem pinus cultum, quo stabat in Hæmo*] Pinum cum omnibus veteribus navi assignat. Virg. 'utile lignum Navigiis pinos.' *Malum etiam* pinum fuisse Taubmannus in Culice contendit; frustra, cum omnes fere quercum Chaoniam nominent. Apoll. I. 'fagum Dodonæam.' Philostratus. Lycophron, Apollonius Claudius, 'rursusque locutæ In te Chaoniæ moverunt carmina quercus.' Unde Orpheus, εὔλαλον 'Αργώ. Palmulæ, ut Catul. vult, 'abiegnæ.' Facta autem in Magnesia navis, juxta Pindarum;

Detulit in fures: auctor ratis Argus, et Argo
Navis erat, sed uterque rudis: nil illa superbe,
Non auro Superos læsit, non rupibus aurum.
Stat dubius novus hospes aqua: reditumque fugamque
Ludentis pelagi miratur, et æquora visu
Metitur, patriæque pium consultat amorem:
Virtuti nutu facili cessurus et undis.
Sed rapit aura ratem. Quonam, quo naufraga tendis?
Quo populos in fata trahis? te ne angue, vel armis
Patrandum fastidit opus? scio tædia tollis,
Delicias lethi quæris: nunc utere saxo
Terra potens, atque injectæ Symplegadis ictu

NOTÆ

unde Magnetida Argo vocant. Ovid. in Pagasa portu. Vid. Hyg. II. Argo nominata ab auctore, ut et Noster et Apollod. I. 42. vel propter celeritatem. Hæmum vero cur nominet? cum Pelium omnes fere velint: Ennius, item Hieron. 16. 'Utinam ne in nemore Pelio,' quod toties Cicero iterat, et Varro, desumtum ex Eurip. Medea: Quintil. v. de causis longe petitis. Vide eandem rem eleganti σωρείᾳ apud Clem. Alex. Strom. lib. VIII. Forsitan hoc fecit, quia Hæmus Thraciam a Thessalia distinguit, ut Servius ait; Argo vero 'Thessala pinus' sæpius Poëtis dicta. Ovid. Fast. v. 'Pelion Hæmoniæ mons est obversus in Austrum.' De Hæmo vide Livium XL.

80 *Detulit in fures*] Ita Virg. Æn. IX. 'Detulit in terras.' Cur vero fures? an quia dixerat, 'qui caperent thalamos, spoliarent regna metallis:' vel quia fures aurei velleris? furto enim, quod est fraude, Medeæ illud obtinent: sic infra 'prædonem' vocat Jasonem.

87 *Sed rapit aura ratem*] Papin. III. Sylv. 'Audimur, vocat ipse ratem:' paulo post, 'fugit ecce vagas ratis acta per undas.'

88 *Te ne angue, vel armis Patrandum fastidit opus*] Nescio an omnia satis sana. Plaut. 'fastidit mei:' 'fastidimur bonorum,' Lucilius: 'Meri fastidis' Plaut. in Sticho: 'pabuli fastidire,' auctor Dirarum. Usurpatur hic pro, fastidio afficit: ut infra v. 198. 'fastidita auris.' et v. 219. 'quorum fastidit usus regnare negantem.' Phædrus IV. 64. 'qui stultitiam nauseant.'

90 *Delicias lethi quæris*] Sic infra: 'ratis Atropon auxit.' Multa in hunc sensum apud plures auctores. Prop. 'Terra parum fuerat: fatis adjecimus undas: Naturæ miseras auximus arte vias.' Phædrus IV. 'professæ mortis viam,' nominat, αὐθαίρετον θάνατον. Plin. XIX. 'provocamus velis et navigatione mortem.' Lucan. III. 'fatisque per illam Accessit mors una ratem.' Hinc Papin. II. Syl. 'puppem temerariam Minervæ:' alius quis, 'Fatalem properant necessitatem.' Val. Fl. I. 'vias cernunt sibi crescere Parcæ.' Horatii διέξοδος lib. I. Carm. et Papin. Sylv. III. in Propemp. nota est. Vide Stobæum de navigat.

Nulla prius consumta refer: ferat ipse cruentum
Quod peperit fatum, primaque superbiat ira.
Fata obstant, hominum prædatrix Atropos arcet.
Plus Superi, quam fata queunt: trabs Thessala Divos
Præsentes, quos fecit, habet: contemtus in antris
Hippotades, in aquis Triton, in carcere Corus,
Hac rate prærepta summos senuisset in annos.
Quippe Deum genitore metu, mens cæca creavit
Ditem umbris, cœlo Superos, et numina ponto.
  Vix pelagi sensere minas, jamque, Æole, clamant,
Æole, tuque dato mulces qui cœrula sceptro,
Undarum Neptune potens, date numen ituris.
Si reduces, meritis nomen sacrabitur aris.

92 *Cecidisse* Ms. marg. Vide not.

NOTÆ

92 *Nulla prius consumta refer*] In ora libri, *cecidisse*. Utroque significari puto: Symplegadum ictu, vel concursu, primam navem factam esse, æque mirum novumque fore, ac istam navem primam fuisse.

95 *Plus Superi, quam fata queunt*] II. 575. 'Fatis nulla fides,' alio respectu, et alia lingua. Sumtum vero a Papin. Theb. I. 'et vocem fata sequuntur.' *Μοῖραι δὲ θεοὶ ῥέα πάντα δύνανται.* Oppian. Cyneget. IV. *Μοῖραι δὲ θεοὶ ῥέα πάνθ' ὁρόωσιν.* Augustinus: 'Fatum est vox divinæ mentis: nullo itaque causarum ordine in ordinem redigitur.'

96 *Præsentes, quos fecit, habet*] *Μίμησις* Virgiliana. Repræsentare, id est, sine mora exigere. Suet. Claud. 34. ubi vide Casaub.

Contemtus in antris Hippotades, &c.] Ita festive Vitalis Blesensis in sua Aulularia: 'si sapient homines, mendicet turba Deorum,' &c.

98 *Hac rate prærepta summos senuisset in annos*] Papin. Sylv. III. in Propemp. Metii Celeris: 'Ante rates solito torpebant æquora somno,' &c.

99 *Quippe Deum genitore metu*] *Θεοῦ ἐτίμα.* Multa habes apud Etymologici auctorem: vide Festum in *Deus*. Plato a *θέω*. Clem. Alex. *θεοὺς ἐκ τοῦ θέειν ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας.* Vide et Nazianz. Orat. 36. p. 580. Phornutus: *Δέος ἀπὸ τῆς θέσεως*, q. *θετῆρας*. Petronius, 'Primus in orbe Deos fecit timor:' quæ totidem verbis apud Papin. III. Thebaid. Petronio tribuit Fulgent. Placiades I. Mythol. p. 129. Juvenal. Sat. XIII. 'Est alius metuens ne crimen pœna sequatur: Hic putat esse Deos.' Clem. Alex. II. 276. *δέος δέ ἐστι φόβος θεῖον.*

103 *Undarum Neptune potens*] Frequenter ita poëtæ. 'Diva potens nemorum,' Papin. 'Umbrarum potens,' Claud. 'Tubarum armorumque potens,' Val. Flac. 'Pietate potens,' Plaut. 'Dive tridentipotens,' Silius. 'Diva potens Cypri,' Horat.

Mox ierant in vota Dei, gaudentque vocari :
Hic faciles proclinat aquas, hic evocat antro
Qui vela impraegnet Zephyrum, qui purget abacta
Nube diem : cursu tandem producta sereno,
Labitur in portus Phrygios ratis : improba pubes
Emicat, et vetita certant tellure potiri.
  Fama nocens subitum Sigea in regna tumultum
Spargit, et insidias populo regique minatur,
Dardana si coëant peregrinæ ad littora classes.
Plebs excita furit : nec abest, qui Laomedontem
Intentet Danais, ultro ni littore cedant.
  O Superis invisa manus ! sic pignora cœli,
Crescentesque Deos in Syrtes cogis ? an unam
Extimeas gens tanta ratem ? sed, cœca, quid horres ?
Huc hospes, non hostis adest, cui monstra potenti
Debentur frangenda manu : reverere tonantem,
Vel saltem cognosce hominem. Si pendimus æquum,

105 *Vocati* Ms. marg.

NOTÆ

105 *Mox ierant in vota Dei*] Alludit Romanorum morem, qui pedibus in sententiam ibant. Ovid. id dicitur: 'Vota suos habuere Deos ;' Cicer. 'in alia omnia ire ;' nihil vero aliud ait, quam quod Græci *ἐξ οὐρίας φέρεται ναῦς*.

107 *Qui vela impraegnet Zephyrum*] Sinum effusum, plenum nominant Tibul. El. I. Propert. III. Varr. De Re Rustica 'poma prægnantia.' Plaut. 'prægnantes plagæ.' Juvenal. 'prægnantem stamine fusum,' ut et Sidon. Apoll. Virgil. Cyri : 'gravidos fusos,' ut Manil. 'gravidas nubes.' Sil. Ital. XIII. 494. 'At gravida arcanis Cymes anus.' Plinius, 'thuriferam arborem prægnantem,' XII. 14. Immo Cicer. 'terra seminibus gravida.' Noster infra 514. 'aristas prægnantes.' Virgilius ita 'loca' dixit 'fœta:' Tertul. 'ignis fœtu.' Ita frequenter Græci *ἐγκύμονα*, Nonnus maxime. Xenophon, *ψυχὴ κύουσα θάρσος ἐγκύμονος ἵππου*. Tryphiodorus, *λόγος θείων φάτων ἐγκύμων*. Philo Alleg. II. 61.

109 *Improba pubes Emicat*] 'Ακμάζοντες, νεανικὸν φρονοῦσα, Demosthenes. Virgilius, 'juvenum manus emicat ardens Littus in Hesperium.' Oppian. *βῖμφ' ἔθορεν*, emicat. De voce *improbus* vide plura apud Clem. Musambertium ad Ramiresii putidas nugas I. 22.

115 *Intentet Danais*] Ita III. 195. 'si reddere raptam Velle negent, bellum intentet.' Horat. vero, 'quibus Intentata nites.'

117 *Crescentesque Deos*] Festivum ex Gentilium ἀποθεώσει : 'quorum carminibus nihil est nisi fabula cœlum.' Manilius.

Si rerum justis metimur partibus usum,
Omne homini commune solum, sed jura perosus
Publica sacrilegis naturam barbarus ausis
Contrahit, et proprios Phrygiam phariscat in usus.
O Asiæ pollentis opes! O Pergama nulli
Tranquillo cessura Deo! nil dura sororum
Licia, nihil Superi peccant; gens incola fatum
Ipsa facit, cœlo Phrygius parcente meretur
Exilium, gladios, incendia. Pellitur Argo,
Armatumque Jovem mediis exorat in undis.
At Danai flagrant animis poscentibus arma
Quo rapit ira sequi, gladioque ultore pudendam
Excusare fugam: contra, prudentia, turbæ

NOTÆ

123 *Omne homini commune solum*] Ex illo Papin. Theb. VIII. 'Omne homini natale solum.' Κοσμοπολῖταί ἐσμεν, ὄφελον δὲ οὐρανοπολῖται. Sen. Epist. 18. 'Non sum uni angulo natus: patria mea totus hic est mundus.' Horat. 'Nam propriæ telluris herum natura neque illum, Nec me, nec quenquam statuit.' Plutar. prolixe de Exilio 1069. Euripidis et Ovidii dicta nota sunt. Coint. Smyrn. I. Παραλείπ. Ξυνὸν δ' αὖ πάντεσσι φάος καὶ νήχυτος ἀήρ. Vide Philonem in fine lib. de Cherubim. 99. item lib. de agricultura 153.

125 *Proprios Phrygiam phariscat in usus*] Adesdum Hercules, 'cui monstra potenti Debentur frangenda manu!' quid illud *phariscat?* lego *confiscat*, verbo quod Suetonio et Floro usurpatum: quid vero *fiscus* proprie, vide Nonium Marcellum, et Ascon. Pedianum in 2. Ver. Ant. August. in Festum, *Suffiscus*. Isidorus, 'Fiscus est saccus publicus.' Sen. Epist. 119. 'Ego paraveram fiscos,' de scorteo privo. Glossarium, *confisco*, ταμιεύω δημεύω, ταμίευσις *fiscatio*, *proscriptio*, ταμιοῦχος *confiscator*. Erit hic *confiscat*, ἰδιοποιεῖται, vel, ut Plato et Xenophon loquuntur, σφετερίζει, communia in suum usum vertit, qui Arist. v. de Polit. est σφετεριστής. Talem describit Prudentius in ψύχομ. 'juvat infercire crumenis Turpe lucrum, et gravidos furcis distendere fiscos.' Quid si legat quis *variscat?* *Varum* enim est curvum; inde *varices*, *varica*: *Vibia varam sequitur*, de quo proverbio Scaliger ad Ausonium. Varro II. De re rustica: 'cruribus rectis et potius varis, quam valgis.' Idem 'varico' l. IV. L. L. Ennius: 'consiliis obvarant, quibus tamen concedit hic ordo.' Sed tum analogia posceret *variscit*, vel *varascit*. Inchoativa enim omnia tertii ordinis, ut statuunt Priscianus, Diomodes, et Sosipater.

128 *Gens incola fatum Ipsa facit*] Adversæ fortunæ sibi faber est. Ovid. Halient. 'Suo properat sibi robore fatum.'

134 *Prudentia, turbæ rara comes*] Adductum Papin. Theb. x. 384. 'Et fors ingentibus ausis Rara comes.' Jul. Cæs. v. de Bell. Gall. 'Plebs propter imprudentiam plerumque labitur.' 'Mens vulgi rationis inops,' Prud. Eadem Pindari sententia, Nem. 7. Cicer. pro Cluent. Seneca, 'Argumentum

Rara comes, raro Phrygiam cum milite pendit.
Excipit ancipites docti tuba Nestoris aures,
Suspensosque regit, irataque pectora mulcet:
 O qui magnanimo domuistis remige fluctus,
Qui freta, qui ventos primi libastis, et astra,
Iratum didicistis iter, non nota secuti,
Discite dura pati; sola est quæ conterit hostem,
Virtutesque regit patientia: sola triumphis
Militat innocuis, et honestæ consulit iræ.
Est tempus, quando, locus est, ubi lædimur omnes,

NOTÆ

pessimi turba est.' Scaliger in censura Horat. 'mare est seipsum movens.' Cleanthis egregium illud apud Clem. Alex. v. 405. *οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίαν, Οὔτε καλὴν, ὀλίγοις δέ περ ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.* Et paulo post ex Comico, *αἰσχρὸν δὲ κρίνειν τὰ καλὰ τῷ πολλῷ ψόφῳ.* Nazianz. Epist. 67. vulgus de piis ait judicare, ut graculi de aquilis. Vide etiam Maximum Tyrium Declamat. ultima. Phocylides, *λαὸς καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ ἀκατάσχετα πάντα.* Egregie et Nicetas Choniates in Alex. Comn. 257. Plura vide apud Phalaridem Epist. 77. Chrysost. Hom. 41. in Mat. *ὅταν λαὸν εἴπῃς, οὐδὲν ἄλλο λέγεις ἢ προβόλους, καὶ σκοπέλους, καὶ ὑφάλους, καὶ σπιλάδας,* &c. 385. Victorius Var. Lect. XXXI. 7. Eadem de vulgo sunt apud Guntherum 689.

135 *Raro Phrygiam cum milite pendit*] Sic IV. 'Dux Ithacus prudens consultum pendere.' VI. 'si lumina pendas.' Frequens in istis est loco *συνθέτων* ponendis; ut 'limat pulmo loquax,' IV.

136 *Tuba Nestoris*] Facundia, vel tuba Nestoris, pro Nestore. Sic V. 'Agamemnon Imperiale tonat.' Ita Virg. 'Augustam tubam.' Vide Hartungum III. Criticor. 719. Ita Prud. de Symmacho, 'partam dicendi fulmine famam.' De Pericle notum est *ἤστραπτεν, ἐβρόντα.* Aristoph. Acharnensib. Idem in Equit. *ὁ δ' ἄρ' ἔνδον ἐλασίβροντ' ἀναῤῥηγνύς.* Inde Apocal. 1. *φωνὴ ὡς σάλπιγγος.* Hieron. D. Paulum 'tubam Evangelii' nominat: et Athanasius audiit *μεγάλη σάλπιγξ τῆς ἐκκλησίας.* Sic Chrysostom. D. Paulum *σάλπιγγα τῶν οὐρανῶν*: et toties *φωνὴν ἀστραπαίαν, βροντῆς λαμπροτέραν.* Tryphiod. de Ulysse, *θεῖον ἐβρόντησεν.* Tertull. De veland. Virg. CXXIX. 13. nihil 'debuccinemus eorum, quæ apud Deum mercedem merebuntur.' Pindarus audacissime, *δονέοι μάστιγι πειθοῦς.* Pyth. Od. 4.

142 *Patientia: sola triumphis*] Silius optime lib. X. 'est virtus futile nomen, Ni decus adfuerit patiendi,' &c. Vide Stob. serm. de patient. et de eadem Tertul. Cyprianum Homil. de nativ. Christi. Chrysost. optime in fine Ep. 7. *ὑπομονῆς ἴσον οὐδὲν, ἀλλ' αὕτη μάλιστά ἐστι ἡ βασιλὶς τῶν ἀρετῶν, ὁ θεμέλιος τῶν κατορθωμάτων, ὁ λιμὴν ὁ ἀκύμαντος, ἡ ἐν πολέμοις εἰρήνη, ἡ ἐν λαίλαπι γαλήνη.'* &c. 760.

144 *Est tempus, quando, locus est, ubi*] Nazianz. Orat. 33. *ἔστιν ὅτε καὶ εἰς καὶ ἐφ' ὅσον.* 530. Vide infra VI. 33. et II. 492.

Lædimur immeriti, patimurque indigna priores,
Ut causa meliore frui Superisque secundis
Marte dato liceat: non hic injuria nobis,
Sed Danais facta est: veniet qui probra suorum
Ense pio redimat. Sic fatur, et accipit omnes
Delinita Thetis, gremiumque exponit ituris.
Jam fluctus emensa vagos, in Phasidis undas
Declinat Pagasæa ratis; pelagoque relicto,
Pauperiore sinu, sed liberiore, potita,
Multa prius metuenda tulit, dum littore in alto
Discordes agerent undarum prælia motus.
Improbus audaci suspendit gurgite pontum
Phasis, et obnitens castigat in arva ruentem,
Cessuram miseratus humum: furit ille, feroxque
Potandas incestat aquas, bilemque refundit
In vada blanda suam, dedignaturque teneri.
Ipsa etiam clausisque Notis, cœloque sereno,
Continuas hyemes portus angustia volvit:
Nec spatio laxum languet mare: crescit arena
Consumtura rates, tellusque occulta vadosas
In cumulum suspendit aquas mentita profundum.

NOTÆ

150 *Gremiumque exponit ituris*] Sic infra, 'hostilis arenæ Allapsi gremio.' Silius, 'in gremio Thebes,' III. et IV. 'in gremio patriæ;' Græcorum imitatione, ut doctiss. monet Heinsius ad Silium.

156 *Suspendit gurgite pontum*] Phasis, quem Orpheus, Apollonius, Val. Flaccus, Pind. Pyth. Od. 4. sub adventum Argonautarum tranquillant. Noster in simpulo, quod aiunt, fluctus movet, respiciens ad Varronem, qui ait *fretum* dictum a *fervere*, quod in fretum sæpe concurrat æstus, atque effervescat. De Phasi vide Arriani περιπλοῦν, Plinium, et illius fucum Solinum.

157 *Castigat in arva ruentem*] Ita II. 221. 'poscentes aëra frondes Castigat.' Virg. IV. Æn. 'Castigantque moras.' Silius 'Insula castigatur aquis.' 'Castigatæ mamillæ,' Q. Serenus. Vide Gevartium ad Papin. Sylv. II. 1. 43.

159 *Potandas incestat aquas, bilemque refundit*] Limosus enim Phasis. Ovid. VI. Met. 'Contigerant rapidas limosi Phasidos undas:' sic IV. 'titulos incestat amoris:' et lib. V. 'para alitis alas Incestat Ganymede suo:' IV. 'incestatque fidem:' ut Virg. 'incestat funere classem.'

163 *Nec spatio laxum languet mare*] Auctor libri de plantis, ὅταν πληθυνθῶσι ὕδατα καὶ στενοχωρεῖται, ἀντὶς γίνεται ἐκ τούτου ἀτμὶς περιττῇ, II. 1.

Fluctuat ambiguus Tiphys, prope littora spectat;
Suspectam formidat humum, discitque timere,
Quo tutum sperabat iter: timor elicit artem.
Consultura vadum medias minor alnus in undas
Pellitur, et conto metitur judice pontum.
Littoris insidiæ postquam patuere, coacto
Inter utrumque solum decurrens limite puppis
Arva petita premit, fractasque offendit arenas.
Quid memorem Æsonidæ duras incumbere leges
Æëtæ imperio? quid semina jacta? quid hostes
Terrigenas, Martisque boves, sævique Draconis
Excubias? ignis virtuti cedit et ensis,
Eripiturque emtum summo discrimine vellus.
Neptunum sensisse putes: fugientibus æquor
Altius intumuit, fractique in littore fluctus
Intonuere simul. Procul, o procul ite, profani!

174 *Moror* Ms. marg.

NOTÆ

177 *Ignis virtuti cedit et ensis*] Ὅπλον μέγιστόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς. Stob. serm. I. Aristotelis scolior. elegans est, ἀρετὴ πολύμοχθε, &c. Ovidius, 'Invia virtuti nulla est via.' Curt. 'Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti.' Unde Hesiodus virtutem in rupe cum Simonide locabat, Cointus in arbore δυσβάτῳ. Clem. Alex. IV. ἔστι τις λόγος τὰν ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις, &c. ubi videsis Pindari et Æschyli dicta eleg. μοῖραι γὰρ μείζονες μείζονας μοίρας λαγχάνουσι, ut inibi cum Heraclito dicit.

179 *Neptunum sensisse putes*] Poëtis usitata στοιχείωσις. V. 'Vota virum valuisse putes.' VI. 'sensisse putares Cornipedes.' 'Hostem Ingemuisse putes.' Papin. Theb. IX. 'Audisse, accensumque putes.' it. VIII. 'putes sensisse repugnant Cornipedes.' Lucan. VII. 'Ingemuisse putes campos.' Petronius de Bello Civili. 'Cœlum illic cecidisse putes.' Ovid. Canaces Ep. 'Vagitus dedit ille miser, sensisse putares.' Neronis quoque illud fertur, 'sub terris tonuisse putes,' quod Lucanum ἐν κοιλιολυσίᾳ ἀποπέρδοντα iterasse, Sueton. in ipsius vita narrat.

181 *Procul, o procul ite, profani*] Orphei est, θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις. Callimach. H. in Apoll. ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρός. Vide Brisson. 8. quibus adde Gratium de Venat. 'procul hinc extorribus ire Edico præsente Deo.' Chrysostomus in Psal. 138. τὸν γὰρ ἀκάθαρτον καὶ βέβηλον οὐδὲ ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν περιβόλων θέμις. Clem. Alex. V. Epidaurici templi inscriptionem fuisse ait, ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα Ἔμμεναι. Galenus, Hortat. ad artes, homicidæ Archilochi dictum scribit: Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι

Non licet in sanctum cum præda tendere pontum.
Has Notus haud passus causas instare timoris,
Præripuit voces, nec iter concessit in aures.
Navigat auricomo spoliatis vellere Colchis
Prædo potens : culpemne ratem quæ prima per undas
Ad facinus molita vias, atque Atropon auxit?
An causa potiore probem? sine remigis usu
Non nosset Memphis Romam, non Indus Iberum,
Non Scytha Cecropiden, non nostra Britannia Gallum.
Primus ab excubiis montes proreta Pelasgos
Anticipat salvere jubens : at cetera pubes
Remorum assurgit studio, victrixque carina
Thessalicis reddit, quos in freta duxerat, arvis.
Quis varios memoret plausus, quis gaudia vulgi?
Si parcus meminisse velim, vel nolle fateri,
Vel seriem non posse putent; si prodigus, auris
Fastidita neget faciles ad singula nutus.
Pelea miratur reducem Larissa, Pylonque
Nestor habet, Telamone suo Salamina superbit :

NOTÆ

νηοῦ. Juliani tempore Christianis inclamabant, 'lotus procul absit et unctus.' 'Nam dum Diis suis immolant, si aliquis assistat signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant,' ait Lactant. IV. 27.

191 *Montes proreta Pelasgos*] Is fuit Lynceus Apharei filius, Hyg. fab. 14. Plautus in Rudente, 'Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero.' Proretæ munia habes apud Turneb. XXVIII. 48. apud Ovid. III. Metam. ubi 'proræ tutela Melanthus' vocatur: item apud Xenoph. lib. V. Memor. p. 840. Aristophanis illa ex Equitibus huc faciunt: Ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν, Κἆτ' ἐντεῦθεν πρωρατεῦσαι, καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι, Κἆτα κυβερνᾷν αὐτὸν ἑαυτῷ. Vide Pollucem VII. 33. Xenophontem de repub. Atheniens. Plutarchum in Agide et Cleomene, qui ait, πρότερόν ἐστι τοῦ πρωρέως (ita enim legendum videtur) τὸ φορῆσαι. Nazianzenus etiam signate illius officium describit Ep. 127. qui illum νηὸς ὀφθαλμὸν nominat.

200 *Telamone suo Salamina superbit*] Sic II. 'Salaminæ ditis alumni;' et postea, 'in portus, Salamina, tuos.' Metaplasmus est, ut apud sequioris sæculi Latinos, Sphingam, Gorgonam, Eleusinam. Sic Orosius I. 7. 'in Attica regnavit, et Eleusinam condidit.' Ita Hieronymus sæpe, Septimius, et Hyginus: item Justinus 44. 'Urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse.' Messala Corvinus, 'Telamoni Salaminæ regi;' paulo post, 'Teucer Salaminam condidit.'

Leda Ceraunneis, et fratribus Orithyia
Ismariis, laudatque suum Calydonia mater
Œniden, nondum tantum soror; Orphea Thraces,
Arcades Admetum, Thalaumque et Thesea et Idam
Antæumque urbes variæ: sua mœnia quemque.
  At Peloponnesum cum præda divite Jason
Occupat; insigni lascivit regia cultu:
Victorique suo gratas plebs obvia voces
Elicit, et vero dispensat gaudia vultu.
Solus inexplicita Pelias sub fronte serena
Invidia ægrescit, sese causatur, in omnes
Vota Deos consumta gemit, Martemque lacessit,
Qui gratis domitos tulerit defervere tauros:
Eluctata diu rapidis impulsibus ira
In verbum singultat atrox, questusque superbos:

214 *Singultibus* Ms. marg.

NOTÆ

201 *Leda Ceraunneis*] Castore et Polluce, qui tonantis Jovis, *κεραυνίου*, vel *κεραυνοβόλου*, vel, ut Orpheus, *ἀρχικεραύνου Ζηνὸς*, filii, unde et *Διόσκουροι*. An vero Castor et Pollux inter Argonautas, Nestor item et Hercules, curiose satagere, est otium desperare: variant mire omnes Argonautici scriptores. Videsis Eusebium, et maximi Scaligeri Animadversiones, 44. &c. Ista vero Noster ad imitationem Ovidii scripsit VII. Metam. 'Æmoniæ matres,' &c. Pindarus quoque illos enumerat Pyth. IV. De gemmis vero Ceraunneis videatur Plin. XXXVII. 9. Tertul. de habitu muliebri, Hieronymus ad Demetriadem. Prudent. *ψύχομ*. 'fulvis radiare ceraunnis.' Claud. 'sub antris Ignea fluminex legere Ceraunnia nymphæ.'

202 *Laudatque suum Calydonia mater Œniden, nondum tantum soror*] Interpres esto Ovid. VIII. Metam. Hygin. 244. Pausanias in Arcadicis. Apoll. I. 27. 28. Pausanias Althææ fratres Protoum et Cometen, Ovid. nominat Plexippum et Toxeum. Alludit vero Ovidiana ista, 'Incipit esse tamen melior germana parente.' I. Trist. Eleg. 6. 'Utque cremasse suum fertur sub stipite natum Thestias, et melior matre fuisse soror.'

205 *Antæumque urbes variæ*] Quis ille? an Libycus, cui robur novum a matre terra? *λῆροι*. Orpheo, Pausaniæ, Apollonio, Val. Flacco, est Ancæus, qui gubernator post Tiphyn. Apollod. *τὴν ναῦν Ἀγκαῖος ὑποχαυνοῦται κυβερνᾷν*. I.

206 *At Peloponnesum*] Lucret. 'In Peloponneso, quas exitus hicc' animai,' &c. Fuit autem prius Ægialea vocata. Ovid. et Apoll. 65. Iolchiacos portus nominant. Pausanias in Bœoticis ait, Tiphæenses monstrare locum, ad quem Argo reversa appulerit, 306.

O superi, quo thura meant? o fata, quis error
Imperat? o hominum casus, paucosne reservat,
Ut multos fortuna premat? jam sentio, traxi
Invito mea regna Deo: cape, maxime, tandem
Quorum fastidit usus regnare negantem,
Quæ longo emisti voto; tumeasque relictis,
Non raptis: tenui certe non sponte Deorum:
Hisque velim regnis emtum vicisse tonantem:
Me mage (si qua fides) votorum offensa lacessit,
Quam sceptri jactura mei. Voluine sub Arcton
Proscripsisse virum? regnat. Fregisse? superbit.
Extinxisse? viget. Titulos minuisse? triumphat.
Ergo Deos dico ingratos: da thura tonanti,
Cum dederis, sperata neget; donisque retentis,
Rideat elusum: melius fortuna pianda est,
Quæ pacem, quæ fulmen habet, quæ prima tyrannis
Imperium partita tribus, concessit, abegit,
Mutato lusit cœlo, rursusque jubebit,
Quos fecit Reges, mecum migrare sub umbras,

NOTÆ

216 *O superi, quo thura meant*] Causam μεμψιμοιρίας fuse Apollod. I. et Hyginus thura c. 12. exponunt. Plin. XIII. 1. negat, ante Iliaca tempora supplicatum. Ovid. I. Metam. et ante diluvium thura facit; ut et in Jasonis reditu, VII. Sed Poëtis προχρονισμὸς frequens.

217 *Paucosne reservat, ut multos fortuna premat*] Hirtius de Bell. Alexand. 'Fortuna plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriorem casum reservat.' Talis sententia est in Græco Poëta, cujus versus Aristoteles II. Rhet. 13. allegat.

221 *Tumeasque relictis, Non raptis*] Ultro se abdicare simulat, nec cogi; ægrescit vero, quod votis, non quod regno exciderit. Vide Pindarum 4. Od. Pyth. ubi multa de discalceato Jasone: item Apollod. I.

222 *Tenui non sponte Deorum*] Lucianus lib. V. 'seu sponte Deorum:' IX. 'Nil facimus non sponte Dei.' Sosipater Charis. II. Cottæ illud affert, 'tu de tua sponte hic cum religione.'

223 *Vicisse tonantem*] De Pelia cape.

230 *Melius fortuna pianda est*] Sortilegam urnam, qua Jovi, Neptuno, et Diti, in Saturni imperio erciscundo, partes cessere, postliminio revocandam ait; ut et Jupiter de regno periclitetur, et Saturnus in integrum restituatur. Auson. Idyl. IX. 'cui cura secundæ Sortis,' &c. Virg. I. Æn. 'Piare' vero est, piaculo se obstringere. Vide Festum. Ita Virg. Ceiri: 'nequicquam jura piasses.' Papin. Theb. IX. 'Ergo ut in omne nefas merso ter crine piavit,' pro, expiavit.

Et Jove proscripto Saturni leniet iras.
　Sic fatur, diroque animam depascitur æstu,
Has tamen, has cordis rugas, hæc prælia mentis
Frontis oliva domat: faciesque dolosa sophistam
Mendicat vultum, et blandos peregrinat in usus.
　Gaudia prima ducum, solenni mensa tumultu
Excipit. At cœli prædo terræque marisque
Ambitus acceptas venatur regibus escas:
Juno lyram volucrum languescere sentit: alumnos
Æquoris emungi Tethys dolet: aspera Phœbe
Indignata sui numerum rarescere civis
Excubat, ultoremque humeris accommodat arcum,
Venantes venata viros, prædamque petentes

NOTÆ

237 *Has tamen, has cordis rugas*] Vide v. 10. 'ruga leviore,' et VI. 'imbelles audent certamina rugæ.'

238 *Faciesque dolosa sophistam Mendicat vultum*] Virgilii illud est, 'Spem vultu simulat,' &c. Pacuvio, 'manticulari,' quasi obducta mantica dolose agere. Tertul. Proverb. est, πλάττειν πρόσωπον, vultum fingere et componere. Ita Simonides Eleg. πρὸς ἀπάτην ὅρκος σοφιστῆς ἀξιόχρεως, ut illud Pacuvii: 'Jusjurandum est mantile, quo quotidianæ noxæ extergeantur:' vel, ut Laberius, 'emplastrum æris alieni.' Vide Scaliger. in Festum 86. Ita σαλακωνείαν Arist. in Rhetoricis vocat solœcon hominis divitis, ἀκαιροκάλλως opes ostentantis, ita Tertulliano Miltiades Ecclesiarum est Sophista, *lib.* advers. Valentinianos, 5. quia stylo elegantiori rem quasi fucarat.

239 *Blandos peregrinat in usus*] Vide supra 74.

241 *Cœli prædo terræque marisque Ambitus*] Lib. x. 155. 'quod terra, quod aër, Quod pelagus, littusque dedit, quod luxus inani Ambitione furens toto quæsivit in orbe.' Eadem Lucanus I. 160. &c. 'Arbiter in bello civili.' Juven. Sat. I. 'gustus elementa per omnia quærunt.' Eadem Seneca Consol. ad Helviam, IX. 634. et Ep. 90. Manil. v. 115. et 120. Ovid. Fast. VI. 153. De luxuria tali Drepanius Pacatus in Panegyrico. De Psittacorum linguis magno luxu comestis, vide insigne exemplum apud Hadrianum Junium Animadv. IV. 8. Contra illos γαστριμάργους divine dixit Chrysost. Orat. 6. de fato et provid. 838.

243 *Juno lyram volucrum*] Juno enim est aër, qua de re vide Orpheum in Hymno Junonis, quem Latinum ἀρχαΐζοντα habes beneficio magni Jos. Scaliger. Juno posita est in similitudinem aëris. Albricus lib. de Deorum imaginibus, Germanicus Cæsar in Phænom. Arati ait, Jovem dictum cœlum; Lyram vero volucrum dixit, ut Chrysost. ᾠδικῶν ὀρνίθων ὁ χορὸς μουσικῆς τὸν ἀέρα πάντα ἀνεπλήρου. Orat. contra Anomœos, 789.

247 *Venantes venata viros*] Ovid. II. Metam. 'Venatrixque metu venantum territa fugit.'

In prædam petit, et lucos vigilantibus ambit.
  Ergo toros conviva premit, donumque Dearum
Interpres blandus hilarat Deus, humida siccis
Mire concilians: comtos discreta clientes
Cura agit: hi Cererem cumulant: hi fercula mutant:
Illi hilares iterant calices: at rege superbo
Emeritum libante merum, mensalibus hærent,
Summissique haustum Bacchi regalis adorant.
Has mensæ genialis opes, hæc otia curæ
Dapsilis, hoc grati certatum dulce laboris
Incolumi virtus delibat sobria gustu.
Non ignava gravi peperere oblivia menti
Deliciæ, non in somnos elanguit ira
Amphitryoniadæ: Trojam bis terque resumens
Se vultu reserat, animumque his asperat ægrum.
  Ergo Jovem meritus cunali Marte parentem,

NOTÆ

254 *Emeritum libante merum*] Εὐχαριστήριον, ut Virg. I. Æn. Ovid. VII. Metam. Papin. I. Thebaid. De poculo boni Dæmonis circumlato vide Victorium Var. Lect. I. 1. Lips. Antiq. Lect. III. Libabant vero in mensam, in ignem, in aquam, in terram: exempla apud Poëtas passim.

Mensalibus hærent] Ὑποπόδια intelligo. Suet. in Claud. 'Adhibebat cœnæ et liberos suos, cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.' Idem in Augusto 'imum' vocat 'lectum.'

256 *Hæc otia curæ Dapsilis*] Pollucibilem innuit cœnam, ut Macrobius loquitur Saturnal. III. 17. Plautus, 'dapsilis dictis, dapsiles sumtus.' Lucilius: 'Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.' Ita dapalis cœna, pontificalis, Terentio 'dubia' et Horat. II. Sat. 2. Est autem δαψιλὴς largus, promtus, δαψιλῶς, ut Hesych. et Lex. Græco-Lat. ἀφθόνως, a δάψαι, quod est καταφαγεῖν μετὰ σπαραγμοῦ, quod Latinis *tuburcinari*, λαφύσσειν. Clem. Alex. Strom. II. δαψιλευόμενος δὲ τῇ φιλανθρωπίᾳ ὁ χρηστὸς λόγος, 299.

257 *Hoc grati certatum dulce laboris*] *Certamen* puto scriptum fuisse, nisi forte ἀρχαΐζει, *certatum* pro *certatus*, quo Papin. III. Syl. utitur: 'nudosque virorum Certatus.' Ita veteres vulta ricta, item adspectum, luctum, saltum, de quibus prolixe Gifanius in Ind. Lucret. in *concurso, culto*, et alibi. Ita ambitum ambiti, incestum incesti, gelum geli: nomina enim quartæ flexionis secundæ erant. Tertul. adversus gentes, 26. 'Roma ante regnavit, quam tantum ambitum Capitolii exstrueretur.' Sic forsitan Virg. 'Ante expectatum.' III. Georg. Sententiam si spectas, gemina est illius Pindaricæ Pyth. Od. IV. Πᾶσαν ἐς εὐφροσύναν τάνυεν, Ἀθρόαις πέντε δραπὼν Νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις Ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον.

Cœlestes docui mecum vagire dracones,
Prævenique minas? pudet heu, vir, victor, adultus,
Barbaricis cessi, non viso milite, jussus.
Ergo minis frangendus eram? proh fata pudenda,
Proh crimen superum, fatoque immanior omni
Nescio quis famæ meritum scidit: arma tenebam,
Nec deerant hostes; i nunc, et prisca revolvens,
Privignum mirare tuum, Jovis inclyta conjux,
Vicisti, fateor, fugi, victoria summa
Alciden fugisse fuit: rursusne severum
Dignere artificem nostris Eurysthea pœnis?
Si Lernam edomui; si Cerberus ore trifauci
In scopulos, Dodona, tuos aconita refudit;
Si gravis Antæus gratam suspensus arenam
Dedidicit, mirante Rhea; si cetera mundi
Monstra triumphali potui consumere dextra;
In Phrygios, dicamne viros? humanaque bella
Depotuisse pudet? sed cur clare acta revolvo?
Degeneri gravius accedit gloria facto.

NOTÆ

269 *Nescio quis famæ meritum scidit*] Virg. in Ciri: 'optatæ spes est incisa salutis.' Virg. 'quam quisque secat spem.' Noster II. 'oculo censore secanda Lis erat,' ubi vide plura.

278 *Dedidicit mirante Rhea*] Quæ Hesiodo terræ est filia; Lucretio II. terra ipsa; Orpheo, terræ mater.

281 *Depotuisse pudet*] Ita libro secundo, 'detitulat.' De enim minuit et auget, ut in 'dejuvo.' Plaut. in Trinummo. 'Depuduit' Ovidius, et 'develat' pro detegit. 'Depotior, ἀπολαύω.' Lex. Græcol. Sic Noster II. 'defœderat,' Laberius 'depudico,' apud Agel. XVI. 7. 'Deplevimus' Papin. 'Defanare,' Cato. 'defugos,' Prud. 'Depannis' apud Nonium. 'Depreciati, ἐλαττωθέντες.' Lex. Græco-Lat. 'Defavere,' 'Defautio' Tertul. 'degerere bellum' Lucret. 'dememorare' Val. Flaccus. 'deformatio' Hygin. II. 'procemio deformare' Suet. 'degravat' Propert. 'desacrare' Papin. ita 'Deprœliantes' 'delitigat' Horat. 'Decertate' Papin. 'Deparcus.' Plaut. 'Devitare' valde vitare, ait Festus, 'despretus' valde spretus, idem et 'deperire.' 'Depolio' Plin. 'Denormat' Horat. 'Detriumphare,' 'deonerare,' 'demandare' pro 'deorsum mandare' Tertul. I. Talia multa apud veteres, quibus germana illa, 'incœnare' pro ἐνδειπνεῖν de domicœnio, Suet. III. 'impasci' pro ἐννέμειν. Ita item Suet. 'retectis' pro bene tectis, ut quidem Casaub. 'impressa ubera' pro non pressa. Propert. ut magnus Scaliger cum Casaubono exponit in Suet. Vide Agel. VI. 16. Sic 'invalidus,' 'indurus,' 'exaugere.' Vide Rittershusium de verbo hoc ad Guntheri I. 639.

Quin potius seris gladius quid conferat ausis
Monstrorum domitor reminiscere: Pergama pœnas
Pendant, et meritis perjuros perde ruinis.
Sic Phœbo, liquidoque Jovi ducture triumphum,
Sic tibi, sic Danais; docilesque instare Pelasgos,
Non fugisse, sciant, qui cum potuere minari,
Et potuere pati. Tacitis sic questibus iram
Exacuens, summos animum procudit in ausus.
Haud secus exilium gratæ dequestus arenæ
Armenti princeps lunatum robur in ornos
Asperat objectas, et se præmensus in hostem
Otia dura gerit, et prælia pulchra figurat,
Fronte furens, pulsasque pudet non frangere sylvas:
Inde thoro meliore redit, veteremque repulsam
Excusans, victor regnat, lauroque superbit.
Vix primos belli motus libraverat heros,
Et jam fama loquax, rapiens ex aure potentum,
Quod serat in vulgus, pavidas quod spargat in urbes,
Prælia mota canit: illamne nocentis Averni
Progeniem, cœline rear? quæ murmura rerum

NOTÆ

290 *Animum procudit in ausus*] Varro: 'legendo et scribendo vitam procudito.' III. de Re Rustica, 'gallina excudit:' quod cave in *excludit* vertas; frequentat enim, ut 'excusi pullii.' Lucret. V. 'procudere' 'prolem, visus procudit agitque Aëra,' aliquoties IV. Cic. 3. de Orat. 'procudere linguam.' Virg. G. I. 'procudit arator Vomeris obtusi dentem:' quod γνῆσιόν τι loquitur.

291 *Haud secus exilium*] Elegans comparatio, quam contendesis cum illis, quas maximus Scaliger in Hypercritico censet.

298 *Primos belli motus libraverat heros*] Noster Daretis vento navigat, itaque subsecuturam dat Trojæ eversionem: alii magnum ponunt temporis interstitium. Vide Illust. Scalig. in Euseb. 44. Nihil adeo frequens Iscano huic, quam illud *librare*. 'Libravit in arces,' II. 'Librato gressu formam juvat,' IV. 'et huc illuc gressum librans.' 'Librato culmine pectus erigit,' IV. 'Stabiles libratur in artus,' IV. 'Noctivagos librabat equos,' V. 'Tensos librant in bella lacertos.' 'In mediis se librat aquis.' Sic II. 'Sideream famæ libram,' ut Symmachus, 'libra æquissimi judicii:' 'nutus librantis habenæ,' II. 'rerum librare vices,' III. 'Consilii librata fides,' IV. 'librantis habenæ Non vendit nutum,' V. Sic Virg. 'telum librabat ab aure,' IX. Æn. Ovid. 'jaculum quod dextra librabat.' Papin. 'formidine gaudia librat,' VIII. 'Huc se cæruleo libravit ab æthere virgo.' 'Nec librare metus.'

302 *Quæ murmura rerum extendebat*]

Occulta extenebrat, redditque latentia luci.
Immo quis e supera contendat pace creatam
Turbatricem hominum? quæ sancta silentia regum
In mundi præfert aures, et plebis in ora
Dissipat, arcanum curæ furata silentis.
Haud mora, non jussi lituis, non ære vocati,
Conspirant ad bella viri, sed et arma tumultu
Plebs rapit, et vibrans quos non bene noverat enses,
Ingenue irasci discit, multumque minatur,
Sed factura parum: terit hic in fræna jugales,
Non longum mansurus eques, rapta ille superbit
Casside, et impatiens captos decrescere visus:
Hi suras riguisse stupent; hi pondere victi
In clypeos nutant; pars barbara regna lacessit
Litigiis audax et citra prælia fortis,
Objecto secura freto: gemit anxia matrum
Turba, nec infaustis solatia mœsta querelis
Ire negant lacrymæ: lacrymis certatur, et omnem
Excessisse putat flendi parcissima luctum:

NOTÆ

Excurrit in famam exemplo Virg. et Papinii, item Ovid. XII. Metam. et Silii initio quarti: qua de re vide Parrhasium Sylloge IV. Ep. 29. Est autem *extenebrat* φωταγωγεῖ, ἀποσκοτιάζει. Ita Tertull. 'Sol tenebravit,' lib. contra Judæos, 13. Varro II. de Re Rust. 'quoad contenebravit,' ἕως συνεσκότασεν. Idem: 'atque omnes adeo perquirit atque extenebrat artes.' Orosius libro de Arbitrio: 'Vitium naturalia bona contenebrat et infirmat,' 676. Sic Plaut. 'exterebronides' ab exterebrare. Prud. 'Elaqueanda animis Constantia.' Fama, quæ plurima scit, ut ait Sen. Ep. 43. post cœnia illa, et vitia, quæ tenebras habent, extenebrat, non συσκιάζει et inlatebrat: sed λογοποιεῖ, *rumiferat*, ut est apud Nonium: est 'rumigerula,' quæ vox Ammiani Marcellini.

311 *Ingenue irasci discit*] Αὐτοφυῶς, more militari, non desultorio et rustico.

Multumque minatur, Sed factura parum] Infra: 'Litigiis audax et citra prælia fortis.' Vide etiam VI. 604. Petronius: 'absentem votis interficit hostem.'

320 *Lacrymis certatur*] Sen. Controv. VI. 8. 'lacrymæ sunt pignera nolentium:' paulo post: 'Fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est.'

Et omnem Excessisse putat flendi parcissima luctum] Se scilicet excessisse; sæpe enim tale quid omittit, II. 'hæcne animosa superbit, Solius meminisse viri?' V. 'reminiscere tandem Spartanos coluisse lares:' VI. 'Fingere sacra vovet, fingit se sacra vovere,

Non licet in sanctum cum præda tendere pontum.
Has Notus haud passus causas instare timoris,
Præripuit voces, nec iter concessit in aures.
Navigat auricomo spoliatis vellere Colchis
Prædo potens: culpemne ratem quæ prima per undas
Ad facinus molita vias, atque Atropon auxit?
An causa potiore probem? sine remigis usu
Non nosset Memphis Romam, non Indus Iberum,
Non Scytha Cecropiden, non nostra Britannia Gallum.
Primus ab excubiis montes proreta Pelasgos
Anticipat salvere jubens: at cetera pubes
Remorum assurgit studio, victrixque carina
Thessalicis reddit, quos in freta duxerat, arvis.
Quis varios memoret plausus, quis gaudia vulgi?
Si parcus meminisse velim, vel nolle fateri,
Vel seriem non posse putent; si prodigus, auris
Fastidita neget faciles ad singula nutus.
Pelea miratur reducem Larissa, Pylonque
Nestor habet, Telamone suo Salamina superbit:

NOTÆ

νηοῦ. Juliani tempore Christianis inclamabant, 'lotus procul absit et unctus.' 'Nam dum Diis suis immolant, si aliquis assistat signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant,' ait Lactant. IV. 27.

191 *Montes proreta Pelasgos*] Is fuit Lynceus Apharei filius, Hyg. fab. 14. Plautus in Rudente, 'Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero.' Proretæ munia habes apud Turneb. XXVIII. 43. apud Ovid. III. Metam. ubi 'proræ tutela Melanthus' vocatur: item apud Xenoph. lib. V. Memor. p. 840. Aristophanis illa ex Equitibus huc faciunt: Ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν, Κᾆτ' ἐντεῦθεν πρωρατεῦσαι, καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι, Κᾆτα κυβερνᾷν αὐτὸν ἑαυτῷ. Vide Pollucem VII. 33. Xenophontem de repub. Atheniens. Plutarchum in Agide et Cleomene, qui ait, πρότερόν ἐστι τοῦ πρωρέως (ita enim legendum videtur) τὸ φορῆσαι. Nazianzenus etiam signate illius officium describit Ep. 127. qui illum πρὸς ὀφθαλμὸν nominat.

200 *Telamone suo Salamina superbit*] Sic II. 'Salaminæ ditis alumni;' et postea, 'in portus, Salamina, tuos.' Metaplasmus est, ut apud sequioris sæculi Latinos, Sphingam, Gorgonam, Eleusinam. Sic Orosius I. 7. 'in Attica regnavit, et Eleusinam condidit.' Ita Hieronymus sæpe, Septimius, et Hyginus: item Justinus 44. 'Urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse.' Messala Corvinus, 'Telamoni Salaminæ regi;' paulo post, 'Teucer Salaminam condidit.'

Leda Cerauneis, et fratribus Orithyia
Ismariis, laudatque suum Calydonia mater
Œniden, nondum tantum soror; Orphea Thraces,
Arcades Admetum, Thalaumque et Thesea et Idam
Antæumque urbes variæ: sua mœnia quemque.
At Peloponnesum cum præda divite Jason
Occupat; insigni lascivit regia cultu:
Victorique suo gratas plebs obvia voces
Elicit, et vero dispensat gaudia vultu.
Solus inexplicita Pelias sub fronte serena
Invidia ægrescit, sese causatur, in omnes
Vota Deos consumta gemit, Martemque lacessit,
Qui gratis domitos tulerit defervere tauros:
Eluctata diu rapidis impulsibus ira
In verbum singultat atrox, questusque superbos:

214 *Singultibus* Ms. marg.

NOTÆ

201 *Leda Cerauneis*] Castore et Polluce, qui tonantis Jovis, *κεραυνίου*, vel *κεραυνοβόλου*, vel, ut Orpheus, *ἀρχικεραύνου Ζηνὸς*, filii, unde et *Διόσκουροι*. An vero Castor et Pollux inter Argonautas, Nestor item et Hercules, curiose satagere, est otium desperare: variant mire omnes Argonautici scriptores. Videsis Eusebium, et maximi Scaligeri Animadversiones, 44. &c. Ista vero Noster ad imitationem Ovidii scripsit VII. Metam. 'Æmoniæ matres,' &c. Pindarus quoque illos enumerat Pyth. IV. De gemmis vero Cerauneis videatur Plin. XXXVII. 9. Tertul. de habitu muliebri, Hieronymus ad Demetriadem. Prudent. *ψύχομ.* 'fulvis radiare ceraunis.' Claud. 'sub antris Ignea fluminea legere Ceraunia nymphæ.'

202 *Laudatque suum Calydonia mater Œniden, nondum tantum soror*] Interpres esto Ovid. VIII. Metam. Hygin. 244. Pausanias in Arcadicis. Apoll. I. 27. 28. Pausanias Althææ fratres Protoum et Cometen, Ovid. nominat Plexippum et Toxeum. Alludit vero Ovidiana ista, 'Incipit esse tamen melior germana parente.' I. Trist. Eleg. 6. 'Utque cremasse suum fertur sub stipite natum Thestias, et melior matre fuisse soror.'

205 *Antæumque urbes variæ*] Quis ille? an Libycus, cui robur novum a matre terra? *λῆροι*. Orpheo, Pausaniæ, Apollonio, Val. Flacco, est Ancæus, qui gubernator post Tiphyn. Apollod. *τὴν ναῦν Ἀγκαῖος ὑποχαυνοῦται κυβερνᾷν*. I.

206 *At Peloponnesum*] Lucret. 'In Peloponneso, quas exitus hicc' animai,' &c. Fuit autem prius Ægialea vocata. Ovid. et Apoll. 55. Ioichiacos portus nominant. Pausanias in Bœoticis ait, Tiphæenses monstrare locum, ad quem Argo reversa appulerit, 306.

O superi, quo thura meant? o fata, quis error
Imperat? o hominum casus, paucosne reservat,
Ut multos fortuna premat? jam sentio, traxi
Invito mea regna Deo: cape, maxime, tandem
Quorum fastidit usus regnare negantem,
Quæ longo emisti voto; tumeasque relictis,
Non raptis: tenui certe non sponte Deorum:
Hisque velim regnis emtum vicisse tonantem:
Me mage (si qua fides) votorum offensa lacessit,
Quam sceptri jactura mei. Voluine sub Arcton
Proscripsisse virum? regnat. Fregisse? superbit.
Extinxisse? viget. Titulos minuisse? triumphat.
Ergo Deos dico ingratos: da thura tonanti,
Cum dederis, sperata neget; donisque retentis,
Rideat elusum: melius fortuna pianda est,
Quæ pacem, quæ fulmen habet, quæ prima tyrannis
Imperium partita tribus, concessit, abegit,
Mutato lusit cœlo, rursusque jubebit,
Quos fecit Reges, mecum migrare sub umbras,

NOTÆ

216 *O superi, quo thura meant*] Causam μεμψιμοιρίας fuse Apollod. I. et Hyginus thura c. 12. exponunt. Plin. XIII. 1. negat, ante Iliaca tempora supplicatum. Ovid. I. Metam. et ante diluvium thura facit; ut et in Jasonis reditu, VII. Sed Poëtis προχρονισμὸς frequens.

217 *Paucosne reservat, ut multos fortuna premat*] Hirtius de Bell. Alexand. 'Fortuna plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriorem casum reservat.' Talis sententia est in Græco Poëta, cujus versus Aristoteles II. Rhet. 13. allegat.

221 *Tumeasque relictis, Non raptis*] Ultro se abdicare simulat, nec cogi; ægrescit vero, quod votis, non quod regno exciderit. Vide Pindarum 4. Od. Pyth. ubi multa de discalceato Jasone: item Apollod. I.

222 *Tenui non sponte Deorum*] Lucianus lib. V. 'seu sponte Deorum:' IX. 'Nil facimus non sponte Dei.' Sosipater Charis. II. Cottæ illud affert, 'tu de tua sponte hic cum religione.'

223 *Vicisse tonantem*] De Pelia cape.

230 *Melius fortuna pianda est*] Sortilegam urnam, qua Jovi, Neptuno, et Diti, in Saturni imperio erciscundo, partes cessere, postliminio revocandam ait; ut et Jupiter de regno periclitetur, et Saturnus in integrum restituatur. Auson. Idyl. IX. 'cui cura secundæ Sortis,' &c. Virg. I. Æn. 'Piare' vero est, piaculo se obstringere. Vide Festum. Ita Virg. Ceiri: 'nequicquam jura piasses.' Papin. Theb. IX. 'Ergo ut in amne nefas merso ter crine piavit,' pro, expiavit.

Et Jove proscripto Saturni leniet iras.
Sic fatur, diroque animam depascitur æstu,
Has tamen, has cordis rugas, hæc prælia mentis
Frontis oliva domat: faciesque dolosa sophistam
Mendicat vultum, et blandos peregrinat in usus.
Gaudia prima ducum, solenni mensa tumultu
Excipit. At cœli prædo terræque marisque
Ambitus acceptas venatur regibus escas:
Juno lyram volucrum languescere sentit: alumnos
Æquoris emungi Tethys dolet: aspera Phœbe
Indignata sui numerum rarescere civis
Excubat, ultoremque humeris accommodat arcum,
Venantes venata viros, prædamque petentes

NOTÆ

237 *Has tamen, has cordis rugas*] Vide v. 10. 'ruga leviore,' et VI. 'imbelles audent certamina rugæ.'

238 *Faciesque dolosa sophistam Mendicat vultum*] Virgilii illud est, 'Spem vultu simulat,' &c. Pacuvio, 'manticulari,' quasi obducta mantica dolose agere. Tertul. Proverb. est, *πλάττειν πρόσωπον*, vultum suere et componere. Ita Simonides Eleg. *πρὸς ἀπάτην ὅρκος σοφιστῆς ἀξιόχρεως*, ut illud Pacuvii: 'Jusjurandum est mantile, quo quotidianæ noxæ extergeantur:' vel, ut Laberius, 'emplastrum æris alieni.' Vide Scaliger. in Festum 86. Ita *σαλακωνείαν* Arist. in Rhetoricis vocat solœcon hominis divitis, *ἀπειροκάλως* opes ostentantis, ita Tertulliano Miltiades Ecclesiarum est Sophista, *lib.* advers. Valentinianos, 5. quia stylo elegantiori rem quasi fucarat.

239 *Blandos peregrinat in usus*] Vide supra 74.

241 *Cœli prædo terræque marisque Ambitus*] Lib. X. 155. 'quod terra, quod aër, Quod pelagus, littusque dedit, quod luxus inani Ambitione furens toto quæsivit in orbe.' Eadem Lucanus I. 160. &c. 'Arbiter in bello civili.' Juven. Sat. I. 'gustus elementa per omnia quærunt.' Eadem Seneca Consol. ad Helviam, IX. 634. et Ep. 90. Manil. v. 115. et 120. Ovid. Fast. VI. 153. De luxuria tali Drepanius Pacatus in Panegyrico. De Psittacorum linguis magno luxu comestis, vide insigne exemplum apud Hadrianum Junium Animadv. IV. 8. Contra illos *γαστριμάργους* divine dixit Chrysost. Orat. 6. de fato et provid. 838.

243 *Juno lyram volucrum*] Juno enim est aër, qua de re vide Orpheum in Hymno Junonis, quem Latinum *ἀρχαΐζοντα* habes beneficio magni Jos. Scaliger. Juno posita est in similitudinem aëris. Albricus lib. de Deorum imaginibus, Germanicus Cæsar in Phænom. Arati ait, Jovem dictum cœlum; Lyram vero volucrum dixit, ut Chrysost. *ᾠδικῶν ὀρνίθων ὁ χορὸς μουσικῆς τὸν ἀέρα πάντα ἐπλήρου.* Orat. contra Anomæos, 789.

247 *Venantes venata viros*] Ovid. II. Metam. 'Venatrixque metu venantum territa fugit.'

In prædam petit, et lucos vigilantibus ambit.
Ergo toros conviva premit, donumque Dearum
Interpres blandus hilarat Deus, humida siccis
Mire concilians: comtos discreta clientes
Cura agit: hi Cererem cumulant: hi fercula mutant:
Illi hilares iterant calices: at rege superbo
Emeritum libante merum, mensalibus hærent,
Summissique haustum Bacchi regalis adorant.
Has mensæ genialis opes, hæc otia curæ
Dapsilis, hoc grati certatum dulce laboris
Incolumi virtus delibat sobria gustu.
Non ignava gravi peperere oblivia menti
Deliciæ, non in somnos elanguit ira
Amphitryoniadæ: Trojam bis terque resumens
Se vultu reserat, animumque his asperat ægrum.
Ergo Jovem meritus cunali Marte parentem,

NOTÆ

254 *Emeritum libante merum*] Εὐχαριστήριον, ut Virg. I. Æn. Ovid. VII. Metam. Papin. I. Thebaid. De poculo boni Dæmonis circumlato vide Victorium Var. Lect. I. 1. Lips. Antiq. Lect. III. Libabant vero in mensam, in ignem, in aquam, in terram: exempla apud Poëtas passim.

Mensalibus hærent] Ὑποπόδια intelligo. Suet. in Claud. 'Adhibebat cœnæ et liberos suos, cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.' Idem in Augusto 'imum' vocat 'lectum.'

256 *Hæc otia curæ Dapsilis*] Pollucibilem innuit cœnam, ut Macrobius loquitur Saturnal. III. 17. Plautus, 'dapsilis dictis, dapsiles sumtus.' Lucilius: 'Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.' Ita dapalis cœna, pontificalis, Terentio 'dubia' et Horat. II. Sat. 2. Est autem δαψιλὴς largus, promtus, δαψιλῶς, ut Hesych. et Lex. Græco-Lat. ἀφθόνως, a δάψαι, quod est καταφαγεῖν μετὰ σπαραγμοῦ, quod Latinis tuburcinari, λαφύσσειν. Clem. Alex. Strom. II. δαψιλευόμενος δὲ τῇ φιλανθρωπίᾳ ὁ χρηστὸς λόγος, 293.

257 *Hoc grati certatum dulce laboris*] *Certamen* puto scriptum fuisse, nisi forte ἀρχαΐζει, *certatum* pro *certatus*, quo Papin. III. Syl. utitur: 'nudosque virorum Certatus.' Ita veteres vulta ricta, item adspectum, luctum, saltum, de quibus prolixe Gifanius in Ind. Lucret. in *concurso*, *culto*, et alibi. Ita ambitum ambiti, incestum incesti, gelum geli: nomina enim quartæ flexionis secundæ erant. Tertul. adversus gentes, 26. 'Roma ante regnavit, quam tantum ambitum Capitolii exstrueretur.' Sic forsitan Virg. 'Ante expectatum.' III. Georg. Sententiam si spectas, gemina est illius Pindaricæ Pyth. Od. IV. Πᾶσαν ἐς εὐφροσύναν τάνυεν, Ἀθρόαις πέντε δραπὼν Νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις Ἱερὸν εὐζωΐας ἄωτον.

Cœlestes docui mecum vagire dracones,
Prævenique minas? pudet heu, vir, victor, adultus,
Barbaricis cessi, non viso milite, jussus.
Ergo minis frangendus eram? proh fata pudenda,
Proh crimen superum, fatoque immanior omni
Nescio quis famæ meritum scidit: arma tenebam,
Nec deerant hostes; i nunc, et prisca revolvens,
Privignum mirare tuum, Jovis inclyta conjux,
Vicisti, fateor, fugi, victoria summa
Alciden fugisse fuit: rursusne severum
Dignere artificem nostris Eurysthea pœnis?
Si Lernam edomui; si Cerberus ore trifauci
In scopulos, Dodona, tuos aconita refudit;
Si gravis Antæus gratam suspensus arenam
Dedidicit, mirante Rhea; si cetera mundi
Monstra triumphali potui consumere dextra;
In Phrygios, dicamne viros? humanaque bella
Depotuisse pudet? sed cur clare acta revolvo?
Degeneri gravius accedit gloria facto.

NOTÆ

269 *Nescio quis famæ meritum scidit*] Virg. in Ciri: 'optatæ spes est incisa salutis.' Virg. 'quam quisque secat spem.' Noster II. 'oculo censore secanda Lis erat,' ubi vide plura.

278 *Dedidicit mirante Rhea*] Quæ Hesiodo terræ est filia; Lucretio II. terra ipsa; Orpheo, terræ mater.

281 *Depotuisse pudet*] Ita libro secundo, 'detitulat.' De enim minuit et auget, ut in 'dejuvo.' Plaut. in Trinummo. 'Depuduit' Ovidius, et 'develat' pro detegit. 'Depotior, ἀπολαύω.' Lex. Græcol. Sic Noster II. 'defœderat,' Laberius 'depudico,' apud Agel. XVI. 7. 'Deplevimus' Papin. 'Defanare,' Cato. 'defugos,' Prud. 'Depannis' apud Nonium. 'Depreciati, ἐλαττωθέντες.' Lex. Græco-Lat. 'Defavere,' 'Defautio' Tertul. 'degerere bellum' Lucret. 'dememorare' Val. Flaccus. 'deformatio' Hygin. II. 'procemio deformare' Suet. 'degravat' Propert. 'desacrare' Papin. ita 'Deprœliantes' 'delitigat' Horat. 'Decertate' Papin. 'Deparcus.' Plaut. 'Devitare' valde vitare, ait Festus, 'despretus' valde spretus, idem et 'deperire.' 'Depolio' Plin. 'Denormat' Horat. 'Detriumphare,' 'deonerare,' 'demandare' pro 'deorsum mandare' Tertul. I. Talia multa apud veteres, quibus germana illa, 'incœnare' pro ἐνδειπνεῖν de domicœnio, Suet. III. 'impasci' pro ἐννέμειν. Ita item Suet. 'retectis' pro bene tectis, ut quidem Casaub. 'impressa ubera' pro non pressa. Propert. ut magnus Scaliger cum Casaubono exponit in Suet. Vide Agel. VI. 16. Sic 'invalidus,' 'indurus,' 'exaugere.' Vide Rittershusium de verbo hoc ad Guntheri I. 639.

Quin potius seris gladius quid conferat ausis
Monstrorum domitor reminiscere: Pergama pœnas
Pendant, et meritis perjuros perde ruinis.
Sic Phœbo, liquidoque Jovi ducture triumphum,
Sic tibi, sic Danais; docilesque instare Pelasgos,
Non fugisse, sciant, qui cum potuere minari,
Et potuere pati. Tacitis sic questibus iram
Exacuens, summos animum procudit in ausus.
Haud secus exilium gratæ dequestus arenæ
Armenti princeps lunatum robur in ornos
Asperat objectas, et se præmensus in hostem
Otia dura gerit, et prælia pulchra figurat,
Fronte furens, pulsasque pudet non frangere sylvas:
Inde thoro meliore redit, veteremque repulsam
Excusans, victor regnat, lauroque superbit.
Vix primos belli motus libraverat heros,
Et jam fama loquax, rapiens ex aure potentum,
Quod serat in vulgus, pavidas quod spargat in urbes,
Prælia mota canit: illamne nocentis Averni
Progeniem, cœline rear? quæ murmura rerum

NOTÆ

290 *Animum procudit in ausus*] Varro: 'legendo et scribendo vitam procudito.' III. de Re Rustica, 'gallina excudit:' quod cave in *excludit* vertas; frequentat enim, ut 'excusi pulli.' Lucret. V. 'procudere' 'prolem, visus procudit agitque Aëra,' aliquoties IV. Cic. 3. de Orat. 'procudere linguam.' Virg. G. I. 'procudit arator Vomeris obtusi dentem:' quod γνῃσιόντι loquitur.

291 *Haud secus exilium*] Elegans comparatio, quam contendesis cum illis, quas maximus Scaliger in Hypercritico censet.

298 *Primos belli motus libraverat heros*] Noster Daretis vento navigat, itaque subsecuturam dat Trojæ eversionem: alii magnum ponunt temporis interstitium. Vide Illust. Scalig. in Euseb. 44. Nihil adeo frequens Iscano huic, quam illud *librare*. '*Libravit* in arces,' II. 'Librato gressu formam juvat,' IV. 'et huc illuc gressum librans.' 'Librato culmine pectus erigit,' IV. 'Stabiles libratur in artus,' IV. 'Noctivagos librabat equos,' V. 'Tensos librant in bella lacertos.' 'In mediis se librat aquis.' Sic II. 'Sideream famæ libram,' ut Symmachus, 'libra æquissimi judicii:' 'nutus librantis habenæ,' II. '*rerum librare* vices,' III. 'Consilii librata fides,' IV. 'librantis habenæ Non vendit nutum,' V. Sic Virg. 'telum librabat ab aure,' IX. Æn. Ovid. 'jaculum quod dextra librabat.' Papin. 'formidine gaudia librat,' VIII. 'Huc se cæruleo libravit ab æthere virgo.' 'Nec librare metus.'

302 *Quæ murmura rerum extenderat*]

Occulta extenebrat, redditque latentia luci.
Immo quis e supera contendat pace creatam
Turbatricem hominum? quæ sancta silentia regum
In mundi præfert aures, et plebis in ora
Dissipat, arcanum curæ furata silentis.
Haud mora, non jussi lituis, non ære vocati,
Conspirant ad bella viri, sed et arma tumultu
Plebs rapit, et vibrans quos non bene noverat enses,
Ingenue irasci discit, multumque minatur,
Sed factura parum: terit hic in fræna jugales,
Non longum mansurus eques, rapta ille superbit
Casside, et impatiens captos decrescere visus:
Hi suras riguisse stupent; hi pondere victi
In clypeos nutant; pars barbara regna lacessit
Litigiis audax et citra prælia fortis,
Objecto secura freto: gemit anxia matrum
Turba, nec infaustis solatia mœsta querelis
Ire negant lacrymæ: lacrymis certatur, et omnem
Excessisse putat flendi parcissima luctum:

NOTÆ

Excurrit in famam exemplo Virg. et Papinii, item Ovid. XII. Metam. et Silii initio quarti: qua de re vide Parrhasium Sylloge IV. Ep. 29. Est autem *extenebrat* φωταγωγεῖ, ἀποσκοτίζει. Ita Tertull. 'Sol tenebravit,' lib. contra Judæos, 13. Varro II. de Re Rust. 'quoad contenebravit,' ἕως συσκοτάζειν. Idem: 'atque omnes adeo perquirit atque extenebrat artes.' Orosius libro de Arbitrio: 'Vitium naturalia bona contenebrat et infirmat,' 676. Sic Plaut. 'exterebronides' ab exterebrare. Prud. 'Elaqueanda animis Constantia.' Fama, quæ plurima scit, ut ait Sen. Ep. 43. post cœnia illa, et vitia, quæ tenebras habent, extenebrat, non συσκιάζει et inlatebrat: sed λογοποιεῖ, *rumiferat*, ut est apud Nonium: est 'rumigerula,' quæ vox Ammiani Marcellini.

311 *Ingenue irasci discit*] Αὐτοφυῶς, more militari, non desultorio et rustico.

Multumque minatur, Sed factura parum] Infra: 'Litigiis audax et citra prælia fortis.' Vide etiam VI. 604. Petronius: 'absentem votis interficit hostem.'

320 *Lacrymis certatur*] Sen. Controv. VI. 8. 'lacrymæ sunt pignora nolentium:' paulo post: 'Fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est.'

Et omnem Excessisse putat flendi parcissima luctum] Se scilicet excessisse; sæpe enim tale quid omittit, II. 'hæcne animosa superbit, Solius meminisse viri?' V. 'reminiscere tandem Spartanos coluisse lares:' VI. 'Fingere sacra vovet, fingit se sacra vovere,

Hæc inter medios enses timet, illa Charybdin
Incurrit: pietas nunquam secura quiescit.
  Mens o prona virum, non hæc suspiria virtus
Infracta admittit, non dant complexibus artus,
Oscula non iterant, ne vel sic bella morentur.
Vix memores dixisse, vale: mulcetur alumnus
Fatorum Alcides, et spe meliore superbis
Assidet inceptis; fremitu navalia fervent,
Ægæosque sinus ter quino remige frangit
Lecta cohors, totidemque movet per cœrula pinus:
At Notus incumbens humeris, puppique sequaci,
Ducit in offensam Simountis in ostia classem.
  Puppibus emigrat primus, Telamone secundo,
Larissæ pollentis honos, cui cœrula nupsit
Nereis, amplexus non aspernata minores,

NOTÆ

nec enim venisse solet jure ducis, gaudet cum talia spectat Nupturam pepulisse Thetin.' Ovid. 'simulat Jove natus abire.' Papin. II. 'ipsaque tellus Miratur patuisse retro.' Tibull. 'Juravi quoties rediturum ad limina nunquam.' Catull. 'Et negat mihi vestra redditurам.' Virg. Æn. XII. 'Summasque minatur Dejecturum acies Italum excidioque daturum.' Idem VIII. 'Hoc signum cecinit missuram diva creatrix.' III. 'Ipse diem noctemque negat discernere cœlo.' Suet. 'quem ex Cæsare Cleopatra concepisse prædicabat:' in Aug. Ut Græci, *εὐεργετῶν τὸν θεὸν νόμιζε μιμεῖσθαι.* E contra sæpe tale quid abundat. Terent. 'qui placere se studeat bonis quam plurimis.' Vide Gifan. in *te* et *me*.

324 *Non hæc suspiria virtus Infracta admittit*] Infractum hic est *ἄῤῥηκτον*, ut Pindaro *ἄῤῥηκτος φυὰ*, Isthm. Od. VI. ut 'infragilis,' Pedoni Albinovano: 'Alta mane, supraque tuos exurge dolores: Infragilemque animam, quod potes, usque tene:' ut 'inclinis,' *ἀκλινής*, Valerio Flacco et Manilio. Veteres tamen frequentius 'infractum' in contrariam partem usurparunt, quod vel unum illud Ciceronis probet Tuscul. 'In quem cadat ægritudo, cadere in eum timorem et infractionem animi.' Verum 'in,' 'ex,' 'de,' et 're' aliquando intendere, aliquando minuere, ubertim probarunt duo rei literariæ optimi maximi Dictatores, Jos. Scaliger, et Isaac. Casaub. hic ad Suet. ille ad Propertium.

331 *Totidemque movet per cærula pinus*] Apollod. 18. numerat. II. 110.

336 *Amplexus non aspernata minores*] Sic alibi: 'gaudet cum talia spectet Nupturam pepulisse *Thetin*.' Jupiter cur illius amplexu frui noluerit, habes apud Apollodorum Biblioth. III. 189. vide tamen diversa l. I. 9. Hyginus de eadem re agit fab. 54. Idem in Astronomico, titulo Sagitta, p. 66. Pindarus Isthm. Od. VIII. qui oraculum non Prometheo, sed Themidi tribuit, Ovid. Metam. XI. fab. 7. Proteo. Hinc Papin. Achillem 'formidatamque parenti Pro-

Mortalemque torum, quo principe gloria spirat
Myrmidonum, quem tota suis obnoxia fatis
Dorica castra canunt: Danais hic debet Achillem;
Ajacem Telamon, æquale in prælia fulmen.
Dividit ergo acies æqui libraminis instar
Alcides, pars in Phrygios armata Penates,
Jam dictos sortita duces, pars cura relictæ
Classis disponit cum Nestore, parsque secuta
Amphitryoniaden, sociis partitur utrisque
Excubias hinc inde suas. Sic agmine trino
Consulitur bello; patriumque armaverat orbem
Principis edictum Phrygii: ruit omnis in arma
Barbaries: flammisque rates consumere fisus,
Et Danaos sparsurus aquis, ad littora Martem
Dux migrare jubet: paretur: et ocyus omnes
Fluctibus insiliunt: solitæ nil tale timere
Nereides visa arma stupent, horrentque tumultum.
Hi telis instant, alii face: pectora telum,
Fax puppes injecta petit, cunabula Mavors
Cypridis infestat armis, et Lemnius igne.
Tunc primum bellis rubuit mare: sanguinis illas

339 *Pergama* Ms. marg. *tenant* Ms. marg.

NOTÆ

geniem' nominat, I. Achilleidos.

343 *Pars cura relictæ Classis*] Non male *jura* legas, ut Manilio, 'jura capessunt:' sed et 'cura' bonum est, sic IV. 'cui cura juvare.' Ovid. Epist. Penel. 'immundæ cura fidelis haræ.' ἐνεργητικῶς; ut Virg. 'cura Deum effigies.' Sallust. 'Marius in extremo agmine curabat.' Papin. 'Noscere cura duces.' Sic Noster alibi: 'cura tridentis:' 'cui cura juvare:' 'tertia cura vocat.' Auson. Idyl. 9. 'cui cura secundæ Sortis et æquorei cessit tutela tridentis.' Ita Ovid. *Metam.* XIV. 'et abest custodia regis.' Sæpe etiam παθητικῶς: 'tua maxima cura Tristis Aristæus,' Virg. Propert. 'Lanuvium annosi vetus est tutela Draconis.' De 'Cura Dea' vide Hygin. fab. 220. Quod sequitur, 'disponit cum Nestore,' signate dictum, ut 'diem disponere.' Vide Herald. ad Mart. lib. v. 21.

355 *Cunabula Mavors Cypridis*] Quia ex mari oriunda. Vide II. 429.

357 *Sanguinis illas Murex hausit opes*] Comminiscitur purpuræ prima natalia: alia vide apud Nonnum XL. 310. Pollucem I. 4. qui Herculis canem morsu purpuræ rubentem, colo-

Murex hausit opes, quas nondum oblitus in annos
Præsentes meminit, regumque expendit in usum.
Scyllæos nova præda canes ad funera mœsti
Gurgitis invitat, coëunt latrantibus undis
Monstra sinus Siculi, dehinc hausto nectare diro
In freta sparguntur similem venantia potum.
At fremitu accepto Nereus excussus ab antris,
Motatis horrescit aquis: fontique relapsus
Nascentem explorat lunam, visoque meatu
Quem genitrix natura dedit, securior exit.
Immo agite, immisso bellum consumite ponto,
Dî si qui undarum; raptæque Atlante repulso
Evolvantur aquæ: fatis injuria prima
Excusanda fuit, an et hos impune furores
Ferre juvat? misero completus sanguine pontus
Spumat, et incensum fumat mare, Scylla Charybdin
Excitat, et nostris pinguescunt monstra ruinis.
Si neutros superesse ratum; si judice pœna
Elicitis pœnas, Phrygios perjuria mergent,
Exemplum sceleris Danaos, quæ jam mora? segnes:
Pronius in facinus tardis ultoribus itur.
Ardua jam trepidis murorum septa catervis
Iliacæ traxere manus: stat Dardana pubes
Pro jugulis armata suis: nec enim invida regni

NOTÆ

ris indicem fuisse ait. Aliter Nazianzenus, qui pastoris Tyrii canem, non Herculis, vult fuisse Orat. III. 103. Auctor Etymologici: ἀλουργίς, ἁλὸς ἔργον: quod exponit de cochlea marina. Vide Plin. IX. Scalig. Exerc. 325. 514. Eodem modo corallium ex guttis occisæ Medusæ natum Orpheus scribit lib. de lapidibus. Ovid. IV. Metam. virgas capiti illius subjectas in corallium mutat. Plura de Purpura Bernart. ad Sylvas Papin. 46.

366 *Nascentem explorat lunam*] Quia pelagitratia illa Dea maria variis æstibus imprægnat: quod sanguine effuso factum fingit: 'explorat' proprie. Claudianus, 'Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus,' II. in Ruffinum.

376 *Phrygios perjuria mergent Exemplum sceleris Danaos*] Laomedontis perjurium, et Græcorum scelus in rapiendo aureo vellere, quo reliqui invitati, tanquam exemplo, causas interitus justas allegat.

378 *Pronius in facinus tardis ultoribus itur*] Sic II. 'multa nocentes Emendat vetitis velox si occurrerit ansis,' ubi plura. Sententia ab Ecclesiaste sumta videtur ex VIII. 11.

Ambitio ludit pugnas, sed et ira, minæque,
Et non extorti per vulnera cruda furores
Bella cient, hinc inde odiis flammata superbis.
Primus in adversos vibrata cuspide muros
Torquet equum Peleus, fractaque accenditur hasta.
Hæc (ait) hospitiis aditus, et in hospita tecta
Pulsanti reseranda manu : nos urbe fruamur,
Portu alii, dixit : cunctique instare Pelasgi
Ceu belli tunc causa recens nec tempore longo
Ira minor, minus accendant in prælia mentes
Jussa, tubæ, promissa, preces : asperrima cernas
Bella geri : non præcipites telluris hiatus,
Non undas timuere viri : sibi quisque videri
Dux aliis, milesque sibi : pars cratibus instat
Continuas molita vias, vallemque profundam
Molibus injectis vincit : pars aspera divi
Impatiens hæsisse subit : jam copia muri,
Jam silices laxare licet : sed desuper urgent
Dardanidæ, incussasque trabes et saxea volvunt
Fragmina : pars jaculis audax, pars aspera flammis
Flagrantes invergit aquas : septum arbore Dymus
Affectabat iter, fixoque in mænia vultu,
Hæserat : hunc latices decalvavere profusi,
Fulmineique imbres, nudum spoliatur utroque
Crine caput ; penetratque fluens in viscera vulnus.
At testudineo Telamon defensus amictu

402 *Immergit* Ms. marg.

NOTÆ

404 *Hunc latices decalvavere profusi*] Vegetius de Re Milit. IV. 8. 'exurimenta' nominat, 'bitumen, sulphur, picem liquidam, oleum incendiarium.' Talem πολιόρκησιν Papin. X. describit, quam imitatur presso pede item Silius I. et XIV. Decalvare, φαλακροῦν, ut Plautus 'denasare' in Captivis, 'decollare,' 'deartuare.' Papin. II. Theb. 'asprosque molares Deculcare genis.'

406 *Fluens in viscera vulnus*] Ut Papin. XI. 'obliquo descendit ab aëre vulnus.' Silius XVII. 'fluit undique victor Mulciber.' Varro: 'fluunt uberius venti.' Ita Lucret. de ventis: 'Nec ratione fluunt alia.' Idem: 'flumen picis,' VI. Lucilius: 'fluitare caprones altas.'

Occultum furatur iter: silicumque tenorem
Ære domat, jamque in præceps pendente ruina
Cedit, et effracta tandem prior urbe potitur.
  Interea flammis populari vela parantem
Percellit vox dira ducem: cui, strenue ductor
Dardanidum, cui bella geris? civesne perosus
Monstripari pacem pelagi sancire laboras?
An pavidis profugisque instas? et ne qua superstes
Sit fuga, consumis classes? proprioribus ausis
Intendere manus hostes, huc lumina flecte,
Atque urbem miserare tuam: vix credulus hæret
Laomedon, cernitque tamen jam Pergama rumpi,
Stare hostes, nutare Phryges: rapit ocyus agmen
Attonitum, bellique rudis non colligit alas;
Sed sparsis properat signis: quem præpete gaudens
Excipit occursu Tirynthius: hisque, ait, olim
Cum premerent portus optataque littora fessi,
Exilem telluris opem, tenuemque, negasti,
Sæve, moram, spreta pacis cum fronde Minerva.
Sume vices, hostis rediit, qui venerat hospes.
Sic fatur, strictoque ducem transverberat ense;

NOTÆ

408 *Occultum furatur iter*] Hujus generis ὁμοιολήγοντα sunt in his libris multa. 'Lapsurum suspendit iter.' 'Nocturnum disponit iter.' 'Phœbæum maturat iter.' 'Præreptum miratur iter.' 'Æquoreum sulcabat iter.' Papin. x. 'Aërium sibi portat iter.'

412 *Percellit vox dira ducem*] 'Εκπλήττει, vulnerat animum et aures. Vide Scaligeri Festum in 'Plancæ,' et inibi proverb. 'plaustrum perculi:' ut et Agel. II. 23. ubi Cato ait: 'Ventus Cercius armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.' Varro in Parmenone: 'teneram abietem solus percellit.' Nævius in Tarentilla: 'alii percellit pedem;' quod Plauto in Asin. 'pedem pede premit.' Lucret. 'retroque recellit.' Est autem a κέλλειν.

418 *Atque urbem miserare tuam*] Festus: 'miseratur, qui conqueritur aliena incommoda; miseretur is, qui miserum sublevat.' Vetus Grammaticus: 'Miserari, consolari tantum est intra affectum doloris.' Plautus, 'se miseratur.' Tacitus, 'facunde miserari,' loqui nempe ad misericordiam. Sed hoc discrimen sæpe migrant auctores. Virg. Æn. v. '*Æquævumque ab humo miserans attollit amicum.*' Idem Georg. IV. 'et res miserabere fractas.' Et Georg. I. 'Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes.' Propert. 'Tu sola humanos nunquam miserata labores.'

428 *Strictoque ducem transverberat ense*] Apollodorus II. jaculis confec-

Thoracisque moras, clypeique umbramina raptim
Dissipat, atque animam tot defensoribus usam
Elicit, et Stygios jubet irrupisse Penates.
Fit fuga Dardanidum mactato principe: at hostis
Civiles prædatur opes: pars cædibus iras
Innumeris explere sitit: vox regia tandem
Castigat rapidos Danao grassante tumultus.
Parcite, victores Danai, compescite dextras:
Labe pari peccat, pariter crudelis uterque
Qui cunctis, et nulli: nobilis ira est
Citra iram punire reos: jam copia regni,
Urbs cecidit, cessit hostis: cæsoque tyranno,
Ut miseris faciles, Graiorum exempla secuti,
Esse Phryges discant, damus ultro rura colono,
Castra viris, pontum nautis, et civibus urbem,
At pereat dira si quis de stirpe superstes;
Hanc quoniam delere juvat. Sic fatur, et ecce
Amphitus, Hysiphilus, Volcontus, et inclyta vultu
Hesione, sævis vincti post terga catenis
Traduntur ducibus: hi dira in funera rapti;
Hæc, Telamon, tibi præda datur, quod Pergama victor,
Quod prior effractis facilem das hostibus urbem.
Ilicet Argolici præda Hesioneque potiti
Incumbunt pelago, laurumque insigne triumphi

438 *Parcit* Ms. marg. inserit post *Qui*.

NOTÆ

tum scribit. Cum his quæ ex Darete transumsit bene convenit omnibus, quæ Messala Corvinus de progenie Augusti scripsit, quod semel dixisse satis est.

444 *At pereat dira si quis de stirpe superstes*] Festus: 'Dirus, dei ira natus,' ἀληθῶς de illa.

449 *Hæc, Telamon, tibi præda datur*] Præmium, γέρας: ut Arist. in Ethicis. Pindarus Nem. Od. IV. Apollod. II. et III. Τελαμῶνι ἀριστεῖον Ἡσιόνην δίδωσι. Hesych. γερούσιον τὸ τοῖς ἐντίμοις κατὰ γέρας διδόμενον. Vide Heinsii notas in Silium I. Græci sæpe conjungunt γέρας ἐξαίρετον. Philo I. de vita Mosis 491. γέρας ἐξαίρετον ἡ ἱερὰ ἑβδομὰς εἶχεν. et alibi sæpe. Ita Latini 'exortem honorem.' Virg. Æn. IV. 'clypeum cristasque comantes Excipiam sorti.' Vide Eurip. in Troad. et Victorium Var. Lect. XXVI. 1. Septimius ille, qui Dictyn Cretensem vertit, 'munus extra ordinem' nominat.

Puppibus exponunt, penetratque ad sidera plausus.
His aberat Priamus, aliam servatus in iram
Fatorum casusque alios: cui Marte secundo
Eoos populata Phryges victoria læta
Faverat, et reduci comites plausere triumphi.
Dura hominum Lachesis, sors perfida, luditur anceps
Imperium: Priamus natales ampliat agros;
Troja ruit: sceptroque novus dum quæritur orbis,
Sceptri nutat honos: faustos in regna meatus
Fata dabunt reduci: sed dira, sed aspera donis
Invidit fortuna suis, quæ cum ardua donet,
Gustatos graviore favos ulciscitur ira.
Jamque urbis trepido conspectum pectore ductor
Hauserat, occurrit luctus, visumque salutat
E muris manuum plausus lacrymabilis, horror
Aggreditur, turbatque ducem, totamque pererrat
Infelix planctus aciem: stant undique cives,
Solanturque suam Priamo spirante ruinam.
Ille autem, licet interno complura dolore

471 *Compluta* Dresem. Vide not.

NOTÆ

452 *Laurumque insigne triumphi Puppibus exponunt*] Vide Carolum Paschalium de Coronis VII. 7.

454 *His aberat Priamus*] Negat Apollodorus II. et Hyginus fab. 89. adduntque Podarcen ante dictum. Idem ait, Hesionem *καλλύπτραν* Herculi pro fratre *λύτρον* dedisse: unde Priamus *ἀπὸ τοῦ πρίασθαι*. Vide et Lycophronem in Cassandra.

459 *Natales ampliat agros*] Verbum probum: Festus: 'Mænius primus ultra columnas extendit tigna, ut ampliarentur superiora.' Horat. II. Sat. 4. 'ampliet ut rem.' Lucanus de Tanaï: 'Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem.' Suet. in Aug. 'ampliato Apollinis templo.' Martial. VIII. 66. 'Quorum pacificus ter ampliavit Janus nomine.' Auctor Glossar. 'Ampliari, [illegible].'

462 *Aspera donis Invidit fortuna suis, quæ cum ardua donet, Gustatos graviore favos ulciscitur ira*] De sententia illa vide plura sub finem v. Eurip. in Hecub. *γεύεσθαι κακῶν*, eodem modo in re eadem locutus. Vide Epist. Sen. 8. qui alibi recte: 'Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.' Bene igitur illis, qui cum fortuna parum contrahunt, et Dioclis Carystii consilium sequuntur: *μία ἐστὶ πρὸς τύχην ἀσφάλεια, τὸ μὴ τοσαυτάκις αὐτὴν πειρᾶσαι.*

471 *Interno complura dolore*] Magis ad palatum Auctoris fuerit, 'compluta,' quo III. utitur, 'complutaque murice vela.' et II. 'complutaque

Corda gemant, vultu lacrymas castigat adultas:
Ut saltem speret ducis ad solatia vulgus:
Nam summe miser est, cui nec sperare relictum est.
Nec mora, diffusam spatiis majoribus urbem
Integrat, ac potior constructio Barbara Græcam
Excludit Nemesin: medicati vulnera muri.
Respirant meliore manu, contemtaque moles
In sævum patuisse aditum: et qua saxa recedunt,
Continuant valvæ duplices: hæc cardine laxo
Alternos pandit aditus, hæc robur acernum
Pectine ferrato tacitos suspendit in usus.
Jamque arces cecidisse juvat, jam machina major,
Et lucro jactura fuit: muralia primas

NOTÆ

murice multo.' Hier. Epist. 27. 'cœlesti rore compluturn est.' Latinus Pacatus in Paneg. 'Fingit quidem, ut scimus, et timor gaudium, sed ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in speculo frontium extat imago animorum.'

472 *Vultu lacrymas castigat adultas*] Vide supra 238.

474 *Nam summe miser est, cui nec sperare relictum*] Unde Theocrito, mortui, *ἀνέλπιστοι*, et desperantes *κυκνεῖον ᾄδειν* proverbio dicuntur. Diogenes apud Stob. serm. 261. *ἀκρότατον κατὰ τὸν βίον ἐλπίς.* Unde Hesiod. et Homerus, ut est apud Plutarch. de Consolat. ultimam remansisse fingunt. Salvianus: 'totum inter homines spebus agitur.' Antiphon Orat. XIV. 141. *τὰ πλεῖω τοῖς ἀνθρώποις τοῦ βίου ἐν ταῖς ἐλπίσιν ἐστί.* *Ἔλπεσθαι χρὴ πάντα*, ut ex Lino recitat Iamblichus libro de vita Pythag. 131. Proverb. notum est, 'Ægroto dum anima est, spes est.' Sen. Ep. 103. 'Nec speraveris sine desperatione, nec desperaveris sine spe.' 'Dum vivis sperare decet.' Priap. auctor. Vide Scalig. Catalecta tit. 18. De spe, et Tibullum in fine II. Sen. in Medea: 'Qui nil potest sperare, desperet nihil.' Recte tamen Pindarus Nem. Od. VIII. *κενεᾶν Δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος.* Varro, 'umbram spei devorare:' quod proverbium redolet. Egregie etiam de spe Chrysost. Hom. 17. in Genesin.

477 *Medicati vulnera muri*] Sic Val. Flaccus de navi dishiascente, ut Cato loquitur, 'Vel pice vel molli concludere vulnera cera.' I. Propert. III. Elect. 1. 'Sponte sua muri membra coisse ferant.'

478 *Contemtaque moles In sævum patuisse aditum*] *Ἑλληνισμός.* Partem a Peleo destructam, portæ ait locum præbuisse.

481 *Robur acernum Pectine ferrato*] Catarractas pensiles *περιγράφει.*

483 *Jam machina major*] Virgilii ductu: 'pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes æquataque machina cœlo.' Papin. II. Sylv. 'nec solidis prodest sua machina terris.' III. 'Dum me flammiferi portabit machina cœli.' sub finem VII. 'volventis machina cœli.' Manil. et II. 'Machina enim moles.' Etiam pro mola vide Scaliger. in Festum, 62.

484 *Et lucro jactura fuit*] Papin. 'Par jactura lucro.' Optime huc re-

Propulsura manus, pinnarum culmine denso
Conspicuos tollunt apices, nec mœnia munit
Rarior excubias turris factura secundas.
Celsior in superas contendens vertice nubes
Ilios, æquaret gemini discrimina mundi,
Si spatio contenta suo, minus improba cœlo
Parceret, atque alium jam non præsumeret orbem.
Si Phlegram conferre velis, si virginis arces

NOTÆ

fertur Pindari Pyth. Od. IV. Ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-Σαι, καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ χώ-Ρας αὖθις ἕσσαι δυσπαλὲς Δὴ γίνεται, ἐξαπίνας Εἰ μὴ θεὸς ἁγεμόνεσσι κυβερ-Νατὴρ γένηται. Procopius Cæsariensis initio Histor. templum ait Sophiæ et Byzantii ex voto inflammatum videri, ut melius instauraretur. 2.

Muralia primas Propulsura manus] Ἀντιτειχίσματα, προτειχίσματα. Plutarcho in Narrat. Amator. προμαχῶνες etiam. Homerus Il. M. Κρόσσας μὲν πύργων ἔρυον καὶ ἔρειπον ἐπάλξεις. Hieron. advers. Jovinianum: 'contemplare gloriam meam, et petræ firmissimæ tegere promurali,' I. Ita 'procestria' castrorum, et 'anteurbana,' προάστεια. Fest.

489 *Ilios, æquaret gemini discrimina mundi*] Constantinopolim, puto, innuit.

492 *Si Phlegram conferre velis*] Phlegræos campos alii in Thessalia, alii in Macedonia ponunt. Videatur Strabo in excerptis VII. Philostratus in Heroicis, Παλλήνη, ἣν ποιηταὶ Φλέγραν ὀνομάζουσι: alii castra vocant Phlegræ, propter Gigantum bellum. Noster urbem Gigantum innuere videtur, quia cum Troja confert, nisi malis ad structuram et insanas illorum molitiones, tanquam arces, referre; qua de re Severus in Ætna prolixe. Papinius *Geticam* nominat *Phlegram*, II. Theb.

Si virginis arces Assyriæ] Babylonem, quam Semiramis, ut volunt, 'cinxit coctilibus muris,' ut Ovid. loquitur. Hyg. 'latere cocto, et sulphure,' fab. 223. Prop. 'Persarum statuit regina Semiramis urbem,' III. Josephus tamen libro contra Appionem ab illa conditam negat: ut et Berosus, et Joseph. Scaliger libro Canonum Isagogicorum, ad Euseb. 313. Vide multis agentem Herculem Ciofanum ad Ovid. IV. Met. Sed cur 'virginem' nominat uxorem Nini, et de qua ista Africanus in Chronographicis: πολλαχοῦ τῆς γῆς ἔγειρε χώματα προφάσει μὲν διὰ τοὺς κατακλυσμοὺς, τὰ δ' ἦν τῶν ἐρωμένων ζώντων κατορυσσομένων. Sed 'virginis' vocabulum non adeo angustis finibus circumscribendum. Virg. 'Amazonas' nominat 'virgines,' cum tamen sexum propagarint. Ita Luna 'menstrua virgo,' quæ tamen conjux Tithoni, Memnonis mater, Endymionis deliciæ; ita Chryseis Homero κόρη, quod et Eustathius notat, 43. Vide ambitiose agentem de hac re Taubmannum olim nostrum ad Virg. Culicem 270. Ita 'viduæ' vocabula et 'nubere,' laxius sæpe sumuntur: qua de re Scipio etiam Gentilis ad Apuleii Apol. 762. Ita Silius Pyrenen defloratam, 'virginis' tamen titulo honorat, III. 'Lugendam formæ,' &c. De Semiramide vero illiusque nomine, vita, prolixe Loënsis Tomo quinto Criticor. VI. 22. Herodot. I.

Assyriæ, feret hæc potius discrimina linguæ,
Tela Jovis, nulli spatiosior æthere tractus
Contigit, aut tantum patiens indulsit Olympus.
Pene pares totam turres sparguntur in urbem,
Cyclopum fassæ studium, civisque superbus
Celsa petens, fastidit humum: surgentia passim
Exhalant piceas incensa pyralia flammas.
Ingenti Ucalegon consumens aëra tecto,
Arduus alta petit, Antenor mœnibus æquis
Certat: at inconstans, nec major, nec minor, ægris
Anchises parcit pedibus, gressumque perosus
E speculis videt urbis opes, plaususque viarum.
Haud procul incumbens, urbi mediantibus arvis
Idæus consurgit apex, vetus incola montis
Sylva viret, vernat abies procera, cupressus

NOTÆ

Diod. Sicul. XI. Strabo IV. Curtius V. Plinius VIII. 42. Solinus, bonorum auctorum fucus, 60. Hyginus de illis qui se ipsas confecerant, 243. 'Semiramis Babylonia equo amisso in pyram se conjecit.' Justinus equum ab illa πρὸς συνουσίαν amatum refert, in Hygino rectius 'equo admisso' legas.

493 *Feret hæc potius discrimina linguæ*] Genes. 11. Joseph. I. 6. Antiquit. Philonis etiam liber est περὶ συγχύσεως διαλέκτων.

499 *Exhalant piceas incensa pyralia flammas*] Πυρῆία sive funalia, et λαμπτῆρας intelligo, quibus nocturnæ stationes tenebras vincunt, ut Florus II. 1. 'prælucere funalia.' Vide prolixe doctiss. Casaub. in XV. Athenæi, 680. Latinus Pacatus in Panegyr. 'accensis funalibus auctum diem,' ait.

500 *Ingenti Ucalegon consumens aëra tecto, Arduus alta petit*] Virg. II. Æn. imitatur, οὐκ ἀλέγων φιλοκίνδυνος et ῥαψοκίνδυνος esse solet: facile itaque incendium ex incuria oboritur. Juvenal. 'jam frivola transfert Ucalegon.' 'Arduus alta petit,' ut Virgil. 'Perfidus alta petens.'

502 *Inconstans, nec major, nec minor*] Prius ad animum, hoc ad staturam τετράγωνον refero. Tibull. IV. 'Nec tamen hinc aut hinc tibi laus majorve, minorve.' Inibique: 'si versus noster totusve minusve.' Propert. II. in fine: 'Nec minor his animis, nec se minor.' Manil. II. 'Nec deest, nec superest census.' Auson. Idyl. 9. 'Teque inter geminas species neutrumque et utrumque.'

507 *Vernat abies, &c.*] Dæmonium hominis Julius Cæsar Scaliger in Hypercritico Papinium non immerito arguit, in uno nemore tam diversas ponentem arbores: et sane videtur a natura abludere. Poëtis tamen hoc non est insolens: fecit ante, quamvis parcius, XI. Æn. 135. Virg. item VI. Æn. Effuse Ovid. X. Metam. Claudian. II. de Raptu Pros. Callimachus in hymno Cereris. Seneca in Hercule Œtæo. Varro in Parmen. ut ex Nonio conferruminat Jos. Scalig. Conject. 119.

Murex hausit opes, quas nondum oblitus in annos
Præsentes meminit, regumque expendit in usum.
Scyllæos nova præda canes ad funera mœsti
Gurgitis invitat, coëunt latrantibus undis
Monstra sinus Siculi, dehinc hausto nectare diro
In freta sparguntur similem venantia potum.
At fremitu accepto Nereus excussus ab antris,
Motatis horrescit aquis: fontique relapsus
Nascentem explorat lunam, visoque meatu
Quem genitrix natura dedit, securior exit.
Immo agite, immisso bellum consumite ponto,
Dî si qui undarum; raptæque Atlante repulso
Evolvantur aquæ: fatis injuria prima
Excusanda fuit, an et hos impune furores
Ferre juvat? misero completus sanguine pontus
Spumat, et incensum fumat mare, Scylla Charybdin
Excitat, et nostris pinguescunt monstra ruinis.
Si neutros superesse ratum; si judice pœna
Elicitis pœnas, Phrygios perjuria mergent,
Exemplum sceleris Danaos, quæ jam mora? segnes:
Pronius in facinus tardis ultoribus itur.
Ardua jam trepidis murorum septa catervis
Iliacæ traxere manus: stat Dardana pubes
Pro jugulis armata suis: nec enim invida regni

NOTÆ

ris indicem fuisse ait. Aliter Nazianzenus, qui pastoris Tyrii canem, non Herculis, vult fuisse Orat. III. 103. Auctor Etymologici: ἀλουργὶς, ἁλὸς ἔργον: quod exponit de cochlea marina. Vide Plin. IX. Scalig. Exerc. 325. 514. Eodem modo corallium ex guttis occisæ Medusæ natum Orpheus scribit lib. de lapidibus. Ovid. IV. Metam. virgas capiti illius subjectas in corallium mutat. Plura de Purpura Bernart. ad Sylvas Papin. 46.

366 *Nascentem explorat lunam*] Quia pelagitratia illa Dea maria variis æstibus imprægnat: quod sanguine effuso factum fingit: 'explorat' proprie. Claudianus, 'Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus,' II. in Ruffinum.

376 *Phrygios perjuria mergent Exemplum sceleris Danaos*] Laomedontis perjurium, et Græcorum scelus in rapiendo aureo vellere, quo reliqui invitati, tanquam exemplo, causas interitus justas allegat.

378 *Pronius in facinus tardis ultoribus itur*] Sic II. 'multa nocentes Emendat vetitis velox si occurrerit ansis,' ubi plura. Sententia ab Ecclesiaste sumta videtur ex VIII. II.

Ambitio ludit pugnas, sed et ira, minæque,
Et non extorti per vulnera cruda furores
Bella cient, hinc inde odiis flammata superbis.
  Primus in adversos vibrata cuspide muros
Torquet equum Peleus, fractaque accenditur hasta.
Hæc (ait) hospitiis aditus, et in hospita tecta
Pulsanti reseranda manu : nos urbe fruamur,
Portu alii, dixit : cunctique instare Pelasgi
Ceu belli tunc causa recens nec tempore longo
Ira minor, minus accendant in prælia mentes
Jussa, tubæ, promissa, preces : asperrima cernas
Bella geri : non præcipites telluris hiatus,
Non undas timuere viri : sibi quisque videri
Dux aliis, milesque sibi : pars cratibus instat
Continuas molita vias, vallemque profundam
Molibus injectis vincit : pars aspera divi
Impatiens hæsisse subit : jam copia muri,
Jam silices laxare licet : sed desuper urgent
Dardanidæ, incussasque trabes et saxea volvunt
Fragmina : pars jaculis audax, pars aspera flammis
Flagrantes invergit aquas : septum arbore Dymus
Affectabat iter, fixoque in mœnia vultu,
Hæserat : hunc latices decalvavere profusi,
Fulmineique imbres, nudum spoliatur utroque
Crine caput ; penetratque fluens in viscera vulnus.
At testudineo Telamon defensus amictu

402 *Immergit* Ms. marg.

NOTÆ

404 *Hunc latices decalvavere profusi*] Vegetius de Re Milit. IV. 8. 'exurimenta' nominat, 'bitumen, sulphur, picem liquidam, oleum incendiarium.' Talem πολιόρκησιν Papin. X. describit, quam imitatur presso pede item Silius I. et XIV. Decalvare, φαλακροῦν, ut Plautus 'denasare' in Captivis, 'decollare,' 'deartuare.' Papin. II. Theb. 'aspresque molares Deculcare genis.'

406 *Fluens in viscera vulnus*] Ut Papin. XI. 'obliquo descendit ab aëre vulnus.' Silius XVII. 'fluit undique victor Mulciber.' Varro: 'fluunt uberius venti.' Ita Lucret. de ventis: 'Nec ratione fluunt alia.' Idem: 'flumen picis,' VI. Lucilius: 'fluitare caprones altas.'

Occultum furatur iter: silicumque tenorem
Ære domat, jamque in præceps pendente ruina
Cedit, et effracta tandem prior urbe potitur.
  Interea flammis populari vela parantem
Percellit vox dira ducem: cui, strenue ductor
Dardanidum, cui bella geris? civesne perosus
Monstripari pacem pelagi sancire laboras?
An pavidis profugisque instas? et ne qua superstes
Sit fuga, consumis classes? proprioribus ausis
Intendere manus hostes, huc lumina flecte,
Atque urbem miserare tuam: vix credulus hæret
Laomedon, cernitque tamen jam Pergama rumpi,
Stare hostes, nutare Phryges: rapit ocyus agmen
Attonitum, bellique rudis non colligit alas;
Sed sparsis properat signis: quem præpete gaudens
Excipit occursu Tirynthius: hisque, ait, olim
Cum premerent portus optataque littora fessi,
Exilem telluris opem, tenuemque, negasti,
Sæve, moram, spreta pacis cum fronde Minerva.
Sume vices, hostis rediit, qui venerat hospes.
Sic fatur, strictoque ducem transverberat ense;

NOTÆ

408 *Occultum furatur iter*] Hujus generis ὁμοιολήγοντα sunt in his libris multa. 'Lapsurum suspendit iter.' 'Nocturnum disponit iter.' 'Phœbæum maturat iter.' 'Præreptum miratur iter.' 'Æquoreum sulcabat iter.' Papin. x. 'Aërium sibi portat iter.'

412 *Percellit vox dira ducem*] Ἐκπλήττει, vulnerat animum et aures. Vide Scaligeri Festum in 'Plancæ,' et inibi proverb. 'plaustrum perculi:' ut et Agel. II. 23. ubi Cato ait: 'Ventus Cercius armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.' Varro in Parmenone: 'teneram abietem solus percellit.' Nævius in Tarentilla: 'alii percellit pedem;' quod Plauto in Asin. 'pedem pede premit.' Lucret. 'retroque recellit.' Est autem a κέλλειν.

418 *Atque urbem miserare tuam*] Festus: 'miseratur, qui conqueritur aliena incommoda; miseretur is, qui miserum sublevat.' Vetus Grammaticus: 'Miserari, consolari tantum est intra affectum doloris.' Plautus, 'se miseratur.' Tacitus, 'facunde miserari,' loqui nempe ad misericordiam. Sed hoc discrimen sæpe migrant auctores. Virg. Æn. v. 'Æquævumque ab humo miserans attollit amicum.' Idem Georg. IV. 'et res miserabere fractas.' Et Georg. I. 'Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes.' Propert. 'Tu sola humanos nunquam miserata labores.'

428 *Strictoque ducem transverberat ense*] Apollodorus II. jaculis confec-

Thoracisque moras, clypeique umbramina raptim
Dissipat, atque animam tot defensoribus usam
Elicit, et Stygios jubet irrupisse Penates.
Fit fuga Dardanidum mactato principe: at hostis
Civiles prædatur opes: pars cædibus iras
Innumeris explere sitit: vox regia tandem
Castigat rapidos Danao grassante tumultus.
  Parcite, victores Danai, compescite dextras:
Labe pari peccat, pariter crudelis uterque
Qui cunctis, et nulli: nobilis ira est
Citra iram punire reos: jam copia regni,
Urbs cecidit, cessit hostis: cæsoque tyranno,
Ut miseris faciles, Graiorum exempla secuti,
Esse Phryges discant, damus ultro rura colono,
Castra viris, pontum nautis, et civibus urbem,
At pereat dira si quis de stirpe superstes;
Hanc quoniam delere juvat. Sic fatur, et ecce
Amphitus, Hysiphilus, Volcontus, et inclyta vultu
Hesione, sævis vincti post terga catenis
Traduntur ducibus: hi dira in funera rapti;
Hæc, Telamon, tibi præda datur, quod Pergama victor,
Quod prior effractis facilem das hostibus urbem.
Ilicet Argolici præda Hesioneque potiti
Incumbunt pelago, laurumque insigne triumphi

438 *Parcit* Ms. marg. inserit post *Qui.*

NOTÆ

tum scribit. Cum his quæ ex Darete transumsit bene convenit omnibus, quæ Messala Corvinus de progenie Augusti scripsit, quod semel dixisse satis est.

444 *At pereat dira si quis de stirpe superstes*] Festus: 'Dirus, dei ira natus,' ἀληθῶς de illa.

449 *Hæc, Telamon, tibi præda datur*] Præmium, *γέρας*: ut Arist. in Ethicis. Pindarus Nem. Od. IV. Apollod. II. et III. Τελαμῶνι ἀριστεῖον Ἡσιόνην δίδωσι. Hesych. *γερούσιον τὸ τοῖς ἐντίμοις κατὰ γέρας διδόμενον.* Vide Heinsii notas in Silium I. Græci sæpe conjungunt *γέρας ἐξαίρετον.* Philo I. de vita Mosis 491. *γέρας ἐξαίρετον ἡ ἱερὰ ἑβδομὰς εἶχεν.* et alibi sæpe. Ita Latini 'exortem honorem.' Virg. Æn. IV. 'clypeum cristasque comantes Excipiam sorti.' Vide Eurip. in Troad. et Victorium Var. Lect. XXVI. 1. Septimius ille, qui Dictyn Cretensem vertit, 'munus extra ordinem' nominat.

Puppibus exponunt, penetratque ad sidera plausus.
His aberat Priamus, aliam servatus in iram
Fatorum casusque alios: cui Marte secundo
Eoos populata Phryges victoria læta
Faverat, et reduci comites plausere triumphi.
Dura hominum Lachesis, sors perfida, luditur anceps
Imperium: Priamus natales ampliat agros;
Troja ruit: sceptroque novus dum quæritur orbis,
Sceptri nutat honos: faustos in regna meatus
Fata dabunt reduci: sed dira, sed aspera donis
Invidit fortuna suis, quæ cum ardua donet,
Gustatos graviore favos ulciscitur ira.
Jamque urbis trepido conspectum pectore ductor
Hauserat, occurrit luctus, visumque salutat
E muris manuum plausus lacrymabilis, horror
Aggreditur, turbatque ducem, totamque pererrat
Infelix planctus aciem: stant undique cives,
Solanturque suam Priamo spirante ruinam.
Ille autem, licet interno complura dolore

471 *Compluta* Dresem. Vide not.

NOTÆ

452 *Laurumque insigne triumphi Puppibus exponunt*] Vide Carolum Paschalium de Coronis VII. 7.

454 *His aberat Priamus*] Negat Apollodorus II. et Hyginus fab. 89. adduntque Podarcen ante dictum. Idem ait, Hesionem καλύπτραν Herculi pro fratre λύτρον dedisse: unde Priamus ἀπὸ τοῦ πρίασθαι. Vide et Lycophronem in Cassandra.

459 *Natales ampliat agros*] Verbum probum: Festus: 'Mænius primus ultra columnas extendit tigna, ut ampliarentur superiora.' Horat. II. Sat. 4. 'ampliet ut rem.' Lucanus de Tanaï: 'Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem.' Suet. in Aug. 'ampliato Apollinis templo.' Martial. VIII. 66. 'Quorum pacificus ter ampliavit Janus nomina.' Auctor Glossar. 'Ampliari, δευταυξῆσαι.'

462 *Aspera donis Invidit fortuna suis, quæ cum ardua donet, Gustatos graviore favos ulciscitur ira*] De sententia illa vide plura sub finem v. Eurip. in Hecub. γεύεσθαι κακῶν, eodem modo in re eadem locutus. Vide Epist. Sen. 8. qui alibi recte: 'Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.' Bene igitur illis, qui cum fortuna parum contrahunt, et Dioclis Carystii consilium sequuntur: μία ἐστὶ πρὸς τύχην ἀσφάλεια, τὸ μὴ τοσαυτάκις αὐτὴν πειρᾶσαι.

471 *Interno complura dolore*] Magis ad palatum Auctoris fuerit, 'compluta,' quo III. utitur, 'complutaque murice vela.' et II. 'complutaque

Corda gemant, vultu lacrymas castigat adultas:
Ut saltem speret ducis ad solatia vulgus:
Nam summe miser est, cui nec sperare relictum est.
Nec mora, diffusam spatiis majoribus urbem
Integrat, ac potior constructio Barbara Græcam
Excludit Nemesin: medicati vulnera muri.
Respirant meliore manu, contemtaque moles
In sævum patuisse aditum: et qua saxa recedunt,
Continuant valvæ duplices: hæc cardine laxo
Alternos pandit aditus, hæc robur acernum
Pectine ferrato tacitos suspendit in usus.
Jamque arces cecidisse juvat, jam machina major,
Et lucro jactura fuit: muralia primas

NOTÆ

murice multo.' Hier. Epist. 27. 'cœlesti rore compluturn est.' Latinus Pacatus in Paneg. 'Fingit quidem, ut scimus, et timor gaudium, sed ita intimos mentis affectus proditor vultus enunciat, ut in speculo frontium extat imago animorum.'

472 *Vultu lacrymas castigat adultas*] Vide supra 288.

474 *Nam summe miser est, cui nec sperare relictum*] Unde Theocrito, mortui, *ἀνέλπιστοι*, et desperantes *κυκνεῖον ᾄδειν* proverbio dicuntur. Diogenes apud Stob. serm. 261. *ἀκρότατον κατὰ τὸν βίον ἐλπίς*. Unde Hesiod. et Homerus, ut est apud Plutarch. de Consolat. ultimam remansisse fingunt. Salvianus: 'totum inter homines spebus agitur.' Antiphon Orat. XIV. 141. *τὰ πλεῖω τοῖς ἀνθρώποις τοῦ βίου ἐν ταῖς ἐλπίσιν ἐστί*. *Ἔλπεσθαι χρὴ πάντα*, ut ex Lino recitat Iamblichus libro de vita Pythag. 131. Proverb. notum est, 'Ægroto dum anima est, spes est.' Sen. Ep. 103. 'Nec speraveris sine desperatione, nec desperaveris sine spe.' 'Dum vivis sperare decet.' Priap. auctor. Vide Scalig. Catalecta tit. 18. De spe, et Tibullum in fine II. Sen. in Medea: 'Qui nil potest sperare, desperet nihil.' Recte tamen Pindarus Nem. Od. VIII. *κενεᾶν δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος*. Varro, 'umbram spei devorare:' quod proverbium redolet. Egregie etiam de spe Chrysost. Hom. 17. in Genesin.

477 *Medicati vulnera muri*] Sic Val. Flaccus de navi dishiascente, ut Cato loquitur, 'Vel pice vel molli concludere vulnera cera.' I. Propert. III. Elect. 1. 'Sponte sua muri membra coisse ferant.'

478 *Contemtaque moles In sævum patuisse aditum*] Ἑλληνισμός. Partem a Peleo destructam, portæ ait locum præbuisse.

481 *Robur acernum Pectine ferrato*] Catarractas pensiles περιγράφει.

483 *Jam machina major*] Virgilii ductu: 'pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes æquataque machina cœlo.' Papin. II. Sylv. 'nec solidis prodest sua machina terris.' III. 'Dum me flammiferi portabit machina cœli.' sub finem VII. 'volventis machina cœli.' Manil. et II. 'Machina enim moles.' Etiam pro mola vide Scaliger. in Festum, 62.

484 *Et lucro jactura fuit*] Papin. 'Par jactura lucro.' Optime huc re-

Propulsura manus, pinnarum culmine denso
Conspicuos tollunt apices, nec mœnia munit
Rarior excubias turris factura secundas.
Celsior in superas contendens vertice nubes
Ilios, æquaret gemini discrimina mundi,
Si spatio contenta suo, minus improba cœlo
Parceret, atque alium jam non præsumeret orbem.
Si Phlegram conferre velis, si virginis arces

NOTÆ

fertur Pindari Pyth. Od. IV. *Ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-Σαι, καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ χώ-Ρας αὖθις ἔσσαι δυσπαλὲς Δὴ γίνεται, ἐξαπίνας Εἰ μὴ θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερ-Νατὴρ γένηται.* Procopius Cæsariensis initio Histor. templum ait Sophiæ et Byzantii ex voto inflammatum videri, ut melius instauraretur. 2.

Muralia primas Propulsura manus] Ἀντιτειχίσματα, προτειχίσματα. Plutarcho in Narrat. Amator. προμαχῶνες etiam. Homerus Il. M. Κρόσσας μὲν πύργων ἔρυον καὶ ἔρειπον ἐπάλξεις. Hieron. advers. Jovinianum: 'contemplare gloriam meam, et petræ firmissimæ tegere promurali,' I. Ita 'procestria' castrorum, et 'anteurbana,' προάστεια. Fest.

489 *Ilios, æquaret gemini discrimina mundi*] Constantinopolim, puto, innuit.

492 *Si Phlegram conferre velis*] Phlegræos campos alii in Thessalia, alii in Macedonia ponunt. Videatur Strabo in excerptis VII. Philostratus in Heroicis, Παλλήνη, ἣν ποιηταὶ Φλέγραν ὀνομάζουσι: alii castra vocant Phlegræ, propter Gigantum bellum. Noster urbem Gigantum innuere videtur, quia cum Troja confert, nisi malis ad structuram et insanas illorum molitiones, tanquam arces, referre; qua de re Severus in Ætna prolixe. Papinius *Geticam* nominat *Phlegram*, II. Theb.

Si virginis arces Assyriæ] Babylonem, quam Semiramis, ut volunt, 'cinxit coctilibus muris,' ut Ovid. loquitur. Hyg. 'latere cocto, et sulphure,' fab. 223. Prop. 'Persarum statuit regina Semiramis urbem,' III. Josephus tamen libro contra Appionem ab illa conditam negat: ut et Berosus, et Joseph. Scaliger libro Canonum Isagogicorum, ad Euseb. 313. Vide multis agentem Herculem Ciofanum ad Ovid. IV. Met. Sed cur 'virginem' nominat uxorem Nini, et de qua ista Africanus in Chronographicis: πολλαχοῦ τῆς γῆς ἔγειρε χώματα προφάσει μὲν διὰ τοὺς κατακλυσμοὺς, τὰ δ' ἦν τῶν ἐρωμένων ζώντων κατορυσσομένων. Sed 'virginis' vocabulum non adeo angustis finibus circumscribendum. Virg. 'Amazonas' nominat 'virgines,' cum tamen sexum propagarint. Ita Luna 'menstrua virgo,' quæ tamen conjux Tithoni, Memnonis mater, Endymionis deliciæ; ita Chryseis Homero κόρη, quod et Eustathius notat, 43. Vide ambitiose agentem de hac re Taubmannum olim nostrum ad Virg. Culicem 270. Ita 'viduæ' vocabula et 'nubere,' laxius sæpe sumuntur: qua de re Scipio etiam Gentilis ad Apuleii Apol. 762. Ita Silius Pyrenen defloratam, 'virginis' tamen titulo honorat, III. 'Lugendam formæ,' &c. De Semiramide vero illiusque nomine, vita, prolixe Loënsis Tomo quinto Criticor. VI. 22. Herodot. I.

Assyriæ, feret hæc potius discrimina linguæ,
Tela Jovis, nulli spatiosior æthere tractus
Contigit, aut tantum patiens indulsit Olympus.
Pene pares totam turres sparguntur in urbem,
Cyclopum fassæ studium, civisque superbus
Celsa petens, fastidit humum: surgentia passim
Exhalant piceas incensa pyralia flammas.
Ingenti Ucalegon consumens aëra tecto,
Arduus alta petit, Antenor mœnibus æquis
Certat: at inconstans, nec major, nec minor, ægris
Anchises parcit pedibus, gressumque perosus
E speculis videt urbis opes, plaususque viarum.
Haud procul incumbens, urbi mediantibus arvis
Idæus consurgit apex, vetus incola montis
Sylva viret, vernat abies procera, cupressus

NOTÆ

Diod. Sicul. xi. Strabo iv. Curtius v. Plinius viii. 42. Solinus, bonorum auctorum fucus, 60. Hyginus de illis qui se ipsas confecerant, 243. 'Semiramis Babylonia equo amisso in pyram se conjecit.' Justinus equum ab illa πρὸς συνουσίαν amatum refert, in Hygino rectius 'equo admisso' legas.

493 *Feret hæc potius discrimina linguæ*] Genes. 11. Joseph. i. 6. Antiquit. Philonis etiam liber est περὶ συγχύσεως διαλέκτων.

499 *Exhalant piceas incensa pyralia flammas*] Πυρήϊα sive funalia, et λαμπτῆρας intelligo, quibus nocturnæ stationes tenebras vincunt, ut Florus ii. 1. 'prælucere funalia.' Vide prolixe doctiss. Casaub. in xv. Athenæi, 630. Latinus Pacatus in Panegyr. 'accensis funalibus auctum diem,' ait.

500 *Ingenti Ucalegon consumens aëra tecto, Arduus alta petit*] Virg. ii. Æn. imitatur, οὐκ ἀλέγων φιλοκίνδυνος et ῥιψοκίνδυνος esse solet: facile itaque incendium ex incuria oboritur. Juvenal. 'jam frivola transfert Ucalegon.' 'Arduus alta petit,' ut Virgil. 'Perfidus alta petens.'

502 *Inconstans, nec major, nec minor*] Prius ad animum, hoc ad staturam τετράγωνον refero. Tibull. iv. 'Nec tamen hinc aut hinc tibi laus majorve, minorve.' Inibique: 'si versus noster totusve minusve.' Propert. ii. in fine: 'Nec minor his animis, nec se minor.' Manil. ii. 'Nec deest, nec superest census.' Auson. Idyl. 9. 'Teque inter geminas species neutrumque et utrumque.'

507 *Vernat abies, &c.*] Dæmonium hominis Julius Cæsar Scaliger in Hypercritico Papinium non immerito arguit, in uno nemore tam diversas ponentem arbores: et sane videtur a natura abludere. Poëtis tamen hoc non est insolens: fecit ante, quamvis parcius, xi. Æn. 135. Virg. item vi. Æn. Effuse Ovid. x. Metam. Claudian. ii. de Raptu Pros. Callimachus in hymno Cereris. Seneca in Hercule Œtæo. Varro in Parmen. ut ex Nonio conferruminat Jos. Scalig. Conject. 119.

Flebilis, interpres laurus, vaga pinus, oliva
Concilians, cornus venatrix, fraxinus audax,
Stat comitis patiens ulmus, nunquamque senescens
Cantatrix buxus, paulo proclivius arvum
Ebria vitis habet, et dedignata latere
Canicolam poscit Phœbum, vicinus aristas
Prægnantes fœcundat ager, nec plura Falernus
Vina bibit, non tot pascit Campania messes.
Proxima rura rigant, alio peregrinat ab orbe
Visurus Trojam Simois, longoque meatu

513 *Canoclam.* Ms. marg. Lege, *Cœli oculum*; vel, *Cœlicolam.* Dresem. Vide not.—516 *Rigans* Ms. marg.

NOTÆ

513 *Canicolam*] In ora libri *canoclam*, scripserat *cœlicolam*, vel, quod melius, *Cœli oculum poscit Phœbum.* Apud Ovid. Sol de seipso: 'Omnia qui video, per quem videt omnia tellus, Mundi oculus.' IV. Met. 'et virgine figis in una Quos mundo debes oculos.' Plinius, 'Sol cor mundi.' Lucret. V. 'lucis caput, radiatum insigne diei.' Hesiodus Solem, Διὸς vocat ὀφθαλμόν. Clem. Alex. V. Strom. 410. ὁ ἥλιος, ὥσπερ ἡ λυχνία, μέσος τῶν ἄλλων πλανητῶν τεταγμένος, τοῖς θ' ὑπερ αὐτὸν, τοῖς θ' ὑπ' αὐτὸν κατά τινα θείαν μουσικὴν ἐνδίδωσι τοῦ φωτός. quæ ad verbum fere eadem apud Philonem III. de vita Mosis, 518. vide etiam Nazianz. Orat. 304. 559. Pisidas Solem κοινὸν ὄμμα vocat. Ambros. 'Sol oculus est mundi, jucunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, creaturæ præstantia.' Orpheo est πανδερκής. Vide plura apud Meurs. in Critic. II. 35. et μελιτουργοῦσαν illam μέλισσαν, Weitzium Comment. in Prudent. 737. Oculi vero vocem Pindar eleg. sæpe usurpat: Σικελίας ἔσαν ὀφθαλμὸς, Olym. Od. II. ποθέω στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, Od. VI. ὄμμα φαεννότατον ξείνοισι. Pyth. V. Ita δίκης ὀφθαλμὸς, Diphilus apud Clem. Alex. VI. 442. Ita Achilles Tatius rosam ὀφθαλμὸν ἀνθέων, quod Sapphus esse Stephanus existimat. Philostratus etiam 894. in epist. τὰ ῥόδα, γῆς ὄμματα nominat. Horat. 'Solem Asiæ, Brutum appellat I. Sat. 7. Demosthenis illud venustum est de Atheniensibus Philoxeni, præfecti Alexandri conspectu perterritis: τί ποιήσουσιν τὸν ἥλιον ἰδόντες, οἱ μὴ δυνάμενοι πρὸς λύχνον ἀντιβλέπειν. Plut. περὶ δυσωπίας. Athenæus X. 425. scribit œnoptas vocatos ὀφθαλμοὺς, tanquam inspectores convivii. Ita Nazianzenus Orat. XXXII. 517. Constantinopolim vocat οἰκουμένης ὀφθαλμόν.

514 *Nec plura Falernus Vina bibit*] 'Fumosos veterum proferre Falernos,' ut Tibul. loquitur. Horatio frequens, sed in laudibus vini tantum. Incolas eo nomine hic insignit, nisi forte συνεκδοχῇ agro Falerno, ut Plinius sæpe loquitur lib. XIV. 3. et 6. incolas comprehendit.

516 *Alio peregrinat ab orbe*] Vide supra v. 74.

Emeruisse velit, ut per tot regna, tot urbes,
Exeat æquoreas tandem Trojanus in undas:
Dumque indefesso miratur Pergama visu
Lapsurum suspendit iter, fluviumque moratur
Tardior, et totum complecti destinat urbem:
Suspensis infensus aquis violentior instat
Nereus, atque amnem cogens procul ire minorem,
Proximus accedit urbi: contendere credas
Quis propior: sic alterius concurritur undis,
Sic crebras iterant voces, sic jurgia miscent.
Undique siderei majestas conflua mundi
Iliacum dignata solum, juga, mœnia, pontum
Vestit, et astrifero dat respiramina collo.
Idæos Cybele colles colit, ipsa superbis
Regnatura jugis, reliquos tibi, Delia, saltus
Donat, et Idæis pensat venatibus orbem.
Pampineum te, Bacche, nemus, te spicea cingit
Sylva, Ceres, Neptunus aquas, navalia Phœbus,
Arces Pallas habet, et habetur Pallade fatum.

NOTÆ

519 *Exeat æquoreas tandem Trojanus in undas*] Similem fluviorum ambitionem vide in Mosella Ausonii 353. 295. Sequentia non abludunt ab illis Claudiani, de 6. Cons. Honorii, 'Advena Nereus,' &c.

530 *Astrifero dat respiramina collo*] Atlantis, qui tibicen et destina cœli fingitur: vide Apollon. II. Bibliothec. 105. Arnob. II. 'Quando siderum motus, aut ratio cœpta est genethliaca sciri? Non post Theutin Ægyptium, aut post Atlantem, ut quidem ferunt, gestatorem, bajulum, tibicinem illum ac destinam cœli.' Simile egregium hinc desumsit Claud. De laud. Stilic. I. 143. Hyg. fab. 150. 'Atlanti, qui dux Titanum fuit, Jupiter cœli fornicem super humeros imposuit: qui adhuc dicitur cœlum sustinere.' Hunc Clem. Alex. I. Stromat. Phryga, alterum, qui πρῶτος ναῦν ἐναυπηγήσατο, Libycum facit, p. 225. Ejusdem fere sententiæ est illud Petron. Arbitri: 'Sentit terra Deos, mutataque sidera pondus Quæsivere suum: namque omnis regia cœli In partes deducta fuit.' Papinius etiam, 'proclamatque adici cervicibus Atlas.' Vide Meurs. Critic. ad Arnob. II. 13. Philo vero vere dixit: οὐδὲν τῶν ἐν ὅλαις κραταιὸν οὕτως, ὡς τὸν κόσμον ἀχθοφορεῖν ἰσχῦσαι. De plant. 168.

536 *Et habetur Pallade fatum*] Palladium, de quo fuse Meurs. ad Lycophron. pag. 110. Apollod. III. Ovid. VI. Fast. Herodianus cœlo decidisse id ait, I. Inde Phrygio agro Pessinuntis nomen. Dionys. Halic. VI. Servius III. et V. Æn. Pausanias, in Corinthiacis, Argivos illius ἀγάλματος possessionem sibi arrogasse refert. 65. Alii Nautem Æneæ socium illud in Italiam asportasse volunt. Salvum

Est sacer urbe locus media, modicumque laborat
In cumulum pygmæus apex, quem surgere plene,
Quem plane residere neges: hic celsa superbi
Fulgurat ara Jovis, non sceptro et fulmine nudi,
Non qualem Tyrius, non qualem prædicat Indus.

NOTÆ

illud et illæsum etiam post Fimbriæ ἅλωσιν inventum, asserunt Appianus et Jul. Obsequens. Vide Vivem ad III. 7. Augustini de Civit. Dei. Firmicus Abarim Scytham id fecisse et consecrasse vult: quod maximus Scaliger miratur in comment. ad Euseb. 46. Meus vero liber habet *avarum Scytham.* Clem. Alex. et Arnob. ex ossibus Pelopis illud fabrefactum scribunt: ille vero in Protrep. 23. duplex ex Appellæ sententia fuisse vult.

537 *Est sacer urbe locus media*] Dares: 'Regiam quoque ædificavit, ibique Jovis aram statuamque consecravit.'

Modicumque laborat In cumulum pygmæus apex] Pygmæum nominat, id est, parvum, quia tumulum modicum dixerat. Pygmæi Hesychio quasi πηχυαῖοι, cubitales: nisi 'pygmæum apicem' intelligas similem manus in pugnum contractæ. Hesych. πυγμὴ, γρόνθος πηγτή.' ἤγουν τὸ συγκεκλεῖσθαι δακτύλους. Juven. 'virginem Pygmæam,' Sat. VI. Auson. de tumulo tali, sed altiori: 'qua sublimis apex longo super ardua tractu Vitibus assurgit,' Idyl. 9. Sic v. 264. Noster: 'juga crurum.' Haud absimile Guntheri illud. IV. 'Thuscique crepundia montis.'

539 *Celsa superbi Fulgurat ara Jovis*] Hercæi puto ad quam *VI. Priamus* occiditur. Ilio exciso, in divisione prædæ signum Hercæi Jovis Sthenelo Capanei filio κλήρωτὶ obtigit. Pausan. in Arcad.

541 *Non qualem Tyrius*] Belum et Jovem Hammonium innuit Hyg. cap. 133. et II. Astron. Poët. p. 69. capite, Aries: vide Meurs. in Criticis ad Arnobium VI. 2. Ciceronis verba sunt de Nat. Deor. III. 'Quintus Jupiter in India, qui Belus dicitur.' Ζῆνα Λίβυν Nonnus vocat. Vide Lilium Gyraldum in Jove. In primis vero maximum Scaliger. in Canonibus Isagog. ad Euseb. III. p. 313. Lucan. IX. 'Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum Inculti Garamantes habent: stat corniger illic Jupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans, Aut similis nostro, sed tortis cornibus, Ammon. Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes Templa; nec Eois splendent donaria gemmis. Quamvis Æthiopum populis, Arabumque beatis Gentibus, atque Indis unus sit Jupiter Ammon,' &c.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Mittitur a Priamo legatio sancta secundo
Ad proceres Danaum, repetant qui pace sororem
Hesionem, magna vi nuper ab Hercule raptam.
Judicium Paridis sequitur, quo judice disces,
An Venus, an Juno, vicitve decore Minerva.

JAM floret Priamus populoso pignore felix,
Felix conjugio, felix natalibus arvis,
Si Superi, si fata sinant, si stare beatis
Permissum: videt Alecto, quas fregerat, arces
Fortuna meliore frui: videt, ardet et hydris
Irascens circumque genas et tempora crebris.
Mene, inquit, reginam Erebi, mundique potentem,
Atque utinam cœli, regnum mortale lacesset
Æternum? pudet heu! lascivit terra superstes

2 *Armis* Ms. marg.—8 *Lacessit* ed. Mori: *lacesset* cet.

NOTÆ

3 *Si stare beatis Permissum*] Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ut, imitatione Solonis, Theognis dixit; et Thucydides, et Philistus apud Clem. Alex. VI. Strom. 249.

8 *Regnum mortale lacesset Æternum*] Talem Virgilius Junonem I. et VII. Claudianus Alecto inducit I. in Rufinum: συμφοραὶ γὰρ ἐθνῶν εὐωχία φαύλων δαιμόνων, ut ait Synesius de Provid. 97. Δεινότητα vero habent illa, quæ instar ἐπιφωνήματος sequen-

Post Danaos, quibus usa fuit nostrisne triumphis
Contendit, vincique negat? ruat ocyus ergo
A cunis concessa mihi. Sic questa, quietem
Invidet exiguam Priamo, raptumque sororis,
Servilemque colum, et lacrymas objectat inultas.
O hominum Superumque pater, si numina curas,
Cur hominem plectis? miseræne quod incola terræ,
Despicitur? certe lacrymis noctique dedisti
Proscriptas a luce animas. Pater optime tandem
Flectere, redde polo reduces, vel funera saltem
Exilii tutare tui: cur impia sævit
Alecto in miseros? cur Pergama dia fatigat,
Tot Superis confisa suis? tolle, inclyta, tolle,
Virgo, moras, nec passa premi, quas incolis, arces,
Gorgone prætenta Stygias perstringe Medusas.

10 Ed. Basil. Spondan. et Mori *Post Danaos quibus usa fui, u. &c.*

NOTÆ

ti versu attexuntur, ut notavit magnus Scaliger in Poët. v. Sic Virgilius sæpe: 'potuisti linquere solam, Crudelis?' 'Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.' Ita Hom. σχέτλιε.

19 *Vel funera saltem Exilii tutare tui*] Hominum nempe exulum. Ita 'conjugium' pro conjuge, Propert. Juvenal. II. 'cœnam' pro cœnantibus. Papinius, 'ne quo convivia migrent,' pro convivis. 'Exodium' pro exodiario, Juv. Sat. III. Papin. II. Theb. 'turbataque mussant Concilia,' VI. 'erecto timeant spectacula voto,' pro spectatoribus. 'Matrimonia' pro uxoribus, Liv. lib. x. Suet. II. etiam IV. Justini Trogus III. 'ut severius matrimonia sua viri coërcerent.' Sic 'carcer,' qui in carcere; 'ergastulus,' Lucilio, qui in ergastulo. Vide Scalig. ad Festum, p. 36. 'Consilia' pro consiliariis, Suet. in Aug. Adde Casaub. ad Sueton. Scalig. in Triumviros Amorum, Bernartium in II. lib. Thebaid.

22 *Tot Superis confisa suis*] Faventibus, et *συναγωνιζομένοις*, ut 'populo suo facere.' Aristophan. in Equitibus: *ὡς σφόδρα συ τὸν δῆμον σεαυτοῦ νενόμικας.* Hor. Epod. 9. 'ventis iturus non suis.' Ovid. Met. IV. 'Vota suos habuere Deos.' Virg. XII. Æn. 'nec Dii texere Cupencum, Ænea veniente, sui.' Ovid. 'Audiat averso non meus aure Deus.' Et, 'Protinus ipsa meos auguror esse Deos.' Virg. 'non numine nostro.' Papin. paulo aliter Theb. XII. 366. 'quem temeraria quæris nocte mea?' Theb. XII. 611. aliter Œdipus de filiis, 'crudeles nimiumque mei.' Cornel. Severus, 'hic meus est, dixere, dies;' quod solœcum Porcellus arguebat Grammat. apud Senecam Suasoria 2.

Tolle . . . quas incolis, arces] Quia in fine I. dixerat, 'Arces Pallas habet.'

En aras, en thura tibi communia poscunt
Nutrices scelerum Furiæ: noctisque tyrannos
Exorare jubent cœlum inter mœnia clausum,
Concives habuisse Deos. Hem linquet inultum
Tisiphone, regique suo cultore negato,
Quam dedit invidiam Phrygius luet. Ecce profundis
Curarum furiis vigilique impulsa dolore
Mens Priamum in diversa trahit: nunc Marte reposcit
Hesionem, nunc bella timet. Sententia tandem
Fortior inniti precibus, tentare Pelasgos
Blanditiis: voce hac legatum Antenora demum
Instruit, et parvo claudit mandata libello.
   Hactenus, invicti gens imperiosa Pelasgi,
Libertas Asiæ nullis concussa vigebat
Casibus: invidit solitum fortuna favorem,
Et rerum decrevit apex: verum Hercule vinci
Turpe minus, tantoque leves auctore ruinæ.
Nunc quia conciliat humiles favor, exuo regem,
In miseras descendo preces: sic India Bacchum,

NOTÆ

25 *En aras, en thura tibi*] In ora erat 'sibi,' quod melius.

27 *Cœlum inter mœnia clausum, Concives habuisse Deos*] Refer ad τὸ 'jubent:' vel in seq. versu lege, 'an linquet inultum Tisiphone,' et conjunge cum prioribus, concives nempe Deos cœlum quasi mœnibus clausum solos inhabitare, Furiis exclusis. Eo facit vs. 7.

29 *Regique suo cultore negato*] Plutoni.

40 *Verum Hercule vinci Turpe minus, tantoque leves auctore ruinæ*] Sic Tellus apud Ovid. 'clademque auctore levare,' et II. 'pœnamque levavit honore,' IX. 'Magnaque dat nobis tantus solatia victor.' XII. 'solamen habeto Mortis, ab Æmonio quod sis jugulatus Achille.' Sic Virg. 'Ænee magna dextra cadis,' X. Ita et VI. 198. 'Tantoque sub hoste Nulli turpe mori.' Capaneus apud Papin. Theb. IX. 'ego vulneris auctor, Lætus abi, multumque aliis jactantior umbris.' Isidoro Pelus. IV. Ep. 27. *φέρει γάρ τινα φιλοτιμίαν τοῖς κεκρατημένοις ἡ τῶν κεκρατηκότων ὑπεροχή.*

42 *Nunc quia conciliat humiles favor*] Idem cum isto Senecæ Thebaid. 'Miseros magis fortuna conciliat suis.' Papin. IV. Theb. 'seu quos movet exul, et hæsit Tristibus aucta fides.' Ψευδεγέσιππος, I. 'Alexandro ex ipsis sex millia sese adjunxerant, more quodam humani ingenii, astipulanti-

Sic Cyrum Crœsus, Tamirim sic, Cyre, rogabas.
At si Parca prior, qua cœperat ire, mearet,
Ipse orandus eram, geminumque impensus in usum
Aut pacem regerem judex, aut prælia princeps.
Proh Superi, quæ dira orbem deludit Erinnys!
Exieram miles, tractabam prælia ductor,
Victor eram: sed cur Eoo blanda triumpho,
Si mœstos læto reditus, Fortuna, parabas?
Hæccine post tantos mihi debita pompa labores?
Sic metui tibi, Troja, dari, quæ læta parabas
Cum redii? Sæva illa dies, semperque gemenda,
Qua reduci primum patriæ mœstissima clades
Visa, audita simul: melius, quem fecimus, hostis,
Aut cui factus eram, vitam hanc tot tristia passam
Rupisset gladio. Sceptrone et culmine regni
Dulce frui? Sic, sic fratrum patrisque peremti,
Sic raptæ memor Hesiones? miserescite magni

NOTÆ

bus ad misericordiam rebus adversis.' Philo libro de judice, ἔλεος ἐπ' ἀτυχήμασιν, p. 577. Philostratus etiam scite, ὅσοι ἂν κοινωνήσωσι συμφορῶν, ἀγαπῶσιν ἀλλήλους, τὸν ἔλεον τοῦ ἐλέου ἀντιδιδόντες, in Heroicis, p. 656. Rhetores quoque cum Fabio aiunt 'favorem naturaliter pro reo facere:' et Gaius D. de reg. juris 25. 'Favorabiliores rei potius, quam actores videntur.' Causas rei habes apud principem Philosophorum, Rhet. et probl. XIII. 29. Phocionis illud de favore et misericordia est insigne: οὔτ' ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, οὔτ' ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον. Stob. Serm. I.

44 *Tamirim sic, Cyre, rogabas*] Tomyris est Græcis: item Tibullo IV. 'nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe.' Circa vero obitum Cyri variant: Herod. in fine Cleius, illum in acie occisum, vult: Diod. Sicul. II. vivum captum et in crucem actum: Xenophon in lectulo suo mortuum scribit, vel fingit potius, VIII. Philostratus in Heroic. ait Cyro ex Orphei capite Lesbium oraculum esse datum, τὰ ἐμὰ, ὦ Κῦρε, σά. Cyrus ad regionem transtulit, quod ad genus mortis referebatur. Quod vero Cyrus Tomyrin rogarit, illorum nihil Herodotus et Diodorus. Ingenti vero ἀναχρονισμῷ Cyrum bello Trojano antiquiorem facit. Sed hanc licentiam προλήψει excusant Poëtæ. Vide Scalig. III. Poët. 49. Vossium in Rhetoricis V. 3. Tale quid in Sophocle illius Græcus interpres notat initio Trachiniarum 680. Posset etiam ἐπεμβολῇ ille versus includi et cancellari, ac si Poëtæ attribuatur illa comparatio cum ἀποστροφῇ.

56 *Melius, quem fecimus, hostis, aut cui factus eram*] His Græcos, illis Eoos Phrygas signat.

Myrmidonum proceres. Cæsum lugere parentem,
Exhaustam vidisse domum, lapsosque penates,
Sit satis: Hesionem lacrymis solatia tantis
Reddite. Parva quidem posco, sed muneris instar
Majoris, vitæ pariter, pariterque saluti
Exanimem dabitis. Sic postquam questus et ipsi,
Et cui charta datur, tepidus fluit humor in ora.
  Antenor, Zephyris blandum spondentibus æquor,
Haurit iter: rapiensque ducis mandata per undas,
Magnesii fines, Sparten prætervolat altam,
Fatidicamque Pylon, paucis ubi tracta diebus
Otia dequestus cedit: non Pelea magnum,
Tyndaridas geminos, Pyliam flexere senectam
Verba ducis: læti tandem Telamonis ad urbem
Flectit iter, Lachesisque fugam vestigat in omnes.
  Regia celsa nitet, complutaque murice multo
Purpura Sidonios dispergit in atria luxus,
Solennem confessa diem, qua jungit herilem
Juno torum: læto cuncti connubia plausu
Concelebrant, populoque suo certamina prima
Ventripotens ponit genius: cœnare decorum,
Et mensas variare juvat: nec pocula desunt

NOTÆ

70 *Magnesii fines*] Lego, ut Lucretius VI. 'MagnesI flumina saxi.'

71 *Fatidicamque Pylon*] Cur *fatidica*: et quænam? tres enim cognomines in Pelopis ista insula. Prius Apollodorus I. me docuit: habitavit ibi Melampus vates: de quo mira inibi.

72 *Otia dequestus*] Moras nempe et comperendinationes. Vide Caroli Paschalii Legatum 36. Papin. I. 'similesque Notos dequestus et imbres.' Guntherus I. 'dequesti crudelia facta tyranni.'

75 *Lachesisque fugam vestigat in omnes*] VI. 770. 'Fati fuga sola timetur:' quia legatus tutum iter et admissionem quærebat: solebant id facere ramo oleæ velato lana. Luc. III. 'cultuque insigne verendo Vittatæ laurus et supplicis arbor olivæ.' Sic apud Virg. 'pacem præfatur oliva.' Cum ambitu vide agentem de istac re Paschalium De legat. 22.

76 *Complutaque murice multo*] Vid. I. 471.

81 *Ventripotens ponit genius*] Γαστρίμαργος. Ita Papinius V. Sylv. 'ventriloqui,' ἐγγαστριμύθων σωμασκίαν, vero non inscite describit.

82 *Et mensas variare juvat*] Satin' cante, pro isto quidem sæculo? nisi per mensas, ut ait Ovid. IX. Metam. 'felicia poma secundas,' τραγήματα et μελίπηκτα intelligit; quod non vi-

Fœcundam factura sitim: repetisse voluptas,
Et vires conferre libet: civiliter ipsi
Indulgent proceres cyathis, bibulique clientes,
Heus Hymenæe! sonant, et in aurea pocula fusi,
Invitant sese pateris: plebs mixta Britanni
Certatura sibi, longique potentior haustus,
Plebeios gaudet calices et sobria vina
Regali mutasse mero: redimitque voluptas
Rara moras, nec cessat hians, dum pectore victo
Lingua fluat, crescant lychni, vestigia nutent.

87 *Tyrannis* Dresem. Vide not.

NOTÆ

detur; vel pro ferculis, ut Claud. 2. in Entrop. 'corruptasque dapes variasse decorum:' de qua re Casaub. in August. Suet. 100. Ita 'mensas variare,' esset παραθέσεις vel missus (Suet. nominat 'fercula') mutare. Mensas vero in dapsilioribus conviviis et Romani et Græci variabant: eratque etiam altera esculentorum, eaque duplex ex carnibus et fructibus: altera poculentorum: qua de re Casaub. ad Athen. XI. 2. Plutarch. in Agide et Cleomene. Ovid. 'Mensaque purpureos deserit alta viros.' Sic Cleopatra, apud Plin. IX. 35. unionem haustura, 'mensam secundam' inferre jubet. Vide Lips. II. Elect. Victor. Var. Lect. I. 1. Salmuthi et Pancirol. de cibo capiendo 503. ἐναλλάττειν τράπεζαν etiam Chrysostomo usitatum, Homil. 4. 72. ad populum Antiochen.

87 *Invitant sese pateris: plebs mixta Britanni*] Guil. Cambdenus, cui nomen et famam restitutam Josephus hic debet, in sua Britannia, p. 33. ita scribit: 'Quod vero Britannos una cum Hercule in Hesiones raptu affuisse colligatur ex his Cornelii, ut existimant, Nepotis, versibus, dum nuptias Telamonis et Hesiones describit, 'et in aurea pocula fusi, Invitant sese pateris, plebs mixta Britanni,' &c. Plane poëticum est.' Hactenus ille. Dares Phrygius, cujus vento Noster navigat, nihil de Britannis, Dictys, ad quem interdum respicit, tantumdem. Quinam vero Britanni in aula Telamonis? vel quis Brutus inibi? (nam a Trojano quodam Bruto deducere quosdam novi) a quo Britannis concilium nominis? λῆροι λήρων, καὶ φλήναφοι μακροί! qui facile excluduntur, si legas et interpungas mecum, 'plebs mixta tyrannis:' ἀρχαικῶς. Firmant id sequentia, 'Plebeios gaudet calices et sobria vina Regali mutasse mero.'

90 *Redimitque voluptas Rara moras*] Papin. Theb. VII. 'Præcipitant redimuntque moras.'

92 *Lingua fluat, crescant lychni, vestigia nutent*] Id scilicet lucrifaciunt non ἀκροθώρηκες et ἀκρομέθυσοι, sed Furii illi bibaculi, κυλίκων ἐρέται. Οἶνος γὰρ οὐκ ἔχει πηδάλια, ut est apud Athenæum, δίθυρον τὸ στόμα ποιεῖ. Et, ut scite dictum, ἀνὴρ πιὼν τὸν οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος, Σκυθιστὶ φωνεῖ, μηδὲ κάππα γινώσκει. Lucret. III.

Cetera multiplici lascivit curia plausu:
Pars syrtis, pars grata lyris, pars ore canoro
Nativas ostentat opes, contentaque nervis
Arteriæ, non artis opem, non carmina nervi
Ad vocis mendicat opus: se quælibet ornat
Musa libens, quæ voce placet, quæ dote superbit.
Non tamen indulgent studiis communibus omnes:
Ætatum parium similis concordia: narrat
Cum sene canicies, ludit cum pube juventus.
At moduli alternat libamina prima Choraules
Prævius, et docilis hoc explicat ore choreas:

NOTÆ

Præpediuntur 'Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens, Nant oculi.' Gemina apud Senecam Epist. 83. Et Bacchylides II. apud Athenæum γραφικῶς. De Ebrietate vero vide Basilii Orationem, Philonem περὶ φυτουργίας, et lib. singulari περὶ μέθης, Clem. Alex. II. 2. Plin. XIV. 22. Stobæum de Ebriet. Chrysost. ad populum Antiochen. Homil. I. et in Epist. ad Rom. qui ὑγρὸν βίον et διακεχυμένον toties et jure merito Homiliis suis auro contra differt. *Vestigia nutent*] Papin. Theb. IV. de eadem re, 'succiduique gradus.' Anthol. IV. μεθυσφαλὲς ἴχνος ἑλίσσει.

94 *Pars syrtis, pars grata lyris*] Συρτὰ refero ad tubas ductiles: ὄργανα ἐντατὰ nominat Nicomachus Gerasenus Musices I. 65. Sacræ literæ frequenter, ἐν ὀργάνοις, κερατίναις.

Pars ore canoro Nativas ostentat opes] Assam scilicet vocem, quam Arist. VIII. Polit. 5. ψιλὴν: distinguit enim pluribus inter ᾠδὴν et αὔλησιν, ut et Fulgent. III. Mythol. de Apolline et Marsya. Longus II. Pastoralium, ἡ μὲν ᾖσεν, ὃδ' ἐσύρισεν. Phrynicus, ψιλὸς αὐλητὴς, assus tibicen, p. 29. De assa voce vide Conject. Scalig. 121. Varronem in Logistorico, 291.

96 *Contentaque nervis Arteriæ*] 'Αρτηρία. Itaque per συνέπειαν trisyllabum erit; ut Horat. 'luscinia,' et vindemiator. Ita in veteri epigrammate apud Plinium XXXV. 10. 'Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus.' Vide VI. 384. et infra 126.

100 *Narrat Cum sene canicies*] *Garrit* malim, λεσχηνεύεται, λαρυγγίζει, quod solet fieri ἐν ἐπικυλικείοις λόγοις, ut Græci vocant. Casaub. Athen. I. Ita Horat. 'garrire libellos.' Propertius, 'quam multa apposita narramus verba lucerna,' quod Suetonio in Aug. 'summissim fabulari.' Long. Pastoral. II. 2. καὶ οἷον δὴ γέροντες ὑποβεβρεγμένοι πρὸς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον.

102 *Choraules Prævius*] Qui τῷ χορῷ αὐλεῖ, ad chorum tibia canit: alius vero qui digitis chironomus et pedibus gestiens voce tibiarum et fistularum sonum imitatur. Sidonius, 'date ravulos choraulas,' &c. Vide Scalig. ad Propert. 284. Ita λυρῳδὸς, qui lyra, αὐλῳδὸς, qui ad tibiam. Vide eundem in Eusebianis Animad. 155. et prolixe etiam Casaub. ad Athen. XIV. 2. 562. 'Malus choraules, bonus symphoniacus.' Augustin. Arist. 8. Polit. 6. tanquam rarum notat, ἐν Λακεδαίμονί τις χορηγὸς αὐτὸς αὔλησε τῷ χορῷ, erat enim id Choraulæ.

Est sacer urbe locus media, modicumque laborat
In cumulum pygmæus apex, quem surgere plene,
Quem plane residere neges: hic celsa superbi
Fulgurat ara Jovis, non sceptro et fulmine nudi,
Non qualem Tyrius, non qualem prædicat Indus.

NOTÆ

illud et illæsum etiam post Fimbriæ ἅλωσιν inventum, asserunt Appianus et Jul. Obsequens. Vide Vivem ad III. 7. Augustini de Civit. Dei. Firmicus Abarim Scytham id fecisse et consecrasse vult: quod maximus Scaliger miratur in comment. ad Euseb. 46. Meus vero liber habet *avarum Scytham*. Clem. Alex. et Arnob. ex ossibus Pelopis illud fabrefactum scribunt: ille vero in Protrep. 23. duplex ex Appellæ sententia fuisse vult.

537 *Est sacer urbe locus media*] Dares: 'Regiam quoque ædificavit, ibique Jovis aram statuamque consecravit.'

Modicumque laborat In cumulum pygmæus apex] Pygmæum nominat, id est, parvum, quia tumulum modicum dixerat. Pygmæi Hesychio quasi πηχυαῖοι, cubitales: nisi 'pygmæum apicem' intelligas similem manus in pugnum contractæ. Hesych. πυγμὴ, γρόνθος πηγτή.' ἤγουν τὸ συγκεκλεῖσθαι δακτύλους. Juven. 'virginem Pygmæam,' Sat. VI. Auson. de tumulo tali, sed altiori: 'qua sublimis apex longo super ardua tractu Vitibus assurgit,' Idyl. 9. Sic v. 264. Noster: 'juga crurum.' Haud absimile Gutheri illud. IV. 'Thuscique crepundia montis.'

539 *Celsa superbi Fulgurat ara Jovis*] Hercæi puto ad quam VI. *Priamus* occiditur. Ilio exciso, in divisione prædæ signum Hercæi Jovis Sthenelo Capanei filio κλήρωτὶ obtigit. Pausan. in Arcad.

541 *Non qualem Tyrius*] Belum et Jovem Hammonium innuit Hyg. cap. 133. et II. Astron. Poët. p. 69. capite, Aries: vide Meurs. in Criticis ad Arnobium VI. 2. Ciceronis verba sunt de Nat. Deor. III. 'Quintus Jupiter in India, qui Belus dicitur.' Ζῆνα Λίβυν Nonnus vocat. Vide Lilium Gyraldum in Jove. In primis vero maximum Scaliger. in Canonibus Isagog. ad Euseb. III. p. 313. Lucan. IX. 'Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum Inculti Garamantes habent: stat corniger illic Jupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans, Aut similis nostro, sed tortis cornibus, Ammon. Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes Templa; nec Eois splendent donaria gemmis. Quamvis Æthiopum populis, Arabumque beatis Gentibus, atque Indis unus sit Jupiter Ammon,' &c.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Mittitur a Priamo legatio sancta secundo
Ad proceres Danaum, repetant qui pace sororem
Hesionem, magna vi nuper ab Hercule raptam.
Judicium Paridis sequitur, quo judice disces,
An Venus, an Juno, vicitve decore Minerva.

JAM floret Priamus populoso pignore felix,
Felix conjugio, felix natalibus arvis,
Si Superi, si fata sinant, si stare beatis
Permissum: videt Alecto, quas fregerat, arces
Fortuna meliore frui: videt, ardet et hydris
Irascens circumque genas et tempora crebris.
Mene, inquit, reginam Erebi, mundique potentem,
Atque utinam cœli, regnum mortale lacesset
Æternum? pudet heu! lascivit terra superstes

2 *Armis* Ms. marg.—8 *Lacessit* ed. Mori: *lacesset* cet.

NOTÆ

3 *Si stare beatis Permissum*] Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ut, imitatione Solonis, Theognis dixit; et Thucydides, et Philistus apud Clem. Alex. VI. Strom. 249.

8 *Regnum mortale lacesset Æternum*] Talem Virgilius Junonem I. et VII. Claudianus Alecto inducit I. in Rufinum: συμφοραὶ γὰρ ἐθνῶν εὐωχία φαύλων δαιμόνων, ut ait Synesius de Provid. 97. Δεινότητα vero habent illa, quæ instar ἐπιφωνήματος sequen-

Post Danaos, quibus usa fuit nostrisne triumphis
Contendit, vincique negat? ruat ocyus ergo
A cunis concessa mihi. Sic questa, quietem
Invidet exiguam Priamo, raptumque sororis,
Servilemque colum, et lacrymas objectat inultas.
O hominum Superumque pater, si numina curas,
Cur hominem plectis? miseræne quod incola terræ,
Despicitur? certe lacrymis noctique dedisti
Proscriptas a luce animas. Pater optime tandem
Flectere, redde polo reduces, vel funera saltem
Exilii tutare tui: cur impia sævit
Alecto in miseros? cur Pergama dia fatigat,
Tot Superis confisa suis? tolle, inclyta, tolle,
Virgo, moras, nec passa premi, quas incolis, arces,
Gorgone prætenta Stygias perstringe Medusas.

10 Ed. Basil. Spondan. et Mori *Post Danaos quibus usa fui, &c.*

NOTÆ

ti versu attexuntur, ut notavit magnus Scaliger in Poët. v. Sic Virgilius sæpe: 'potuisti linquere solam, Crudelis?' 'Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.' Ita Hom. σχέτλιε.

19 *Vel funera saltem Exilii tutare tui*] Hominum nempe exulum. Ita 'conjugium' pro conjuge, Propert. Juvenal. II. 'cœnam' pro cœnantibus. Papinius, 'ne quo convivia migrent,' pro convivis. 'Exodium' pro exodiario, Juv. Sat. III. Papin. II. Theb. 'turbataque mussant Concilia,' VI. 'erecto timeant spectacula voto,' pro spectatoribus. 'Matrimonia' pro uxoribus, Liv. lib. x. Suet. II. etiam IV. Justini Trogus III. 'ut severius matrimonia sua viri coërcerent.' Sic 'carcer,' qui in carcere; 'ergastulus,' Lucilio, qui in ergastulo. Vide Scalig. ad Festum, p. 36. 'Consilia' pro consiliariis, Suet. in Aug. Adde Casaub. ad Sueton. Scalig. in Triumviros Amorum, Bernartium in II. lib. Thebaid.

22 *Tot Superis confisa suis*] Faventibus, et συναγωνιζομένοις, ut 'populo suo facere.' Aristophan. in Equitibus: ὡς σφόδρα συ τὸν δῆμον σεαυτοῦ νενόμικας. Hor. Epod. 9. 'ventis iturus non suis.' Ovid. Met. IV. 'Vota suos habuere Deos.' Virg. XII. Æn. 'nec Dii texere Cupencum, Ænea veniente, sui.' Ovid. 'Audiat averso non meus aure Deus.' Et, 'Protinus ipsa meos auguror esse Deos.' Virg. 'non numine nostro.' Papin. paulo aliter Theb. XII. 366. 'quem temeraria quæris nocte mea?' Theb. XII. 611. aliter Œdipus de filiis, 'crudeles nimiumque mei.' Cornel. Severus, 'hic meus est, dixere, dies;' quod solœcum Porcelius arguebat Grammat. apud Senecam Suasoria 2.

Tolle . . . quas incolis, arces] Quia in fine I. dixerat, 'Arces Pallas habet.'

En aras, en thura tibi communia poscunt
Nutrices scelerum Furiæ: noctisque tyrannos
Exorare jubent cœlum inter mœnia clausum,
Concives habuisse Deos. Hem linquet inultum
Tisiphone, regique suo cultore negato,
Quam dedit invidiam Phrygius luet. Ecce profundis
Curarum furiis vigilique impulsa dolore
Mens Priamum in diversa trahit: nunc Marte reposcit
Hesionem, nunc bella timet. Sententia tandem
Fortior inniti precibus, tentare Pelasgos
Blanditiis: voce hac legatum Antenora demum
Instruit, et parvo claudit mandata libello.
  Hactenus, invicti gens imperiosa Pelasgi,
Libertas Asiæ nullis concussa vigebat
Casibus: invidit solitum fortuna favorem,
Et rerum decrevit apex: verum Hercule vinci
Turpe minus, tantoque leves auctore ruinæ.
Nunc quia conciliat humiles favor, exuo regem,
In miseras descendo preces: sic India Bacchum,

NOTÆ

25 *En aras, en thura tibi*] In ora erat 'sibi,' quod melius.

27 *Cœlum inter mœnia clausum, Concives habuisse Deos*] Refer ad τὸ 'jubent:' vel in seq. versu lege, 'an linquet inultum Tisiphone,' et conjunge cum prioribus, concives nempe Deos cœlum quasi mœnibus clausum solos inhabitare, Furiis exclusis. Eo facit vs. 7.

29 *Regique suo cultore negato*] Plutoni.

40 *Verum Hercule vinci Turpe minus, tantoque leves auctore ruinæ*] Sic Tellus apud Ovid. 'clademque auctore levare,' et II. 'pœnamque levavit honore,' IX. 'Magnaque dat nobis tantus solatia victor.' XII. 'solamen habeto Mortis, ab Æmonio quod sis jugulatus Achille.' Sic Virg. 'Æneæ magna dextra cadis,' X. Ita et VI. 198. 'Tantoque sub hoste Nulli turpe mori.' Capaneus apud Papin. Theb. IX. 'ego vulneris auctor, Lætus abi, multumque aliis jactantior umbris.' Isidoro Pelus. IV. Ep. 27. φέρει γάρ τινα φιλοτιμίαν τοῖς κεκρατημένοις ἡ τῶν κεκρατηκότων ὑπεροχή.

42 *Nunc quia conciliat humiles favor*] Idem cum isto Senecæ Thebaid. 'Miseros magis fortuna conciliat suis.' Papin. IV. Theb. 'seu quos movet exul, et hæsit Tristibus aucta fides.' Ψευδεγίσιππος, I. 'Alexandro ex ipsis sex millia sese adjunxerant, more quodam humani ingenii, astipulanti-

Sic Cyrum Crœsus, Tamirim sic, Cyre, rogabas.
At si Parca prior, qua cœperat ire, mearet,
Ipse orandus eram, geminumque impensus in usum
Aut pacem regerem judex, aut prælia princeps.
Proh Superi, quæ dira orbem deludit Erinnys!
Exieram miles, tractabam prælia ductor,
Victor eram: sed cur Eoo blanda triumpho,
Si mœstos læto reditus, Fortuna, parabas?
Hæccine post tantos mihi debita pompa labores?
Sic metui tibi, Troja, dari, quæ læta parabas
Cum redii? Sæva illa dies, semperque gemenda,
Qua reduci primum patriæ mœstissima clades
Visa, audita simul: melius, quem fecimus, hostis,
Aut cui factus eram, vitam hanc tot tristia passam
Rupisset gladio. Sceptrone et culmine regni
Dulce frui? Sic, sic fratrum patrisque peremti,
Sic raptæ memor Hesiones? miserescite magni

NOTÆ

bus ad misericordiam rebus adversis.' Philo libro de judice, ἔλεος ἐπ' ἀτυχήμασιν, p. 577. Philostratus etiam scite, ὅσοι ἂν κοινωνήσωσι συμφορῶν, ἀγαπῶσιν ἀλλήλους, τὸν ἔλεον τοῦ ἐλέου ἀντιδιδόντες, in Heroicis, p. 656. Rhetores quoque cum Fabio aiunt 'favorem naturaliter pro reo facere:' et Gaius D. de reg. juris 25. 'Favorabiliores rei potius, quam actores videntur.' Causas rei habes apud principem Philosophorum, Rhet. et probl. XIII. 29. Phocionis illud de favore et misericordia est insigne: οὔτ' ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, οὔτ' ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον. Stob. Serm. I.

44 *Tamirim sic, Cyre, rogabas*] Tomyris est Græcis: item Tibullo IV. 'nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe.' Circa vero obitum Cyri variant: Herod. in fine Cleius, illum in acie occisum, vult: Diod. Sicul. II. vivum captum et in crucem actum: Xenophon in lectulo suo mortuum scribit, vel fingit potius, VIII. Philostratus in Heroic. ait Cyro ex Orphei capite Lesbium oraculum esse datum, τὰ ἐμὰ, ὦ Κῦρε, σά. Cyrus ad regionem transtulit, quod ad genus mortis referebatur. Quod vero Cyrus Tomyrin rogarit, illorum nihil Herodotus et Diodorus. Ingenti vero ἀναχρονισμῷ Cyrum bello Trojano antiquiorem facit. Sed hanc licentiam προλήψει excusant Poëtæ. Vide Scalig. III. Poët. 49. Vossium in Rhetoricis V. 3. Tale quid in Sophocle illius Græcus interpres notat initio Trachiniarum 680. Posset etiam ἐπεμβολῇ ille versus includi et cancellari, ac si Poëtæ attribuatur illa comparatio cum ἀποστροφῇ.

56 *Melius, quem fecimus, hostis, aut cui factus eram*] His Græcos, illis Eoos Phrygas signat.

Myrmidonum proceres. Cæsum lugere parentem,
Exhaustam vidisse domum, lapsosque penates,
Sit satis: Hesionem lacrymis solatia tantis
Reddite. Parva quidem posco, sed muneris instar
Majoris, vitæ pariter, pariterque saluti
Exanimem dabitis. Sic postquam questus et ipsi,
Et cui charta datur, tepidus fluit humor in ora.
  Antenor, Zephyris blandum spondentibus æquor,
Haurit iter: rapiensque ducis mandata per undas,
Magnesii fines, Sparten prætervolat altam,
Fatidicamque Pylon, paucis ubi tracta diebus
Otia dequestus cedit: non Pelea magnum,
Tyndaridas geminos, Pyliam flexere senectam
Verba ducis: læti tandem Telamonis ad urbem
Flectit iter, Lachesisque fugam vestigat in omnes.
  Regia celsa nitet, complutaque murice multo
Purpura Sidonios dispergit in atria luxus,
Solennem confessa diem, qua jungit herilem
Juno torum: læto cuncti connubia plausu
Concelebrant, populoque suo certamina prima
Ventripotens ponit genius: cœnare decorum,
Et mensas variare juvat: nec pocula desunt

NOTÆ

70 *Magnesii fines*] Lego, ut Lucretius VI. 'MagnesI flumina saxi.'

71 *Fatidicamque Pylon*] Cur *fatidica*: et quænam? tres enim cognomines in Pelopis ista insula. Prius Apollodorus I. me docuit: habitavit ibi Melampus vates: de quo mira inibi.

72 *Otia dequestus*] Moras nempe et comperendinationes. Vide Caroli Paschalii Legatum 36. Papin. I. 'similesque Notos dequestus et imbres.' Guntherus I. 'dequesti crudelia facta tyranni.'

75 *Lachesisque fugam vestigat in omnes*] VI. 770. 'Fati fuga sola timetur:' quia legatus tutum iter et admissionem quærebat: solebant id facere ramo oleæ velato lana. Luc. III. 'cultuque insigne verendo Vittatæ laurus et supplicis arbor olivæ.' Sic apud Virg. 'pacem præfatur oliva.' Cum ambitu vide agentem de istac re Paschalium De legat. 22.

76 *Complutaque murice multo*] Vid. I. 471.

81 *Ventripotens ponit genius*] Γαστρίμαργος. Ita Papinius V. Sylv. 'ventriloqui,' ἐγγαστριμύθων σωμασκίαν, vero non inscite describit.

82 *Et mensas variare juvat*] Satin' caute, pro isto quidem sæculo? nisi per mensas, ut ait Ovid. IX. Metam. 'felicia poma secundas,' τραγήματα et μελίπηκτα intelligit; quod non vi-

Fœcundam factura sitim: repetisse voluptas,
Et vires conferre libet: civiliter ipsi
Indulgent proceres cyathis, bibulique clientes,
Heus Hymenæe! sonant, et in aurea pocula fusi,
Invitant sese pateris: plebs mixta Britanni
Certatura sibi, longique potentior haustus,
Plebeios gaudet calices et sobria vina
Regali mutasse mero: redimitque voluptas
Rara moras, nec cessat hians, dum pectore victo
Lingua fluat, crescant lychni, vestigia nutent.

87 *Tyrannis* Dresem. Vide not.

NOTÆ

detur; vel pro ferculis, ut Claud. 2. in Entrop. 'corruptasque dapes variasse decorum:' de qua re Casaub. in August. Suet. 100. Ita 'mensas variare,' esset *παραθέσεις* vel missus (Suet. nominat 'fercula') mutare. Mensas vero in dapsilioribus conviviis et Romani et Græci variabant: eratque etiam altera esculentorum, eaque duplex ex carnibus et fructibus: altera poculentorum: qua de re Casaub. ad Athen. xi. 2. Plutarch. in Agide et Cleomene. Ovid. 'Mensaque purpureos deserit alta viros.' Sic Cleopatra, apud Plin. ix. 35. unionem haustura, 'mensam secundam' inferre jubet. Vide Lips. ii. Elect. Victor. Var. Lect. i. 1. Salmuthi et Pancirol. de cibo capiendo 503. *ἐναλλάττειν τράπεζαν* etiam Chrysostomo usitatum, Homil. 4. 72. ad populum Antiochen.

87 *Invitant sese pateris: plebs mixta Britanni*] Guil. Cambdenus, cui nomen et famam restitutam Josephus hic debet, in sua Britannia, p. 33. ita scribit: 'Quod vero Britannos una cum Hercule in Hesiones raptu affuisse colligatur ex his Cornelii, ut existimant, Nepotis, versibus, dum nuptias Telamonis et Hesiones describit, 'et in aurea pocula fusi, Invitant sese pateris, plebs mixta Britanni,' &c. Plane poëticum est.' Hactenus ille. Dares Phrygius, cujus vento Noster navigat, nihil de Britannis, Dictys, ad quem interdum respicit, tantumdem. Quinam vero Britanni in aula Telamonis? vel quis Brutus inibi? (nam a Trojano quodam Bruto deducere quosdam novi) a quo Britannis concilium nominis? λῆροι λήρων, καὶ φλήναφοι μακροί! qui facile excluduntur, si legas et interpungas mecum, 'plebs mixta tyrannis:' ἀρχαικῶς. Firmant id sequentia, 'Plebeios gaudet calices et sobria vina Regali mutasse mero.'

90 *Redimitque voluptas Rara moras*] Papin. Theb. vii. 'Præcipitant redimuntque moras.'

92 *Lingua fluat, crescant lychni, vestigia nutent*] Id scilicet lucrifaciunt non ἀκροθώρηκες et ἀκρομέθυσοι, sed Furii illi bibaculi, κυλίκων ἐρέται. Οἶνος γὰρ οὐκ ἔχει πηδάλια, ut est apud Athenæum, δίθυρον τὸ στόμα ποιεῖ. Et, ut scite dictum, ἀνὴρ πιὼν τὸν οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος, Σκυθιστὶ φωνεῖ, μηδὲ κάππα γινώσκει. Lucret. iii.

Cetera multiplici lascivit curia plausu:
Pars syrtis, pars grata lyris, pars ore canoro
Nativas ostentat opes, contentaque nervis
Arteriæ, non artis opem, non carmina nervi
Ad vocis mendicat opus: se quælibet ornat
Musa libens, quæ voce placet, quæ dote superbit.
Non tamen indulgent studiis communibus omnes:
Ætatum parium similis concordia: narrat
Cum sene canicies, ludit cum pube juventus.
At moduli alternat libamina prima Choraules
Prævius, et docilis hoc explicat ore choreas:

NOTÆ

Præpediuntur 'Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens, Nant oculi.' Gemina apud Senecam Epist. 83. Et Bacchylides II. apud Athenæum γραφικῶς. De Ebrietate vero vide Basilii Orationem, Philonem περὶ φυτουργίας, et lib. singulari περὶ μέθης, Clem. Alex. II. 2. Plin. XIV. 22. Stobæum de Ebriet. Chrysost. ad populum Antiochen. Homil. I. et in Epist. ad Rom. qui ὑγρὸν βίον et διακεχυμένον toties et jure merito Homiliis suis auro contra differt. *Vestigia nutent*] Papin. Theb. IV. de eadem re, 'succiduique gradus.' Anthol. IV. μεθυσφαλὲς ἴχνος ἑλίσσει.

94 *Pars syrtis, pars grata lyris*] Συρτὰ refero ad tubas ductiles: ὄργανα ἐντατὰ nominat Nicomachus Gerasenus Musices I. 65. Sacræ literæ frequenter, ἐν ὀργάνοις, κερατίναις.

Pars ore canoro Nativas ostentat opes] Assam scilicet vocem, quam Arist. VIII. Polit. 6. ψιλήν: distinguit enim pluribus inter ᾠδὴν et αὔλησιν, ut et Fulgent. III. Mythol. de Apolline et Marsya. Longus II. Pastoralium, ἡ μὲν ᾖσεν, ὁ δ' ἐσύρισεν. Phrynicus, ψιλὸς αὐλητὴς, assus tibicen, p. 29. De assa voce vide Conject. Scalig. 121. Varronem in Logistorico, 291.

96 *Contentaque nervis Arteriæ*] Ἀρτηρία. Itaque per συνίζησιν trisyllabum erit; ut Horat. 'luscinia,' et vindemiator. Ita in veteri epigrammate apud Plinium XXXV. 10. 'Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus.' Vide VI. 384. et infra 126.

100 *Narrat Cum sene canicies*] *Garrit* malim, λεσχηνεύεται, λαρυγγίζει, quod solet fieri ἐν ἐπικυλικείοις λόγοις, ut Græci vocant. Casaub. Athen. I. Ita Horat. 'garrire libellos.' Propertius, 'quam multa apposita narramus verba lucerna,' quod Suetonio in Aug. 'summissim fabulari.' Long. Pastoral. II. 2. καὶ οἷον δὴ γέροντες ὑποβεβρεγμένοι πρὸς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον.

102 *Choraules Prævius*] Qui τῷ χορῷ αὐλεῖ, ad chorum tibia canit: alius vero qui digitis chironomus et pedibus gestiens voce tibiarum et fistularum sonum imitatur. Sidonius, 'date ravulos choraulas,' &c. Vide Scalig. ad Propert. 284. Ita λυρῳδὸς, qui lyra, αὐλῳδὸς, qui ad tibiam. Vide eundem in Eusebianis Animad. 155. et prolixe etiam Casaub. ad Athen. XIV. 2. 562. 'Malus choraules, bonus symphoniacus.' Augustin. Arist. 8. Polit. 6. tanquam rarum notat, ἐν Λακεδαίμονί τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ, erat enim id Choraulæ.

Plaudite, concives, Salaminæ ditis alumni,
Plaudite: victori nubet Priameia nostro
Hesione: clamant una, feliciter, omnes;
Congeminantque iterum, feliciter. Ille canoros
Concilians in plectra modos, his exit in aures:
Quid gentis Danaæ proavos, quid prisca stupemus
Prælia? miremur potius, quem protulit ætas,
Qua fruimur, rerum patrem, mundique patronum
Amphitryoniaden, axis quem laudat uterque;
Cujus opem sævos debellatura Gigantes
Astra petunt, geminoque armari fulmine poscunt.
Hunc non Juno ferox, non accusator iniquus,
Non labor exhausit: redolent cunabula prima
Vix ortæ virtutis opus: Nemeæus adultos
Expavit terror humeros: Erymanthus abacto
Respiravit apro: victricis victima clavæ,
Absolvit Creten taurus: dux flebat Hiberus,
Damantis quas Cacus opes absconderat antris:
Non angues Lernæ reduces, non Cerberus ingens,

116 *Cunabula primum* Ed. Basil. Spondan. et Mor.—121 *Clamantes*, vel *damnatis*, Dresem. Vide not.

NOTÆ

107 *Congeminantque iterum, feliciter*] More veterum. Juven. Sat. II. in simili re, 'dictum, feliciter.' Phædrus V. 'Feliciter, succlamant ipsi principes.' Sen. Ep. 67. 'feliciter quod agis.' Ita in re adversa, 'Vellem quæ velles.' Horapollo in nuptiis a Græcis acclamatum scribit, *ἐκκορὶ, κορὶ, κορώνην*, I. 8. Vide inibi Mercerum 136. De formula vero 'feliciter' Brisson. VIII. Muret. IX. 8. Turneb. XV. 17. Guntherus IV. 'Acclamante viro faustum feliciter omen.'

116 *Redolent cunabula prima Vix ortæ virtutis opus*] Antea I. 'Cœlestes docui mecum vagire Dracones.' Apollod. II. Plaut. in Amphit. Hyginus in Hercule, 30.

121 *Damantis quas Cacus opes absconderat antris*] 'Clamantes' legebam 'opes,' de bobus mugientibus intelligens: rectius fortasse 'Damnatis.' *Absconderat antris*] Vide VI. 870.

122 *Non angues Lernæ reduces*] 'Ἀναφυομένους, παλιμβλάστους, ut ait Apollod. lib. II. Ovid. 'Vulneribus fœcunda suis erat illa.' Item ex eadem fornace, 'Crescentemque malo domui,' IX. Met. Eodem libro, 'nec profuit hydræ Crescere per damnum.' Minutius Felix in Octavio, 'et hydram felicibus vulneribus renascentem.' Vide etiam Nazianz. Epist. 127. Ovid. d. l. centum illi capita dedit. Apollod. octo mortalia, unum ἀθάνατον. De ὕδρᾳ σοφιστρίᾳ Plato in Euthydemo.

Non Lapithæ domuere virum: vigilata draconi
Poma tulit: pestem Libycam libravit in auras;
Edocuitque hostem nocituris artibus astra,
Qui quondam geometer erat; Achelous in armis,
Nessus in effugio, nimis effugisse queruntur.
Odrysios mactavit equos, revocavit ab armis
Hippolyten, domuitque fero Stymphalidas arcu.
Nec solum tibi se tellus, sed sidera debent:
Vector eras, et vector eris: da, maxime, felix
Auspicium, lætum tribuas nubentibus omen,
Et prosit cecinisse tibi. Si jusseris, ibunt
Monstra procul, ridebit Hymen, vinoque favebit:

NOTÆ

124 *Pestem Libycam*] Antæum. Lucanus prolixe IV. 'Edocuit hostem astra,' quod addit, concinnum est, quia, ut Aratus auctor est, Hercules a Chirone Astronomiam didicerat. Apollod. II. ἀράμενος ἄγκασι μετέωρον θλίψας ἀπέκτεινε. Mythologia eleganti monstra illa ad affectus applicat Heraclitus, Epist. 1. ad Hermodorum.

126 *Qui quondam Geometer erat*] Ex Geometra factus Astronomus, dum matrem nequit 'extrema contingere planta,' ut ait Papinius. Syllabæ quantitati forsitan non consuluit. Sidonius tamen, 'Tractator Geometra Musicusque.' Juvenal. 'Grammaticus, Rhetor, Geometres, pictor, Aliptes.' Excusari possunt talia vel συνεκφωνήσει, de qua antea lib. hoc v. 95. vel si deducas a γέα, qua de Micyllus II. p. 211. vel denique exemplis, ὀρείχαλκος, πλειάδες, εἰάρινος, σολοικισμὸς, αἴλουρος, Φαίακες, Κιθαιρὼν, de quibus vide Joseph. Scaliger. ad Auson. I. 22. et 28. II. 21. Casaub. ad Athen. VII. 13. Frequens præterea Latinis aliter nomina terminare, quod vel ex uno, sive is Corn. Nepos, sive Æmilius Probus, apparet: ille enim Periclus, Neoclus, Proclus, Datamus, quæ Græcis Περικλῆς, Νεοκλῆς, Προκλῆς, Δατάμης. De Antæo et Hercule plura apud Philost. 2. εἰκόνων. Diod. Sic. IV. Biblioth. et Fulg. Mythol. III.

127 *Nimis effugisse queruntur*] A vivis ad mortuos, quæ maxima est fuga. Vide Ov. IX. Metam. ubi Hercules inclamans Nessum, 'non tamen effugies;' et Cointus VI. in eadem re, κείνης ἐκπροφυγόντα μάχης. Sic Lucret. V. 'vita fugienti.'

130 *Nec solum tibi se tellus, sed sidera debent*] Ovid. Epist. Deianiræ, 'se tibi pars terræ' (vel, pax) 'tibi se tota æquora debent.' Innuit autem Herculis laborem, cum Atlantis suppositius vel optio in cœlo fuit ferendo; de qua re in fine I. 530. Clem. Alex. 'Ηρόδοτος δὲ τὸν 'Ηρακλέα, μάντιν καὶ φυσικὸν γινόμενον, ἱστορεῖ παρὰ Ἄτλαντος τοῦ βαρβάρου τοῦ Φρυγὸς διαδέχεσθαι τοὺς τοῦ κόσμου κίονας. αἰνιττομένου τοῦ μύθου τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην μαθήσει διαδέχεσθαι.

131 *Vector eras, et vector eris*] Respectu cœli, cujus tibicen et destina πρὸς καιρὸν fuit, fortasse tolerandum: monstra tamen omnia quæ confecit, *Victor* legendum, clamant. Plures Herculis labores enumerat Sidon. Apollin. car. 9.

Jam tua sic Hebe pariat Saturnia cœlo,
Et nostro nova nupta duci. Plaudentia rursus
Tecta sonant, festoque favet plebs læta tumultu.
Sola tamen duro turbat convivia vultu
Hesione, spernit plausus, oditque faventes,
Nil titulis permota suis, non dote superba,
Non cultus mirata novos, sibi capta videri,
Mœsta queri, et quoties sibi plaudit regia, nomen
Reginæ captiva pavet, nec libera fidit,
Sed jussa in thalamos timide ventura coactos.
Cumque aliis modulentur aves, quæ conjuga fata
Exhilarant meliore lyra, sibi credula fingit
Noctivagas ululasse striges, bubone sinistro
Tecta premi, Stygioque satas Acheronte sorores
Funestas gessisse faces. Heu cæca futuri,
Quam sævum patris paritura nepotibus hostem!
Quinetiam oblatos calices, oblata recusat
Cymbia: nunc tacito perfundit pocula luctu,
Et lacrymas bibit ipsa suas, segnique morantes
Crescentesque cibos gustu jejuna fatigat.
Tristior interea Phrygius delabitur hospes
In portus, Salamina, tuos, ramoque verendus
Palladio celsas subit arces. Cetera nosse
Curia cunctatur, concivem sola Phrygemque

138 *Tristi* Ms. marg. *luctu* Ms. marg.—146 *Expirant* Ms. marg.

NOTÆ

140 *Nil titulis permota suis*] Reginæ et sponsæ.

147 *Noctivagas ululasse striges*] Papin. 'Nocturnæque gemunt striges et feralis bubo.'

150 *Quam sævum patris paritura nepotibus hostem*] Ajacem Telamonium, quod VI. res probat, non Teucrum, ut Apollodori verba sunt II. 111. quæ glossema redolent. Hyginus etiam fab. 89. Teucrum ex illa natum ait, Ajacem vero ex Peribæa, fab. 97.

151 *Oblata recusat Cymbia*] Pulchre ἐτυμολογεῖ magnus Cæsar Scaliger in isto vocabulo, Epist. 26. cymbium ὡς ἐπὶ κῦμα βαῖνον, a quo non abludit auctor Etymologici.

153 *Et lacrymas bibit ipsa suas*] Ita Psal. 102. τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων.

Agnoscit nova nupta virum, pudibundaque vultum
Flectit, et orantem miratur talibus illum:
Inclyta sceptrigeri proles Jovis, et minus uno
In natum perducte gradu, reverende Pelasgis
Justitia, belloque potens, tibi supplicat omnis
Cum duce Troja suo, Telamon: miserescite cives,
Tuque prior: non tot terraque marique labores
In cassum fluxisse sinas. Post aspera multa
Huc tandem huc veni: cerno quam quærere jussus
Hesionen: cerno: non hæc commercia certe
Juno probat: victore suo captiva fruetur?
Flens hilari? famulans domino? vel barbara Græco?
Redde magis: tot vestra nurus Europa superbas,
Tot celebres habet illa faces: melioribus ortam
Quære aliam fatis: hæc edita sidere diro
In raptus damnata fuit, facilisque vel omni
Præda venit, semperque suis rapienda minatur.
Noverat Argolicas Alcides, noverat alter
Cum Polluce error, novit cum Nestore Peleus,
Cum levis ascensu facili tibi præda daretur
Hesione, meque haud fines trusisset in istos
Infelix Priamus, si quis de gente superstes
Cognata patriæ pensaret damna ruinæ:
Hanc tibi, non Superis, animam debere fatetur,
Quam sibi servatam gaudet: sibi? sed Telamoni,

183 *Q. s. s. non g. sed T.* Mor.

NOTÆ

161 *Minus uno In natum perducte gradu*] Silius VIII. 'Sed genus admotum Superis, summumque per altos Attingebat avos cœlum.' Papin. II. Theb. 'procerum manus omnis, et alto Quis propior de rege gradus.'

176 *Noverat alter Cum Polluce error*] Id est Castor, μετωνυμία, propter διδύμων, qua faciem, qua mores, similitudinem. Virg. X. 'simillima proles Indiscreta suis, gratusque parentibus error.' Silius IV. de eadem re, 'elusit dubios error;' et Lucanus III. 606. 'Agnorunt miseri sublato errore parentes.' Plura habes apud Casperium Gevartium in Sylv. Papin. I. 2. 120. Qui alterius vero faciem exseribit, illum poëtæ *mentiri* dicunt, ut Silius II. 'fratrem mentite Lycorma:' ad quæ plura Heinsius. 'Mentiri minas' idem Silius, pro simulare XIII. Prudentius, Peristephanon X. 290. 'Lapis severa fronte mentitur minas.' Ita Tertull. I. De cultu fœminarum, 'sororem mentitus Saram.'

Dic potius, subicit Telamon, invitaque flentis
Oscula prædatur, et in hos, ait, ire lacertos
Emerui gladio. Sic interfatur, et illud
Dircæum memorat, teneo longumque tenebo.
Pulsus abit Phrygius, relegensque quod hauserat æquor,
In patrios delatus agros, iter explicat omne
Civibus: Hesiones thalamos, et nulla Pelasgos
Jura sequi, bellumque hortatur. At æger iniqua
Suspicione Paris: Ne credite, ludimur, (inquit,)
Dardanidæ! miror hilarem: sibi commodus uni.
Non sperata refert, non quod commune decorum,
Molitur speciale bonum. Male publica curat,
Qui sua pluris habet: gelidoque haud utitur ense

195 *Molitus* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

186 *Illud Dircæum memorat, teneo longumque tenebo*] Eteoclem Statii Papinii δακτυλοδεικτεῖ, cujus hæc verba ad Tydeum Polynici regni alterna jura poscentem, Theb. II. 'Quæ sors justa mihi, quæ non indebitus annis Sceptra dicavit honos, teneo longumque tenebo.' Silius quoque III. 'tenet, longumque tenebit, Tarpeias arces sanguis tuus.' Virg. 'sedet, æternumque sedebit, infelix Theseus.' Papin. Theb. VIII. 'teneo æternumque tenebo.'

191 *Æger iniqua Suspicione Paris*] Mensuram secundæ syllabæ migrasse videbitur, cui illud Martialis in mentem venerit, 'Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ.' Syri, 'Ad tristem partem strenua est suspicio.' Vir optimus Henricus Smetius et Pincierus hoc versu tanquam tibicine secundam in 'suspicio' brevem probare volunt, idque nomine Cornelii Nepotis ante Christum scilicet nati errore passivo. Sed recte summus ille dictator Jul. Cæsar Scaliger, qui brevem συγκοπῆς, longam συναιρέσεως beneficio agnoscit: est enim ἀναλόγως suspicitum, suspicitio. Male itaque concludit ὁ μακαρίτης Taubmannus, ex Scaligeri sententia illam tantum produci: male etiam, immo ridicule, qui in aliis auctoribus pro 'suspicio' legunt 'suspectio.'

195 *Molitur speciale bonum*] Intus canit, σφετερίζει: nam, ut Claudianus ait, 'levius communia tangunt,' III. de Raptu Proserp. Arist. I. Œcon. 6. οὐδεὶς ἐπιμελεῖται ὁμόρους τῶν ἀλλοτρίων καὶ τῶν οἰκείων. Idem Isæus: οὐδεὶς ἄλλους περὶ πλείονος ἑαυτοῦ ποιεῖται. Orat. II. 44. Isidorus Pel. IV. Epist. 67. ἐπειδὴ τὸ ἑαυτῶν εἶδον, τὸ τῶν ἄλλων παρεῖδον, quæ sequenti γνώμῃ exprimuntur. Prosper Aquitan. De Provid. 'quod speciale bonum est hominis.'

Male publica curat, Qui sua pluris habet] Λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ. Eurip. Vide insignite ea de re Lycurgum Orat. contra Leocratem, 161, &c. Tales Lucilius apud Nonium ἰδιώτας nominavit, sibi tantum, non plurimis utiles.

Saucia proximitas. Mihi classem ac vela parate:
Ibo, ibo: non me, pavidus quas objicit Hector,
Terruerint Syrtes, non arma adversa, vel hostes,
Non aditus in regna graves: mihi numen ab alto
Indulget, dictatque vias, spemque addit ituro.
Mira quidem, sed vera, duces, advertite, pandam.
Desertura virum flebat Pallantias ortum
Processisse diem, sed jam maturior æstus
Solverat algentes lacrymas; me dulce trahebat
Certamen nemorum, populari lustra, fugaces
Indagare feras, facilique instare molosso.
Ocyus exciti, qui casse, vel ore, vel aure,
Fraude, sono, sensu, ludentes prælia, casse
Fallunt, ore cient, vestigant aure; simulque
Invadunt saltus: me nutu numinis error
Devius in spatium seductius, in nemus altum
Egit, venarique dedit secreta Dearum.
Idæi regina sinus dignissima Phœbo
Laurus inoffenso frondosum vertice crinem
Explicat, et nemoris proscripta plebe minoris,

NOTÆ

203 *Desertura virum*] Sequitur *περιβόητον* illud bubulci judicium, cujus immemorem Homerum dicit Macrobius v. 17. et cum illo Meursius: cum Iliad. ω. 851. diserte id exponat. Fabulæ involucrum et interius cerebrum vide apud Meursium Comment. in Lycophr. Cassandr. 125. Fulgentium II. 2. et II. de Peleo et Thetide. Cælius Rhodig. XIX. 19. Isocrates in Encom. Helenæ *θεοκρίτου*, ut nominatur a Simmia Rhodio, illius meminit, et Paridis partes agit: Dio etiam Prusæus. Vide etiam Plutarchum in vita Homeri, Eurip. in Helena, Lycophronem, Clem. Alex. Protrept. 16. Hyginum fab. 92. Lucianum *θεῶν κρίσει*, Dialogo Panopes et Galenes, Charidemo, et convivio Lapitharum. Meminerunt etiam Herodotus, Thucydides, aliique innumeri. Judicium in Antandro factum vult Strabo, Ovidius in Ida, et Seneca initio Troadis. Describit illud *ἐν παρόδῳ* Silius VII. prolixe Lucianus dicto loco, et Coluthus, De raptu Helenæ; sed reptilis illius conatus nihil ad nostrum.

Flebat Pallantias] Illud propter rorem, vel pruinam, unde et *algentes* addit lacrymas: ita VI. 370. super obitu Memnonis vide Gifanium in Indice Lucret. in *flere*. Pallantias Ovid. XV. et IX. est Aurora, Pallantis soror, qui ex numero Gigantum: Hyperionis filia Hesiodo.

216 *Proscripta plebe*] Sic IV. 'proscriptoque Noto;' et V. 'Nox aperit proscripta diem.'

Sola viret, nullique suas communicat umbras:
Cetera Cyrrhæam veneratur sylva juventam,
Celsum summittens apicem, longeque reducta
Majorem temere poscentes aëra frondes
Castigat, metuitque sacris occurrere ramis.
Huc Deus, aut casus, certe gratissimus error,
Pertulit, ereptum sociis; hac lætus in umbra
Mirabar laurum vivacis lege juventæ
Nil Jove mutato passam: mirabar et Eurum
Murmure adulantem foliis, et frondibus auram
Secretum spirare suum; cum languida sensim
Fur oculi somnus invitans otia, blandum
Pectoris elusit studium, curasque fefellit.
Sic caput herboso projectum cespite fultus,
Delicias hausi Superum: nec frivola suetus
In plebem lusisse sopor, sed somnia regum
Dignatus subiit: magni mox nupta Tonantis,
Et Venus, et Pallas sese languentibus ultro

NOTÆ

222 *Gratissimus error*] In libris erat 'gravissimus.' Horat. Epist. II. 'Et demtus per vim mentis gratissimus error.'

226 *Murmure adulantem foliis*] Sic 'Zephyri motantes,' apud Virg. Eclog. v. *ὑπαικάλλοντες μελίσδονται* Theocrito: unde et ait *ὕδατος ψιθύρισμα*. Aristoph. Nub. 1008. *πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ*. Aus. 'Cumque suis loquitur tremulum coma pinea ventis.' Terentianus Maurus, 'Pinea brachia dum trepidant, Audio canticulam Zephyri.' *καινῶς, ἀλλ' οὐ κενῶς*. Ita Catull. et Claud. 'nutantes Platani:' 'nutant ad mutua palmæ Fœdera:' ita canes apud Lucret. 'gannitu vocis adulant.' Ovid. XIV. Metam. 'perque ferarum Agmen adulantum.' Homer. *Οὐρῇσιν μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν*. Similis ventorum lene susurrantium descriptio est apud Chrys. in Acta. Hom. VI. 495. *οὐ γὰρ ὄρνιθες ᾠδικοί*, &c. Synesium Ep. 114. Eodem modo Catull. de fluctibus: 'ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.' Ovid. 'et in alludentibus undis.'

228 *Fur oculi somnus*] Cicero, 'Somnus perfugium laborum,' II. Divinat. Pindarus *ὕπνος γλυκὺς σύγκοιτος*. Pyth. Od. 9. Coluthus, *νὺξ δὲ πόνων ἄμπαυμα*, nox perfugium laborantium. Sil. 'Nox somni genitrix.'

232 *Somnia regum Dignatus subiit*] Vide Artemidorum Daldianum I. 3. et 7. item III. 61. apposite item Nicephorum Gregoram commentar. in Synesii librum de Insomniis 355. &c. et Rigaltium in Artemidori librum primum. Recte vero Philo De Abrahami migrat. *τυφλὸς ὕπνος, ὀξυωπὴς ἐγρήγορσις*, p. 530.

Ingessere oculis: quarum quæ maxima fando
Vix bene maturam visa est solvisse quietem:
  Venimus in saltus Phrygios, o Dardane, veni
Magni nupta Jovis, venit Mavortia Pallas,
Venit blanda Venus: gratare en noster alumnus,
Quod dare Parca neget, timeat promittere votum,
Sidereæ libram formæ dedit ipsa Tonantis
Unica, quæ trini dispenso fœdera regni,
Cui parent undæ Neptuni, Tartara Ditis,
Astra Jovis. Non si laudor censore caduco,
Indignor, non grata minus reditura Tonanti,
Si nostro dubius hæsit mortalis in ore.
Quod longum est, mirantis erit: neu forte putetur
Mendax, quem debet famulatrix fama favorem,
Quod rarum Superis, nudos en aspice vultus:
Talis in amplexus venio Jovis. Ergo quis ausus
Pallada Gorgoneam, bellatricemque Medusam,
His conferre genis? Non sic pudor exulat omnis,
Ut populi terror, vulgi fuga, bajula lethi,
Quod terret, placuisse velit: vis dira doceri,
Diva tamen dictura fui: non hic opus ense,
Angues tolle tuos, armatos exue vultus,
Da facilem visu faciem, frontem exere, cedat
Cassis, et inclusum sine respirare cerasten:
Detege quod galea horrendum, quod parma pudendum

NOTÆ

237 *Venimus*] Junonis hæc oratio *ὀγκώδης*: Palladis, *δεινὴ καὶ ἀνδρώδης*: Veneris, *γλαφυρὰ καὶ χαρίτων πλήρης*: idque ex decoro personarum, qua de re post Arist. in Rhet. Demetrium, Hermogenem, multa Jul. Cæsar Scaliger, III. Poët. et alibi passim.

241 *Sidereæ libram formæ*] Ita Minutius Felix, 'libram teneas æquissimi judicii.'

249 *Nudos en aspice vultus*] Apud Lucianum, *ἐν θεῶν κρίσει*, omnes se exuunt: apud Nostrum Venus tantum post alloquium.

253 *Bajula lethi*] *Θανατοφόρος ἢ θάνατον ἀχθοφοροῦσα*, 'gerulus nunciorum' et 'fallaciam ferre,' Plaut. Pseud. Sen. Epist. 123. 'verba gestare et vitia.'

258 *Et inclusum sine respirare cerasten*] Angues ex capite Medusæ, quos adverso pectore gestabat, ut habet Ovid. in fine IV. Metam. Apoll. II. 'Αθηνᾶ δ' *ἐν μέσῃ τῇ ἀσπίδι τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἀνέθηκε*. Prud. *περὶ στεφ*. 275. 'Et dum Minervæ pectus hydris asperat.'

Occulit, atque aude præconia vera mereri.
Hicne nitor Chalybis, hoc aurum hostile decoris
Extorquebit opem? Nescis, sævissima, nescis:
In Chalybe horror inest, in casside fulgurat aurum:
In capulo crudescit ebur: sic docta minaces
Delicias affert, et vult placuisse Minerva.
Tune Jovem mentita patrem? qua pellice nostra
In lectos audente suos? sed matre carere
Creditur. O Superum pudor, hæcne animosa superbit
Solius meminisse viri? dicique virago
Emeruit? Certe Superos invisa fatigat,
Mortales consumit. At est Mavortia, dicunt:
Ergo mares vorat. At Pallas, sit: sed quia pallet,
Vel quia Pallanti jugulum scidit: hinc color, inde
Dextra nocens nomen alterno jure meretur.
Tuque, sed o facinus, tune, inquam, prodiga sexus,
Fœmina plus, quam jura sinunt, et mollior æquo,
Tune ergo Venus, ausa venis in præmia formæ?
An nescis cui jura petis communia? Sed quis
Credet? tot Juno similes habet: unica quondam
Et nullis æquanda fui: cum provida mundum
Dirigeret Natura suum, sine conjuge conjux
Stabat, et in florem cultu crescente severum
Stabat adhuc, cum sic mater Natura: Quid hæres,

261 *Hic aurum* ed. Basil. Spondan. et Mor.—267 *In luctus* ed. Basil. Spondan. et Mor.—276 *Sinant* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

264 *In capulo crudescit ebur*] Vide IV. 190.

267 *Sed matre carere Creditur*] Exponit in sequentibus vs. 365. Philo refert ad septenarium numerum illud de patrima virgine, Κοσμοποιΐας p. 17.

273 *Vel quia Pallanti jugulum scidit*] Ante enim Tritonia dicta. Festus tamen: 'Pallas Minerva est dicta, quod Pallantem gigantem interfecerit, vel, sicut putabant, quod in Pallante palude nata est.' Arnob. IV. 'Nam Minervam me esse genitore ex Pallante procreatam, testis est omnis poëtarum chorus, qui Palladem me nuncupat, derivato a patre cognomine.'

276 *Fœmina plus, quam jura sinunt*] Velleius II. 'otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens.'

Cœli hæres? quod poscis habes: hæc sanguine juncta,
Junctior amplexu: soror est, conjux erit, una
E numero selecta tibi, una, sed unica, cujus
Nec similem memoret tellus, nec sidera norint.
Absque pari parit illa tibi. Sic fata negantem
In fratris cupidi dedit oscula: conscius ille
Optati sceptrum tribuit commune sorori.
Ergo eat et vultus nostros Erycina lacessat:
Nuptum ivi selecta Jovi: sed fallitur, isset
Diva Paphi potius: quoniam ortus nacta serenos
Concrevit spumante freto, cæsisque pudendis.
Hæc patrem factura Jovem, tibi, bellice Mavors,
Et populo pareret: hac anceps ætheris hæres
Aurea degeneri violaret regna metallo.
Quique nec indicio Phœbi, nec vindice textu
Securam potuit noctemque fidemque mereri
Lemnius, ultum iret alieni probra pudoris
Lemnius, et proprios non suspiraret amores.
Ut Phrygium sileam, quis vulgatissima nescit
Furta Deæ? sed blanda, sed alma, sed aurea nectit
Blanda dolos, alit alma malum, petit aurea donum.
Olim, nam memini, certandi sola potestas
Cum Jove nostra fuit: ubi tunc Venus, illane venit
Tertia? ubi Pallas? an quarta jussa veniret?

304 *Dolis* Mor.—307 Sic ed. Basil. *q. ut jussa v.* Spondan. et Mor. V. not. inf.

NOTÆ

285 *Una E numero selecta tibi, una, sed unica*] Egregia, sine exemplo priva, ἀγαπητή. Ita Catullus de Cæsare: 'Imperator unice.' Festus: 'Thalassium virgo unicæ pulchritudinis.' 'Sardanapalus unicæ luxuriæ.' Plaut. in Bacchid. 'unice unum plurimi pendit;' et alibi, 'uno magis unicus.' Ita Noster, v. 'ruit unicus ille, Laodamia, tuus.' Gifan. Ind. Lucret. in *sagax*. Queroli auctor: 'me reliquit solum atque unicum.'

294 *Concrevit spumante freto*] Infra 430.

296 *Et populo pareret*] Πάνδημος Ἀφροδίτη.

297 *Aurea degeneri violaret regna metallo*] Ipsa, ait, maris, non cœli progenies, hybridis et insititiis illis cœli et Deorum majestatem deterit.

302 *Quis vulgatissima nescit*] Πολυθρύλλητα καὶ καθημαξευμένα.

307 *An quarta jussa veniret*] Lego *injussa*, vel *et jussa*.

Tiresia certe steterat sub judice Juno.
Sed taceo, tu, Phryx, potior, tu disce mereri
Junonem quæ sceptra ferat, quæ commodet aurum.
Tot mundus miratur opes, tot regna Cometæ
Dispensant: quæ sceptra velis, quas elige terras,
Quicquid agas, quacumque fluat sententia nosti
Junonem placuisse Jovi: Junonie judex,
Censorem ne sperne Jovem. Sic alta profando,
Reginæ multum meminit, vultumque superbum
Vocibus ingessit, contemta fronte precantis.
Prodit in aspectum Pallas, fandique secundas
Nacta vices, propriæ fidens et conscia causæ,
Irriguo sacras haurit de pectore voces:
Magna parens Superum, nec enim nego, magna Tonantis
Nupta, nec invideo, meritum, Phryx inclyte, nostrum,
Si quod erat, carpit. Testor freta, testor Olympum,

314 *Justissime* Ms. marg. et Mor.

NOTÆ

308 *Tiresia certe steterat sub judice Juno*] Judex inter Jovem et Junonem datus de eleganti scilicet problemate: *πότερον τὰς γυναῖκας ἢ τοὺς ἄνδρας ἥδεσθαι μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις συμβαίνῃ.* Sententiam Tiresiæ habes apud Apollodorum III. Ovid. III. Metam. Hyginum fab. 75. Fulgent. in Tiresia 187. propter quam excæcatum ferunt a Junone. Callimachus tamen hymno in lavacrum Palladis, et Propert. Eleg. IV. 10. a Pallade factum volunt. 'Steterat sub judice' hic est experiri, disceptare: alias stare victores, penes quos lis data est, dicuntur; Horatius, 'recto stet fabula talo:' opponiturque illi 'excidit,' vel quod Juvenalis de Papinio, 'fregit subsellia versu,' ut quidem exponit Scaliger in Ausonianis lectionibus: Casaubonus enim, ad Athenæum, illud de fractis subselliis ad plausum et *συγκροτοῦντας* recte transfert. Quia vero Juno causa ceciderat, ideo ait: 'Sed taceo, tu, Phryx, potior.'

311 *Tot regna Cometæ Dispensant*] Lucanus I. 'et terris mutantem regna Cometen.' Papin. I. 'mutant quæ sceptra Cometæ.' Vide Marcellum Donatum in Suetonii Claudium cap. ultimo.

317 *Contemta fronte precantis*] Diocles Carystius eleganter apud Senecam cont. V. 34. *ἄπιστος ἡ ὑπεροψία πρὸς τὸ ἄρεσκον εἶδος.* Lucan. X. 'vultus adest precibus:' id negligit Juno: nam reginæ multum meminit; non autem illius, quod est apud Rhetoras, *τὸν ἀκροατὴν εὔνουν ποιεῖσθαι.* Arist. III. Rhet. 14. An, quod idem ait: *ὁ πλοῦτος ἀνοήτου εὐδαίμονος ἦθος ἐστί;* 'stultitiam patiuntur opes,' Horat. qua de re, in magnis Moralibus, Arist. II. 28.

Testor humum, non armatas in prælia linguæ
Credideram venisse Deas: hac parte loquacem
Erubeo sexum, minus hic quam fœmina possum.
Martem alium didici: victoria fœda, ubi victus
Plus laudis victore feret, nostrisque triumphis
Hic haud notus honos. Sed quo regina decoro
Effatu tendit? Dea sit cedo, immo Dearum
Maxima: non dextræ sortiri sceptra potentis,
Partirive Jovem certatim venimus: illa,
Illa habeat, quæ se ostentat, nos gloria saltem,
Cum titulis opus est, ornat minor: et quia cogor
In laudes ire, haud omni sine dote Minerva,
Si gena, si generis auctor, si denique mores
Quærendi, in curis regnat pudor: a Jove sanguis:
Censori facies oculo patet: hæccine forma,
Hoc genus, hic mentis cultus? Si conjuga Divæ
Gaudia, nuptarum dotes, et pignora jactant;

NOTÆ

325 *Hac parte loquacem Erubeo sexum*] Sic lib. VI. de Pentasile: 'at virgo loquacem Tarda sequi sexum.' Garrulitas enim est 'supellex muliebris.' Plaut. Pœnulo: 'En monstrum mulieris, tantula tanta verba funditat.'

326 *Minus hic quam fœmina possum*] Sic antea: 'fœmina plus quam jura sinunt.'

327 *Victoria fœda, ubi victus Plus laudis victore feret*] Optima γνώμη in conviciorum et calumniæ strepitum, sumta a Demosthene, qui, ut est apud Stobæum serm. 71. λοιδορουμένου τινὸς αὐτὸν, Οὐ συγκαταβαίνω, εἶπεν, εἰς ἀγῶνα ἐν ᾧ νικώμενος τοῦ νικῶντός ἐστι κρείττων. Philo eandem sententiam recitat De agricult. 158. Plut. Nazianzenus apposite, κρεῖττον ἡττᾶσθαι καλῶς, ἢ νικᾷν ἐπισφαλῶς καὶ ἀθέσμως. Orat. I. 41. Plutarch. in lib. de hostium auxilio: ἡ σιγὴ πανταχοῦ μὲν ὑπεύθυνον, ἐν δὲ λοιδορίαις σεμνὸν, &c. Vide Stob. 92. ubi ista Philemonis habes auro contra: Ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον Ἔστ', ἢ δυνάσθαι λοιδορούμενον φέρειν· Καὶ γὰρ ὁ λοιδορῶν, ἂν ὁ λοιδορούμενος Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν. Immo κακῶς ἀκούειν κρεῖττον, ἢ λέγειν κακῶς. Insignis super hac re est Justini Martyris sententia in epistola ad Zenam et Serenam 2. πρὸς τὸν κεκραγότα σιωπητέον, &c. quæ plusculа Chesippus quilibet ταχύπλουτος Σαλμονεὺς ἐκ βύρσης, et Daphitas si attenderet, nunquam foret Stratonis ille coculus, qui de se apud Athenæum, ἐξῆν δ' ὃ βούλει τῷ μαγείρῳ αὐτῷ λέγειν. IX. p. 38. Sed bene habet, ἔστι θέμις, καὶ γλῶσσαν ἀναιδέα τίνεται ἄτη, ut ait Cointus Smyrnæus de Thersite I. 750. ἀχαλίνων στομάτων τὸ τέλος δυστυχία. Vide insignite egregia de Calumniarum fructu apud Chrys. Hom. 14. in Acta Apost. 558. et Hom. 39. p. 716. v. 319.

Dic potius, subicit Telamon, invitaque flentis
Oscula prædatur, et in hos, ait, ire lacertos
Emerui gladio. Sic interfatur, et illud
Dircæum memorat, teneo longumque tenebo.
Pulsus abit Phrygius, relegensque quod hauserat æquor,
In patrios delatus agros, iter explicat omne
Civibus: Hesiones thalamos, et nulla Pelasgos
Jura sequi, bellumque hortatur. At æger iniqua
Suspicione Paris: Ne credite, ludimur, (inquit,)
Dardanidæ! miror hilarem: sibi commodus uni.
Non sperata refert, non quod commune decorum,
Molitur speciale bonum. Male publica curat,
Qui sua pluris habet: gelidoque haud utitur ense

195 *Molitus* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

186 *Illud Dircæum memorat, teneo longumque tenebo*] Eteoclem Statii Papinii δακτυλοδεικτεῖ, cujus hæc verba ad Tydeum Polynici regni alterna jura poscentem, Theb. II. 'Quæ sors justa mihi, quæ non indebitus annis Sceptra dicavit honos, teneo longumque tenebo.' Silius quoque III. 'tenet, longumque tenebit, Tarpeias arces sanguis tuus.' Virg. 'sedet, æternumque sedebit, infelix Theseus.' Papin. Theb. VIII. 'teneo æternumque tenebo.'

191 *Æger iniqua Suspicione Paris*] Mensuram secundæ syllabæ migrasse videbitur, cui illud Martialis in mentem venerit, 'Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ.' Syri, 'Ad tristem partem strenua est suspicio.' Vir optimus Henricus Smetius et Pincierus hoc versu tanquam tibicine secundam in 'suspicio' brevem probare volunt, idque nomine Cornelii Nepotis ante Christum scilicet nati errore passivo. Sed recte summus ille dictator Jul. Cæsar Scaliger, qui brevem συγκοπῆς, longam συναιρέσεως beneficio agnoscit: est enim ἀναλόγως suspicitum, suspicitio. Male itaque concludit ὁ μακαρίτης Taubmannus, ex Scaligeri sententia illam tantum produci: male etiam, immo ridicule, qui in aliis auctoribus pro 'suspicio' legunt 'suspectio.'

195 *Molitur speciale bonum*] Intus canit, σφετερίζει: nam, ut Claudianus ait, 'levius communia tangunt,' III. de Raptu Proserp. Arist. I. Œcon. 6. οὐδεὶς ἐπιμελεῖται ὁμόρους τῶν ἀλλοτρίων καὶ τῶν οἰκείων. Idem Isæus: οὐδεὶς ἄλλους περὶ πλείονος ἑαυτοῦ ποιεῖται. Orat. II. 44. Isidorus Pel. IV. Epist. 67. ἐπειδὴ τὸ ἑαυτῶν εἶδον, τὸ τῶν ἄλλων παρεῖδον, quæ sequenti γνώμῃ exprimuntur. Prosper Aquitan. De Provid. 'quod speciale bonum est hominis.'

Male publica curat, Qui sua pluris habet] Λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ. Eurip. Vide insignite ea de re Lycurgum Orat. contra Leocratem, 161, &c. Tales Lucilius apud Nonium ἰδιώτας nominavit, sibi tantum, non plurimis utiles.

Saucia proximitas. Mihi classem ac vela parate:
Ibo, ibo: non me, pavidus quas objicit Hector,
Terruerint Syrtes, non arma adversa, vel hostes,
Non aditus in regna graves: mihi numen ab alto
Indulget, dictatque vias, spemque addit ituro.
Mira quidem, sed vera, duces, advertite, pandam.
 Desertura virum flebat Pallantias ortum
Processisse diem, sed jam maturior æstus
Solverat algentes lacrymas; me dulce trahebat
Certamen nemorum, populari lustra, fugaces
Indagare feras, facilique instare molosso.
Ocyus exciti, qui casse, vel ore, vel aure,
Fraude, sono, sensu, ludentes prælia, casse
Fallunt, ore cient, vestigant aure; simulque
Invadunt saltus: me nutu numinis error
Devius in spatium seductius, in nemus altum
Egit, venarique dedit secreta Dearum.
 Idæi regina sinus dignissima Phœbo
Laurus inoffenso frondosum vertice crinem
Explicat, et nemoris proscripta plebe minoris,

NOTÆ

208 *Desertura virum*] Sequitur *περιβόητον* illud bubulci judicium, cujus immemorem Homerum dicit Macrobius v. 17. et cum illo Meursius: cum Iliad. ω. 851. diserte id exponat. Fabulæ involucrum et interius cerebrum vide apud Meursium Comment. in Lycophr. Cassandr. 125. Fulgentium II. 2. et II. de Peleo et Thetide. Cœlius Rhodig. XIX. 19. Isocrates in Encom. Helenæ *θεοκρίτου*, ut nominatur a Simmia Rhodio, illius meminit, et Paridis partes agit: Dio etiam Prusæus. Vide etiam Plutarchum in vita Homeri, Eurip. in Helena, Lycophronem, Clem. Alex. Protrept. 16. Hyginum fab. 92. Lucianum *θεῶν κρίσει*, Dialogo Panopes et Galenes, Charidemo, et convivio Lapitharum. Meminerunt etiam Herodotus, Thucydides, aliique innumeri. Judicium in Antandro factum vult Strabo, Ovidius in Ida, et Seneca initio Troadis. Describit illud *ἐν παρόδῳ* Silius VII. prolixe Lucianus dicto loco, et Coluthus, De raptu Helenæ; sed reptilis illius conatus nihil ad nostrum.

Flebat Pallantias] Illud propter rorem, vel pruinam, unde et *algentes* addit lacrymas: ita VI. 370. super obitu Memnonis vide Gifanium in Indice Lucret. in *flere*. Pallantias Ovid. XV. et IX. est Aurora, Pallantis soror, qui ex numero Gigantum: Hyperionis filia Hesiodo.

216 *Proscripta plebe*] Sic IV. 'proscriptoque Noto;' et V. 'Nox aperit proscripta diem.'

Sola viret, nullique suas communicat umbras:
Cetera Cyrrhæam veneratur sylva juventam,
Celsum summittens apicem, longeque reducta
Majorem temere poscentes aëra frondes
Castigat, metuitque sacris occurrere ramis.
Huc Deus, aut casus, certe gratissimus error,
Pertulit, ereptum sociis; hac lætus in umbra
Mirabar laurum vivacis lege juventæ
Nil Jove mutato passam: mirabar et Eurum
Murmure adulantem foliis, et frondibus auram
Secretum spirare suum; cum languida sensim
Fur oculi somnus invitans otia, blandum
Pectoris elusit studium, curasque fefellit.
Sic caput herboso projectum cespite fultus,
Delicias hausi Superum: nec frivola suetus
In plebem lusisse sopor, sed somnia regum
Dignatus subiit: magni mox nupta Tonantis,
Et Venus, et Pallas sese languentibus ultro

NOTÆ

222 *Gratissimus error*] In libris erat 'gravissimus.' Horat. Epist. II. 'Et demtus per vim mentis gratissimus error.'

226 *Murmure adulantem foliis*] Sic 'Zephyri motantes,' apud Virg. Eclog. V. *ὑπαικάλλοντες μελίσδονται* Theocrito: unde et ait *ὕδατος ψιθύρισμα*. Aristoph. Nub. 1008. *πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ*. Aus. 'Cumque suis loquitur tremulum coma pinea ventis.' Terentianus Maurus, 'Pinea brachia dum trepidant, Audio canticulam Zephyri.' *καινῶς, ἀλλ' οὐ κενῶς*. Ita Catull. et Claud. 'nutantes Platani:' 'nutant ad mutua palmæ Fœdera:' ita canes apud Lucret. 'gannitu vocis adulant.' Ovid. XIV. Metam. 'perque ferarum Agmen adulantum.' Homer. *Οὐρῇσιν μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν*. Similis ventorum lene susurrantium descriptio est apud Chrys. in Acta, Hom. VI. 495. *οὐ γὰρ ὄρνιθες ᾠδικοί*, &c. Synesium Ep. 114. Eodem modo Catull. de fluctibus: 'ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.' Ovid. 'et in alludentibus undis.'

228 *Fur oculi somnus*] Cicero, 'Somnus perfugium laborum,' II. Divinat. Pindarus *ὕπνος γλυκὺς σύγκοιτος*. Pyth. Od. 9. Coluthus, *νὺξ δὲ πόνων ἄμπαυμα*, nox perfugium laborantium. Sil. 'Nox somni genitrix.'

232 *Somnia regum Dignatus subiit*] Vide Artemidorum Daldianum I. 3. et 7. item III. 61. apposite item Nicephorum Gregoram commentar. in Synesii librum de Insomniis 355. &c. et Rigaltium in Artemidori librum primum. Recte vero Philo De Abrahami migrat. *τυφλὸς ὕπνος, ὀξυωπὴς ἐγρήγορσις*, p. 520.

Ingessere oculis: quarum quæ maxima fando
Vix bene maturam visa est solvisse quietem:
  Venimus in saltus Phrygios, o Dardane, veni
Magni nupta Jovis, venit Mavortia Pallas,
Venit blanda Venus: gratare en noster alumnus,
Quod dare Parca neget, timeat promittere votum,
Sidereæ libram formæ dedit ipsa Tonantis
Unica, quæ trini dispenso fœdera regni,
Cui parent undæ Neptuni, Tartara Ditis,
Astra Jovis. Non si laudor censore caduco,
Indignor, non grata minus reditura Tonanti,
Si nostro dubius hæsit mortalis in ore.
Quod longum est, mirantis erit: neu forte putetur
Mendax, quem debet famulatrix fama favorem,
Quod rarum Superis, nudos en aspice vultus:
Talis in amplexus venio Jovis. Ergo quis ausus
Pallada Gorgoneam, bellatricemque Medusam,
His conferre genis? Non sic pudor exulat omnis,
Ut populi terror, vulgi fuga, bajula lethi,
Quod terret, placuisse velit: vis dira doceri,
Diva tamen dictura fui: non hic opus ense,
Angues tolle tuos, armatos exue vultus,
Da facilem visu faciem, frontem exere, cedat
Cassis, et inclusum sine respirare cerasten:
Detege quod galea horrendum, quod parma pudendum

NOTÆ

237 *Venimus*] Junonis hæc oratio ὀγκώδης: Palladis, δεινὴ καὶ ἀνδρώδης: Veneris, γλαφυρὰ καὶ χαρίτων πλήρης: idque ex decoro personarum, qua de re post Arist. in Rhet. Demetrium, Hermogenem, multa Jul. Cæsar Scaliger, III. Poët. et alibi passim.

241 *Sidereæ libram formæ*] Ita Minutius Felix, 'libram teneas æquissimi judicii.'

249 *Nudos en aspice vultus*] Apud Lucianum, ἐν θεῶν κρίσει, omnes se exuunt: apud Nostrum Venus tantum post alloquium.

253 *Bajula lethi*] Θανατοφόρος ἢ θάνατον ἀχθοφοροῦσα, 'gerulus nunciorum' et 'fallaciam ferre,' Plaut. Pseud. Sen. Epist. 123. 'verba gestare et vitia.'

258 *Et inclusum sine respirare cerasten*] Angues ex capite Medusæ, quos adverso pectore gestabat, ut habet Ovid. in fine IV. Metam. Apoll. II. 'Αθηνᾶ δ' ἐν μέσῳ τῇ ἀσπίδι τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλὴν ἀνέθηκε. Prud. περὶ στεφ. 275. 'Et dum Minervæ pectus hydris asperat.'

Occulit, atque aude præconia vera mereri.
Hicne nitor Chalybis, hoc aurum hostile decoris
Extorquebit opem? Nescis, sævissima, nescis:
In Chalybe horror inest, in casside fulgurat aurum:
In capulo crudescit ebur: sic docta minaces
Delicias affert, et vult placuisse Minerva.
Tune Jovem mentita patrem? qua pellice nostra
In lectos audente suos? sed matre carere
Creditur. O Superum pudor, hæcne animosa superbit
Solius meminisse viri? dicique virago
Emeruit? Certe Superos invisa fatigat,
Mortales consumit. At est Mavortia, dicunt:
Ergo mares vorat. At Pallas, sit: sed quia pallet,
Vel quia Pallanti jugulum scidit: hinc color, inde
Dextra nocens nomen alterno jure meretur.
Tuque, sed o facinus, tune, inquam, prodiga sexus,
Fœmina plus, quam jura sinunt, et mollior æquo,
Tune ergo Venus, ausa venis in præmia formæ?
An nescis cui jura petis communia? Sed quis
Credet? tot Juno similes habet: unica quondam
Et nullis æquanda fui: cum provida mundum
Dirigeret Natura suum, sine conjuge conjux
Stabat, et in florem cultu crescente severum
Stabat adhuc, cum sic mater Natura: Quid hæres,

261 *Hic aurum* ed. Basil. Spondan. et Mor.—267 *In luctus* ed. Basil. Spondan. et Mor.—276 *Sinant* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

264 *In capulo crudescit ebur*] Vide IV. 190.

267 *Sed matre carere Creditur*] Exponit in sequentibus vs. 365. Philo refert ad septenarium numerum illud de patrima virgine, Κοσμοποιΐας p. 17.

273 *Vel quia Pallanti jugulum scidit*] Ante enim Tritonia dicta. Festus tamen: 'Pallas Minerva est dicta, quod Pallantem gigantem interfecerit, vel, sicut putabant, quod in Pallante palude nata est.' Arnob. IV. 'Nam Minervam me esse genitore ex Pallante procreatam, testis est omnis poëtarum chorus, qui Palladem me nuncupat, derivato a patre cognomine.'

276 *Fœmina plus, quam jura sinunt*] Velleius II. 'otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens.'

Cœli hæres? quod poscis habes: hæc sanguine juncta,
Junctior amplexu: soror est, conjux erit, una
E numero selecta tibi, una, sed unica, cujus
Nec similem memoret tellus, nec sidera norint.
Absque pari parit illa tibi. Sic fata negantem
In fratris cupidi dedit oscula: conscius ille
Optati sceptrum tribuit commune sorori.
Ergo eat et vultus nostros Erycina lacessat:
Nuptum ivi selecta Jovi: sed fallitur, isset
Diva Paphi potius: quoniam ortus nacta serenos
Concrevit spumante freto, cæsisque pudendis.
Hæc patrem factura Jovem, tibi, bellice Mavors,
Et populo pareret: hac anceps ætheris hæres
Aurea degeneri violaret regna metallo.
Quique nec indicio Phœbi, nec vindice textu
Securam potuit noctemque fidemque mereri
Lemnius, ultum iret alieni probra pudoris
Lemnius, et proprios non suspiraret amores.
Ut Phrygium sileam, quis vulgatissima nescit
Furta Deæ? sed blanda, sed alma, sed aurea nectit
Blanda dolos, alit alma malum, petit aurea donum.
Olim, nam memini, certandi sola potestas
Cum Jove nostra fuit: ubi tunc Venus, illane venit
Tertia? ubi Pallas? an quarta jussa veniret?

304 *Dolis* Mor.—307 Sic ed. Basil. *q. ut jussa v.* Spondan. et Mor. V. not. inf.

NOTÆ

285 *Una E numero selecta tibi, una, sed unica*] Egregia, sine exemplo priva, ἀγαπητή. Ita Catullus de Cæsare: 'Imperator unice.' Festus: 'Thalassium virgo unicæ pulchritudinis.' 'Sardanapalus unicæ luxuriæ.' Plaut. in Bacchid. 'unice unum plurimi pendit;' et alibi, 'uno magis unicus.' Ita Noster, v. 'ruit unicus ille, Laodamia, tuus.' Gifan. Ind. Lucret. in *sagax*. Queroli auctor: 'me reliquit solum atque unicum.'

294 *Concrevit spumante freto*] Infra 430.

296 *Et populo pareret*] Πάνδημος Ἀφροδίτη.

297 *Aurea degeneri violaret regna metallo*] Ipsa, ait, maris, non cœli progenies, hybridis et insititiis illis cœli et Deorum majestatem deterit.

302 *Quis vulgatissima nescit*] Πολυθρύλλητα καὶ καθημαξευμένα.

307 *An quarta jussa veniret*] Lego *injussa*, vel *et jussa*.

Tiresia certe steterat sub judice Juno.
Sed taceo, tu, Phryx, potior, tu disce mereri
Junonem quæ sceptra ferat, quæ commodet aurum.
Tot mundus miratur opes, tot regna Cometæ
Dispensant: quæ sceptra velis, quas elige terras,
Quicquid agas, quacumque fluat sententia nosti
Junonem placuisse Jovi: Junonie judex,
Censorem ne sperne Jovem. Sic alta profando,
Reginæ multum meminit, vultumque superbum
Vocibus ingessit, contemta fronte precantis.
  Prodit in aspectum Pallas, fandique secundas
Nacta vices, propriæ fidens et conscia causæ,
Irriguo sacras haurit de pectore voces:
  Magna parens Superum, nec enim nego, magna Tonantis
Nupta, nec invideo, meritum, Phryx inclyte, nostrum,
Si quod erat, carpit. Testor freta, testor Olympum,

314 *Justissime* Ms. marg. et Mor.

NOTÆ

308 *Tiresia certe steterat sub judice Juno*] Judex inter Jovem et Junonem datus de eleganti scilicet problemate: *πότερον τὰς γυναῖκας ἢ τοὺς ἄνδρας ἥδεσθαι μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις συμβαίνῃ.* Sententiam Tiresiæ habes apud Apollodorum III. Ovid. III. Metam. Hyginum fab. 75. Fulgent. in Tiresia 137. propter quam excæcatum ferunt a Junone. Callimachus tamen hymno in lavacrum Palladis, et Propert. Eleg. IV. 10. a Pallade factum volunt. 'Steterat sub judice' hic est experiri, disceptare: alias stare victores, penes quos lis data est, dicuntur; Horatius, 'recto stet fabula talo:' opponiturque illi 'excidit,' vel quod Juvenalis de Papinio, 'fregit subsellia versu,' ut quidem exponit Scaliger in Ausonianis lectionibus: Casaubonus enim, ad Athenæum, illud de fractis subselliis ad plausum et *συγκροτοῦντας* recte transfert. Quia vero Juno causa ceciderat, ideo ait: 'Sed taceo, tu, Phryx, potior.'

311 *Tot regna Cometæ Dispensant*] Lucanus I. 'et terris mutantem regna Cometen.' Papin. I. 'mutant quæ sceptra Cometæ.' Vide Marcellum Donatum in Suetonii Claudium cap. ultimo.

317 *Contemta fronte precantis*] Diocles Carystius eleganter apud Senecam cont. v. 34. *ἄπιστος ἡ ὑπεροψία πρὸς τὸ ἄρεσκον εἶδος.* Lucan. x. 'vultus adest precibus:' id negligit Juno: nam reginæ multum meminit; non autem illius, quod est apud Rhetoras, *τὸν ἀκροατὴν εὔνουν ποιεῖσθαι.* Arist. III. Rhet. 14. An, quod idem ait: *ὁ πλοῦτος ἀνοήτου εὐδαίμονος ἦθους ἐστί;* 'stultitiam patiuntur opes,' Horat. qua de re, in magnis Moralibus, Arist. II. 28.

Testor humum, non armatas in prælia linguæ
Credideram venisse Deas: hac parte loquacem
Erubeo sexum, minus hic quam fœmina possum.
Martem alium didici: victoria fœda, ubi victus
Plus laudis victore feret, nostrisque triumphis
Hic haud notus honos. Sed quo regina decoro
Effatu tendit? Dea sit cedo, immo Dearum
Maxima: non dextræ sortiri sceptra potentis,
Partirive Jovem certatim venimus: illa,
Illa habeat, quæ se ostentat, nos gloria saltem,
Cum titulis opus est, ornat minor: et quia cogor
In laudes ire, haud omni sine dote Minerva,
Si gena, si generis auctor, si denique mores
Quærendi, in curis regnat pudor: a Jove sanguis:
Censori facies oculo patet: hæccine forma,
Hoc genus, hic mentis cultus? Si conjuga Divæ
Gaudia, nuptarum dotes, et pignora jactant;

NOTÆ

325 *Hac parte loquacem Erubeo sexum*] Sic lib. VI. de Pentasile: 'at virgo loquacem Tarda sequi sexum.' Garrulitas enim est 'supellex muliebris.' Plaut. Pœnulo: 'En monstrum mulieris, tantula tanta verba funditat.'

326 *Minus hic quam fœmina possum*] Sic antea: 'fœmina plus quam jura sinunt.'

327 *Victoria fœda, ubi victus Plus laudis victore feret*] Optima *γνώμη* in conviciorum et calumniæ strepitum, sumta a Demosthene, qui, ut est apud Stobæum serm. 71. *λοιδορουμένου τινὸς αὐτὸν, Οὐ συγκαταβαίνω, εἶπεν, εἰς ἀγῶνα ἐν ᾧ νικώμενος τοῦ νικῶντός ἐστι κρείττων*. Philo eandem sententiam recitat De agricult. 168. Plut. Nazianzenus apposite, *κρεῖττον ἡττᾶσθαι καλῶς, ἢ νικᾷν ἐπισφαλῶς καὶ ἀθέσμως*. Orat. I. 41. Plutarch. in lib. de hostium auxilio: *ἡ σιγὴ πανταχοῦ μὲν ὑπεύθυνον, ἐν δὲ λοιδορίαις σεμνὸν*, &c. Vide Stob. 92. ubi ista Philemonis habes auro contra: *Ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον Ἔστ', ἢ δυνάσθαι λοιδορούμενον φέρειν· Καὶ γὰρ ὁ λοιδορῶν, ἂν ὁ λοιδορούμενος Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν*. Immo *κακῶς ἀκούειν κρεῖττον, ἢ λέγειν κακῶς*. Insignis super hac re est Justini Martyris sententia in epistola ad Zenam et Serenam 2. *πρὸς τὸν κεκραγότα σιωπητέον*, &c. quæ pluscula Chesippus quilibet *ταχύπλουτος Σαλμονεὺς ἐκ βύρσης*, et Daphitas si attenderet, nunquam foret Stratonis ille coculus, qui de se apud Athenæum, *ἐξῆν δ' βούλει τῷ μαγείρῳ αὐτῷ λέγειν*. IX. p. 38. Sed bene habet, *ἔστι θέμις, καὶ γλῶσσαν ἀναιδέα τίνεται ἄτη*, ut ait Cointus Smyrnæus de Thersite I. 750. *ἀχαλίνων στομάτων τὸ τέλος δυστυχία*. Vide insignite egregia de Calumniarum fructu apud Chrys. Hom. 14. in Acta Apost. 558. et Hom. 39. p. 716. v. 319.

Virginitas me sola juvat, nil passa pudendum,
Non læsura toros, non deprensura maritos.
Macte, Paris, mea bella viri, mea pensa puellæ,
Et mea laurigeri meditantur carmina vates:
Sic populis utrisque fruor, sic grata per omnes.
Sed quid ego hæc? quid ad hæc subnectere plura laborem?
Moribus indignum, fateor, studiisque pudicis,
Ostentare suum: propriæ nam venditor artis
Detitulat titulos, quos ingerit, at quià præsens
Viribus et vitiis armatur causa, Minervam
Accipe plus tacite meritam, quam voce secutam.
Cum vetus effueret in regnum mobile mundus,
Terrarumque notas ultrix detergeret unda,
Emersit cum sole fides, mox cetera dudum
Nacta fugam virtus terris offensa profanis

NOTÆ

347 *Moribus indignum, fateor, studiisque pudicis, Ostentare suum: propriæ nam venditor artis Detitulat titulos, quos ingerit*] 'Suum' hic est ἴδιον, τὰ περὶ αὑτοῦ. 'Detitulat,' ut I. 'depotuit,' 281. ubi plura de hac συνθέσει. Gaudet hic poëta καινολεξίᾳ quadam; potuisset enim levi versura: 'imminuit,' 'infuscat,' vel, ut ipse infra, 'Virginis elidit titulum.' Tertullian. contra Judæos IX. 100. 'Magos quoque Samaritanorum appellatione titulavit:' et Judicio Domini: 'et vernis roseas titulabit floribus auras.' Γνώμη sumta est ex passivo illo: 'laus in suo cujusque ore sordescit.' Salomon Proverb. 27. ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. Plut. eleganter in libro de sui laude: αὑτῷ μὲν γὰρ ὁ παρ' ἄλλων ἔπαινος ἥδιστος ἀκουσμάτων ἐστὶν, ἑτέροις δὲ ὁ περὶ αὑτοῦ λυπηρότατον. Geminum est illud Themistii Euphradæ, οὐδὲν οὕτω φορτικὸν ἄκουσμα, ὡς ὁ καθ' αὑτοῦ ἔπαινος. Orat. περὶ φιλοστοργίας. Id cogitans Æschines dicebat virorum etiam clarissimorum laudes esse molestas, multo magis Demosthenis, ὅταν δὲ, addit, ἄνθρωπος αἰσχύνη τῆς πόλεως γεγονὼς ἑαυτὸν ἐγκωμιάζει, τίς ἂν τοιαῦτα καρτερήσειεν ἀκούων; Demosthenes id animadvertens obliquat exordio aureæ illius de Corona orationis: φύσει πᾶσιν ὑπάρχει τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἄχθεσθαι. Eadem est Chrysostomi χρεία in II. ad Corinth. Hom. 22. p. 894. οὐδὲν οὕτως προΐσταται τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκροατῶν, ὡς τὸ ἑαυτόν τινα ἐγκωμιάζειν. Eadem habes p. 896. eadem Homil. Synes. De dono Astrol. κηρύττειν ἑαυτὸν καὶ πάντα ποιεῖν ὑπὲρ ἐπιδείξεως, οὐ σοφίας, ἀλλὰ σοφιστείας ἐστὶν, p. 307. Nilus etiam bene: φεῦγε τοὺς ἐπαίνους, αἰσχύνου δὲ τοὺς ψόγους, paræn. 27. Vide etiam Plinium Epist. I. 8. et Plutarchum in Cicerone.

352 *Cum vetus effueret in regnum mobile mundus*] Regnum mobile propter κατακλυσμόν. Vide I. 406.

355 *Nacta fugam virtus*] Ovid. 'Ultima Cœlestum terras Astræa reliquit.' Ita Chrysostomus in Matthæ-

Jam mundo meliore redit, prudentia nunquam
Velox, indulgens pietas, patientia victrix,
Strenua simplicitas, hilaris pudor, ardor agendi
Sobrius, et nullo nutans constantia casu,
Non vaga pax aderat, rerum Concordia custos,
Justitiæ rectique tenor, sine judice stabant
Visuræ populos et Deucaliona sorores,
Poscebantque ducem: nec enim secura meandi
Copia, nec prorsus Furiis in Tartara pulsis
Cessavere metus: tandem genitura Minervam
Contremuit frons celsa Jovis, totusque rotatu
Intonuit majore polus, nec gratior unquam
Lux Superis: hoc patre fluens, hoc edita partu,
Divum pandit iter, diras et monstra relegat
Virtutum custos, virtutum prævia Pallas.
Hæc illa est, quam Juno notat, quam, Dardane, cernis,
Marte Minerva potens, hæc cujus dextra minacem
Exhausit Phlegram: vidi, dicamne? sed omnes
Novimus, Enceladi consumsit flamma Cyclopes:
Centimanus pharetras centum, Niobesque sagittas
Sprevit, anhelanti jam major Marte Typhoëus
Cœlum poscebat: ubi tunc Mavortia Juno?

NOTÆ

um Hom. x. p. 97. ἀπελήλαται καὶ ἐκβέβληται, καὶ τὴν γῆν ἀφεῖσα τὸν οὐρανὸν ἀπεδήμησεν: de Pace loquitur. Fugam illam Virtutis prolixe Aratus describit 206.

365 *Genitura Minervam Contremuit frons celsa Jovis*] Apollod. Rhod. IV. Argonaut. Callimachus hymno in lavacrum Palladis, Pindarus Insignite, Olym. 7. Ἁνίχ' Ἁφαίστου τέχναισι, Χαλκελάτῳ πελέκει, Πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ' ἄκραν Ἀνορούσαισ' ἀλάλαξεν ὑπερμάκει βοᾷ. Οὐρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ. Securis itaque obstetrix fuit, et, quod addit, Jupiter Rhodiis aurum pluit. Vide Apollodorum I. 8. qui absorpta Thetide, Prometheo, vel Vulcano, caput percutiente, Palladem juxta Tritonem amnem armatam exsiluisse scribit. Philo περὶ κοσμου. commentum de Minerva ad numerum septenarium transfert, p. 17. Item Chalcidius Comment. in Timæum Platonis p. 111.

374 *Enceladi consumsit flamma Cyclopes*] Vide Apollodorum I. et illa quæ sequuntur de Typhoëo, qui manuum τὴν μὲν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ἐκτεινομένην, τὴν δὲ ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς jactabat: dicuntur inibi ἑκατόνχειρες Cœli filii, et ἑκατόνχειρες simpliciter, Nazianzeno, IV. 121.

Juvisset numero, saltem, propiorque stetisset
Pro sceptris armata suis! jam pæne supernos
Persephone thalamos, Ditem complexa tenebat:
Cum tandem exsiliens trepidis Saturnia stratis
Exclamat: Pallas, Pallas, proh fata! moraris?
Pellimur. Accessi, sensit valuisse Medusam,
Gorgoneamque Deam, sensit quod fulgurat aurum
Plus splendore potens, cum cœlum, sceptra, Penates
Reddidimus trepidæ. Sit nunc ingrata, sit hostis:
Nostrum est quod regnat, nostrum quod cum Jove somno
Securo fruitur. At curam imbellis Olympi
Cum subii, tunc Diva fui, tunc dicta virago.
Vos, Superi, testor, quantis sudaverit ausis
Hoc caput, hoc pectus nostrum, (ac ostendit utrumque,
Cœlum suspiciens,) pudor hic, hic cassidis horror,
Et parmæ quam Juno notat: genuitne cerastas
Jupiter? advertat cujus convicia tractat
Diva memor, parcatque suis: parit illa potentem
Vulcanum, pariatque velim: non quod pede molli
Militat, invideo, nectitve quod arte catenas.
Sic fatur, Veneremque obliquo figit ocello,
Atque iterat: Res o vatum dignissima visu,

377 *Nunc* ed. Basil. *tunc* Spondan. et Mor.—390 *Vos Superos* Spondan. et Mor. *Vos Superi* ed. Basil.

NOTÆ

384 *Sensit quod fulgurat aurum*] Refer ad Junonis illa, supra 358. 363.

391 *Hoc caput, hoc pectus nostrum, (ac ostendit utrumque*] Imitatio est Ovid. Metam. XIII. 'Aspicite en! vestemque manu deduxit.' Sic Virg. in Ciri: 'Aut ferro hoc: aperit ferrum quod veste latebat.'

396 *Pede molli Militat, invideo*] Εὐφημισμὸς et ὑπόνοια elegans in his et sequentibus. Sic apud Homerum Juno illum appellat κυλλοποδίωνα: vide et apud Cicer. II. de Nat. Deor. illius picturam, de qua Victorius Variarum XXIX. 20. Vide μυθολογικὰ apud Camerarium, problem. VII. 22. et Plutarch. De facie Lunæ: qui Vulcanum ideo claudum ait, quod πῦρ ξύλου χωρὶς, ὥσπερ χωλοὶ βακτηρίας οὐ πρόεισι, p. 932. Talis autem εὐφημισμὸς est in illis, quæ magnus ille Scaliger in Cerrato emendat, cum 'partes tacitas' mavult, quam pudendas, VI. Poët. cum ipse 'cunas cruentas' ponit, pro αἱμωθείσαις.

En generat voces, evolvit nomina, nugas
Pieridum, et nostras dignatur noscere frondes:
Sed male vel didicit, meminit vel mollius æquo,
Vera voce fluit a polleo Pallas, et alti
Splendorem meriti vix gloria nominis æquat.
Macte, Paris, quid enim numerandis improba veris
Effluo, et in titulos suspiro prodiga? læsi
Forte Deos, exempla sequor, veniamque coactus
Error habet, nosti Junonem indigna locutam.
Sed taceo, promsi (fateor doleoque) superba,
Vera tamen, sed molle decus, formæque triumphum
Non hac mente peto, viles ut solvar in usus,
Vulgaresque jocos: hac fronte, hoc oris honore
Venatrix hominum vernet Venus. O fuga morum,
Diis utinam libranda forem: nunc Cypris in omnes
Bella ciet, victrixque placet, mundumque superbit
Imperiis cessisse suis: heu rara securis

411 *Solvat* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

402 *Meminit vel mollius æquo*] Μνημονικὸν ἁμάρτημα.

403 *Vera voce fluit a polleo Pallas*] Nimis Grammaticum, nisi ad orationem Junonis referas. Etyma quatuor enumerat auctor Etymologici: quorum tria etiam Tzetzes ad Hesiodum: aliud habes apud Hesychium: aliud Clem. Alex. Orat. ad gentes, 9. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν τὴν καρδίαν Διονύσου ὑφελομένη Παλλὰς ἐκ τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν προσηγορεύθη. Plato etiam in Cratylo ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Vide etiam Phornutum, titulo *Minerva*, p. 160. qui illam 'intellectum Jovis' appellat, ut Papinius, 'magni decus ingeniumque parentis,' II. Theb. Vide etiam Apollod. I. 15. *Minerva* unde dicatur, habes apud Festum, et qui inde sumsit, Meursium Critic. II. 5. 117.

407 *Veniamque coactus Error habet*] Arist. Ethic. III. 1. ἡ ἄγνοια ἡ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ πρᾶξις, ἐν τούτοις ἔλεος καὶ συγγνώμη. Eadem Philo in fine libri de migrat. Abrahami p. 331.

416 *Heu rara securis Aurea*] Quid hic 'securis aurea?' an de imperio? ut Propert. 'Brutique secures:' nihil minus. An vero de aurea securi, quam Mercurius rustico pro ferrea obtulit, ut est in fabula Æsopi apud Planudem 44. quo Acron refert illud Horatii Sat. I. 7. 'fertur quo rara securis.' Ita de simplicitate intelligendum foret, cum sequatur, 'ramus amor morum,' sed non videtur. De victimis mactandis in honorem Deorum intelligo: ita III. 216. 'et larga cumulat promissa securi,' quam et 'secespitam' nominabant. Nisi forte ad Saturni falcem referendum, qua Cœli παιδογόνα demessuit. De securi in judicium vocata, vide Pausaniam in Atticis p. 22. et 27.

Aurea, rarus amor morum ! quippe ardua frangit,
Virus dulce, piæ Syrtes, amentia supplex,
Molle malum, morbus hilaris : sic vindicat orbem
Exitium venale Venus, sic exit in omnes
Teligerum complexa suum : exemplumque datura,
Vulcano Martique parit. Moderantior olim
Mortali contenta jugo, non astra coëgit
In numen laqueumque suum : non fulmine blando
Fulminis auctorem fregit : non Cynthius ignes
Majores miratus erat : non cura tridentis
In mediis fervebat aquis : sed nomine vero
Bacchus liber erat. Pudet, Ægæonis alumna,
Sera ultrix Superos vexat, cœlumque reposcit
Cum patrio projecta gelu, cumque exule mentu :

424 *Numerum* Ms. marg. et ed. Mor.—430 *Mente* Mor. V. not. inf.

NOTÆ

418 *Virus dulce, &c.*] Ὀξύμωρα. Vide IV. 221.

426 *Non cura tridentis*] Neptunus, qui Silio XV. 'tridentipotens :' ille ex Venere Erycis pater est, ut Sol Electryonis, quæ hic arrodit Pallas.

427 *Sed nomine vero Bacchus liber erat*] Liber enim dictus.

428 *Pudet Ægæonis alumna*] Venus ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης, ut Musæus loquitur: hinc I. Nostri, 'Tritonis' alumna, et 'Ægæonis :' ponit enim utrumque nomen pro mari, ut postea, 'Cum Jove, cum Tritone fuit, cum dite Dione.' Sic 'Ægæon' pro mari apud Lycophronem: Αἰγαίωνος ἀγχίτην πάγον. Ovidio est Deus marinus, ut et Papin. V. Theb. 'Diis pelagi, ventisque, et Cycladas Ægæoni Amplexo :' ille II. Metam. 'balænarumque prementem Ægæona suis immania terga lacertis.' Ægæon etiam est Briareus. Hom. Il. A. ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίων'. Ita Papin. Achill. I. 'duros laxantem Ægæona nodos.' De illo vide plura apud Turneb. Advers. XIX. 2. De hoc, Apollod. I. De tempore syllabæ penultimæ vide Hartungum II. Thes. Crit. c. 8. p. 786.

430 *Cum patrio projecta gelu, cumque exule mentu*] Ita in omnibus editionibus : legendum autem verbo nupto, mentula: quod satis arguunt illa : 'Erubeo ulteriora loqui :' unde etiam syllaba coaluit cum sequenti. Eandem rem Juno tetigit supra : 'quoniam ortus nacta serenos Concrevit spumante salo, cæsisque pudendis. Sed taceo.' Venerem mari esse oriundam, cum αἰδοῖα Cœli Saturnia desecuit falx, ut Ausonius ait, nimis notum ex Hesiodi Theogonia, Apollodoro I. 2. Arnobio IV. Macrobio Saturnal. I. 8. et 12. et Poëtis omnibus. Eandem e mari emergentem habes apud Pausaniam, in Corinthiacis, Heliacis prioribus, et apud Plin. XXXV. 10. Anthol. Græcor. Epigrammat. IV. Involucrum fabulæ est apud Varron. IV. de causis ling. Lat. Fulgentium II. 135. Clem. Alex. Pædag. I. 6. ex Diogenis Apolloniatæ sententia : item apud Arist. de Ge-

Erubeo ulteriora loqui: me strenua certe
Omnipotensque Venus tentabat flectere; cessit;
Sensi etenim, mecumque utinam deprenderet orbis,
Cum fallax et blanda venit. Nihil hoste polito
Sævius: omnifico vultu mentita favorem
Amplexum in luctus solvit, defœderat urbes,
Arces frangit, et in subitum rapit omnia Martem:
Cum ventum in cædes, cedit: cum prælia fervent,
Frigescit: tunc arma juvant, tunc Pallas in usu,
Et Venus in probris. Commercia turpia, molles
Exacuit, duros emasculat, et rapit orbem
In prædam, cui præda venit: sic mutuus error
Invenit alterni solatia digna pudoris.
Non cogo in certos numerosum Protea vultus,
Non Venerem semper variam, moresque pererro
Implicitos; satis est aliquo si cognita casu
Non trahat incautum prorsus: sed voce monentis,
Exemplum cui mundus erit, quis dicat egere?

436. 437. Sic ed. Basil. sed *A. i. l. s. Marte omnia miscens. Quum ventum, &c.* Spondan. et Mor.

NOTÆ

nerat. Animal. II. 2. Hinc vulgo ἀφρογένεια dicta. Didymus vero dictam putavit Ἀφροδίτην παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, ut habet auctor Etymologici magni. Plato, in Cratylo, etymo Hesiodi adversari nefas putat: quod Hesiodi tamen Scholiastes cum Euripide insuper habuit: qua de re etiam apud Aristot. II. Rhet. 23. καὶ τοὔνομα ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶ. τὰ μωρὰ γὰρ πάντ' ἐστι Ἀφροδίτη θεοῖς. Euripid. in Troadibus ita μυθολογεῖ: etiam Heraclides ad Homerum, cur Diomedes hortatu Palladis vulneret Venerem.

Cumque exule mentu] Sic VI. 'exule bello:' item 'extorres artus.' Ita Synesius in hymno quinto, φύξηλις γαίας μόχθων: cui opponitur Nonno toties usurpatum ξυνών. Prudent. in Hamartig. 'fugit exul Sanguinis et carnis penetralia.' 'Avis exul hyemis,' Laberius, 'Altorumque exul nemorum,' inde de fera II. in Ruf. Claudianus. 'Exul spei,' Hegesippus. Tertullian. de Baptism. III. 5. 'viduis aquis sibi mentiuntur, a quibus scilicet Spiritus Sanctus gratia exulat.' Ita 'viduus soli,' Silius II. 'viduus pharetra,' Horat. Isidorus, ἀληθείας χηρεύειν, II. 213.

431 *Me strenua certe, &c.*] Vide ea de re Dialogum Luciani, et Homerum in hymno Palladis.

434 *Nihil hoste polito Sævius*] Hostis politus, ὀξύμωρον, qui familiariter amicitias exercet, ut Cicero loquitur, λυκοφιλίαν. Proverb. 27. ἀξιοπιστότερά ἐστι τραύματα φίλου ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ.

439 *Tunc Pallas in usu, Et Venus in probris*] Ita Terent. in Phormione: 'sin patefit, in probro siem.'

Maxime Priamidum, nostra est si gloria quicquid
Mars audet, quod Clio docet, quod certat Arachne,
Si tibi mixta manus, et partitura Minervam,
Si tutoris egent arces, et in arce triumphat
Palladium, formæ titulum si virgo meretur,
Annue, et Iliacum judex ne despice fatum.
Desierat, vultuque animum vocemque secuto
In gyrum flectens aciem sedet: emicat axe
Idalio provecta Venus, tandemque profatur
Mœsta parum, sed blanda oculis, et fronte serena:
Heu quibus exilium populis positura relinquar,
Libera Saturni proles? Cui grata, vel æqua,
Si Superis invisa vagor, si transfuga cœli
Fata sequor? Vos o spirat quibus orbe secundo
Indefessa fides, quos non livescere certum est,
Si pia, si facilis, si nulli dura Dione,
Pendite quis causam casus premat, unde tumultus,
Unde minæ: cum prima meos lux extulit ortus,
Fovi hominem duros tenere solata labores,
Et casus miserata graves: sic publica grati
Templa mihi struxere viri: sic thura merebar.
Hinc iræ, hinc odii causæ. Miserescite saltem
Vos quibus exul agor; cœli rea deprecor orbem,
Quem colui, vestram populi defendite civem.
Flos juvenum, spes nostra, Paris, non vexo locutas
Non incuso Deas: quis enim vel carpere possit,

NOTÆ

451 *Si tibi mixta manus, et partitura Minervam*] Consilii et auxilii promam se promittit: 'partiri curas et rerum arcana solebat,' ut Papin. loquitur.

454 *Iliacum judex ne despice fatum*] Palladium, quo salvo, urbs salva. Vide Apollod. III. 180.

459 *Heu quibus exilium populis positura relinquar*] Ita Æschines Demostheni ista assuit: *περιγράψατέ με ἐκ τῆς πολιτείας, οὐκ ἔστιν ὅπη ἀναστήσομαι.* Orat. contra Coronam, vel Ctesiphontem.

462 *Spirat quibus orbe secundo Indefessa fides*] Ἔφεσιν a Diis ad hominum judicium adornat, cum a Junone et Pallade quasi cœlo excludatur: quo spectant illa, 'si transfuga cœli Fata sequor:' 'cœli rea deprecor orbem.'

463 *Quos non livescere certum est*] Livescunt certe homines, sed Diis sua non invident: nam, ut Aristoteles ait Rhet. II. 19. *φθονήσουσι οἷς εἰσὶν ὅμοιοι ἢ φαίνονται*: et paulo post, *οὐδ' ἂν πολὺ οἴονται παρ' αὐτοῖς ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις λείπεσθαι.*

Vel sacros æquare modos? at si qua fatendi
Libertas veri, nosti, puer inclyte, nosti,
Quæ rerum series, steterit quo cardine causa,
Quam bene rem sermo digesserit: indice vultu,
Eloquio frontis, oculo censore, secanda
Lis erat: unde igitur armata licentia fandi
Infremuit, si dura minus reverensque pudoris,
Et Jove progenita, et virgo Tritonia credi
Posset? At emeruit Musarum maxima dici,
Non nego, fingit enim, nullique hac parte secunda
Falsigraphos commenta docet: docet auribus uti
Mollibus, et cæcos per frivola ducere sensus.
Cumque per ambages nugis pomposa venustis
Phyllidas, Hysiphilas, et prælia nostra retractet,
Lucratur sacram venalis fabula laurum.
At si militiam fingendi fœda facultas
Hanc habitura fuit, saltem discrimen habendum
In quam, quid, quare; nec enim si nata cerebro

NOTÆ

479 *Oculo censore, secanda Lis erat*] In rem præsentem ait veniendum; ut enim Pindarus, *εὐώνυμον ἐς δίκην τρία ἔπεα διαρκέσει*. *Litem secare* est honorarii arbitri, quod Ciceroni in libro de Fato est, *medium ferire*, ut quidem Victorius legit I. 18. ut et Græci *μέσον τέμνειν*: ita apud Athenæum XIV. *τὴν μέσαν νέμν*: vide Erasm. 'medium secare.' Jul. Cæsar Scaliger in farragine poëmatum: 'Dicebant veteres, medium secat: iste sed harpax Extremum, medium, principiumque secat.' Plutarch. I. Sympos. *ἐγὼ διαιτητὴς ᾑρημένος, οὐ κριτὴς, βαδιοῦμαι διὰ μέσου*. Horat. 'ridiculum acri Fortius et melius magnas plerumque secat res.' Virg. 'quam quisque secat spem.' Lucret. III. 'Si subito medium celeri præciderit ictu Vis aliqua.'

485 *Falsigraphos commenta docet*] Poëtas quibus maxima de nihilo nascitur historia: 'quorum carminibus nihil est nisi fabula cœlum.' Manilius. *Ὑλομανεῖ τὸ μυθῶδες*, ait Isid. Pelus. II. 278. *Οὐκ ὁσίως ψευδηγόρευσεν*. Oppianus. Qua de re illustris in utramque partem apud Pindarum locus Nem. Od. VII. 281. *Falsigraphus* formavit, ut Attius, Plautus, Ausonius, *falsidicus*: ut antiquus poëta 'Legicrepi tundunt, latrant fora.' Vide Catalecta Scaligeri p. 232.

Docet auribus uti Mollibus, et cæcos per frivola ducere sensus] Illi ut plurimum Veneris sunt satellites, *ἐξ ὀνομάτων*, ut Æschines dicebat, *συγκείμενοι*, contra Ctesiphont. qui *καταγλωττίζουσι τὸ λόγιον*, et, ut Pindarus Olymp. Od. I. *βροτῶν φρένας Ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις Ἐξαπατῶντι μῦθοι*: quo spectant sequentia *Phyllidas, Hisiphylas*, ut mavult Casaubonus legere in Persio, unde hæc sumta.

492 *In quam, quid, quare*] Vide I. 145. VI. 83.

Nostri plena Jovis, gelidæ nil improba fando
Virginis elidit titulum doctissima virgo.
Illa virum titulos raptis mendicet ab armis;
Sit sese contenta Venus, tumide illa minetur;
Nos humiles facilesque pati : rorantia tabo
Signa ferat victrix ; nostri sine cæde triumphi.
An quia naturæ non obluctata, fatigor ?
Anchisæ si blanda fui, sexumne refelli ?
Si peperi, cui facta nocens ? meus astra Cupido,
Æneas Phrygiam vester colit: hæccine culpa ?
Hoc Venus exitium Superis molitur et orbi ?
His homines, his dono deos: ergo innuba Pallas
Sic meritæ mores Veneris notet ? illane grata,
Grata viris, quos Marte vorat ? placanda puellis
Quarum fastidit sexum ? Diis digna serenis,
Quos resides timidosque vocat ? sic exit in omnes,
Sic telis placitura suis, sic omnibus æqua !
At virgo est ; negat Aglauros, negat anguis opertus :

508 *Residos* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

493 *Gelidæ nil improba fando Virginis elidit titulum*] Verba nupta, ait quæ vs. 459. *περὶ παιδογόνων* proferebat Pallas, illam devirginant, ut Apuleius, vel depudicant, ut Laberius apud Agel. XVII. 7. 'Gelidam virginem' nominat, quod amore non incalescat; *ἀειπάρθενος* scilicet, et *γάμων ἀδίδακτος ἐοῦσα*. 'Elidere titulum,' ut Cicer. 3. Tuscul. 'elidere ægritudines.' Quid proprie 'elidere' vide Junium in Apologet. Tertul. 23.

499 *An quia naturæ non obluctata, fatigor*] Rea peragor, quia non *fugio a sexu?* ut Juven. loquitur. Est autem verbum *fatigor* multæ significationis: sæpissime Nostro est *κακοποιοῦμαι, καταπονοῦμαι*, ut supra, 'Superos invisa fatigat,' IV. 'ut non sensura fatigant Membra,' lib. VI. 'mille licet mortes hinc inde fatigent :' 'duplicique fatigat Morte animam.' 'Phrygios umbone fatigans.' Sic Virg. Æn. IV. 'Corripit e stratis corpus sociosque fatigat :' excitat: III. 'Martemque fatigant,' IX. 'Sylvas,' 'terga fatigare:' 'curasque fatigat,' Papin. V. Sylv. Propert. 'sat tibi sint noctes, quas de me, Paule, fatiges,' IV. Silius V. 'tertia bella fatigat.' XIII. 'campos fatigare :' 'quos spes grata fatiget,' XVI. Tacit. XV. 'dextram osculis fatigare.' Trebel. Pollio: 'res secundæ sapientum mentes fatigant.' Sidonio Apollinari 'fatigare' est *cavillis* et locis incessere, III. Epist. 13. 'si fatiget in contumelias;' 'si fatigetur in furias.' Vide Wolberium ad Epist. 8.

510 *At virgo est; negat Aglauros*] Fabulam exponit Ovid. Metam. II. Hyginus Fab. 166. Fulgentius, tit. de Vulcano et Minerva, p. 139. Apollodorus III. p. 195. Pausanias in Atticis, nullo tamen, quod mendacii *ἐξαίρε-*

At taceo. At facie pollet: consulta reclamat
Unda, tumorque genæ: gladiis at strenua sumtis;
Non proprium quod fingat habet: mentita potestas
Læta brevi, probrosa diu: post pauca serena,
Spuria perpetuo sordescit gloria luctu.
Quondam certa fides, bella imperiosa Deorum
Non una confecta manu, laurusque per omnes
Dicta dari: at victrix Perseæ Gorgonis umbra
Extorsit titulos, palmamque imbellis Olympi.
Sic de se meminit Pallas, sic credere oportet:
Crede, Paris, res digna fide, tradendaque fastis,
Plus Jove, plus Phœbo potuit, plus fœmina Marte:

NOTÆ

τον, consensu. Venus, ut verbo rem signem, Minervam negat virginem, quia Erichthonium Aglauri fidei commisit, quem ex Vulcano natum volunt, qui, ut ait Apoll. *ἀπεσπέρμηνεν εἰς τὸ σκέλος τῆς θεᾶς.* Nazianz. Orat. II. in Julian. 128. *Ἀθηνᾶ παρθένος ἐστὶ, καὶ τίκτει δράκοντα.*

Negat anguis opertus] Hæc vel ad Erichthonium cistæ inclusum referenda: quo faciunt verba Apollodori, *θεῶνται τῷ βρέφει παρασπειράμενον δράκοντα*: vel ad Æsculapium, quod ad verba auctoris propius accedit; atque ita 'anguis opertus' erit Æsculapius, quamvis non nesciam, Draconem tutelam vel famulum Æsculapii rectius dici. Serenus de illo: 'Qui quondam placida tectus sub pelle Draconis.' De eodem Sext. Aurel. Victor: 'se in Ogulnii tabernaculo conspiravit.' Palladis vero et Æsculapii filia dicitur *Ὑγίεια*, quod solus, quantum scio, Pausanias scribit in Atticis: *τοῦ δὲ Διιτρεφοῦς πλησίον . . . θεῶν ἀγάλματα ἐστιν Ὑγιείας τε, ἣν Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι λέγουσι, καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν καὶ ταύτης Ὑγιείας*: deinde etiam apud eundem in quarta parte Aræ Amphiarai tribuitur Veneri Panaceæ locus; item Jasoni Hygiæ, et Minervæ Pæoniæ: cujus rei Mythologiam habes apud eundem in Achaicis 230. et disceptationem Pausaniæ cum quodam Sidonio. Vide et Plinium XXXV. 11. ubi Iaso et Ægle filiæ nominantur Æsculapii: Dalecampius ista de Iaso ad Iasonem Chironis alumnum manifesto errore transfert. Quamvis autem Theocrito, Luciano, Homero, aliisque, Diana, Musæ, et Minerva, *ἀειπαρθένοι*, alii filios tamen et filias illis assignant: de Diana, si eadem est cum Luna et Ilithya, *λυσιζώνη* res clara: de Musis est apud Pausaniam in Bœoticis p. 308. Apollodor. I. p. 8. Caussam affert Bion Idyll. 4. Paschalius de Coronis III. 4.

515 *Spuria perpetuo sordescit gloria luctu*] Si spurii *ἀπὸ τῆς σπορᾶς*, ut vult Modestinus D. de statu Hom. XXIII. dicti, rectius Ausonius: 'quique notam spuriis versibus addiderat.' De vocabulo vide Crinitum II. 5. Scaliger in Festum p. 112. ubi de *σκοτίοις, παρθένοις*, Favoniis; et Meursium ad Lycophronem p. 206. Casaub. ad Apuleium, p. 148. De vitio filiis Scaliger ad Varronem p. 224. de iisdem Imbris vel Umbris dictis apud eundem p. 201.

Marte utinamque meo : nec enim tibi, Juno, nepotes
Invideo, si digna tamen : nec turpe Minervam
Ut socium numerare genus : tot freta Dione
Vindicibus potuit saltem, si fata tulissent,
Serpentum non esse parens, miserique per urbem
Exulis explicito raperet vestigia gyro
Harmonie Martis; vidi, vidi ipsa nefande
Cæsum, quem peperit populum. Sic fata madentem
Inclinat vultum, rursusque accensa profatur :
De facie nil læsa queror, metuenda Deorum
Invidia est : blando Semele conceperat astro,
Plena Deo, paritura Deum : denusque tumebat
Mensis, cum Juno vultum mentita severum
Accedit, persuadet, abit : quid, credula, simplex,
Inscia, jurato premitur Jove? Sic tua longis,
Cadme, fides perfecta viis, sic annuus error
Emeruit? cum rapta soror, viduamque parares
Junonem sancire Jovi, te luctibus ecce
Munerat : inque tuos flammis armatur alumnos.
Gaudeat, en quali deitas rugosa triumpho
Molitur titulos, tremula dum militat hasta,
Altricis mentita fidem : nam cetera nullus

529 *Hermione* in prioribus edd. Vide not.

NOTÆ

527 *Serpentum non esse parens*] Harmonie cum Cadmo in serpentem mutata est, quæ filia Martis et Veneris : Apollod. III. p. 148. Ovid. IV. Met. Papin. I. Theb. Hyginus Fab. 6. 176.

529 *Harmonie*] Ex prioribus liquet *Harmonie* legendum, non *Hermione*, ut in aliis editionibus retinuerant *ἀσκέπτως*.

530 *Cæsum, quem peperit populum*] Quis ille ex Palladis partu? Loquitur de dentibus Draconis, quibus Cadmus sementim fecit, unde armati, quos Spartos nominabant, enati, 'quis ævi mensura dies,' ut ait Papin. IV. Thebaid. Plura Apollod. III. p. 137. Hyg. Fab. 178.

Sic fata madentem Inclinat vultum] Ovidium imitatur : 'Manuque simul lacrymantia tersit Lumina.' Metam. XIII.

532 *De facie*] *De fatis* legendum, monent quæ sequuntur : nisi ad Junonis faciem et Beroën referas.

540 *Junonem sancire Jovi*] Junone relicta Europæ adhærebat Jupiter : Cadmus autem sororem quærens, illam Jovi ereptum ibat : ut cum Junone Jupiter in gratiam rediret.

Confinxisse labor; faciles ad tempora cani,
Ad faciem rugæ veniunt: fallenda senectus,
Non fingenda fuit: o si ad certamina formæ
Illa potens Beroë staret socianda Dionæ,
Incuteret celebrem simulatrix simia risum.
Stulte, quid Europem genero Jove quæris, Agenor?
Illa rapi meruit, raptorem excusat egestas,
Et thalami potioris amor; sibi maxima debet,
Quod toties vidua est conjux Jovis: alite fausto
Nupsisset, stabilique toro, si prima tulissent
Fœdera plus formæ, linguæ minus: improba, turpis,
Garrula, legitimi mores incestat amantis.
At soror est conjuxque Jovis; bene cessit, in uno
Conjugis offensam redimit soror: ardua regnat;
At patris in solio; fruiturque jugalibus astris,
Stirpis, non thalami, merito: fuit aureus olim
Ille senex, quo nata feror, fuit unicus hæres,
Nec dum sortilegam mundus nutabat in urnam,
Cum pia Saturni proles, æquanda Minervæ,
Vel saltem non exul erat, regnoque tyrannis
Concedente tribus, triplicem processit in orbem

NOTÆ

548 *Illa potens Beroë*] Ovid. Metam. III. 'Ipsaque erat Beroë Semeles Epidauria nutrix.' Hyginus fab. 179. 167.

551 *Illa rapi meruit, raptorem excusat egestas*] In prioribus εἰρωνεύει: in reliquis deformitatem Junonis carpit: Jovem excusat. Ingenium poëtæ.

553 *Quod toties vidua est conjux Jovis*] Plauti imitatione. Cistellar. 'nunquam ego hanc viduam esse cubare sivi.' Apul. 'An contentus fuit vidua pudicaque nocte?' Vide Gruterum ad Plauti Stichum I. 1.

562 *Necdum sortilegam mundus nutabat in urnam*] Jovis, Neptuni, et Plutonis imperia, quæ sorte venerunt, habes apud Apollod. I. 4. Virg. Æn. I. Papin. VIII. 28. Claud. de Rapt. Proserp. I. De sorte et urna vide Varron. v. de ling. Lat. 59. Hadrianum Junium, Animadv. II. 5.

564 *Regnoque tyrannis Concedente tribus*] Cedere, de sorte, κυριολέκτως; de rebus erciscundis Auson. 'cui cura secundæ Sortis et æquorei cessit tutela tridentis' Idyl. 9. Papin. II. Theb. 'cessit victoria vati,' Lucret. IV. 'humanis concedere rebus;' quod illi est amori assensum dare. Corn. Sev. in Ætna, 'sacris secedere rebus:' ut quidem Scalig. legit. Sulpitia in carmine, 'Si tibi secessi:' quæ respicit ad illa Ovidii, 'Carmina secessum,' &c.

Communis regina Venus: quod cum Jove Juno,
Cum Jove, cum Titone fuit, cum Dite Dione.
Non mea sideribus famulis contenta potestas,
Tartara solatur, mulcet freta: vos, pia ponti
Turba Dei, vestræ scelus excusate sororis,
Si scelus hinc traxisse genus: tuque, optima vindex,
Imperiosa Thetis, cœlum, Junone fugata,
Posce tuum, raptasque faces: jam pellice pulsa,
Jam non solicito venies paritura Tonanti.
Fatis nulla fides, pretium Saturnia formæ
Perdet opes, perdet: non hunc emtura decorem
Venisset, si pulchra domi: male, Dardane, mores
Consuluit dare promta tuos: non flectitur auro,
Qui titulum paritatis habet: victricibus olim
Armentis impensa fides, librantis habenæ
Non vendit nutum, veteris non immemor æqui.
Illane, blande Paris, vultu victore fruetur,
Cui gemit Hesione, sanguis cui fluxit avitus,
Alcidæ quæ tela sui libravit in arces,
Bellica virgo, tuas? ubi tunc quæ prælia jactas?
Fatum ubi? plus actum est rapto Phryge, pocula natæ
Eripuit, thalamumque Deæ: sic molliter ultus,

567 *Tritone* Dresem.

NOTÆ

567 *Cum Jove, cum Titone*] Legendum *Tritone*. Id enim nomen pro Neptuno crebro usurpat; licet Triton Apollodoro sit Neptuni filius. Vide supra 428. ubi Venerem '*Ægæonis alumnam*' nuncupat: eodem sensu, III. 25. 'nostri Tritonis alumna,' item I. 'in aquis Triton,' III. 'in me, sævissime Triton, Has intende minas.' Est autem a Τριτὼ, quod est fluctus. Nonnius Syll. 5. Miscell.

574 *Jam non solicito venies paritura Tonanti*] Fabulam tangit, qua Prometheus sive Themis Jovem monuisse dicitur, ne cum Thetide esset; filium enim ex ea nasciturum patre majorem. Vide I. 336. Ovid. Metam. XI. fab. 8.

575 *Fatis nulla fides*] Respectum habet ad illa, quæ Pallas de regno, Juno de opibus, promiserat. Ita Juvenal. 'Fronti nulla fides,' v. 586. in sequentibus, eodem spectat, 'Fatum ubi?' Palladii.

580 *Librantis habenæ Non vendit nutum*] Librans habena est judicii arbitrium: vide I. 298. sic antea dictum, 'Diis utinam libranda forem.'

Aspera miscet adhuc Superis dotatus Olympo
Flos Asiæ, veneranda Deum regumque propago.
Non meus instabilis labor est, aut gloria, versus
Texere, non trepidas pensis urgere puellas:
Non mecum Phœbus, mecum certabit Arachne:
Hos Pallas tibi pacta pedes, hæc stamina nectat
Plurima. Dii (fateor) faciles et summa pacisci
Et dare: sed quid opes, quid regna, quid arma potenti
Adjiciunt? Cujus sceptrum pars amplior orbis,
Cujus opes Phrygiæ, cujus gens Dardana vires.
At si solanda est thalami regalis egestas,
Si vires, si sceptra nihil sine conjugis usu,
Munus habe Veneris; munus quo Sparta superbit,
Munus quod dici Juno velit, esse Minerva.
Quid moror? internam propius rimare Dionem:
Res agitur tractanda palam, jam pectora nuda
Pandimus: hac facie Phœbo duce metior astra,
Hoc vultu produco diem: formose, merenti
Gratare, et similem judex ne despice vultum.
  Sic effata, genas rapto depromit amictu:
Nuda humeros, exerta sinus, totoque diescit
Ore: pudet divas Veneri cessisse triumphum.

NOTÆ

588 *Aspera miscet adhuc Superis*] Καταγλυκαίνει, vel κιρνᾷ. Catul. 'Qui dulcem curis miscet amaritiem.'

589 *Flos Asiæ*] Ganymedes, qui pocula Hebæ Junonis filiæ, et quia παιδεραστὴς Jupiter, Junoni usum thalami eripuit. Talia sunt Deorum gentilium, quibus, Augustini verbis, 'aërii sunt, sanguinem non habent, itaque nec erubescunt.' 'Flos Asiæ ante ipsum.' Juv. Sat. v.

599 *Sceptra nihil sine conjugis usu*] Videsis Asterii Homil. v. 65. &c. ubi χρῆσιν illam egregie exprimit.

600 *Munus quo Sparta superbit*] Helena πάσης Ἑλλάδος ἄστρον, maximam illam ad motum ῥοπὴν, oratorum monitu, reservarat: Fulgentius scite II. Mythol. tit. de Hercule et Omphale: 'Mulieris illecebra major est mundo,' p. 136. Neque obstat quod Helenam nondum viderat, nam et ignotarum magnum fuisse amorem ex Charete Mitylenæo, Arist. aliisque prolixe probat Athenæus III. 575.

604 *Hac facie Phœbo duce metior astra*] Ad Stellam Veneris hæc referenda, cum solem anteit et sequitur.

608 *Totoque diescit Ore*] Apud Lucianum in θεῶν κρίσει se omnes ab initio actionis nudant: apud Coluthum prius vestes exuit, inde loquitur, Venus: Ἦδ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἀέρα γυμνώσασα Κόλπον ἀνηχώρησε, καὶ οὐκ ᾐδέσσατο Κύπρις. Deinde Στῆθος

Consulite, ultores Phrygii, Venus excitat ægros:
Hæc constant mihi visa fide: vel somnia certe
Pondus habent, hic fata sequor. Parete Dionæ,
Quæ civi lacrymas, risus quæ terminat hosti.

611 *Hac* Mor. et Spondan.

NOTÆ

ἅπαν γύμνωσε, καὶ οὐκ ἀμφήσατο μαζῶν. Hæc est muta illa commendatio pulchritudinis, ut Syrus dicebat, regnumque sine satellitio ut Carneades: quia formosi sine vi impetrant quicquid volunt. Anacreon, *Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.* Vide Athenæum XIII. 566. prolixe de pulchritudine agentem. 'Diescit' dixit, ut 'noctescit,' 'lucescit,' sic V. 'et pulchra genarum Rapta dies,' Papin. VI. 'membrorumque omnis aperta est Lætitia.' Silius VII. in judicio Paridis de Veneris forma: 'Nec judex sedisse valet: fessique nitoris Luce cadunt oculi: metuit dubitasse videri.' Secundum Venerem itaque lis tanta datur, ut Lucanus ait VIII. Paris enim præsentibus ambabus (ut in 12. tab. ista imiter) Veneri litem addixit.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Tertius extremum Trojæ divinat; et inde
Ad raptus Helenæ Paridem transmittit in Argos,
Qui prius Hesionen captivam reddere nollent.
Agmina Græcorum conspirant ilico ad arma,
Et duo nimboso merguntur in æquore fratres
Tyndaridæ, tumido extendunt in gurgite palmas.

SOLVUNTUR vario consulta silentia plausu:
Idalium Pæana canunt, plebs, aula, senatus:
Hic fatis vovet, ille Deis, una omnibus, una
Voce animoque frequens plaudit Venus; altus ubique
Sanguis obit, sacris ultro cessantia cedunt
Arva, coronato luget spolíata marito
Inachis, et raptos gemebunda reposcit alumnos.

3 *Dies* Ms.

NOTÆ

3 *Hic fatis vovet, ille Deis*] 'Dies' male legebatur. Helenus, Cassandra, alii, fato nitebantur; Paris et Priamus, propter κρίσιν superiorem, Deos secundos sperabant.

6 *Coronato luget spoliata marito Inachis*] Inachis est Io: hic pro vacca posuit, ut Philomelam pro luscinia, Daphnen pro lauro, Tiresian pro cœco ponimus. 'Coronatus maritus'

Illustres superis epulas molita potestas
Sacrificis bibulos lictoribus instruit ignes,
Totaque thuricremis Panchaia spirat in aris,
Venales emtura Deos: at pauper acerra

NOTÆ

est taurus, quia moris erat victimas coronare, et cornua inaurare, qua de re prolixe agit doctiss. Paschalius de Coron. IV. 16. &c. Papin. etiam inferias coronat: 'Tum fera cœruleis intexit cornua sertis.' Et quia de corona et illius doctissimo laudatore diximus, non abs re erit illius errorem notare: I. 1. ait: 'Quo sensu dicimus κορωνὶς τοῦ βίου. Hoc exemplo Proteus ille, qui apud Lucianum per ignem petiit gloriam, dicit se aureæ vitæ auream coronidem imponere. Quam vocem nostris complacitam video. Ovidius: 'Unde Coronidem circumflua Tybridis alti Insula Romuleæ sacris adjeceriturbis.'' At *Coronides* Ovid. est Æsculapius, Apollinis et Coronidis filius, ut scribunt Apollodorus III. 171. et Hyg. fab. 202. Repugnat et syllabæ mensuræ. Mart. X. 'Si nimius videor, seraque coronide longus.' Talis est emendatio illius in loco Papinii, qui VII. Theb. 'et brachia planctu Nigra ferens,' pro 'brachia' legit 'lumina,' male; in luctu enim non tantum oculos fatigare, sed et genas, et brachia lassare radereque moris erat. Vide Papinium in sylvis Epicediis, Theb. V. et VI. et prolixe Desid. Heral. ad II. Mart. Ep. 40. Sed hæ guttulæ aquæ non infuscant vinum illud Paschalii.

9 *Sacrificis bibulos lictoribus instruit ignes*] Lictor hic est Victimarius, Popa cultrarius, ἱερονόμος, poëtis etiam minister, ut Dion. Halicarn. ὑπηρέτης. Festus: 'Flamininus lictor est, qui Flamini Diali sacrorum causa præsto est.' Sic Noster IV. 'ambit lictoribus aras,' 244. et hoc lib. X. 216. 'et larga cumulat promissa securi.' Dictys, quem Noster sequi solet, II. 62. 'His actis Agamemnon afferre hostiam lictores jubet.' Mactabant autem securi vel cultro. Val. Flaccus I. vocat *bipennem*. Ovid. Fast. III. 84. 'ex adamante securim.' Ovid. Metam. II. fab. 12. 'lactentis vituli Tempora discussit claro cava malleus ictu.' Festus 'acierin' nominat. 'Acieris,' ait, 'securis ærea, qua in sacrificiis utebantur sacerdotes.' Suet. Tiber. 'secespitam.' Pollux, κοπίδα, σφαγίδα, Etymolog. Stephani *acceres*, ἀξίνη ἱεροφάντου, lege *acieris*, ex Festo. Nominant et πέλεκυν. Apoll. Rhod. ῥόπαλον. Plura de victimariis vide apud Magium II. 4. p. 1405. Fabrum in Agonist. II. 15. Polit. Miscel. 60. Casaub. ad Athenæum lib. XIV. 22. Tanta vero superstitio gentilium erat, ut non tantum egregias, sive toto grege selectas, (quas Suet. 'excogitatissimas' nominat, Philo ὁλοκλήρους καὶ παντελεῖς, et qui eas inspectabat, μωμοσκόπον, lib. de Agricultura p. 160.) offerrent; sed et nomina victimas ducentium prospere legerent, ut Plin. 28. loquitur: qua de re Jos. Scaliger in Conjectan. 83.

10 *Totaque thuricremis Panchaia spirat in aris*] Virg. II. Georg. 'Totaque thuriferis Panchaia dives arenis.'

11 *Venales emtura Deos*] Scite Chrys. Hom. 17. in Matth. p. 178. τὸ κυνίσῃ θεραπεύεσθαι σφόδρα ἀνάξιον θεοῦ, ὥσπερ καὶ τὸ ψελλίζειν ἀνάξιον φιλοσόφου. Clem. Alex. Strom. VII. 515. ex Pherecrate in hunc sensum multa adducit, et sua superaddit.

Principe digna Deo, nostro placitura Tonanti,
Mente litat pura, votis exorat honestis.
Celsior explicitas rapturus in ardua flammas
Regius exstruitur comestis floribus ignis,
Perstringitque aciem; procul his expirat ab aris
Hostia dira cruor, Veneri quod dulce propinat
Ductor, Aristæos latices, meliboea fluenta,
Icarios haustus, fracti Phœnicis odores.

15 *Congestis* Dresem.

NOTÆ

At pauper acerra . . . Mente litat pura] Quid *acerra*, Festus satis explicat, θοίνη. Ovid. XIII. Metam. 703. 'custodem thuris acerram' nominat. De vasis in sacris prolixe agit Junius Animad. II. 10.

13 *Mente litat pura*] Ita l. I. 'pacemque litata Emtam anima,' καλλιέρησις: ita a Papinio etiam II. Theb. est: 'Hi fibris animaque litant, hi cespite nudo: Nec minus auditi, si mens accepta meretur.' Arist. Eudemior. VII. 10. ὁ θεὸς ἀνέχεται κατὰ δύναμιν λαμβάνων τὰς θυσίας. Gemina scribit Porphyrius libro de sacrificiis: Isidorus Pelusiota III. epist. 75. Ita Seneca ad Lucil. 'Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, vel auro argentoque suspenso, nec in thesauro stipe infusa, sed pia et recta voluntate.' Sic Dracontius de Deo: 'Quem mens pura juvat hominum, non victima supplex.' Ita Prudent. II. contra Symmach. 'Justitiamque litant et templum pectoris ornant.' Ita Clem. Alex. Strom. VII. 515. βωμὸν ἀληθῶς ἅγιον, τὴν δικαίαν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς θυμίαμα, τὴν ὁσίαν εὐχὴν λέγουσιν ἡμῖν ἀπιστήσουσιν. Chrysost. in Gen. Homil. 18. de sacrificio Caini Deum loquentem facit: οὐκ ᾔδεις ὅτι οὐχὶ τῶν προσαγομένων ἐδεόμην, ἀλλὰ τῆς τῶν προσαγόντων ὑγιοῦς γνώμης; Idem in Ep. ad Philip. Hom. 15. p. 1310. οὐ γὰρ ἡ κνίσσα, οὐδ' ὁ καπνὸς δεκτὰ ἐποίει, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ προσφέρουσα. Lact. de vero cultu VI. 2. 'Hic verus est cultus, in quo mens colentis seipsam Deo immaculatam victimam sistit,' &c. item 24. in fine. Tertull. gemina in Apologet. XXX. 60. Philo etiam De agricult. 160. et libro de plantat. Noe, 185. plura lib. III. de vita Mosis, 518. et in libro de victimis 649. Et graphice Philemon de eadem re apud Clem. Alex. V. quos versus etiam Justinus Martyr libro de Monarchia allegat, 168. Vide etiam Plautum Prologo Rudentis, Minutium in Octavio 74. Eadem sententia est in sacris precibus trium puerorum.

15 *Comestis floribus ignis*] Sic IV. 338 'comestis spoliis;' utrobique 'congestis' legendum.

17 *Hostia dira cruor*] Fuse ea de re Clem. Alex. VII.

18 *Aristæos latices*] Mel.

Meliboea fluenta] Aquam fontanam intelligo, quæ cum lacte et vino, vel oleo, ad χοὴν pertinet: de qua plura Heinsius doctiss. ad Silium VII. et XIII.

19 *Icarios haustus*] Vinum. Papin. IV. 'et Icaria Rhodopen assueverat umbra' ad quæ Lactantius: 'Icarum

Fronde comas nexæ, sanctoque astare parenti
Iliades jussæ, spumantia lacte serenis
Cymbia devolvunt flammis: rex ipse ministrans
Idaliam delibat avem, sic ante precatus:
 Diva potens hominum, divum imperiosa voluptas,
Vera Deum soboles, nostri Tritonis alumna,
Alma Venus, seu te convivam Tethyos urna
Poscit, seu nectar superum, seu forte papaver
Elysium, flecte hæc teneros ad dona jugales,
Hos dignare favos: nec enim mactante securi
Grata minus pia sacra tibi: si digna litamus,
Exorata veni, partemque haustura recumbe:
Celsa licet caleant centeno thure Cithæra;
Idalios modulos nectat nemus; ardua Cypri

20 *Sanctous* Ms.—33 *Idalium* Mor. et Spondan. *vectat* Mor. et mox *crescunt*.

NOTÆ

Bacchi comitem vini usu invento a se, pastoribus id propinasse, qui ebrioli, veneno se tentatos dum putant, Icarum interimunt.' Rem omnem Apollodorus III. 197. exponit. Hæc vero olent Papinii imitationem, qui IV. Theb. 'Inclinat Bacchi latices, et munera verni Lactis, et Actæos imbres sudumque cruorem.'

Fracti Phœnicis odores] Thura et cinnama, et quæ plura habes apud Ovid. Metam. XV. fab. 39. Vide Claudianum, et Lactantium in Poëm. de Phœnice. 'Fracti Phœnicis' est, senio confecti. Lucret. II. 'Inde minutatim vires et robur adultum Frangit, et in partem pejorem liquitur ætas.'

20 *Sanctoque astare parenti*] Sic apud Papin. Adrasto adsunt filiæ: 'oculique Ad sanctum rediere patrem:' quod Tertulliano in pudore, est 'deducere oculos.'

23 *Idaliam delibat avem*] Aristoph. in Avib. προσνείμασθαι δὲ πρεπόντως Τοῖσι θεοῖσιν τῶν ὀρνίθων, ὃς ἂν ἁρμόζῃ καθ' ἕκαστον. Vide seq.

25 *Nostri Tritonis alumna*] Vide II. 428.

27 *Seu forte papaver Elysium*] Cur 'Elysium?' quia Virg. 'Lethæum' nominarat. IV. G. Item I. 'Lethæo perfusa papavera somno;' Dioscor. IV. κοινὴ μηκώνων δύναμις ψυκτική, et paulo post, πλείων ποθεὶς βλάπτει ποιῶν ληθαργικοὺς καὶ ἀναιρεῖ: et Proserpina, quia papaver apud Inferos gustarat, matri restitui non potuit. De papavere Paschal. III. 17. Virg. 'Cereale papaver' nominat, quia in tutela Cereris. Omen quod captabant amantes ἀποτῆλε φίλου papaverum foliis, exponit Cælius Rhod. XVII. 4. Erasmus in proverb. 'crepitu probabis,' et Hartung. in Thes. Crit. 728. S. Sc. 13. De vocabulo 'papaveris' Meursius ad Plautum.

28 *Teneros ad dona jugales*] Columbas.

In flores crescant varios: incensa Cythæra
Idalias volucres, Cypri thyma, Pergama vincent:
His mentis, his (si qua tamen), veneranda Dione,
Adde fidem visis, sponsi memor, adde favorem,
Solatam solare domum: non improbus oro,
Ut tuus Inachias prædo prædetur alumnas
Hesione contentus eat: Tritonia certe
Non neget, hosque velit melior Saturnia raptus.
Olim Asiæ (sed quid vulgata ac flenda revolvo?)
Claruit imperium: formidandusque Pelasgis
Phryx erat; inversa est vetus alea: respice, Diva,
Æneadas miserare tuos: sic fatus in ignes
Hyblæas inclinat opes, jejunaque spirans
Nidor odorifero solatur sidera fumo.
Jam votis sacrisque modus, jam fessa reclinat
Flamma apices: alios Helenus prorumpit in æstus,
Bacchantemque Deum flagranti pectore nactus,
Vocales tripodum furias augustat in usus,

NOTÆ

36 *His mentis, his (si qua tamen), &c.*] 'Visa mentis' referenda ad Paridis judicium, nisi legas *meritis*, et ad libamina referas.

37 *Sponsi memor*] Promissi de Helena: vel 'sponsus' est Anchises.

38 *Solatam solare domum*] Ita Papin. in fine III. 'Tu solare virum,' pro consolare. Festus: 'solari sine præpositione dixisse antiquos, testis est Pacuvius, cum ait, Solatur, auxiliatur, hortaturque me.' Sic v. 149. Papinius: 'Idem animus solare domos, juvenumque senumque Præcipitare colos,' pro desolare, ut Virg. 'quos desolavimus agros.' Solatum morbi genus apud eundem, a quo Plinio *solati* XXIX. 6. qui ex Solis calore ἐφηλίδας inde dictas in facie habent. Pollux et Hesych. in ἔφηλις. Nicander in Therapeut. ἢ καὶ ἔφηλιν Θηλυτέρης ἐχθρὴν χροιῆς ἀπεμόρξατο λευκήν.

44 *Inversa est vetus alea*] Proverbium redolet. Ita Virg. 'fortuna fuit,' VII. Æneid. Tac. V. Ann. 'versa est fortuna.' Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, Aristophanes Pluto. Lucan. VI. initio 'placet alea fati:' et Petronius, 'Judice fortuna cadat alea.' Ita Julius Cæsar apud Plutarch. ἀν ἐῤῥίφθω κύβος.

47 *Nidor odorifero solatur sidera fumo*] Vide supra v. 13. Lactantium in primis et Clem. Alex. dictis locis. 'Narinosos appellarunt Deos,' ait Lact. V. 12. 'quod odoribus thuris colantur.' Orpheus hinc fortasse hymnos suos θυμιάματα, suffimina, inscripsit.

51 *Tripodum furias augustat in usus*] De Tripode et Cortina vide Scaliger. conject. Bernart. ad Statium. 'Augustat' ἀναλόγως, ut angusto, quo Lucretius utitur: καινοφωνίαν tamen, ut multa alia, redolet: idem est quod

Orsus ita. Heu Phrygii, gens non præmensa futuri!
Quo noster spoliator abit? quænam illa carina,
Quæ Trojam mensura venit? jam littora tangit:
Ite, duces, contra: sic interrupta profatus,
Plus dubios urit, pleno tamen arguit ore
Deiphobum, cui summa fides, et sola medendi
Copia, jussa sequi Veneris, raptum ire Lacænas,
Auctores sperare Deos. Quænam ista nefanda
Spes? inquit. Superumne fides, cœlique potestas
Incestum dispensat iter? prædantibus adsit?
Macte, Paris, sceleris, alios molite ministros,
Et somnum tibi finge novum: non fallere norunt
Qui falli nequeunt. Orantem haud sustinet ultra
Troilus, utque animo præceps, bellique sititor
Et gladio consultor erat: Timidissime fratrum,
Vade, (ait,) o tenebris antri damnate loquacis,
Vade, inquam, et quoties visum tibi fallere plebem,
Finge Deum: nobis alius jam constat Apollo.
Ibit Alexander: non si Cumana senectus,
Aut aries Libycus, aut Chaonis obstrepat ales,
Jussum flectet iter: ibit, miseramque reducet,
Quod nolles tamen, Hesionen. Conclamat herilem
Præceps ad nutum plebes, excire tumultus,
Quos nequeat sopire, potens: nec mensa futurum,
Audet, cum præsens metuat nihil: omnibus arma,

NOTÆ

ait, IV. 278. 'Ut tripodum vulgata fides:' Statio id est, 'Deos pandere.'

54 *Quæ Trojam mensura venit*] Lego *mersura*. Horatii Od. I. 15. nisi quis referat ad illa VI. 854. 'Trojæque jacentis Metiri jam fata licet.'

63 *Non fallere norunt Qui falli nequeunt*] Vere et scite dictum. Pindarus de Apolline Pyth. Od. 3. *Ψευδέων οὐχ ἅπτεται, κλέπτει τέ μιν Οὐ θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις οὔτε βουλαῖς.* Scalig. Epidorp. I. 'quid turpius est, fallier, an fallere, justo? falli nequit, at noluerit fallere prudens.'

64 *Orantem haud sustinet ultra Troilus*] Talis apud Papinium, quem sequitur, Capaneus Amphiarao insultans, III. 600. &c.

70 *Ibit Alexander*] Illud nominis consilium Paris obtinuit λῃστὰς ἀλεξήσας, ut ait Apollod. III. 182. Ovid. Epist. Paridis.

Cumana senectus, &c.] Sibyllinum, Ammonis Jovis, et Dodonæum, oracula περιφράζει.

Arma animis, mentique frequens illabitur Argo,
Laomedonque jacens, et inultæ dedecus urbis.
Conclamantque iterum. Quonam usque, o libera pubes
Dardanio cognata Jovi, patiemur inultum
Tot jugulos rubuisse senum? tot colla parentum
Argiva nutasse manu? non impia sanxit
Atropos, hoc etiam nostris incumbere fatis,
Ultorem non posse dari. Si numinis iram
Troja merens sensit, pœnam quoque judice Phœbo
Dira Myceneæ debent convivia mensæ.
Ite duces, Venus hæc, hæc certior augur Apollo
Bella jubet, fratrumque exhausta funditus urbe
Poscit inoffensos Phrygio ductore meatus.
Unde metus, metus unde, viri? concessit in ignes
Indutus Nessum Tirynthius, ecce timoris
Causa prior cessit; spirat par Herculis Hector:
Ecce animos gens nostra dabit. Si prima Pelasgis
Laurea, fas Phrygibus palmam sperare secundam,
Et nostros rediisse Deos: vos inclyta saltem
Pignora, cæsorum jugulos lugete parentum:
Vos, quibus uberior lacrymas injuria nectit,
Vos pietas armata vocat. Sic voce precantur,
Intenduntque manus: ægras cum Panthus in aures
Priscos fatorum monitus serit, et quod ab ipsis
Extorsit genitor adytis Euphorbius index,
In medium pandit proles: Lapsura sub armis
Pergama, si Phrygias Helene conscendat in urbes.
His jam facta fides ducibus, vulgique tumultus
Flectitur: o quanto priscis nova mollius urgent!
Plus Superi constant Pantho memorante futura,
Quam dicente Heleno: Priami tamen ægra lacessit

NOTÆ

88 *Fratrumque exhausta funditus urbe*] Atridarum, Mycenis.

99 *Intenduntque manus*] Ovid. de Ajace irato, XIII. Metamorph. 'Intendensque manus.'

102 *Lapsura sub armis*] Melius, *Argis*, quod ora libri habuit.

Consilia Hesione, Superos premit: audit et audet
Dux falli: fatisque favet, cum fata recuset.
Atque ita, dic, inquit, alio dic ordine fata,
Antenor, memora jam facta; necesse peractum
Constat: venturum, mutabile transit: habemus
Jam cunctis graviora minis, perfusa cruore
Pergama, nuptarum lacrymas, planctusque parentum.
Tu quoque visa refer Phrygiæ repetitor alumnæ:
Atque ita, quæ passus, obiter tot cladibus adde.
His saltem cedat bacchantis fabula fani,
Et moneat potiora fides: prius esse negabit
Unda fluens, ignis urens, spirabilis aër,
Quam dictet facienda furor: sic fatur, at ille,
  Ergo (ait) o cives, rerum testanda priorum
Historia? an lapsa est nondum vetus? indice questu
Non opus est, ubi regna dolos et bella loquuntur.
Vidimus emeritis fœcundam civibus urbem,
Atque alium regnare ducem: nondum Ilion Argis
Cesserat: hasne vices velox oblivio transit

108 *Concilia* Ms.

NOTÆ

109 *Fatisque favet, cum fata recuset*] Prius est de raptu Helenæ; posterius fatum de ἁλώσει Trojæ. Hic Papin. VII. 'lucemque timent, lucemque precantur,' IX. 'credi lethum suadetque vetatque,' et XI. 'vicinaque funera sentit, Et sentire timet.'

111 *Necesse peractum Constat: venturum, mutabile*] Necesse, ut Græci ἀνάγκαις: Euripides in Oreste, ἀνάγκης ζυγόν. Ita VI. 257. 'cum nequeat fatale necesse refelli.' Necessis, necessum, et necesse. Sententia est, præterita reprehendi non posse, ideoque necessaria, futura ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν. Seneca contr. IV. 4. 'Necessitas est lex temporis.' Epictetus graviter de malis præteritis, ideoque necessariis. "Οστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν καλῶς, Σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται.' Sosipater II.

121 *Rerum testanda priorum Historia*] Ovid. II. Amor. 'Omnibus historiis se meus aptat amor.' Ita Pedo Albinov. 'Pars erit historiæ, totoque legetur in orbe.' Quæ adducta, ut Poëtica suis finibus coërceantur: aliud est enim καταλογάδην, καὶ χύδην, vel πεζῷ λόγῳ scribere, aliud ἐμμέτρως καὶ ἐπόχῳ λόγῳ καὶ μεμελισμένῳ, ut Eustathius ad Homerum loquitur: quod toties divina sua κρίσει magnus ille ingerit Scaliger: nec immerito Aristoteles alicubi monet, Poëtas aliena quasi lingua locutos esse.

Immemor, et longì præcidit tædia luctus
Impatiens languere diu? quin, inclyta pubes,
Si juvat inviso mentes absolvere questu,
Armata de curru diu fortuna sequenda est,
Dum præclarum aliquid dolor indecoctus anhelat:
Nil grande et longum: segnem timor obruit iram:
Hæretis, quia fata vetant? hæc scilicet angit
Cura Deos, ævi tacitos vexare recessus,
Et rerum librare vices: stant fata tenore
Fixa suo: certam miseris si Parca ruinam
Indixit Phrygibus, moriendum Marte: triumphum
Si pepigit; meritum minuit victoria segnis.
O falli facilis: si fas depromere verum,
Deprendi insidias superum. Lernæus Apollo
Nostras vexat aves, et quæ metuenda minatur,
Dardanidis timet ipse suis: sic ficta locutus

130 *Armato decurre duce* Dresem. Vide not.—133 *Fama* Ms. marg.

NOTÆ

130 *Armata de curru diu*] Ita in editione Basil. unde sequentes libri, *Armata decurre diu:* inepte, quid enim *decurre diu?* cum ad raptum Helenes hortetur, non autem de præludio prælii loquatur: nec syllabam post primum pedem propter cæsuram (nulla enim hic cæsura) producit unquam. Legerim, *Armato decurre duce;* sed nec in hepthemimeri syllabam in brevem vocalem desinentem producit: legendum forsan: *Armatis decurre Deis: Armatum decerne ducem: Arma tuo decerne duci: Arma tuo det cura duci: Decurras armata diu.* Ehodum, lector, promisi crines, incepi hariolari! sed Sabini, quod volunt, somniant: mihi nihil illorum placet.

131 *Dum præclarum aliquid dolor indecóctus anhelat*] Persius Sat. I. 'si forte aliquid decoctius audis:' ad quem locum vide doctiss. Casaubonum. Infra III. 435. 'Et nil decoctius audens Ira recens.' Virg. Æn. VII. 'Fœmineæ ardentem curæque iræque coquebant.' Silius IV. 'Cui consul, namque ira coquit.' Ita Græci πέψαι ὀργήν. Arist. ἐν αὐτῷ γὰρ πέψαι ὀργὴν χρόνου δεῖται. Homer. Iliad. Δ. χόλον θυμαλγέα πέσσει. Vide Acidalium ad Militem Plauti. Chrysost. in Acta Apost. Hom. 31. p. 669. ὀργὴ ἀδιαμάσητα πάντα φθέγγεται. Pind. Olymp. Od. 1. καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. Quintil. γλυκεῖ σχήματι II. cap. 4. 'Multum decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut usu ipso deteretur.' 'Incocti corpora Mauri,' Sil. in fin. lib. XVII. Lucret. 'nigra virum percoctaque sæcla calore.' De mulieribus incoctis vide Festum, et Scaliger. Conject. p. 139. Junium in Animad. III. 5. de 'recoctis.'

Accinctos ad bella Phryges prævertere tentat.
Vos contra cunctis potiora eventa futuris
Pendite: donatos Tirynthius induit ignes:
Æacidæ senuere duo: nullique timendus
Aut puer, aut virgo, quem fata minantur, Achilles.
Ipse, viri, vidi ipse viros et mœnia, vidi
Urbes, sed gelidos nil excitat: ite potentes,
Et jugulos aptate neci, spretoque triumpho
Reddite fatidicis victores ensibus enses.
His virtus accensa viris, procul omnis abacta
Religio, cedit Helenus, vittasque minaces
Abjicit, et lacrymis incusat fata secutis.
Dux cœpti legitur pastor Paris, advena quondam
Regni, nunc Regis hæres: nec proficit urbi
Fatalem damnare facem, cum læderet ardens
Prægnantem somnus Cisseida: pullulat alte
Flamma vetus, revehuntque fidem præsagia plena.
It fati imperio Danaum rapturus alumnam
Dardanus, et blande debellaturus Achivos

150 Al. *Aptate jugo.*

NOTÆ

147 *Aut puer, aut virgo, quem fata minantur, Achilles*] Virgo, quia in aula Lycomedis mentiebatur sexum. Papin. Achilleide. Achillis nomen ἐτυμολογεῖ Tertullianus De pallio 4. 'Naturam itaque concussit Larissæus heros, in virginem mutando, ille ferarum medullis educatus, (unde et nominis consilium, quandoquidem labris vacuerat ab uberum gustu,' &c.) ad quæ Junius Euphorionis illa, Εἰς Φθίην χιλοῖο κατήϊε πάμπαν ἄπαστος, Τοὔνεκα Μυρμιδόνες μιν Ἀχιλλέα φημίξαντο. Quæ sunt apud Eustath. Il. A. p. 12. Apoll. III. καὶ ὠνόμασεν (Chiron) Ἀχιλλέα. πρότερον μὲν ἦν ὄνομα αὐτῷ Λιγύρων, ὅτι τὰ χείλη μαστοῖς οὐ προσήνεγκε. Eustathius ad Iliad. A. quasi ἄχος ἰλεοῖσιν dictum vult, vel ab α et χιλὸς, p. 11. Aliter Agamestor in Epithalamio Thetidis, de quo vide Bernart. ad Achilleidem Statii I. 134. Cum autem in Lycomedis aula sexum mentiretur, Pyrrha fuit illi nomen, ut quidem Hyginus vult; vel, ut alii, Issa, Cercosyra, quod Claudius Imp. apud Suet. quærebat.

156 *Nunc Regis hæres*] Παῤῥησιάζει in cæsuris Noster, cum levi trajectione aliter posset. Manasses in Troicis regionem, ubi expositus fuerat Paris, Pariam inde nominatam scribit.

Prævelat fraudes : cæsas non induit alnos,
Pinnarum suspecta strues : numerosa vagatur
Tranquillo classis cultu : regalis olivam
Prætendit pinus : tandemque erepta furori
Semimaris Galli, non adversante Cybele,
Miratur similes bacchari ad littora voces.
Hanc decor insignit, qualem progressior usus
Post longum lucratur opus, tabulata superbis
Præradiant inscripta notis, vestitur herili
Prora Tyro, puppisque Tago, nitor erigit Indus
Antennam, spargitque in transtra cupressus odorem
Vela regens : certant venti, quis lintea tendat
Purpureos discincta sinus : at lene fluentes
Arcessit Zephyros puppi præscripta Dione.

NOTÆ

162 *Cæsas non induit alnos, Pinnarum suspecta strues*] Quod est, ornamenta navis non fuerunt bellicæ pinnæ : fastigia murorum. Vegetius : 'super quem ad similitudinem muri et pinnæ et propugnacula componuntur.' Papin. VII. Theb. 'Fortuito ductæ quater aggere pinnæ.' X. Theb. 'Inde per abruptas castrorum ex aggere pinnas.'

166 *Semimaris Galli*] Ovid. rem totam describit IV. Fast. 100. Catull. in Galliambo. Minut. Felix in Octavio. Arnobius V. Stephanus Byzantius in *γάλλος*. Fenestell. I. 12. Galli dicti a fluvio. Vide Jos. Scaliger. ad Euseb. p. 114. Seneca Ep. 109. Brodæus II. Crit. 13. p. 537. Phornutus de Rhea, 152. Varro in fragment. Ambitu cum maximo de Gallis agit Marcellus Donat. Dilucid. ad Suet. c. 68. Varro p. 94. *μυθολογεῖ* de singulis, et Lucret. II. 614.

168 *Qualem progressior usus*] Ita IV. 479. 'Progressos testata dies,' lib. VI. 778. 'productior usus.' Festus in Proculum : 'quia patribus senibus, quasi procul progressis ætate, nati sunt,' *προβεβηκόσι εἰς γῆρας, προεληλυθόσιν*, ut Dio Cocceius loquitur, *προβεβηκὼς ἡμερῶν*. Genes. 24. *προϊούσης τῆς ἡλικίας*. Arist. Hist. Anim. VII. 12. 'provectis ætate.' Sueton. Tib. 54. et initio lib. V. in Claud. 2. 'ne progressa quidem ætate.' Sic Hegesippus : 'edita ætas.' 'Declinata ætas.' Quintil. Lucret. II. 'Paulatimque gradus ætatis scandere adultæ.' Virgil. III. Georg. 'Sin in progressu cœpit crudescere morbus.' Oppone huic apparatui alterum I. 77. Aristotelis illud ad sensum hujus loci facit : *πλεῖστα τῶν ἀρχαιῶν ἧττον διήρθρωται*. Polit. II. 10.

170 *Vestitur herili Prora Tyro, puppisque Tago*] Tagus et Tyrus pro auro et purpura. Ita Tertull. 'aliquid Arabiæ,' id est thuris, lib. de corona militis X. 183. Sil. lib. XVI. 'Aurifero profusa Tago villosa leonis Terga feri.' Lucianus : *ὅλην τὴν Ἀραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τριχῶν ἀποπνέουσα*.

173 *Quis lintea tendat Purpureos discincta sinus*] De velis purpureis vide Bernartium ad sylvas Papin. I. 46.

175 *Puppi præscripta Dione*] Tutela

Instabat jam dicta dies, qua classis in altas
Propulsum poscebat aquas, cum lecta juventus
Priamidem sortita ducem per littora ferri
Discursu rapido, qualisque abeuntibus ardor,
Certatim fremere, et varios miscere tumultus.
Haud mora, succinctos Nabathæos agmine ducens
Hector in arma Phryges, comites per cœrula fratri
Ire jubet, certantque rates stipare secuti
Pœonidæ duce Deiphobo: quin ipse Diones
Spes Anchisiades cum Polydamante secundo
Jungit opes: jamque effractas rapiebat arenas
In pelagus classis, humerosque manusque secuta,
Cum tandem exclamans adytis Cassandra relictis,
Fata aperit, turbatque Phryges: at sæva morantes

NOTÆ

navis erat Venus. Silius: 'Trojanam ostentat trepidis de puppe Minervam.' In prora *σημασία* sive *παράσημον*, Tacito VI. Ann. 'Insigne' ponebatur, unde navi nomen. Vide prolixe doctiss. Heinsium ad Silium XIV. p. 484. et lib. II. p. 455. et ante illum maximum Scalig. ad Eusebium p. 39. 41. Villiomarus quoque (forsan et ille Scaliger) Animad. in Controvers. Titii lib. VII. p. 139. toto capite. Justus Lipsius tutelam, et insigne sive *παράσημον*, male confundit, in Comment. ad Senecæ 76. Ep. A nominibus illis *παρασήμων*, quod jamdudum subodorati sunt, fabulas deduxere *μυθόπλασται* Poëtæ. Hinc Jupiter Taurus, quamvis Palæphatus ad prædonem Cretensem transferat, tit. Europa. Hinc aries cum aureo vellere: qua de re Fulgent. in Mythol. I. titulo Ganymedis, et passim. Vide Meursium ad Cassandram Lycophronis p. 320. &c.

Puppi præscripta Dione] Gemina sunt apud Ovid. in Epist. Paridis, qui eundem exponit apparatum.

177 *Propulsum poscebat aquas*] Ne*ωλκίαν*, qualem Apollonius Rhod. I. describit; item Orpheus et Valer. Flaccus in Argonauticis I. Silius lib. VI. talia qui ligna lib. XII. 'substramina,' Isidorus 'pulvinos,' Pollux *φάλαγγας* vocat. Varr. 'Pœnos homines captos pro phalangis carinæ subjecerat;' in fragm. pag. 216. de quibus Perottus ad Epigram. Martial. 115. Pollux lib. X. cap. 31. *Νεωλκοῦ δὲ σκεύη φάλαγγες, φαλάγγια, ὁλκοί, οὖροι.* Apollonii interpres *θαυμαστὸν* illud addit, ex talibus pulvinis unum germinasse sua ætate visum. *Propulsum poscebat aquas*] Ita Val. Flaccus: 'Ut pariter propulsa ratis.' Sil. XVII. 'Nec mora, propulsa sulcant vada salsa carina.' Ibidem: 'Abscondit late propulsis puppibus æquor.'

181 *Succinctos Nabathæos*] Nominantur 'Eoi Phryges' I. 456. Dares 'Phrygas superiores' nominat.

184 *Pæonidæ*] Priamus in Pæoniam miserat Deiphobum milites lectum.

187 *Humerosque manusque secuta*] Succollantium, ut IV. 289. describit.

Impellit Lachesis pinus, uncosque tenaces
Rumpit, et intento percellit flamine vela.
Ultimus in socias fatalis prædo carinas
Provehitur: multum Priamo frustraque rogatus
Ne quidquam temere: victori supplicet hosti;
Hesione contentus eat: sin reddere raptam
Velle negent, bellum intentet: sic format iturum,
Venturosque Phryges, accepto interprete, spondet.
Vix in conspectu Paridi patuere Cythæra,
Cum patrias permensus aquas, ad Nestora casu
Atrides molitus iter, Simountide pinu
Aspecta, secum volvit cur, quo, unde: stupentque
Alternis Reges figentes lumina velis.
En qua fata fide rerum discrimina nectant:
Hostis adest, Menelaus abest, geminosque Lacones
Hermione sibi nacta duces Agamemnonis urbem
Visum ierat, matrem cupide visura secundam.
Plebs quoque Junoni celebrem confluxerat Argos
Ludificum ductura diem, pontusque vocabat,
Et tellus exuta viris. Sic omnia casus
Expediit ventura potens, victrixque Dione.
Prodit in abruptum prætentis insula saxis
Myrtigeræ sacrata Deæ, pars una recessu
Abditiore latens refugos falcatur in artus
Deprensos furata sinus: huc littore blando
Freta Phrygum pubes, puppes agit: ipse propinquas
Sanguine sacrifico Latoidos irrigat aras

208 *Vacabat* Ms.—213 *Arcus* Dresem. Vide not.

NOTÆ

206 *Matrem cupide visura secundam*] Clytæmnestram μητραδέλφην. Est enim matertera, ait Festus, quasi mater altera.

209 *Sic omnia casus Expediit*] Papin. 'Sic omnia casum Fecimus, et vires auxit fortuna nocendi.'

213 *Refugos falcatur in artus*] *Arcus* legendum. Ovid. in Metam. 'Est sinus Æmoniæ modice falcatus in arcus,' in II. Ep. Heroid. 'Est sinus adductos modice falcatus in arcus.'

216 *Latoidos irrigat aras*] Dianæ, cum qua conjungit Dares Venerem.

Princeps, et larga cumulat promissa securi.
  Ergo Cytheriacas præceps it fama per urbes,
Priamidem venisse Parim: plebs undique portus
Decursu complet: ac pollens ore Lacæna
Ignotos visura viros ad littora gressus
Dirigit, acclivemque freto defertur Helæam.
  Postquam Helenes Paridi patuit præsentia, classem
Deserit: ac formæ fidens, et conscius oris,
Huc illuc gressum librans, qua Tyndaris ibat,
Indefessa vagis incessibus otia texit:
Certantesque offert vultus, incendia nutrit
Mutua, captatumque brevi lucratur amorem.
Quippe nec ad cursum præceps, nec segnior æquo
Librato gestu formam juvat, actus in armos,
In caput erectus, tenero delibat arenam
Incessu, figitque oculo mirante Lacænam.
Oblitosque gradus sistit: suspectus haberi
Mox metuens, transfert celeres ad cetera visus,
Ceu stupeat quicquid spectet: moderantius illa
Obliquos vultus, et non ridentia plene
Ora gerit, totasque velit cum pectore nudo
Ostentare genas: sed castigator adultos
Comprimit excessus animi pudor, ægraque mixtus
Pulsat corda metus: sentit Paris, ardet et audet:
Promissorque ingens, facilis præsagia prædæ
Ducit amor, dum signa juvant, dum nutus oberrat

NOTÆ

222 *Acclivemque freto defertur Helæam*] In Darete, 'ad oppidum, quod est Helena,' male legitur, cum sit *Helæa*.

224 *Formæ fidens, et conscius oris*] Dares: 'conscius formæ suæ.' Lucan. lib. x. 'Quem formæ confisa suæ Cleopatra sine ullis Tristis adit lacrymis.'

231 *Tenero delibat arenam Incessu*] Coluthus de eadem re: Ὤχετο φειδομένοισιν ἐπ' ἴχνεσιν ἴχνι' ἐρείσας. Reliqua Coluthi longe inferiora, quam ut æquilibrium præstent. Latini *suspensum gressum* vocant. Cornel. Gallus vel Maximinus: 'Fallere solicitos, suspensos ponere gressus.' Apul. III. Metam. 'ad superius cubiculum suspenso et insono vestigio me perducit.' Musæus: ἠρέμα ποσσὶν ἔβαινε. De superbia illa multa Herald. ad Mart. II. Epigr. 57.

242 *Nutus oberrat Interpres*] Musæus: Νεύμασι λαθριδίοισι παρακλάζων

Interpres, cordisque vagi præsentior index
Leno oculus taciti garrit præludia voti.
Ut vero explicitas peregrini Tyndaris auri
Blanditias hausit, complutaque murice vela
Conspexit, quid agat hæret, præbere rogatas
Promta manus, cogique volens: at turba precandi
Stipatrix, juveni fas invidet, inclyte prædo,

NOTÆ

φρένα κούρης. Huc spectat vers. quem Hieronymus allegat, Epist. II. 'Risu et arguto quiddam promisit ocello.'

243 *Cordisque vagi præsentior index Leno oculus taciti garrit præludia voti*] *Ἐκ τοῦ ὁρᾷν τὸ ἐρᾷν*, ut inter reliquos etiam Isidorus Pelusiota affert III. Ep. 254. Aristænet. epist. 1. ex Homero eleganter: *ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπιτοξεύειν τῶν ὀφθαλμῶν βολαῖς.* Philostratus in Epistola Græcis, *οἱ ὀφθαλμοὶ ξύμβουλοι τοῦ ἐρᾷν*: et in alia pag. 913. cujus initium, *πόθεν μου τὴν ψυχὴν κατέλαβες*, de eadem re multis. Musæus: *Ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστι*, &c. 'Oculi sunt animi fores,' ut dicebat Polemo. Vide Arist. I. Hist. Anim. 10. et Plinium II. 37. Nonnus Dionys. v. *Ὀφθαλμὸς προκέλευθος ἐγίνετο πομπὸς ἐρώτων.* Eadem est sententia Philonis I. *περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων.* Isidorus ita explicat illud Jerem. IX. 2. 'mors per fenestras ascendit,' Ep. I. 89. Idem de re eadem III. Ep. 11. *ἀκρατέσιν ὀφθαλμοῖς ἑστιᾶν τὸ πάθος*, et III. Ep. 66. Philonis et ista sunt De Cherubim p. 95. *αἱ δὲ μαστροπεύουσαι καὶ προξενοῦσαι τὰς ἡδονὰς γαστρὶ ῥητορεύουσι.* Dio Prusæus Tarsica II. p. 408. *ἡ ἀσέλγεια δι' ὤτων καὶ δι' ὀφθαλμῶν πανταχόθεν εἰσδύεται.* Insignis est hac de re Clem. Alex. *γνώμη*: Pædag. III. p. 184. c. 11. Plura de illa Ovid. sent. 'oculi sunt in amore duces' vide apud Hœschel. in Horapol. p. 184. Barthium in Cirin 68. Chrys. Homil. 3. de verbis Esaiæ, 'vidi Dominum,' p. 862. Quintil. declamatione I. 'Vitiis nostris in animum per oculos via est.' Nilus insignite paræn. 67. *ἀσφαλίζου τὴν ἀκοὴν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, δι' αὐτῶν γὰρ πάντα τὰ βέλη τῆς κακίας εἰσέρχεται.* Hieron. adversus Jovinianum II. 'per oculorum fenestras animæ libertas capitur.'

244 *Leno oculus*] *Προαγωγός.* Prudent. Hamartig. v. 261. 'solvendi leno pudoris,' de auro loquitur. Ita in Catalectis Scaligeri: 'Se Narcissus amat captus lenonibus undis.' *Garrit præludia voti*] *Ἀκροβολισμοὺς* nominat Achill. Tatius. Macedonius Anth. Græcor. Epigram. *χρεμέτισμα προκέλευθον* præludia garrire vult. Euripidis Interpres in Oreste: *τῆς ψυχῆς παθῶν εἰκόνες οἱ ὀφθαλμοί*, p. 142.

245 *Peregrini Tyndaris auri Blanditias hausit*] Lucilius scite, ut quidem illustris Scaliger concinnat: 'nequaquam est aurum aureis cujus vehementius ambit.' Vide Dousam ad Lucilii fragmenta.

246 *Complutaque murice vela*] Vide I. 471.

249 *Juveni fas invidet*] *Ἐξὸν, καὶ θεμιτόν*: ita nefas *ἀδύνατον*. Hor. 'Quicquid corrigere est nefas.' Plut. in Paulo: *θεμιτὸν οὐκ ἔστι μὴ βάλλοντα κατευτυχεῖν.* Virg. 'Mortaline manu factæ immortale carinæ Fas habeant?' IX. Æn. Ovid. II. Metam. fab. 16. 'neque enim succedere tectis Fas habet.' Prud. *Ἀποθεώσει* 976. 'Dum transgressa Dei positum fas improba calcat.'

Ne propera, dabit illa manus, manus aurea vincet:
Plus opibus, minus ore potes: Cicerone secundo
Non opus est, ubi fantur opes: quin ipsa rapinis
Blanditur fortuna tuis, urbs, aura, Lacæna
Nuda, favens, facilis, cœptum juvat, urbis Helæa
Nomen, in hanc pelagus undis declivibus actum,
Proxima littoreis delambit tecta procellis,
Et medias impingit aquas, clauditque profundo.
Hic Latonigenis cognatas struxerat aras
Prisca fides: jubet hic noctem regina propinquam
Excubiis hilarare sacris: templum ipsa superbum
Prima petit, solitoque Deos implorat honore.
  Res cupido perlata Phrygi, temeraria sancit
Consilia, indulgetque aditus in vota secundos
Pollicito majore Venus: rapere (haud mora) nuptam
Victor, et imbelles populari destinat aras.
Tantaque præcipitem pulsat lascivia mentem,

NOTÆ

250 *Ne propera, dabit illa manus*] Ovid. *ματαιοτεχνίας* III. 'Sæpe dabit, dederit quas semel ille, manus.' Claud. 'Quicquid amas, dabit illa manus, communiter omni Fungitur officio,' in Eutropium.

Manus aurea vincet] Notum est Philippo datum oraculum. Aristoph. in Ranis: *Φεῦ, ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ τὼ δύ' ὀβολώ!* Plaut. Aul. 'Di immortales, aurum quid valet!' Philemon Amalthææ cornu divitias nominabat, apud Stob. serm. 228. quem vide, et oppone illis Isidori Pelusiotæ auream Epist. II. p. 146. Xenophon: *τὰ πονηρὰ ἀνθρώπια οὐκ ἂν ἄλλως ἕλοις, ἢ εἰ διδοίης τι.* Manus cava avaritiæ signum, de qua Casaub. ad Suetonii Augustum.

251 *Cicerone secundo Non opus est, ubi fantur opes*] Vulgo aiunt: 'Nummus ubi loquitur, Tullius ipse tacet.' *Τὰν ἀρετὰν καὶ σοφίαν νικῶντι χελῶναι*, Proverb. vetus apud Pollucem IX. 6. *χελώνη*, addit, *Πελοποννήσιον νόμισμα.* Contrarium affirmat Claud. Epigram. ad Olyb. 'Cedere divitiis animi, fortuna fatetur, et tantas oris copia vincit opes,' quod contra facit.

254 *Urbis Helæa Nomen*] *'Ωσεὶ 'Ελαία*, quod esset *ἑλετή*. Homer. Il. I. *'Ανδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστὴ, Οὔθ' ἑλετή.* Papin. I. Achill. Amyclis ait surreptam, 'incautas blande populatus Amyclas.' Ovidius Sparta.

266 *Tantaque præcipitem pulsat lascivia mentem*] Juvenal. 'quem sextus et octogesimus annus Pulsat.' Ovid. VI. Fast. 'Et fert suspensos corde micante gradus:' cor enim micat, *σφύζει*, in improba spe, quod hic 'pulsat:' inde *ἐπιθυμιῶν ἐλεπόλεις* eleganter dixit Isidorus Pelus. I. Ep. 87. *Προπέτειαν* vero scite tribuit Paridi: Amor siquidem alatus est, vel ipsi amantes potius, ut vult Alexis apud Athenæum XIII. *λέγεται γὰρ λόγος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν τὸν*

Vix noctem expectat, suspenso vespere credens
Zelotypum Titana suis livere secundis.
Fregerat Hesperias radiis languentibus undas
Phœbus, et astrorum medio poscebat in alto
Nauta diem: tellus, aër, mare, celsa remenso
Consopita Deo, strepitu defuncta silebant
Undique, et in teneros nutabant otia somnos.
At Paris obsequio noctis præsentius audet
Impatiens differre, Deos Veneremque secutus:
Primus ad imbelles thyasos, et debile vulgus
Armatum maturat iter, ludentia turbat
Fana ferox, non hospes Hymen, non conjuga sacra,
Hospitii non obstat honos, non ultor iniqui
Asperior tutela Deus: temere omnia præceps
Aspernata Venus, nil respectura decorum,
In facinus, votumque ruit. Rapit ergo Lacænam
Tendentemque manus et læta fronte vocantem
Dardanus: aut rapitur potius. Gratare trophæis,
Prædo, tuis, agnosce Deos: post aspera multa
Excidium luctatus abis, revehisque parenti,

286 *Lucratus* Dresem. Vide not.

NOTÆ

ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας. Nazianz. vere Orat. III. p. 67. *ὄντως ἀσυλλόγιστόν τι πρᾶγμα ἡ πονηρία.*

268 *Zelotypum Titana suis livere secundis*] Juvenal. 'Zelotypum Hyarbam.' 'Secunda' vero pro rebus secundis. Ita v. 'Unde nihil melius, quam nihil habuisse secnndum.' Ita infra, 'Solatur blandis.' Sic Claud. Honorium moræ impatientem fingit: 'Incusat spes ægra moras; longique videntur Stare dies, segnemque rotam non volvere Phœbe.'

279 *Hospitii non obstat honos*] Contradicere Dareti, et sua vineta incidere videtur, nisi forte ad Ovidium et aliorum figmenta de hospitio respexit: de quo etiam Manasses in Troicis.

282 *Rapit ergo Lacænam*] Euripidis Scholiastes ex Stesichoro scribit, Tyndarum cum Diis omnibus faceret, Veneris oblitum fuisse; illam filias illius *διγάμους, τριγάμους, καὶ λειπάνδρους* fecisse, p. 142.

283 *Tendentemque manus, et læta fronte vocantem*] Virg. 'Pandentemque sinns et tota veste vocantem.'

285 *Post aspera multa, Excidium luctatus abis*] Absurda lectio; quid enim *luctari excidium?* an ut 'electari offensam?' quomodo Symmachus loquitur: at sensu nullo Trojæ siquidem sibique post diuturnam obsidionem

Quas nollet peperisse, faces: heu, perdite, nescis
Quas tecum clades, quantos fugiente tumultus
Classe refers! tuque Herculea corruptior unda,
Bellerophonteo flagrantior igne, sereno
Certa minus, thalamos linquis, Ledæa, jugales:
Et spreto toties iterum quærenda marito,
Nunquam rapta fugis: nunc non Lilybæa vorago,
Latratus Siculi, Libycus tenor, et quod in omni
Sævit triste mari, mixtis huc confluat undis,
Has infestet aquas, primosque ultrice procella
Amplexus medium solvat mare: multa nocentes
Mutat, si vetitis velox occurrerit ausis.

293 Pro *non* Ms. *o*.

NOTÆ

exitio fuit: lego, literæ mutatione, *lucratus*; quod Paris, ait, in lucro ponit, id vertit in exitium; 'perfidus enim alteri fraudem infert, damnum sibi,' ut ait auctor Queroli. Injuriaque, juxta Lucret. v. 'unde exorta est, ad eum plerumque revertit.' Sic Papin. 'fati moram lucrari,' IX. et X. 'mortisque feræ lucrata dolores.' Proverb. 1. *θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς κακόν*. Philo vocat lib. de Josepho p. 431. *καρποῦσθαι*: *τῆς αὐθαδείας καὶ ἀσεβείας ἐπίχειρα κερδανούμεθα ἐπιτίμια*, p. 397. Hesiod. *Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.* Ita D. Petrus Epist. II. 2. *κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας δανείζειν τὰς τιμωρίας*. Philo p. 585. Fulgentius bene in Mythologico 96. 'omnis libido rerum patitur naufragia:' Noster v. 271. 'Cognatum lucrata nefas.'

289 *Herculea corruptior unda*] Cum Lerna et Chimæra Helenem confert, ut et infra Syrtes, Scyllam et Charybdin, *περιφραστικῶς* in illam movet.

297 *Multa nocentes Mutat, si vetitis velox occurrerit ausis*] Sic lib. I. 378. 'Pronius in facinus tardis ultoribus itur.' Talis sententia Prosperi Aquitanici: 'Crescit enim occulte cum longo pœna reatu, Ausibus illicitis si nihil obstiterit.' Cato in Orat. pro Rhodiis apud Agel. VII. 3. 'Summa professio stultitiæ est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere, opperirique, ut cum admissa et perpetrata fuerint, tum denique, *ubi quæ facta sunt, infecta fieri non possunt*, puniantur.' Gemina in Orat. Dinarchi II. p. 105. Similis fere in Juliani epistola ad Alexandrinos p. 171. Seneca Epist. II. 'Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat.' Cassiodorus III. Ep. 14. 'Malum cum perseverat, augetur; et remediabile bonum est in peccatum, accelerata correctio.' Chrysost. in I. ad Corinth. Hom. XV. p. 452. *ὅταν ὁ πρῶτος ἁμαρτῶν μὴ δῷ δίκην, ταχέως καὶ ἕτεροι ταῦτα πλημμελήσουσι.* Gemina est Philonis *γνώμη*, De specialibus legibus p. 604. Nostri Poëtæ *γνώμῃ* opponatur illa Leonis: 'dum justitiæ sententia suspenditur, pœnitentiæ medicina quæritur,' et Nili altera: *μὴ μέμφου τὴν τοῦ θεοῦ μακροθυμίαν, κοινὸν γάρ ἐστι φάρμακον*, 37. Chrys. in

Postquam exemta quies, et mœsto pulsa fragore
Inscia turbatas hausere silentia voces,
Aure prius mensi fremitus, ubi et unde tumultus,
Armati cognata petunt oracula cives.
Hic tritas stridere lyras, hic pocula cernunt
Effuso calcata Deo, funalia lucem
Ponere, et effracto lacrymari lampada vitro.
Mirati qua clade nova jucunda sileret
Religio, quæ causa pios inopina tumultus
Flexerit, advertunt alias ad littora lites,
Et toto sonuisse mari. Quo, perfide leno,
Hospitii temerator, abis? sic digna rependis,
Regales prædate toros? his mobile vulgus
Excitum, arma fremit, raptaque superstite turba
Invadunt Phrygios: illi nec pandere vela,
Molirique fugam cessant, nec jungere bello
Dignantur dextras, contenta paupere pugna:
Sola tamen tumidos pertentat gloria captis
Injectare manus, proprium cum quisque trophæum
Ostentare paret, aut cive, aut virgine rapta.
Ecce redit Paphiæ meritus virgulta coronæ
Victrices vinctura comas, Tenedoque potitus
Jam minus audentem solatur prædo Lacænam
Jam tandem patriæ memorem, sed gnarus adulter
Pollicitis fluxis mœchæ sancire favorem,
Et fictos lenire metus, ebur aggerat Indum,
Thura Sabæa, Midæ fluvios, et vellera Serum

308 *Voces* ora Ed. Basil.—311 *Nobile* Ms.

NOTÆ

Psal. IX. 139. *ἐπειδὴ πολλὰ περὶ τῆς ἄνω δίκης διελέχθη, καὶ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ ῥοπῆς. αὕτη δ' οὐ κατὰ πόδας ἔπεσεν, ἀλλὰ μέλλει πολλάκις καὶ ἀναβάλλεται, καὶ τοῦτο πολλοὺς ῥαθυμοτέρους ποιεῖ, δείκνυσιν ἐπὶ θύραις τὴν τιμωρίαν οὖσαν*, &c. Vide etiam Nazianz. initio invectivæ posterioris in Julian. 110. item 124. Macarium Hom. 4.

301 *Aure prius mensi*] Silius IX. 'quantumque vicissim Auderet mensi.'

315 *Contenta paupere pugna*] Lego *contemta*, ut in vs. 311. *mobile vulgus* pro 'nobile.'

Ac mundi majoris opes, quodque educat aër
Jucundum, pontus clarum, vel fertile tellus:
Hæc faciles emere toros, domuere rebelles
Amplexus, pepigere fidem: non jam oscula reddit,
Non reddenda negat Helene, sed pectore toto
Incumbens, gremium solvit, premit ore, latentem
Furatur Venerem: jamque expirante Dione,
Conscia secretos testatur purpura rores.
   Proh scelus, an tantis potuisti, pessima, votis
Indulsisse moras? expectabatque voluptas
Emtorem? o teneri miranda potentia sexus,
Præcipitem in lucrum suspendit fœmina uxum,
Nec nisi conducto dignatur gaudia risu.
   Res hilarat vulgata Phryges, Priamoque sereni
Clarescunt vultus, rugas rarescere sentit
Infelix animi morbus, dolor: improba paulum
Cedit hyems mentis, voto dura angere sperat,

342 *Durum angere* Edit. Basil. Vide not.

NOTÆ

329 *Non jam oscula reddit, &c.*] Longus Pastoralium III. *πρός τε τὰ φιλήματα ἄεργα, καὶ πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκυβάλιζε.*

Non jam oscula reddit] Nimis graphice, nimis Latine loquitur, *ὡς ἀμαθὴς καὶ ἄγροικος, σκάφην σκάφην λέγων.* Juventutem vero arguit, quod *αἰσχρορρημονεῖ ἐν τῷ θορονθορῷ*, exemplo Lucretii, Apollonii, Euripidis, Ausonii, aliorum. Hieronymus adversus Helvid. 'Apud Christianos solœcismus est magnus, et vitium, turpe quid narrare vel facere.' Arist. VII. Pol. *ὅλως μὲν τὴν αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν.* Parthenius ille Maro cautior, aliique, de qua re vide Loënsem tom. v. Crit. Miscell. II. 16. Homerus Il. Γ. Paridem in Cragæ Insula cum Helena, quod Noster hic describit, fuisse vult.

341 *Improba paulum Cedit hyems mentis*] Ita v. 'nec sola maritos Urit hyems.' Curas illas θυμαλγεῖς notat. Ovid. 'Illa dies miseræ fatum mihi dixit: ab illa Pessima mutati cœpit amoris hyems.' Claud. de Laud. Stilich. I. 'Latiumque alternis ictibus anceps Imperium pulsaret hyems.' In Eutrop. I. 'lapidum hyemes.' Papin. 'flammea hyems,' III. Syl. Val. Flaccus IV. 'ignea montem Torsit hyems.' Vide plura apud Scipionem Gentilem ad Apul. 700. Chrysostomo et Philoni nihil frequentius, quam ψυχῆς χειμῶνας affectus nominare. Ita I. 'rugas cordis.' Hyemi vero animi opponit 'liquidum' Plautus.

342 *Dura angere sperat*] In Edit.

Reddendam Hesionen, Helenam si reddat Achivis.
  Nondum Sigæas portu digressus arenas
Dardanus attigerat, meritos mentita triumphos
Obvia pompa subit, pars curru vecta superbo
Aërium suspendit iter, pars cetera casum
Haud metuens, gressu vestigia paupere rexit,
Obsequio contenta pedum: et, quæ cura novorum!
Inachiam visura nurum plebs currit anhela
Contemtrix operæ nutricis, et immemor artis,
Nec lucri meminit, prædam dum spectat amœnam.
At cui sublimes humeros proceraque colla
Invidit natura brevis, vel desuper altis
Incumbit tectis, vel recto calce fatigat
Articulos, humilesque gradus suspendit in altum.

346 *Turba* Ms. marg.

NOTÆ

Basil. erat 'durum angere,' inde Spond. et Carol. 'dux angere,' male. Priamus dura angere sperat, vix *δυνατὰ* extorquere: quæ? reddendam Hesionem, quod sequitur, eamque fortasse jam matrem, vel *ἐν γαστρὶ ἔχουσαν*. Demosthenes *λαβεῖν ἐξ οὐρανοῦ* diceret. *Angere*, *ἄγχειν*, *στρέφειν*, proprie sunt luctatorum, ut Pollux III. retulit. Virg. VIII. Æn. 'Corripit in nodum complexus, et angit inhærens Elisos oculos,' &c. Horat. Ep. I. 18. 'Munere te parvo beet aut incommodus angat.' Ovid. 'hunc filia nubilis angat.' Papin. I. Theb. 'sceptra petentem Fœdere præcipiti semper novus angeret hæres.' Silius initio VIII. 'majoribus ægrum Angebat curis.' Imitatur Noster Papin. IV. Theb. 837. &c. vide infra v. 22.

349 *Quæ cura novorum*] Aliud agens vulgi *φιλοκαινίαν* notat, quam etiam Demosthenes sæpe arguit, *ἔστι τι καινόν*; Lucret. scite IV. 'Humanum genus est avidum nimis auricularum.'

355 *Recto calce fatigat Articulos, humilesque gradus suspendit in altum*] Græci *ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζειν*. Seneca Ep. III. 'Non exurgit in plantas, nec summis ambulat digitis, eorum more, qui mendacio staturam adjuvant, longioresque quam sunt, videri volunt.' Mart. XIII. 'stans summos resupinus usque in ungues.' Juvenal. 'erecta consurgit ad oscula planta.' Lucil. 'Gallinaceus cum victor se gallus honeste Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues.' Quod Philostrato est *ἄνω βαίνειν*, de Apollonio I. 10. Tales dicuntur 'Attæ,' 'qui (verbis Festi) propter vitium crurum, aut pedum, primis plantis insistunt, et attingunt magis terram, quam ambulant:' *ἄπτοντες, οὐχ ὅλῳ ποδὶ βαδίζοντες*: quibus opponuntur *πτερνοβάται*, quos Latini *talipedantes*. Vide Casaub. in Suet. initio III. Sca-

Hoc populo dederat vulgati fama decoris
Certamen mirandi Helenam: subit illa pudice
Ora gerens, oculis nusquam vaga, voce faventi
Spectantum, pudibunda parum, mixtoque nitore
Sidereas neutrata genas. At regia vates
Ut venisse Parim certo Cassandra relatu
Audit, et adductam monstrum fatale Lacænam,
Ad tripodas questura fugit, ramosque loquaces
Ore premit, poscensque Deum non irrita longum
Fatis plena redit: claret interprete vultu
Extorti vindicta Dei, furiosa potestas
Imbelles vexat artus, cervice rotata,
Crine umbrante humeros, oculis spargentibus ignem,
Et facula prodente fidem, nunc livida vitrum,
Nunc flammata facem superat, nunc pallida buxum.
Tali se mediis procerum tot millibus infert
Ore ferens, tremulosque gradus vix ebria figit,
Atque ita Tyndariden cernens: Tune illa juvenca

370 *Facie* Ms. marg. Vide not.

NOTÆ

liger. in Conject. x. 139.

361 *Sidereas neutrata genas*] Non redolet castam Latinitatem, licet ἀναλογία permittat. Ita Varro apud Non. 'facies mæandrata, et vermiculata.' Lucret. III. 'stat cernendi vivata potestas.' Ibid. 'corporis atque animi vivata potestas.' Moreti auctor: 'sub juga parentes cogit lorata juvencos.' Ovid. III. Fast. 'Mollis erat tellus rorata mane pruina.' Ita Seneca controv. I. 6. 'absinthiatum poculum.' Martial. 'leucophæatum.' Genæ autem 'neutratæ' sunt, quod priora interpretis vice præmissa docent, 'rubicunde albentes.' Ennius: 'etsi Mulier erubuit, ceu lacte et purpura mista:' quod simile Virgilius et multi alii retinuerunt. Sic Horat. II. Sat. 2. de illo, qui nec mundus nimis, nec sordidus, in neutram partem cultus miser.

370 *Et facula prodente fidem*] Malo, quod in ora libri erat, *facie*; sequitur enim 'Nunc flammata facem superat.' Similes Phœbadum descriptiones sunt apud Papin. x. Lucan. v. Apuleium VIII. Miles. Ruffin. Eccles. Hist. II. 4. Dionem Chrysost. in Orat. 1. de regno.

374 *Tune illa juvenca*] Lycophron Helenam vocat πόρτιν; causam ex fabula veteri adducit Meursius in Lycophron. p. 123. Ovid. Epist. Œnones ad Parideu: 'Graia juvenca venit, quæ te patriamque domumque Perdet, Io prohibe, Graia juvenca venit.'

Quæ saltus ingressa novos, præsepe paternum
Incesta liquisse fuga taurumque jugalem
Diceris, et nostros petis importuna penates?
Ite, viri, Deus ire jubet, pontoque vel igne
Maternas abolete faces, ne dura sequatur,
Quam cecini, clades. Sic paucis questa quiescit:
Expediuntque Deum suspiria longa relictum.
His hilares hærent animi, totusque faventum
Sopitur strepitus: favissent agmina vatis
Imperio, motas reverentia principis iras
Obruit, indignisque datur Cassandra catenis.
Rex Helenam lenit, inopinaque probra gementis
Solatur blandis: suspiria vatis, anhelas
Excusat furias, celeresque ad jurgia voces,
Et vitio capitis solitos sævire tumultus.
Nec mora, lascivit solenni regia cultu
Imperiis ornata ducis, tædasque pudendas
Tollit adulter Hymen. Melius caligo profunda
Pollutum mersisset opus: quid nomine sacro
Incestum phalerare juvat? prætendit operta

387 *Blandus* Ed. Mor. et Spondan.

NOTÆ

389 *Et vitio capitis solitos sævire tumultus*] Εὐφημισμὸς τῆς ἱερᾶς νόσου, comitialis morbi: de quo multa ad Apuleium Scipio Gentilis.

393 *Quid nomine sacro Incestum phalerare juvat*] IV. 101. 'mixta virum phalerant.' Glossarium: 'Faleræ, ἱπποκόσμια,' inventum Tarquinii Prisci, ut Florus I. 5. monet. De phaleris prolixe Manutius in Quæsitis per Epist. c. 10. Marcellus Donatus in Suet. c. 30. Lipsius de re militari, Dial. 5. Varro Hecatombe: 'Ubi illa phalerata gemmeaque ephippia.' Petron. 'mulieres phaleris ornatas' ait: quod de margaritis e pelago Junius explicat. Aristoph. in Acharn. Τίς ἀμφὶ χαλκοφάλαρα δώματα κτυπεῖ; Prudent. contra Symmachum, 'Vittarum insignis phaleris,' II. Noster Terentium sequitur, qui 'phalerata dicta,' fucata et ὕπουλα vocat. 'Incestum' igitur 'phalerare nomine sacro,' est conjugii titulo palliare: ut Dido apud Virgil. 'Conjugium vocat, hoc celabat nomine culpam:' quod est πηλῷ πηλὸν καθαίρειν, ut ait Nazianz. p. 420.

394 *Prætendit operta Bracteolam caries*] Hoc est, quod Dracontius dicebat, 'Quærit opem sceleri, per quam fallatur honestas,' Hex. 345. Sumtum a statuis verminantibus et cariosis, quibus bracteas superinducebant. Juvenal. Sat. XIII. 'bracteolam de Castore ducunt.' Hinc 'bracteata felicitas' apud Sen. Ep. 301. Ausonius vero 'bracteatum dictum' in Pane-

Bracteolam caries, agnum lupus, ulcera byssum :
Sed famam fraus nulla latet : non una duorum
Esse potest : nam prima fidem dum fœdera servant,
Alterius non uxor erit, sed præda cubilis.
  Interea Graium præceps perlabitur orbem
Luctus, et Europæ dotatas nomine terras
Armato rumore quatit : læduntur in uno
Una omnes, seu quod populos injuria regum
Acrius incendit : seu regnis prælia livor
Inducit, seu quisque suas præsumit in iras
Quod fieri sibi triste potest : quod flere peractum
Quodque pati potuere, gemunt : hinc omnibus idem,
Idem animus, similes scelerum præcidere motus,
Et thalamos sancire metu : ruit ocyus ergo,
Non jussa expectat populus, belli ardor inerti
Nascitur, augetur forti : sic prælia vulgus
Præcipit : at viduos it solatura penates
Clara ducum series, Maleæ quos erigit umbo,

NOTÆ

gyr. vocat, de auro, quo statuæ inducebantur. Talis vero fucus eleganter exprimitur a Prudentio in Psychom. 551. ubi Avaritia se in parsimoniam transfigurat : ‘ Opertam cariem ’ dixit apposite, ut Nazarius, ‘ operta mentium ;’ Virgil. ‘ telluris operta,’ VI. Æn. Papin. ‘ operta prælia,’ X. Valer. Flaccus I. ‘ sacra operta.’ Ita Symmachus in Orat. ‘ dum ratio eis in operto sit :’ ut Ovid. III. Fast. ‘ non est rationis opertæ.’ Prud. ‘ arcano naturæ tectus operto,’ contra Symm. II. Psychom. v. 461. ‘ laterisque sinistri Velat opermento.’ Item, ‘ boni mendacis opertum,’ 836. Ut Demades in Orat. sua p. 180. πρόβλημα σωτηρίας.

396 *Sed famam fraus nulla latet*] Claud. ‘ Cœlicolas fraus nulla latet.’ Xenophon : θεοὺς μὴ ἔστι διαλαθεῖν. Musæus eleg. Γλῶσσα γὰρ ἀνθρώπων φιλοκέρτομος· ἐν δὲ σιωπῇ, Ἔργον ὅπερ τελέει τις ἐνὶ τριόδοισιν ἀκούει. Nazianz. Epist. XVII. 779. προθυμότερον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις φιλοσοφοῦσιν ἄνθρωποι. Pindarus vere I. Olymp. εἰ δὲ θεὸν Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέ-Μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει. Nicetas Choniates I. ἄφθεγκτον τῇ φήμῃ μηδὲν, ἀνεξερεύνητόν τε καὶ ἀνεξέλεγκτον, et I. De Andronico : ἡ φήμη καὶ τὰ ὑπὸ γῆν κρυπτόμενα διορᾷ, p. 302. Claud. 4. Consul. Honor. ‘ nam lux altissima fati Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes Intrat, et abstrusos explorat fama recessus.’ Nazianz. orat. I. 18. τάχιστα ἂν ἐκ μικροῦ σπινθῆρος ὁ τῆς ἀληθείας πόρσω ἐκλάμψειεν.

410 *Sic prælia vulgus Præcipit*] Προὔλαβε, anticipat, vel occupat.

412 *Maleæ quos erigit umbo*] Papin. Achil. II. ‘ nudisonæ quod circuit umbo Maleæ.’ Virg. ‘ Maleæque sequacibus undis.’ Strabo VIII. illius meminit : Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. Proverbium est apud Nicetam Choniatem lib. II. de Manuele

Quos Larissa fovet, quas Græcia cetera nutrit.
Enumerem ? facilesque fide dictante meatus
Victrices Danaum certo sequar ordine vires ?
Quæ loca, qui reges, pelagus quod quisque fatiget
Classibus ? ac celebres hac novi parte Camœnas
Fraudari titulis, auresque offendere molles.
Pauca tamen studio non ægrescente faventum
Succincte dixisse velim, numerique sigillo
Juratas signasse rates : Fert bella bis una,
Bis centum et decies centum, quas undique raptas
Cecropii vocat unda sinus, et Apollinis æquor :
Huc acies, huc arma meant : hinc bellica classis
Ordiri disponit iter, sic culmen herile
Imperii jussit, statuit consulta potestas.
  Ast ubi gesta Phrygum geminos vulgata Lacones
Concussere, fremunt ambo, dolor excitat ambos,
Ambos ira quatit, non sic orbata leones

417 *At* Dresem.

NOTÆ

p. 82. Vide Erasmum. Symmachus epist. 61. lib. VIII. 'Vulgati proverbii est, Enavigato Maleo oblimari eorum memoriam, quos domi reliqueris.' Plinius Cæcilius Epist. 10. ὑπὲρ Μαλέαν. Vide Brodæum I. 35. *Umbo* autem est quod prominet, πρών. Vocabulum Papinio frequens.

421 *Fert bella bis una, Bis centum et decies centum*] Dares, cujus Noster funalis equus, variat in numero: etiam Dictys. Catalogum navium habes apud Homerum, et Papinium in Achilleide. Plautus, Ovidius, Virgilius, Propertius, Juvenalis, Seneca Tragicus, Euripides, etiam Livius v. 5. mille naves, Thucydides I. mille ducentas. Homerus plures numerat. Apud Nostrum v. Palamedes huic numero 30. addit. Hyginus fab. 97. ab omnibus dissentit. Manasses etiam στόλον χιλιόστολον vocat. Pausanias in Laconicis *Hellenium* vocat locum, ubi Græci consultum venerint: alios vero ad Xerxis expeditionem hunc locum transferre ait.

423 *Cecropii vocat unda sinus*] Alii in Aulide juratum id bellum volunt, Virg. IV. Æn. Papin. II. Achilleid. Philostratus in Heroicis variat, interdum enim in Aulide convenisse, interdum bellum ait jurasse. Noster a Darete ῥυὸς ἀγόμενος, Athenis classem convenisse scribit, inibi consulto oraculo, tempestate impeditam et retogressam, ex Aulide solvisse.

Apollinis æquor] Cur? an quia Apollo ὡς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει, quæ sunt verba Demosthenis in Orat. pro Ctesiphone. Plura Scholiastes Aristophanis ad Nubes.

Lustra indignati lugent, non fulminis ales
Sic gemit elinguis inopina silentia nidi.
Haud mora conscendunt classem, Lesboque relicta,
Dum præceps animus, et nil decoctius audet
Ira recens, nullos expectatura sequentes,
Haurit iter fluidum pietas memor: alta tenebat
Castor, et Iliacas jamjam poscebat arenas
Excidium latura ratis: nox obviat atra
Defensura Phryges, armatique aëris ira
Instrepit, et geminis expugnat vela procellis.
O pietas, qua nulla Deum præsentior ambit
Virtus! o mitis fraterni candor amoris!
Sola hæc in geminos cessit discordia fratres,
Discordes habuisse metus: hic illius, ille
Hujus fata timet: quotiesque illabitur æquor,
Invergitque latus puppis subitura profundum,
Æquoris occursum certatim vertice prono
Anticipare parant: et sic proclamat uterque:
In me, dira Thetis, in me, sævissime Triton,
Has intende minas, tantos molire tumultus,
Hunc serves, huic parce, precor: tandem acrius acto
Incumbente Noto, nil jam sperante carina,
Ledæi juvenes, nexis per colla lacertis,
Nata simul simili deponunt corpora fato.

NOTÆ

433 *Et nil decoctius audet Ira recens*] Persius I. 'si forte aliquid decoctius audis.' Vide supra, 131.

440 *O pietas, qua nulla Deum præsentior ambit Virtus*] Philo de Decalogo 580. *ἀρχὴ ἀρίστη πάντων μὲν ὁ θεὸς, ἀρετῶν δὲ εὐσέβεια.* Quæ *γνώμη* Aristoteli a Stobæo ascribitur, serm. 286. Sophocles in fine Philoctetæ: *οὐ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς, Κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται.* Hermes: *μία φυλακὴ εὐσέβεια.* Ex quo Corn. Severus in Ætna: 'Et merito est pietas homini tutissima virtus.' Nazianz. x. p. 161. *ἓν μέγιστον ἁπάντων, καὶ ὥσπερ ἄλλο τι ἐπίσημόν ἐστιν ἡ εὐσέβεια.* Hierocles: *πασῶν τῶν ἀρετῶν ἡγεμών ἐστιν ἡ εὐσέβεια.* Insignite etiam Isid. Pelus. III. 268.

443 *Hic illius, ille Hujus fata timet*] Ita Manilius II. de Pylade et Oreste: 'lis una fuit per sæcula mortis, Alter quod raperet fatum, non cederet alter,' &c.

445 *Invergitque*] *Immergitque* vel *invertitque*, malim legere.

453 *Nata simul simili deponunt corpora fato*] Homerus, quod Lactantius de falsa religione I. 10. observat, ambos tantum mortuos testatur: non in

Desine, Cecropii funesta licentia pagi,
Incestos generare Deos: non fabula cœlum,
Sed virtus non ficta, dabit: quos cæcus ab alto
Mersit in ima furor, in summos erigis axes,
Et similes Jovis esse jubes: quos ignis in auras,
In scopulos sparsit fluctus, mentiris adeptos
Sidera, gentilisque preces deludis acerræ:
Tyndaridis, quos hausit hyems, dans Attica cœlum
Fabula, Castoreos casus Pollucis in ortum
Fingit, et alterni redimit dispendia fati.
Ac neutrum testata Deum, feralis utrique
Atropos injecit laqueum, quo fortibus ægros,
Quo sontes placidis, inopes quo regibus æquat.
Sola tamen fatis Ledæum Lesbos amorem
Concessisse negat, captosque secuta Lacones,
Quos nec apud Phrygios, mediis nec reperit undis,

NOTÆ

Deos relatos. Lactant. inibi, dum alienas sponsas rapiunt, alterum ab Ida transverberatum ait. Vide Theocrit. in Dioscuris, Pindarum Nemeor. Od. 10. Lycophronem in Cassand. Tzetzen Chiliad. I. 48. Genus vero loquendi ad illud Ovidii II. Fast. accedit: 'Nata simul, moritura simul, simul ite sub undas, Corpora.' Valer. Flacc. V. 'nec separe conteget urna, Sed simul, ut junctis venistis in æquora fatis.'

455 *Non fabula cælum*] Manil. 'Quorum carminibus nihil est nisi fabula cœlum.'

458 *Quos ignis in auras, In scopulos sparsit fluctus*] Eodem modo εἰρωνεύει Juvenal. 'Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.' Omnem vero acrimoniam superat ille Juvenalis μυκτηρισμὸς in Claudium: 'tremulumque caput descendere jussit In cœlum:' quod pessimo conatu solicitavit Groslotius in sua ad Lectium prolixa epistola, quod 'escendere' substituit.

462 *Castoreos casus Pollucis in ortum Fingit*] Ponit *casum* pro occasu: vide auctores supra allegatos, 453. et Apollod. III. p. 178. Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν καὶ ἐν θεοῖς εἶναι, καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔδωκε. Eadem Pindarus: μεταμειβόμενον δ' ἐναλλὰξ, &c. Homerus ἑτερημέρους vocat hoc sensu, Odyss. Λ. hinc Virgil. VI. Æneid. 'alternam mortem' nominat: et Silius IX. 'Alternusque animæ mutato Castore Pollux.' Scitum est illud Alcibiadis, qui apud Athenienses Διοσκούρων vitam vivere se dicebat: nam et gratia pollens Diis æqualis, et ea excidens, parum sibi a mortuis differre videbatur. Ælianus Var. Hist. XIII. 38. Philo de Decalogo p. 580. de mundi gemino interpretatur hemisphærio.

469 *Quos nec apud Phrygios, mediis nec reperit undis, Credidit esse Deos*] Isocrates id Helenæ assignat: πρῶτον μὲν τοὺς ἀδελφοὺς ἤδη κατεχομένους ὑπὸ τῆς πεπρωμένης εἰς θεοὺς ἀνήγαγε.

Credidit esse Deos: sterilique reversa favore,
Diis urbes auxit, thure aras, marmore templa.
Sic Britonum ridenda fides, et credulus error
Arturum expectat, expectabitque perenne.

NOTÆ

472 *Sic Britonum ridenda fides et credulus error, Arturum expectat*] Arturus, ille Britannorum fabulis πολυθρύλλητος, in acie non cecidisse, sed subduxisse se putabatur, jam jamque reversurus. Hic est ille, de quo incredibilia fingunt, quod Malfredo Monœmutensi ascribitur: quod et Guil. Neubrigensis concedit. Joh. Lelandus tamen contra Guil. Parvum, veri fidem illis astruit. Vide Annales Anglicos. Polydor. Virg. xv. Buchananus hæc de Arturo: 'Concursum est ingentibus animis, sed Modredo et confœderatis (Scotis et Pictis) duo fuere auxilio, locus in medio paluster, Britannis transitu difficilis, et in ipso pugnæ ardore subornatus, qui Britones moneret, ut Arturo cæso, rebus perditis, suæ quisque saluti consuleret. Ea vox in fugam illos vertit: magna tamen cædes utriusque partis facta: victoria neutris læta fuit: cæso ab altera parte Modredo, ab altera fratre ejus Galvino; atque Arturo lethaliter vulnerato. Non ignoro, quæ de vita et morte Arturi a multis fabulose tradantur, sed indigna relatu sunt, et viri clarissimi rebus gestis tenebras offundunt. Nam dum tam asseveranter mendacia affirmantur, sæpe veritas in dubium vocatur. Fuit certe vir magnus, et singulari fortitudine et caritate in patriam, vel dum suos a servitute liberat, vel cultum Dei sincerum revocat, vel vitiatum restituit. Hæc nos de genere, vita et morte ejus, pluribus quam instituti ratio poscebat, sumus prosecuti, ut quibus non universas Britannorum res gestas complecti, sed partim ab oblivionis injuria, partim a fabulosis male feriatorum hominum commentis, res gestas nostræ gentis liberare fuit propositum. In Arturi vero rebus longiuscule sumus immorati, quod plerique eas, partim per invidiam nimis parce, partim per vanitatem nimis verbose persequantur. Hæc Buchananus. Vide etiam Hectorem Boëthium ix. inprimis Cambdenum in sua Anglia 123. et 160. ubi Auctoris nostri versus recitat: 'Nec abs re erit, si quæ Josephus noster Iscanus' (verba sunt Cambdeni) 'non de populo Poëta olim in sua Antiocheide, in Arturum cecinit, hic adjungam: 'Hinc celebri fato, felici claruit ortu, Flos regum, Arturus, cujus cum[a] facta stupori Non micuere minus: totus quid[b] in aure voluptas, Et populo plaudente favus.[c] Quæcunque piorum[d] Inspice, Pelæum[e] commendat fama tyrannum; Pagina Cæsareos loquitur Romana triumphos; Alcidem domitis attollit gloria monstris: Sed nec pinetum corili, nec sidera Solem Æquant; annales Latios Graiosque revolve, Prisca parem nescit, æqualem postera nullum Exhibitura, dies. Reges supereminet omnes Solus, præteritis melior, majorque futuris.''

[a] *Tum* l. [b] Deest aliquid, vel legendum *quod*. [c] *Favor*.
[d] Lego, *quemcumque priorum*. [e] *Pellæum*.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER IV.

ARGUMENTUM.

Argolicos Phrygiosque duces locat ordine quartus:
Dira canunt iri destructum oracula Trojam.
Barbarica cum gente manus mox Græcia pugnax
Conserit, et Teuthras expirat vulnere tactus,
Mandat ad Elysios campos quem pompa celebris, &c.

POSTQUAM Mygdonias bellatrix fama per urbes
Armorum vulgavit opus, concussa minaci
Barbaries motu, trepidis conjurat in arma
Viribus, et totos Priamo Mars excitat ortus.
Primus opes Phrygibus Celia tradente sequaces

5 *Zelia* Edd. Basil. Mor. Spondan.

NOTÆ

1 *Postquam Mygdonias*] Philostratus Φρύγας κατὰ Μυγδόνα vocat in Heroic. p. 725. Mart. Capella in Satyrico VI. 'Phrygia Troadi imminet: ab Aquilone Galatia est; a Meridie Lycaoniæ, et Pisidiæ Mygdoniæ confinis est; ab Oriente Lyciæ; a Septentrione Mysiæ, et Cariæ.' Vide Strab. XII. Horat. II. Od. 12. 'Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes.' Ovid. initio VI. Metam. per 'Mygdonidas nurus,' Lydas intelligit. Vide Stephanum in Μυγδονία.

Bellatrix fama per urbes Armorum vulgavit opus] Φθάνουσι γὰρ αἱ φῆμαι πανταχόθεν κατὰ πολὺ, Philo libro de Josepho p. 437. Fama in bello maximum momentum; imo 'fama bella constant,' ut ait Alexander apud Curtium VIII. et V.

5 *Primus opes Phrygibus Celia*] Sequitur Daretis ductum, et ex parte Dictyn: nomina tamen variant, quod manifestum erit si inter se contendas, Ζέλειαν etiam Homerus in Catalogo nominat.

Commodat Amphion, socium cui Pandarus arcum,
Consortem Adrastus gladium rapit: hospes iturum
Instruit Amphimachum Colophonia: ducit alumna
In bellum Lyciam socio Sarpedone Glaucus.
Marticolæ Thraces Xantippum, Memnona Mauri,
Pæonidæ Phorcum, sequitur Zizonia Remum.
Ephemus et Capesus, et quorum nomina longum
Æquato sermone sequi, stipare cohortes
Certant, et sese numero, vel robore vincunt:
Dat Ganges Arabem, Syrium largitur Orontes,
Dat Scythicos Tanais: geminoque obnoxia mundo
Ripa duplex, bellis populum partitur utrumque,
Nacta ducem geminum: migratque in prælia quicquid
Prima dies, orbis oriens, cunabula Phœbi,
Gentis alunt; quicquid Asiæ dispendia, quicquid
Hermus aquis, Taurusque jugis includit, et omnis
Iliacos legio tendit munire penates.
Hos inter fremitus certantumque ardua regum
Robora, pugnaces jactantius armat alumnos
Troja potens: nulloque locum sperante priorem,
Indigenæ vires, cognataque celsius arma
Consurgunt: toto sed Troilus agmine princeps,
Fulmineusque Hector, par bellis impetus, æqua
Vulgi tempestas titulis præcellere certant,
Et dubia alterno contendit fama favore.

NOTÆ

8 *Ducit alumna In bellum Lyciam*] Lego *alumnam*. Sarpedon enim et Glaucus e Lycia.

10 *Memnona Mauri*] Dares: 'Memnon ex Æthiopia:' vi. 'Eoum regem' et socios ipsius Persas vocat, 344. 'Fit fuga Persarum.'

13 *Æquato sermone sequi*] Versu in pedes commensurato.

16 *Geminoque obnoxia mundo Ripa duplex*] Tanais fluvii. Εὐρώπην δ' Ἀσίης Τάναϊς διὰ μέσσον ὁρίζει, Dionys. Alexand. Vibius Sequester, 'Tanais Scythiæ Asiam ab Europa dividit,' De flum. p. 113. Æschylus Phasin, ut Arrianus allegat, limitem statuit: qua de re Loënsis tom. v. Crit. Epiphyl. II. 22.

28 *Æqua Vulgi tempestas*] De favore populi intelligo, in quo, Ciceronis sensu, crebrior animorum, quam tempestatum mutatio: unde Scaliger ille θαυμάσιος vulgus mare seipsum movens nominabat. Vide Phalaridem Ep. 77. συρίττεσθαι μᾶλλον ὑπὸ πλήθους ἀκρίτου βουλοίμην ἂν ἢ τιμᾶσθαι, &c.

Cetera fraterni Martis numerosa potestas
Ductu quemque suo discretis fulminat ausis :
Ut quot Priamidas, tot jurent Hectoras esse :
Quot Troës, tot Marte pares tibi, Troile, dicant.
Nunc utinam, quo quisque animo, quo fulserit ore,
Quis membris inscriptus honos, quis pectora motus
Extulerit, meminisse queam, vultusque peremtos
Suscitet eloquii virtus, oculisque sepulti
Pectoribus vivant, scripto præcone, tyranni.
Sic olim positos populis mirantibus offert
Elinguis pictura viros : sic culta profatur
Charta duces, oculis hæc blandior, auribus illa.
Celsa duci Priamo late surgentibus armis
Effulcit roseum cervix caput, ardua scribunt
Membra virum, blandoque genas terrore minaces
Regius ornat honos : placidæ vox nuntia mentis
Nil tumidum, nil triste sonat, propiorque precanti
Mollibus imperiis famulantes instruit aures.

NOTÆ

39 *Vivant, scripto præcone, tyranni*] Eo pertinet Pindari sententia Nemeor. 7. qui tenebras illustrium factorum hymnis pellendas ait, qui sint speculum virtutis : et Sappho apud Plutarchum egregie, *κατθανοῦσα κείσεαι, οὐδέ τις μναμοσύνα σέθεν ἔσσεται. οὐ γὰρ μετέχεις βρόδων τῶν ἐκ Πιερίας.* Horatii illud notum est de his qui 'sacro vate caruerunt,' carm. IV. 9. Et M. Antonii Flaminii ea de re carmen insigne est l. III. Maxime excellit in ista *γνώμῃ* Anna Alexii Comneni filia, initio Alexiadis suæ, quam bono publico de literatura Græca præclare meritus luci restituit Hœschelius.

40 *Sic olim positos*] *Positi* vel *siti* sunt mortui, *οἱ κείμενοι.* Virg. 'positum affati discedite corpus.' Papin. Theb. IX. 'positusque beata Morte pater.' Ægroti, 'depositi.' Virgil. lib. XII. 'Ille ut depositi proferret fata parentis.' Cicero, 'deposita respublica.' Ita Euripidi in Alcest. *Ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχορραγεῖ*, de morituro, et in limine collocando.

Sic olim positos, &c.] Plutarchus Simonidi tribuit illud *ὅμοιον* et *ἀνάλογον* Poëseos et Picturæ, libro de Atheniensibus, utrum bello, vel pace meliores : *ὁ Σιμωνίδης τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύει, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν.* Repetit illud libro de audiendis Poëtis ; item in libello de Adulatore cognoscendo. Philostratus initio *εἰκόνων* idem ponit, et agnoscit Arist. c. 6. Poëtices : item Auctor ad Herennium. Prudentius libro post. contra Symmachum, 40. &c. Alludere videtur Clem. Alex. Strom. VI. 463. *οἱ φιλόσοφοι ζωγραφίας δίκην ἀπομιμοῦνται τὴν ἀλήθειαν.*

43 *Celsa duci Priamo*] Picturam non sublestam vel *ὑπόλιστον* heroum illorum habes apud Pausaniam in Phocicis p. 348. Philostratum in Heroicis et Iconibus.

Hector magnanimum librato culmine pectus
Erigit, intorto candet coma crispa capillo,
Succinctum complexa caput, blandeque recisos
Furatur vox blæsa sonos; pernicia membra,
Mens placida in cives, faciem lanugo serenam
Induit, ac visus acies obliqua cadentes
In geminas spargit partes, semperque supina
Occiduo stabilem contristat lumine vultum.
Ore pares, patremque genis, matremque secuti,
Priamidæ gemini studio certante Minervam
Partiti, colit hic artes, hic arma fatigat:
Deiphobum, Mavors, Helenum demulcet Apollo.
Troilus in spatium surgentes explicat artus,
Mente Gigas, ætate puer, nullique secundus
Audendo virtutis opus, mixtoque vigore
Gratior illustres insignit gloria vultus.
Imperii cupidus, habiles prolatus in armos,
Siderea vernat acie Paris, ore serenus,
Eloquio lenis, pede præceps, strenuus armis,
Vertice flavescens, frontemque auctura superbam
Præreserat tonsura genas, in summa recurrens

57 Pro *matremque* Ms. marg. *vultuque*.

NOTÆ

50 *Candet coma crispa capillo*] Οὐλότριχος, οὐλοκάρηνος fuit: vide Hadrianum Junium de στραβαλοκομᾶσιν istis, De coma c. 8. Vide statuam Hectoris apud Philostratum in Heroicis p. 655.

56 *Occiduo stabilem contristat lumine vultum*] Strabus fuit. Plinius XI. 37. 'Uni homini oculi depravantur, unde Straborum et Pætorum nomina.' Philostratus ait, illum solitum ἐκπληκτικὸν βλέψαι, καὶ φθέγξασθαι μέγα. Imitatur vero Virg. III. Æn. 'et lævo contristat lumine cœlum.' Stabilis autem vultus, ut Græci καθεστηκὸς βλέμμα, τὸ γὰρ σεμνὸν αὐστηρὸν, ait Philo libro de Principe p. 561. Ita Papin. Epithal. Stellæ, 'stantia pectora.' Maximianus, 'stantesque papillæ.' Lucilius, 'stat sentibus pectus,' quod Nonius 'plenum est,' exponit. De nomine Hectoris Plato agit in Cratylo, p. 271.

62 *Mente Gigas, ætate puer*] Ita Guntherus de Friderico Imperatore: 'Mente senex, ætate puer;' ad quæ vide Rittersh. Noster VI. non abludit: 'Ore leo, sed corde lepus.' Vide I. 19.

64 *Gratior illustres insignit gloria vultus*] Παρῳδεῖ Virgilii illud Æneid. V. 'Gratior et pulchro veniens in corpore virtus.' Quod frustra rodit Seneca; Poëtæ enim sensuum non aspernantur judicium.

69 *Præreserat tonsura genas*] Cæsa-

Tempora : neve vagans formæ furetur honorem
Cæsaries, utramque comam sua detinet auris.
  Crine minax, vultu placidus, sermone serenus,
Affatu facilis, oculo nigrante venustus,
Consiliisque pius, stabiles libratur in artus
Æneas, fusis humeris, et lumine grandis.
  Antenor tenui productus corpore, sura
Succincta, motu facilis, quo nemo suorum
Insidias vel nosse prior, vel nectere major.
  Regius incendit Hecubam decor, ardua pingi
Gloria, nec partu species effœta frequenti
Marcida vectoris uteri dispendia sentit.
Mens victrix nil molle movet nil debile dictat,
Sonti difficilis, at miti blanda, rigorem
Exuit, afflictis clemens, et civibus æqua.
  Forma, modus, pietas, sensus, pudor, auctius ornant
Andromachen erectam humeris, visuque serenam.
  Non membris egressa modum, non cæca futuri,
Fulta gena tereti, suspecto crine cruorem
Mentitur, flagratque acie Cassandra micanti.
  Iliadum populo victore Polyxena vultu
Præradiat, solique decus speciale meretur
Lactea membrorum series, ridentis ocelli
Blandities, pede fulta brevi, procera venustas
Poplitis, erecto librans vestigia gressu.
Articulos non æquat ebur, non lilia colli

77 *Facili* Edd. Mor. et Spondan.—93 *Blanditiæ* eædem.

NOTÆ

ries non palliavit genarum lætitiam: sed quia aures comas detinebant, vultum magis aperuit. Vide Junium de Coma. Casaub. ad Suetonii Augustum p. 85. et Tiberium, p. 151. Dixit autem 'præreserat,' ut Ovid. VI. Metam. 'præcontrectat,' lib. XIV. 'prævitiat,' et 'præcorrumpit.' Ita Festus 'Præsiderat,' *προχειμάζει*.

71 *Utramque comam sua detinet auris*] Talis coma ἀμφιλαφὴς Græcis, si Suidam sequimur, qui exponit τὸ ἑκατέρωθεν ληπτόν: quamvis comam 'densam' apud Philostratum notet.

91 *Solique decus speciale meretur*] Ἐξαίρετον. Sedulius, 'Et speciale bonum, cum sit generale, revolvam.' 'Speciale bellum,' Julius Capitolinus in vita Antonini p. 302.

95 *Articulos non æquat ebur*] Vide Anacreontem in pictura Bathylli; et infra, 177.

Ardua, non rutilum pavonis fimbria crinem:
Ipsa humilis, simplex, facilis, nil turget herile,
Nil varium fingens, nunquam frustrata petentes.
  Martius ornat honos Agamemnona; fusa vigorem
Celsaque membra fovent, vultu præcone potestas
Enitet, et regem species armata profatur:
Mixta virum phalerant cirro candente decora
Virtus, nobilitas dives, facundia prudens.
  Gratior æquato Menelaum forma venustat
Fulta statu, virusque comæ geniale rubentis
Mens domat: ipse actu mentitos judice crines
Arguit, acceptus noto, gratusque merenti.
  Audax, magnificus, hilaris, pius æquat Achilles
Vultu Phœbum, animo Gradivum, Pelea membris:
In pectus laterum laxatur culmen, in arctos

108 *Plus* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

96 *Non rutilum pavonis fimbria crinem*] Limbum sive fasciam extremitatem caudæ ambientem vocat 'fimbriam,' ut Græci *κράσπεδον αἰγιαλοῦ, κρασπέδων ἐπαιωρήσεις κροσσωτῶν*, Homerus et *θύσανοι*. Vide Pollucem VII. 14. Cicero in Pisone 'cincinnorum fimbrias' arguit. Apul. VIII. Milesiar. 'flagrum contortis tæniis lanosi velleris prolixe fimbriatum.' Suet. I. 'latus clavus ad manus fimbriatus.' Plinius, 'urticæ folia fimbriata.' Vide de fimbriis et tæniis Paschalium IV. 8. De Pavonis vero fimbria graphice agit Dio Prusæus Orat. XII. p. 194. Phile tit. XV. p. 15. Nazianz. Orat. XXXIV. p. 554.

102 *Mixta virum phalerant*] Vide III. 395. De Agamemnonis regia specie Homerus: Καλὸν δ' *οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν*, Οὐδ' *οὕτω γεραρὸν, βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικεν*. Athenæus etiam XIII. p. 566.

104 *Æquato...Fulta statu*] 'Status,' ait Donatus ad Terent. Eun. V. 3. 'refertur ad habitum; statura ad corpus.' Noster differentiam illam negligit; ut et infra 'In medium librata statum.' Plautus in Rudente 'statum' procerum nominat. Usurpat autem pro statura, ut Columella, qui 'scrofas longissimi' dixit 'status,' VII. 9. et 'canem pecuarium statu longiorem et productiorem.' *Κυρίως* vero 'statura' est *solius* hominis *ἐξαίρετον*: reliqua animalia in ventrem procumbunt: quod Galenus III. de usu partium, Aristotel. II. de partibus, 7. 10. 11. 14. et IV. 10. quater asserit. Macrobius etiam in Somn. Scip. c. 14. Ambrosius Hexaëm. VI. 3. Philo libro de plantatione.

105 *Virusque comæ geniale rubentis*] Aristoteles etiam in Physiogn. *θυμώδη* hominem *ἐπίπυῤῥον* vocat, et Noster infra: 'mentis anhelas Incusant furias flammati incendia crinis.' Vide Jo. Baptistam Portam in Physiognom. et Bodinum de repub. Homerus Menelaum *ξανθὸν*, ut et alios Heroas, facit: Philostrato etiam commendatur *φλογῶσα* et *πυρσὴ* coma, quæ Solis radios mentitur. Vide de colore illo Junium comment. de Coma, p. 542. &c.

Crispatur cirros coma myrtea; crinis in armos
Deprimitur, poplesque gradus consurgit in altos.
Actorides acie grandi, vernansque decoris
Artubus, eloquio leni, cui cura juvare
Muneribus, constare sibi, disponere cunctis.
Vox en eris discincta jocis, mens ardua, fusi
Arctus, Locrensis titulos Ajacis opimant.
Ajacem Telamone satum coma pulla venustat
In torquem collecta levem, modulata serenis
Lingua sonis, mens fraudis hebes, sed strenua bellis.
Ore hilaris, modiceque humiles collectus in armos,
Dux Ithacus, prudens consultum pendere, gnarus
Obliquare dolos, doctus captare loquendo.
Voce ferox, animo præceps, fervente cerebro,
Audentique ira, validos quadratur in artus
Tydides, plenisque meretur Tydea factis,
Sic animo, sic ore fero, sic fulminat armis.

NOTÆ

111 *Coma myrtea*] Dares, 'flava.' Philostratus p. 706. τὴν μὴν δὴ κομὴν ἀμφιλαφῆ αὐτῷ φησιν εἶναι καὶ χρυσοῦ ἡδίω. Videsis Libanium in Achillis, Ulyssis, et Diomedis encomio.

113 *Actorides acie grandi, vernansque decoris Artubus*] *Facie* legendum in quibusdam libris, sed *acie* melius. 'Vernare artubus,' ut Ennodius sæpe, 'vernare stylo, dictione.'

117 *Titulos Ajacis opimant*] Ausonius, 'refluі maris æstus opimat:' quæ eodem sensu Phalaris Epist. 62. πλημμυρὶς διαψυχθεῖσα ἐνεργὸν ἀντὶ ἀργοῦ ποιεῖ τὸ πεδίον.

121 *Modiceque humiles collectus in armos, Dux Ithacus*] Protesilaus apud Philostratum in Heroic. Ulyssem Homeri nominat παίγνιον· item ὑπόσιμον, οὐ μέγαν, πεπλατυμμένον τοὺς ὀφθαλμούς.

125 *Validos quadratur in artus Tydides*] Statura est hæc Plauto 'commoda;' quam Noster antea innuit, 'æquato Fulta statu:' et 'In medium librata statum.' Corn. Celsus II. 1. 'Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum.' Vide Aristot. in Physiognom. et de partibus Animal. IV. 10. Columella etiam 'porcos quadratos' VII. 9. 'gallinas' VIII. 2. 'canes' VIII. 14. item τετράγωνα ἱμάτια apud Appianum V. ἐμφυλ. et Athenæum V. sed κυριολογία non semper attenditur: quemadmodum 'quadratum' nominant etiam illum, qui, ut cum Ausonio loquar, 'Vir bonus est, mundi instar habens, teres atque rotundus;' quod Plato in Protag. pag. 235. ad Simonidem refert: ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀληθέως γένεσθαι χαλεπὸν, χερσί τε ποσί τε καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον: quo respexit Aristot. I. Ethic. 11. De Statura vide Casaubonum III. ad Suet.

127 *Sic animo, sic ore fero, sic fulminat armis*] Virg. 'Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:' quod ex Homero.

Nestora magnificat morum prudentia, custos
Consilii librata fides, et sobria dandi
Gloria: porrectoque humeris, senioque nitenti
Nasi grata minus brevitas incurva sedentis.
Phyllacides vernante gena, candente capillo,
Alite mobilior, Scythica torrentior aura,
Ardua nulla timens, animum non viribus æquans,
Nil grave, nil durum censet, nil linquit inausum.
Ore virum fassus, indignarique minaces
Suspendens cervice genas, livore superbo
Obliquat socios Pyrrhus, scribuntque ferocem
Ardua membra, teres oculus, projectior alvus,
Texendis vox ægra sonis, teneroque laborans
Eloquio lingua blæsos frustratur hiatus.
Naupliaden tenui progressum corpore, lenem,
Magnanimum, prudens animi moderatur honestas.
Arduus in fastum, pingues demensus in artus,
Crispanti vestit humeros Podalirius umbra.
Cæsaries ceu ruffa jacens, patientia supplex,
Vis temere ausa nihil, pietasque Machaona pingunt.
Impia præcipitem natura Meriona mergit
Invidiæ cinctum stimulis, curæque tenacis

NOTÆ

128 *Nestora magnificat*] Sic alibi 'pennificat.'

131 *Nasi grata minus brevitas incurva sedentis*] Philostr. in Heroic. p. 671. de Nestore: *εἶναι δὲ μελανόφθαλμον, καὶ μὴ ἀποκρεμάμενον τὴν ῥῖνα*, &c.

132 *Phyllacides vernante gena, candente capillo*] Philostr. *κόμης ξανθῆς ἔχει τὸν μέτριον.*

136 *Indignarique minaces*] Ἑλληνισμός.

140 *Texendis vox ægra sonis*] Μογιλάλον, quem Glossarium 'attubum' interpretatur, *περιφράζει.*

142 *Naupliaden tenui progressum corpore*] Dares, 'Palameden gracilem, longum.' Sic III. 'qualem progressior usus.' VI. 552. 'In noctem progressa dies.' Vide III. 167.

148 *Impia præcipitem natura Meriona mergit*] Merion apud Homerum in laude, Daretem in probro est: male natum arguit, cum 'naturam impiam' vocat. Per Erinnyn iram intelligit, quæ ebullit, *ἐκπαφλάζει, ἐκβράσσει* in caput. Cicero III. Tusc. Quæst. 'si virtutes ebullire volent et sapientiam.' Vide insignem irati descriptionem apud Chrys. Homilia in Joh. III. p. 31. Senecam II. 35. de Ira. Isæus scite, *ἐν τοῖς μετ' ὀργῆς πραχθεῖσιν ἅπαντες πεφύκαμεν ἁμαρτάνειν*, I. p. 36.

Defessum excubiis, teretes cumulatur in artus
Carnea massa tumens, animique ebullit Erinnys
In caput, in corpus reliquum: livescit inustum
Sanguineis pectus maculis, gena disputat hydris,
Indicio pejore virens, et mentis anhelas
Accusant furias flammati incendia crinis.
In medium librata statum Briseis heriles
Promit in affectum vultus, nodatur in æquos
Planities crinita sinus, umbræque minoris
Delicias oculus junctos suspendit in artus;
Divitiis formæ certant insignia morum,
Sobria simplicitas, comis pudor, arida nunquam
Poscenti pietas, et fandi gratia lenis.
Tyndaridis geminis geminum nihil, unicus ambos
Oris honos ambit: similis flavescit utrique
Crinis: par hilares augescit visus in orbes:

155 *Incusant* Ms. marg.—159 *Arcus* Dresem.—165 *Risus* Edd. Basil. Mor. et Spondan.

NOTÆ

153 *Gena disputat hydris*] Ad colorem refero varium et contrarium, quo respiciunt illa, 'Indicio pejore virens.' Plaut. in Menæchmis: 'Viden' oculos illi virere?' Item: 'ut viridis exoritur color!' de illo, qui insaniam simulabat. Ita Græci χλωρὸν subpallidum, χλωροσαῦρα, quod Virg. 'viridis lacerta.' Vide Turneb. XVIII. 15. Ovid. II. Metam. 'Pectora felle virent, mens est infecta veneno.' Expono de invidia, per quam optimi quoque ab improbis quasi exprobrantes aspiciuntur, ut ait Sulpitius Severus II. Silius IX. de eadem re: 'Agnovit juvenem, scintillavitque cruentis Ira genis.' 'Disputare,' ut ait Varro, 'dicitur sermo, in quo pura disponuntur verba, ne sit confusus, atque ut diluceat,' v. de lingua Latina. Noster verbum illud ad pugnam applicat, ut v. 'nudo Troilus ense Disputat.'

156 *Briseis heriles Promit in affectum vultus*] Briseis, ut Cornutus vult, dicitur quasi Briteis: βριτὸ enim Cretensibus est dulce, unde Britomartis, ait Solinus, sermone nostro sonat virginem dulcem. Vide Casaubonum ad Strabonis lib. x. 'Vultum in affectum promere' est ad πάθος prolicere: unde κόρας κορῶν ἀλγηδόνας dicebat Alexander Macedo.

163 *Tyndaridis geminis geminum, &c.*] Adeo similes hos fuisse putat Vitellios, ut non duplex, non similis, sed una et eadem duobus fuerit facies, ut illi apud Papin. v. Theb. 437. 'qui ambiguo visus errore lacessunt.' Virg. etiam de tanta similitudine, 'gratusque parentibus error.' Claud. de iisdem: 'juvat ipse Tonantem Error,' IV. Constant. Honorii, vs. 210. Noster II. 176. 'noverat alter Cum

Æquus membra modus, concordes pectora motus
Conciliant, spirantque unum gena, lumina, mores.
Sola pares variis præsumunt nomina formas
Distinxisse notis, ac victor vindice vultu
Eludit dubios error, vocumque repugnans
Dissidio, alterno confundit nomine nomen.
Inclyta cognatos æquat Spartana Lacones
Vultu, crine, genis; sociæ cunabula stirpis
Pars oris testatur honos; at plenius haurit
Sidereum Ledea Jovem, totosque per artus
Lactea materni spirant mendacia cygni.
Nativum frons fundit ebur: caput exerit aurum
Æquatis crinale comis, gena candida byssum
Æquat, dextra nivem, dens lilia, colla ligustrum.
Auris inexpleto crispata volumine, visus
Excubitor, nasusque vagi venator odoris,
Poscunt alternum titulo certante triumphum.
Productum modice mentum candescit, et alta

174 *Par* Dresem.

NOTÆ

Polluce error.' Castor nempe. Græci *ἀδελφὰ καὶ δίδυμα*, ut Latini 'gemina' vocant.

172 *Inclyta cognatos æquat Spartana Lacones*] De Helenæ matre quomodo ex ovo nata, vide Junium Animad. I. 16. Athenæum II. De forma Helenæ videndus Isocrates; Theocritus Idyll. 18. et Manasses in Troicis, versibus undecim id agens: et pulchritudinis eximiæ descriptio apud Aristænetum Epist. I. Anacreon in Bathylli pictura. Chrysost. in Psalm. XLIV. p. 792. *τί ἐστι κάλλος σώματος; ὀφρὺς ἐκτεταγμένη, ὀφθαλμὸς μειδιῶν, παρειὰ ἐρυθραινομένη, χεῖλη φοινικίζοντα, τράχηλος ἀνεστηκὼς, κόμη κραδαινομένη, δάκτυλοι εὐμήκεις, ἡλικία ἀνεστηκυῖα, λευκότης ἐπανθοῦσα.* Opponit illi pulchritudinem animi. Vide etiam in Psalmum L. p. 980.

178 *Gena candida byssum Æquat, dextra nivem, dens lilia, colla ligustrum*] Martial. 'Toto candidior puella cygno, Argento, nive, lilio, ligustro.' Claud. de nuptiis Honorii: 'non labra rosæ, non colla pruinæ, Non crines æquant violæ, non lumina flammæ.' Venantius de B. Maria: 'Nix premitur candore tuo, Sol crinis honore.'

180 *Visus Excubitor*] Sunt enim sensus exteriores vice satellitum. Philo Alleg. II. p. 63. δορυφόροι αἱ αἰσθήσεις περὶ κεφαλὴν οὖσαι, ὥστε καὶ ὁ βασιλεὺς ὥσπερ ἄκραν ἐν πόλει λαχὼν οἰκεῖν. Eodem libro de Confus. Ling. p. 252. et I. de Monarchia p. 627. Minut. Felix in Octavio.

Lenius ut pressis insidant basia labris,
Parcius in roseum consurgunt ora tumorem.
Fundit apex humeros, pressum tegit ubera pectus,
Ilia succingit levitas, tractusque lacertos:
Pes brevis incessu terram libante supino
Lascivum suspendit iter, crurumque decora
Mobilitas comto libramine ponderat artus.
Sola superciliis labes interflua raris
Audaci macula tenues discriminat artus.
At nimis insignes latebras secretius ornat,
Vitalesque colit thalamos, et digerit urbem
Interior natura suam: cor principe motu
Libratum disponit opus: modulamina linguæ

NOTÆ

186 *Fundit apex humeros*] Caput diffundit humeros, descendit enim ab arce ad inferiora.

187 *Ilia succingit levitas*] Ovid. 'Et castigatus suberat sub pectore venter.' 'Succingit,' ut Papin. de Luna: 'atque iterum mundo succincta latenti.'

188 *Pes brevis incessu terram libante supino Lascivum suspendit iter*] Talipedantem sive supinum incessum argumentum vult lasciviæ, alii fastus, unde Persius: 'Italo quod honore supinus.' Prudent. 'quod vultuosus, quod supinus, quod rigens.' II. Macc. 15. *μετὰ πάσης ἀλαζονείας ὑψαυχενῶν*. Seneca: 'quid tantopere te supinet?' II. de Benef. Græcis supini *ὑψαύχενες, ἐξυπτιάζοντες*. Vide Casaubonum ad Tert. pag. 163. Si quis ad Lascivum, quod sequitur, respectum habet, de casabunda comitiali (ut quidem Dousa et Gulelmius exponunt Plauti verba nupta in Persa) *χαμαιτύπη, χαμαικλίνει*, et *χαμαιῤῥέπει* intelliget: eo referet illud Alexis in Isostasio apud Athenæum XIII. p. 568. *τήν τε κεφαλὴν ἐπὶ τὸν ὦμον καταβάλλων ἐξέρχεται*. Videsis Isid. Pelus. III. Epist. 224.

191 *Sola superciliis, &c.*] Seneca Epist. 33. 'Non est formosa mulier, cujus crus laudatur et brachium, sed illa, cujus universa facies admirationem singulis partibus abstulit.' Dares describit Helenam inter duo supercilia notam habentem. Ovidius apud Senecam II. contr. 10. aiebat, 'decentiorem faciem esse, in qua aliquis nævus.' Lucilius XVII. 'Helenam ipsam denique nolo Dicere, tute vide, atque disyllabon elige quodvis Τὴν εὖ πίειραν aliquam rem insignem habuisse, Verrucam, nævum pictum, dentem eminulum unum.'

194 *Vitalesque colit thalamos, et digerit urbem Interior natura suam*] Interiorem hominem describens corpus 'urbem' nominat, ut Prudent. ψυχομ. 818. 'purgati corporis urbem.' Philo, τὶ τῆς ψυχῆς συνέδριον, libro de Confus. Ling. p. 261. ut Manilius caput arcem: 'stetit unus in arcem Erectus capitis:' et Prud. 'animumque levans rationis ad arcem.' Claud. de IV. Cons. Hon. 'hanc alti capitis fundarit in arce Mandatricem operum.'

Limat pulmo loquax, modico dispensat hiatu
Splen risum, facili fel castigatius ira
Uritur, ac teneri scintillat mollius æquo
Pruritus jecoris, meritæque insignia famæ
Mergens, nativi titulos incestat amoris.
Hoc monstrum non ales edax, non labile saxum,
Non axis torquens, non mendax vicerit unda.
Cum bene fracta tepet, moriturque sepulta libido,
Respirant plenis incendia pristina fibris;
Sic Helenen totam pars unica mergit, et ipsum
Excitat in cladem, regnis certantibus, orbem.
Jam Pandionios collato robore portus
Argivæ tenuere rates, spatiumque negabat
Terra viris, velis aër, et puppibus æquor,
Cum tandem licitos poscebant bella meatus,

NOTÆ

197 *Limat pulmo loquax*] Pro elimat: Ovid. 'tenuemque elimat ad unguem,' IV. de Ponto, 6. 'Quæ tibi tam tenui cura limantur.' Limare etiam apud Cicer. III. Epist. ad Appium, et Horatium, alio sensu, Epist. I. 14. 'Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat.' Prudent. 'Limat capillos et corymbos Liberi.' Item: 'Quod limat ægram pectorum rubiginem.' Martial. VI. 64. 'tibi cor limante Minerva.' Dracontius sæpe 'limari in artus,' pro deartuari; 'limare per membra;' 'Limare dentes,' &c. Sæpe autem Noster simplicia prævertit: synthesis, ut 'Solatam,' pro desolatam: 'seque objice morbi Tentum,' pro detentum. Ita 'pendit,' pro perpendit. Sic Silius X. 'flammat,' pro inflammat. Papin. in Sylvis, II. 'condere divitias,' pro abscondere.

199 *Scintillat mollius æquo Pruritus jecoris*] Isidorus Pelusiota I. Epist. 885. *ὁρμαί τε ἄγριαι καὶ ἐπιθυμίαι φλεγμαίνουσαι ἀνακαίονται.* Clem. Alex. Pædag. II. 10. p. 146. *βοηθεῖ δὲ καὶ ἡ ἔνδεια τοῦ κόρου, δι' οὗ φλεγμαίνουσαι αἱ ἐπιθυμίαι σκιρτῶσι περὶ τὰς ἡδονάς.*

202 *Hoc monstrum*] Insultat prurituì, aquilæ Tityi vel Promethei, saxo Sisyphi, rotæ Ixionis, dolio Belidum, vel potius pœnæ Tantali, ita VI. 'tibi Tantalus undas, Ixion radios, saxum remeabile reddet Sisyphus, ac Tityus volucres.' Affectus vero *θηρία* frequentissime Græci nominant. Chrysost. in II. ad Corinth. Hom. 23. p. 909. 910. in Epist. II. ad Tim. Hom. 9. p. 1683. *μὴ τρέφε θηρία, τὰ πάθη λέγω, θηρίων γὰρ ἐκεῖνα χαλεπώτερα.* Matreas apud Athenæum: *θηρίον τρέφεις ὃ αὐτὸ ἑαυτὸ κατεσθίει.* Vide plura apud Casaubon. ad Athen. I. 17.

204 *Cum bene fracta tepet*] Vide Claudianum, qui *ἐπιθυμητικὸν* illud graphice descripsit de IV. Cons. Honor. 229. quem Noster presso pede sequitur. Item Hieronym. Ep. II. qui iisdem fere verbis utitur.

208 *Jam Pandionios*] Molem totius hujus belli, cum variis calamitatum procellis, insignite delineat Clem. Alex. Pæd. II. 2.

Et jussas libare vias, ad Delphica missum
Fata explorabant, refugasque evolvere Parcas
Actoride socio Phœbum prælibat Achilles.
Mira fides, quos præcipites in prælia traxit
Impetus, atque omnis nocuit mora, sponte quietis
Pigrescunt votis, placideque oracula poscunt.
Ægra dolor differt suspiria, gloria palmam,
Ira minas, hærent suspensis agmina bellis:
Expectat antri veniam Mars ipse loquacis.
O variis delusa modis gens credula curæ
Gentilis! risu, an lacrymis, an flente cachinno

212 Pro *ad* Edd. Basil. Mor. Spondan. habent *ac*.

NOTÆ

212 *Ad Delphica missum*] Philostratus in Heroicis p. 677. Lesbum illos navigasse scribit, ut auspicato *καὶ μὴ δυσοιωνίστως* proficiscerentur, inibique Orphei oraculum scitatos.

216 *Sponte quietis Pigrescunt votis*] Fulgentius Mytholog. I. 'Cœrula rorigenis pigrescere jusserat alis.' Attius apud Nonium: 'Melius pigrasse, namque properasse est nefas.'

219 *Hærent suspensis agmina bellis*] Papin. II. Achill. 'Te tua suspensis expectat Græcia signis.'

222 *Risu an lacrymis, an flente cachinno*] Ut ille in Græco epigram. I. 13. dubitat, an cum Democrito rideat, vel Heraclito fleat: sic *κλαυσιγέλωτι* gentilium vanitatem *μυκτηρίζει* Amphilochius p. 105. *Ἦ δακρύων τε καὶ στεναγμῶν ἄξια.* *Flens cachinnus* *ὀξύμωρον* est, quo optimi auctores frequenter usi, atque en tibi ad illa, quæ dudum ab aliis collecta, auctarium Hom. Od. *ἱμερόεις γόος*: ut 'lacrymosa gaudia' Guntherus, *ἱλαροτραγῳδία.* Casaub. VIII. ad Athenæum III. 9. *ληρόσοφος.* Chrys. de Libanio, *νεκρὸς ἔμψυχος, γέρων νεάζων*, quod *παιδιογέρων* Nicetæ Choniatæ de Isaaco III. p. 477. *ἀθάνατος τετελεύτηκεν, ψυχὴ ἄψυχος*, Chrysost. Synesius, *νύμφη ἀνύμφευτος. σοφὸν ἠλίθιον*, Demosth. 'pie contumax,' 'castum lupanar,' 'crimen pietatis,' 'probrosus honor,' Prudentius. 'dormiens excubat,' Suet. 'inordinatus ordo,' Apul. *τάξις ἐν ἀταξίᾳ*, Basil. et Philo p. 567. 'ades celeberrimus absens,' Ovid. 'hostis amans,' Idem. 'gratus horror,' Silius. 'dixitque tacendo Pythagoras,' Claudian. 'Formosus rigor,' idem. *ἄτιμος τιμὴ*, Asterius Hom. 3. 'secretum in publico,' Pacatus. 'docta ignorantia,' Scalig. 'monstrum sine vitio,' idem de Virgilio. 'ignorantiæ scientiæ,' Fulgentius Mythol. 'Flebile gavisæ,' Papin. 'gaudent lamenta, novæque Exultant lacrymæ,' idem. *δακρυόεν γελάσασα*, Hom. Il. Z. quod Philo repetit libro de migrat. Abrah. p. 323. Nazianz. Or. XXII. p. 404. *δύο παθῶν μεταίχμιον* nominat. 'silentium clamosum,' Cassiod. 'lucetque latetque Calculus,' Ausonius. 'mundus latet orbe patetque,' Manilius. 'In vitio bonus,' idem. *τέλειον ἀτελὲς, ἔλαβες τῷ μὴ λαβεῖν, ἐπέτυχες τῷ μὴ ἐπιτυχεῖν*, Chrysost. 'dives dum omnia desint,' Catul. 'Apparuit olim Non ardens ardere rubus,' Prud. 'quis gloria summa Dedecori est,' idem. *οὐδὲν ἀμαθίας ταύτης σο-*

Ægypti potentia querar? Memphitica sulcos
Religio vestit, in cortice marcet, in hortis
Crescit, nunc terra serpens, nunc aëra sulcans.
Plus errant responsa tamen, plus spiritus ille,
Quem miseræ poscunt animæ, quem nomine pulchro
Præsumunt censere Deum. At non mugit in antro,

223 *Portenta* Dresem.

NOTÆ

φώτερον, Chrys. 'Insaniebam salubriter, et moriebar vitaliter,' Augustin. *πηρωθέντες ἐν τῷ βλέπειν· Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν Ἰσαὰκ μάρτυρα ζῶντα καὶ οὐ ζῶντα, ἀποθανόντα καὶ οὐκ ἀποθανόντα.* Item: *οὐ γὰρ τὸ πλουτεῖν, ἀλλὰ μὴ βούλεσθαι πλουτεῖν, τοῦτό ἐστι πλοῦτος.* Item: *εἰ θέλεις γενέσθαι μέγας, μὴ ζήτει γενέσθαι μέγας, καὶ τότε ἔσῃ μέγας.* Chrysost. quod Scalig. VI. Epidorpidum, 'crescere diminuendo.' Nazianz. XXXVIII. 621. *ἀρίστη ὁδὸς ὑψώσεως ἡ ταπείνωσις.* Idem Chrys. *οὕτως ἐστὶ μηδὲν ἔχοντα, τὰ πάντων κατέχειν· οὕτως ἐστὶ τὰ πάντων κεκτῆσθαι, ἂν δὲ κτησόμεθα τὰ πάντων, τῶν πάντων ἀπεστερήμεθα*, et addit: *τάχ' αἴνιγμα τὸ εἰρημένον εἶναι δοκεῖ.* Ita Noster II. 418. 'Virus dulce, piæ Syrtes, amentia supplex, Molle malum, morbus hilaris.' Ita *μέθη νηφάλιος*, Philo de opificio mundi, p. 21. *ἁγνεία ἄναγνος, ἀλήθεια κατεψευσμένη*, libro de Cherubim, p. 96. *ἀσύμφωνος συμφωνία*, Philo de Confus. Ling. p. 267. *κλῆρος ἄκληρος*, p. 396. *ὑψηλοταπεινόν, μεγαλόμικρον*, p. 426. *ἀνέορτος ἑορτή*, Nazianz. Or. II. p. 46. quo et Philo utitur, p. 614. *ἀπάνθρωπος φιλανθρωπία*, Orat. III. 63. *στάσιμον κινεῖσθαι*, Nazianz. Orat. III. p. 109. Idem XII. p. 191. talia multa coacervat, eaque insignia, *ἄσοφοι σοφοί*, XV. p. 227. *δι' εὐχημοσύνην ἀσχήμονες, καὶ δι' αἶσχος αἰσχρότεραι*, Or. XIX. p. 300. *σιγῶντα κηρύγματα*, Or. XX. p. 319. *πλοῦτός ἐστι τὸ μηδὲν ἔχειν*, p. 357. item: *εὐπορίαν τὴν ἀπορίαν ποιούμενος* p. 359. et *τοκογλύφων εὔπορος ἀπορία*, p. 542. *ἀχόρευτος χορός*, p. 614. *ποιότης ἄποιος, μορφὴ ἄμορφος*, p. 631. *πίστις ἄπιστος*, p. 861. *τιμησόμεθα τοῖς ἀτίμοις, κερδανούμεθα ἐπιζήμια*, p. 397. Item, p. 478. 613. 675. 773. *ἀνευλαβὴς εὐλάβεια*, p. 647. item 799. 804. 'Istud etiam non possumus, possumus.' Queroli auctor. Hieronym. de fucata: 'quanto fœdior, tanto pulchrior,' Ep. 10. 'sermo silens et silentium loquens, cultus sine cultu,' Ep. 15.

223 *Memphitica sulcos Religio vestit*] 'Terra Memphitide,' Juvenal. 'Memphites,' Tibull. Refer huc Satyram XV. Juvenalis. 'Vilia cur magnos æquant animalia Divos.' Papin. III. Sylvarum. De Diis illis Ægyptiis Herod. in Euterpe. Strabo XVII. Diod. Sicul. I. Minut. Felix in Octavio, Philo de vita contemplat. p. 599. et de Decalogo p. 583. Hieron. contra Jovin. l. II. Prudent. Hymn. 14. Virg. VIII. Æn. qui 'omnigenum Deum' vocat 'monstra.' Casaub. ad Augustum Suet. Chrysost. Hom. VIII. in Mat. p. 79. Franc. Florid. Sabinus Subcis. Lect. III. 1. qui ex Luciano causas quærit.

225 *Nunc terra serpens, nunc aëra sulcans*] Cic. V. Tusc. 'Ægyptiorum mores quis ignorat, quorum mentes erroribus imbutæ quamvis carnificinam prius subierint, quam Ibin, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent?' Chrysost. d. l. Ægyptum *αἰλούρων δούλην* nominat.

Quem suus auctorem mundus sonat: ista priorum
Noxia simplicitas in nostros defluit annos,
Incestatque fidem: nam ceu Balearicus augur
Gentiles distinguit aves, vel voce, vel alis,
Vel gestu vario, venturis omina ducens,
Ridentem sic odit anus præsaga soporem,
Sic oris vacui casum timet, augure plausu
Pieriæ volucris aut indice nuntiat aure,
Hospitibus numerum, discessurisve recessum.
Multa quidem captata diu fortuna secuta
Expedit, insidiansque hosti male credula fallit

NOTÆ

231 *Incestatque fidem*] Vide I. 159.

Nam ceu Balearicus augur] Augurio nunquam Baleares egregii fuere. Nec Strab. III. p. 116. nec Ptolemæus, nec Dionysius Afer, aut Plinius, aut Marcianus Heracleotes, quicquam augurii Balearici meminere; malim itaque *Babylonius* legere, ut Claud. de IV. Cons. Honorii, quamvis astrispices illi, non augures; sed πλατύτερον vocabulum *augurii* sumamus, ut Silius, 'Augurium mentis.' Nisi me conjectura fallit, in Papinio, quem crebro imitatur, *augur* legit, isto versu: 'et tortæ Balearicus auctor habenæ.'

232 *Gentiles distinguit aves, vel voce, vel alis, Vel gestu vario*] De Auguriis, auspiciis, et tripudiis pullorum, Cicero de Divin. Peucerus; Artemidorus; Valer. Maxim. libro de religione; Fenestella prolixe de ritu augurandi; Statius Papin. III. Theb. graphice; Ammianus Marcellinus XXI. Salisberiensis de nugis Curialium II. 1. Alex. ab Alex. et Tiraquel. V. 19. Scalig. Auson. Lect. I. 16.

234 *Ridentem sic odit anus præsaga soporem*] Astrampsychus Onirocrit. Γελῶν καθ' ὕπνους, δυσφόρους ἕξεις τρόπους. Nicephorus Constant. γελῶν ἐν ὕπνῳ, δυσφορήσεις ἐξ ὕπνου. Artemidorus II. 65. καὶ τὸ χαίρειν εἰς τὸ ἐναντίον τρεπόμενον, λύπην προσαγορεύει. Eadem ὀνειροπολοῦσι Achmetis conjecturæ c. 254.

235 *Sic oris vacui casum timet*] Intelligerem de diductione oris, in χασμῇ, quæ τυχόντως fieri solet: sed aliud innuunt illa, v. 435. 'nudos videt oris hiatus Sanguineos fœdare sinus.'

236 *Pieriæ volucris*] Picæ. Pieri enim Macedonis filias in picas transfigurat Ovid. v. Metam. Ad sequentia refer Adagium Græcum: Εἰρήνην μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα. de quo Erasmus, Suidas.

Aut indice nuntiat aure] Κληδονιστικῆς species, πταρμὸς, παλμὸς, et tinnitus vel ἔναυλον aurium: de anima loquitur. Vide Plinium XXVIII. 2. Scalig. ad Auson. I. 16. et 25. Gevartium ad 4. Sylv. Papin. Sappho apud Dionys. Longinum: βομβοῦ-Σιν δ' ἀκοαί μοι.

238 *Multa quidem captata diu fortuna secuta Expedit*] Est quod Papin. ait, 'Casus agit virtutis opus.' Fortuna votis captantium subscribit.

239 *Male credula fallit Pectora*] Δεισιδαιμονία ταχυπίστους φρεναπατᾷ: qua de re περιπαθῶν illud μουσεῖον Plutarchus, ea de re lib.

Pectora, ut in fatuum declinent pronius usum.
At melius, ne labe levi mens casta labaret,
Augurium nescisse fuit, veterumque sepulti
Cessissent ritus: quorum decreta secuti
Grajugenæ summis oracula Delphica votis
Implorant, prior Æacides lictoribus aras
Ambit, et has donis tandem solennibus emtas
Inachidis voces pandit venalis Apollo:
  Vincitis, ultores Danai, grave Marte bilustri
Hæret opus, decimum sequitur victoria bellum.
  Talibus Æacides fatis excitus, in omnes
Secretum tripodum socios partitur, et ecce
Thestorides Calchas mediis congressus in antris,
Concordesque Deos et consona fata revolvit.
Hic patriæ et propriis scitatum oracula regnis
Venerat, hosque adytis monitus effudit eisdem
Numen idem: Non, o Superis gratissime vates,
Vana petis, dabitur patriis clementior aër
Sulcis, jejuni populator Sirius anni
Occidet, et plenis pinguescent messibus agri.
Tolle moras, te bella vocant, pete Cecropis urbem,
Ultrices dispone acies: tibi bellica cedet
Turba manu, Mopsus oculis, et pectore Nestor.
Sera quidem, sævisque virum mercanda ruinis
Inachidas lustro ditabit palma secundo.
  Ergo hilares socias jungunt in fœdera dextras

246 *Imbuit* Dresem.

NOTÆ

245 *Lictoribus aras Ambit*] Dixi III. 9.

254 *Propriis scitatum oracula regnis*] Virgil. 'Scitatum oracula Phœbi Mittimus.'

264 *Inachidas lustro ditabit palma secundo*] 'Lustrum,' ut Varro ait lib. v. de Ling. Latin. 'nominatum tempus quinquennale a luendo' (ut fluctrum a fluo) 'hoc est, solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia, et ultro tributa per censores persolvebantur.' Josephus Scaliger lustrum *simplex* de quadriennio et initio quinti accipit, quam sententiam Jos. quidem Castalio plane plumbeo pugione jugulare frustra conatur.

Æacides Calchasque pares : quippe altus utrique
Gentis honos, regni æquus apex : at major Achilli
Spirat amor belli, Calchas tranquillior extis
Evolvisse Deos, et cœli nosse meatus.
Tres unit jurata fides, consortia prima
Tertius auget amor, nec jam partitus amicum
Invidet Actorides, sed pontum lenior haurit
Et reducem torquet socio Calchante carinam.
Ut tripodum vulgata fides per castra, per urbem,
Per puppes, certo jam claruit indice, cunctos
Bella juvant, cunctis jam pulchrum vincere ; tardum
Marte frui : munit eques armis, nauta ceruchis,
Civis messe rates : pauci, quos debile pectus
Mens plebeia, jacens animus, nescire triumphos
Jussit, et abjecti mersit caligine fati,
Aut acies metuunt, aut lente vincere damnant
Longa decennalis mensi dispendia belli :
Cum casus cedant varii, cum prælia nulli,
Sanguine cum multo paucorum gloria vincat.

272 *Lætior* Ms. marg.

NOTÆ

277 *Nauta ceruchis*] Antennis. Lucanus : 'instabit summis minor ursa ceruchis,' lib. VIII. et X. 'Transtraque nautarum summique arsere ceruchi.' Val. Flacc. I. 'Temperet ut tremulos Zethes fraterque ceruchos.' Grotius de cavea in summitate mali apud Lucanum intelligit ; ego, cornua antennarum, quod nominis probat concilium. Virg. 'Cornua velatarum obvertimus antennarum.' Glossarium : '*κέρας πλοίου*, antenna.'

283 *Cum casus cedant varii, cum prælia nulli*] Prius Æschylus probat in Trag. septem contra Theb. *ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ*. 'O varia atque incerta, velut quædam bellorum alea,' &c. Hegesip. v. 30. In posteriori *præmia* malim : nisi *cedant* pro succedant, quod Nostro frequens, sumatur.

284 *Sanguine cum multo paucorum gloria vincat*] Verissimum dictum. Hoc est quod Clitus apud Curtium lib. VIII. 'Male instituisse Græcos, quod tropæis regum duntaxat nomina inscriberent, alieno enim sanguine partam gloriam intercipi :' quæ ex Euripide non ad verbum sunt desumta, sed ad personæ conditionem et rem commode transsumta ; ita ut frustra Loënsis Curtium lancinet Miscel. v. 17. Vide Plutarchum in vita Alex. Victorium XXVIII. 22. Horatii in adversam partem illud notum est : 'Quicquid delirant,' &c. De Agrippa simile quid in prærogativa gloriæ enarrat Xiphilinus ex Dione XLIX.

Hos tamen, hos etiam regum reverentia flectit,
Et passura pares consors vicinia motus.
  Ergo animos hebetes mendax audacia frontis
Dissimulat; clamorque minax despumat in ausus:
Haud mora, corripiunt classes, his pendula pandit
Dextra sinus; cervix alios defixa fatigat
In fluctus latura rates; hi robore textas
Ædificant in transtra vias; mordacis habenæ
Nexibus indulgent alii, laxantque carinas:
Cum subito egressos inopino turbine turbat
Nimborum pincerna Notus, noxque imbribus haustis

NOTÆ

Opponi autem potest illud Hegesippi: 'in milite unius sors est: in duce universorum periculum,' v. 30. Si vero omnium periculum, etiam gloria re bene gesta.

285 *Et passura pares consors vicinia motus*] Symmachus: 'Adversa quæ cum pluribus pertulisti, more humani ingenii habent aliquod de societate solatium,' VIII. Ep. 27. Multa de vulgi ista opinione apud Senecam in Troade. Lucanus eo respexit, cum ait, 'quærunt Cum qua gente cadant.'

288 *Clamorque minax despumat in ausus*] Seneca Ep. 68. 'Hæc ætas optime facit ad hæc studia, jam despumavit, jam vitia primo fervore adolescentiæ indomita lassavit.' Lucanus VI. 'Donec suppositas propior despumet in herbas.' Tertull. libro de anima c. 27. 'Toto homine concusso despumat in semen totius hominis.' Hieronymus Ep. 'Quarum fervor despumat coitum,' ἀφροδισιάζει. Adversus Jovinian. I. 'post despumatas corporis voluptates.' Item Epist. 49. 'habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum.' Alibi idem: 'Venter mero æstuans cito despumat in libidinem.'

290 *Cervix alios defixa fatigat In fluctus latura rates*] Vide III. 176. et II. 185. *succollare* dicuntur Plinio, Suetonio et Varroni, qui onus tale ἐπ' ὤμων φέρουσι, vel, ut Philo loquitur, κατὰ τῶν ὤμων ἐπηχθεσμένοι, I. de vita Mosis, p. 491. Varro de apibus scite II. de re rustica: 'Regem suum sequuntur quoquo it, et fessum sublevant, et si nequit volare, succoliant, quod eum servare volunt.'

295 *Nimborum pincerna Notus*] Basil. Seleuciensis Oratio de Elia: μανθανέτωσαν τῶν ὄμβρων τὸν χορηγὸν ἀβροχίᾳ πληττόμενοι: ad quæ in notis suis Clem. Dausqueius: 'Elatum ad exemplum perquam ingeniosi Poëtæ: Nimborum pincerna notus.' Septuaginta Interpret. Job. 9. 9. ταμίαν νότου. Sic Chrysost. Eliam τῶν ὑδάτων ταμίαν nominat, p. 858. Nazianzen. Deum ψυχῶν ἡμετέρων ταμίαν, orat. 10. p. 176. ἀρετῶν ταμίαν, Isid. Pelus. I. Ep. 374. Idem III. Ep. 273. λόγων κρατῆρα dixit, non absimili translatione. Plato in Timæo: ταμίας πνευμάτων τῷ σώματι ὁ πνεύμων. Hom. Od. K. Æolum, ἀνέμων ταμίαν. Cares sunt Critiæ apud Athen. I. ἁλὸς ταμίαι. Vulcanus πυρὸς ταμίαν. Libanio apud Chrysost. Orat. contra Gentiles, p. 774. et inibi p. 777. Jupiter ὄμβρων ἡνίας ἔχων. Cælius Rhod. XV. 7. scribit August. nominasse Austrum 'pincernam pluvia-

Ebria tela, viros, puppes, humentibus umbris
Involvit, cogitque ipsos dubitare magistros.

NOTÆ

rum,' ut Hieronymus Aquilonem 'scopam viarum.' Varro in Marcipore 'nubes' dixit 'aquam vomere inferam mortalibus:' inibique 'phreneticos septentrionum filios,' ventos appellat. Dracontius Hex. 528. 'Qui de thesauris ventorum flamina mittit:' ex Psalm 134. Val. Flacc. I. 'Nimborum cum prole Notus:' ad quem Noster respexit. Latinis etiam Auster est 'imbricus Imbricitor:' ut Notus a *νοτίζειν*, quod est humectare. Vide Arist. III. Meteorol. Senecam Nat. Quæst. v. Theophrastum de ventis, Comment. Scaligeri. Tales vero *ὑπογραφαὶ κατὰ μεταφορὰν* Poëtis et oratoribus frequentissimæ et jucundissimæ sunt. In gustum quasdam dabimus. Homo est Mercurio, *ἐν κλειδὶ θεὸς θνητὸς*, quo respexit Silius: 'tribuit namque ipsa minores Hos terris natura Deos,' xv. Pindarus vinum *ἀμπέλου παῖδα*, Nem. 9. *Δάκρυα Διὸς*, pluviam, Pythagoræi; ut mare *Κρόνου δάκρυον*, Clem. Alex. Strom. v. referente. Insulas 'nævulos maris' Apuleius libro de mundo nominat. Appion Grammaticus Tiberio 'mundi cymbalum.' Plutarchus est Eunapio *ἁπάσης φιλοσοφίας Ἀφροδίτη καὶ λύρα*: quod Junius falso de Porphyrio dictum putat, cum hunc *Βιβλιοθήκην τινὰ ἔμψυχον, καὶ περιπατοῦν* nominet *μουσεῖον*. Philostratus ex Euripide Palameden *οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μουσῶν*, Ajacem *ἄγαλμα πολέμου*, Hectorem Græcorum *χεῖρα*, Æneam *νοῦν*. Prudentius: 'Dæmonas noctis satellites.' Hieronymus, Basilius Seleuciensis, et Chrysostomus D. Paulum *σάλπιγγα μεγάλην εὐαγγελίου*, *tubam mundi et Evangelii*. Ita Athanasius dictus *μεγάλη σάλπιγξ τῆς ἀληθείας*, Nazianz. Or. XXI. p. 381. Ep. 10. Pisidas Hesperum *Κήρυκα νυκτὸς, καὶ προφήτην ἡμέρας*. Columbam 'pacis divinæ præconem,' Tertullianus. David Chrysostomo ad Psal. 100. *κιθάρα ἔμψυχος καὶ λογική*. Luna Plinio 'mundi spiritus.' Gaudium D. Basilio *σκίρτημα τῆς ψυχῆς*. Lactuca 'requies ciborum,' in Moreto. Mæcenas 'dextra Cæsaris,' in Elegia de obitu Mæcenatis. Flores 'stipendia Veneris,' in Diris. Scarus 'cerebrum Jovis,' Ennio. Homeri Ilias *ἀναδυόμενος ἥλιος*, Odyssea *καταδυόμενος ἥλιος*, ut quidem innuit Dionysius Longinus *περὶ ὕψους* libro. Tale est illud Dionysii de eodem, cum illum vocat *κορυφὴν ἁπάντων, καὶ σκοπὸν, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ κρῆναι*. Sic *νῆες ἁλὸς ἵπποι*, Odys. Δ. *ἄνθρωπος βραχὺς οὐρανὸς*, Philo *περὶ κοσμοπ.* *λόγος ἀπαρχαὶ διανοίας*, et *λόγος ἀδελφὸς διανοίας*, libro de insidiis pejorum, p. 126. *ἄνθρωπος βραχὺς κόσμος*, de plantar. Noë p. 170. *πάσχα βασίλισσα τῶν ἡμερῶν ἡμέρα*, Nazianz. or. XIX. p. 304. Basilius Athenas *κενὴν μακαρίαν*, nominabat, ut est apud Nazianz. orat. XX. pag. 329. 'Ingeniorum pater Homerus,' Velleio Paterculo. *Ἄκρατον ἀφροσύνης φάρμακον*, Philo libro de tumul. p. 201. Ita libro de Abrahamo: *ἐλπὶς* est *τῶν ἀρετῶν πυλωρὸς*, p. 277. *ὁ νοῦς ἄνθρωπος ἐν ἀνθρώπῳ*, 334. *ἐλπὶς χαρὰ πρὸ χαρᾶς*, 724. *φόβος λύπη πρὸ λύπης*, 728. *ἔκστασις ὕπνος τοῦ νοῦ*, 845. vita privata, est *πεζὴ φιλοσοφία καὶ κάτω μένουσα*, Epist. 776. Ita Alexander M. Athenas nominabat *θέατρον τῆς αὐτοῦ βασιλείας*, Nazianz. epist. 111. Sic rosa Symposio 'purpura terræ,' Ænig. 45. 'Disputationes famulæ veritatis,' Damasceno Log. 1. Historia *ἔμψυχος καὶ διαπρύσιος κῆρυξ*, Nicephoro Gregoræ I. recta ratio

Errat cæca freti classis, solitosque procella
Egressus objecta negat, fluitantia pinum
Percellunt mediam repetito verbere vela.
Primus ut a prora surgentes conspicit imbres
Thestorides, frustraque duces contendere, Divos
Præsago jubet ore sequi, nolentibus Austris
Cedere, et armatos ordiri ex Aulide cursus.
Parent Æolios nutus vatemque secuti
Grajugenæ, et flexis repetentes Aulida velis
Montivagæ Phœbes pacem implorantibus aris
Conciliant, largoque exorant thure meatum.
Ilicet irato bibulæ Thaumandidos arcu

306 *Proris* Ms. marg.

NOTÆ

ἔνοικος θεὸς, Hierocli p. 118. Ita Decalogum 'rupices paginas et saxeum volumen' elegantis. Salvianus I. p. 31. de Gubernat. Dei, nominavit. Manus, Aristoteli est *ὄργανον πρὸ ὀργάνων*, III. ad quem ductum Galenus mentem, *τέχνην πρὸ τεχνῶν*, vocat. Isid. Pelus. somnum, *τῆς φύσεως λιμένα.*

Nox imbribus haustis Ebria] Vide Mureti Var. lect. v. 6. Junium Animad. III. 6. Rittersh. ad Oppianum aliquot locis. Ita *μεθύων*, et Chrysost. Hom. 23. in Mat. *τῇ ὕβρει πάροινος*, p. 280. *ὑετὸς μεθύσει τὴν γῆν*, Esaiæ 55.

298 *Errat cæca freti classis*] Ut Virgil. 'cæco carpitur igni.' Ita Tertull. libro de Patient. 'cæca vivere;' de Corona militis, 'cæco bono suo,' 'cæcus somnus,' libro de Anima, 'qui sine visionibus.' Sic 'vada cæca,' Virgil. 'cæca fata,' Horat. 'cæca nocte,' Lucan. x. 'cæca futuri Mens hominum fati,' II. 'Aurium cæci,' Tertullianus libro de anima. Sic Varro dixit, 'viricasta,' 'madidus Minervæ.' Mart. 'infelix studiorum.' Virg. 'effœta veri,' 'vana veri,' 'ingratus salutis,' 'fortunatus laborum.' Statius: 'blandus precum.' Auson. 'perte-nuis meriti.' Tacitus: 'vetus militiæ.' 'æger amissi,' Silius. Et quia plenus est Hellenismi Silius Italicus, age, nisi *σκυτροπάζῃς*, et hæc addamus, quæ certe *καινόν τι* et *γλυκὺ* redolent: 'vitæ laudandus opacæ' 'opum levior' 'doctus virgæ sonipes' 'hyemisque æstusque famisque invictus' 'fati melior' 'novus doloris' 'impavidus somni, pravus togæ' 'crudelis belli' 'pulcherrimus iræ' 'ævi floridior' 'damnatus doli' 'falsus cupiti' 'pigerrimus undæ,' 'anhelus laboris;' et plura alia apud Silium. Sic Apuleius, 'largiter aquæ superest,' et Laberius apud Charisium, 'largiter lucri fecit.'

299 *Fluitantia pinum Percellunt mediam repetito verbere vela*] Papin. v. Thebaid. 'puppemque insana flagellat Arbor.' Sidonius in Narbone: 'inquieto duratum pede stipitem flagellant.' Reprehendit magnus Scaliger, quod arborem 'insano' epitheto appellarit. Insanum vero dicitur, quicquid ultro citroque lymphatorum et cerritorum more in gyrum vertitur, quod *κυβιστᾷ*, ita 'aquas insanas' nominant, quas *ἄνεμοι δονοῦσιν καὶ περισαλεύουσι.*

Cœruleum mirante jubar, ventoque sereno,
In risum redeunte polo, detersa meretur
Juno Jovem, atque hilari solatur flentia vultu
Nubila, proscriptoque Noto, lenique susurro
Dante vias majora petit suspiria classis.
Ergo Deum nutu libratis flatibus usa
Euboicas numerosa ratis descendit in undas,
Consumtura fretum, totum sub puppibus æquor
Ire stupet, certat perplexis navita remis
Quis prior, et junctis confligunt ictibus æra.
Sic geminas miratus Athos Xerxeius umbras,
Ignotum velis texit mare: sic tua sylvæ,
Voce potens Orpheu, modulantia plectra secutæ,
Bistonios longis clausere amplexibus agros.
Dum mediis spatiantur aquis, securaque fandi

310 *Mutante* Dresem.

NOTÆ

311 *In risum redeunte polo*] Lib. v. 'astra Sidereum pepigere diem:' quod est 'liquidissima cœli Tempestas' Lucretio lib. IV. 'cum innubilus æther Integit, et large diffuso lumine ridet,' ut ait III. Ridere vero, ut Græci *θάλασσα μειδιάει, ἔαρος γελάσωσιν ὀπωπαὶ*, Oppian. Claud. 'riserunt floribus amnes.' Vide Lucret. Ind. in 'ridere.' Risui huic cœli opponitur VI. 376. 'saucia cœli forma, cum subtexunt nubila cœlum,' ut Lucret. ait, et 'Fuscant nube diem,' ut Valer. Flaccus de apibus, I. Lucanus, 'cœli fuscator Eoi Impulerat Corus,' IV.

Detersa meretur Juno Jovem] Vide lib. I. 243. ut et illa: 'Proscriptoque noto,' II. 216.

314 *Majora petit suspiria classis*] Quia Poëtæ ventos 'animas' vocant, ut Lucret. Horat. ideo et 'suspiria' illis addit. Claudian. de Raptu Proserp. 'nec talibus unquam Spiravere notis animæ,' de ventis loquitur. Inde 'expirare' venti dicuntur. Virg. VII. Æn. 'Aspirant auræ in noctem.'

317 *Totum sub puppibus æquor Ire stupet*] Hoc est, quod Lucretius ait, 'florebat navibus pontus.' Cato apud Charisium et Servium, 'mare velis florere videres.'

320 *Sic geminas miratus Athos Xerxeius umbras*] Quare 'geminas?' an propter duas fossæ ripas? an mons ille duplicat umbram. Suidas in proverbium: *Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοὸς*, vel *νῶτα Λημνίας ἀλός*. Stephanus de Urbibus: *βάλλει δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τριακοσίους· οὐδὲν πρὸς Διόνυσον·* intelligo de umbra velorum et arborum. De monte vide Herod. VI. et VII. Lucan. lib. II. Diod. Siculum XI. p. 2. et Lysiam Orat. funebri.

324 *Dum mediis spatiantur aquis*] Spatiari Scaliger in Catalect. p. 272. ad stadium *κυριολογίᾳ* transfert: est enim *σπάδιον* Æolum *στάδιον*. Sallustius apud Agell. naves ait 'progressas'

Otia sopitus pelagi non invidet æstus,
Jasonium relegens Philoctetes prævius æquor,
Has, inquit, passi Syrtes, his hæsimus undis
Hos Cyanes tulimus scopulos, Phryxea secuti
Vellera, Lemniacis domus hæc, Thracensibus illa,
Hæc Paros, hæc Naxos: sic cuncta rogantibus heros
Explicat, agnoscens veteris vestigia cursus,
Æsoniasque vias: sic quæ subeunda, magistrat:
Quæ vitanda, docet: cum tandem hostilis arenæ
Allapsi gremio, sævis clangoribus urunt
Aëra, et iratis impingunt littora contis.

NOTÆ

x. 26. ut Noster 'spatiari.' Virg. 'Progredimur portu,' et II. Georg. 'spatiis confecimus æquor.' Plautus sæpe, 'Sol abit,' 'it dies,' 'lien ambnlat.' Florus II. 1. 'in Africam navigat bellum.' Ita Plautus, 'admigrant infamiæ,' 'naves ambulant,' Cato apud Agell. x. 26. Dracontius: 'Et pelago spatiante fretis et littoris æstu.' Minutius Felix: 'Fluvios intuere, eunt semper exercitis lapsibus.' Propertius: 'Et modo tam celeres mireris currere lintres.' Cato de re rust. I. 'prope siet mare, aut amnis, qua naves ambulent.' Seneca de Ira III. 10. 'Proderit morbum suum nosse, et vires ejus, antequam spatientur, opprimere.' Propertius II. 'Nec mea tam longa spatietur imagine pompa.'

326 *Jasonium relegens Philoctetes navibus æquor*] Jasoninm, ut Papin. II. in fine: 'Japeton aut fixam supera ad convexa levari Inarimen.' Vide Baptistam Pium III. Sylloge 155. p. 540. Secundam vero in 'Philoctetes' abbreviat, ut Oppianus in ἀσκαρδαμύκτοισιν ὄπωπαῖς, ut Propertius: 'Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro.' Vide Gifanii indicem Lucret. in vocab. 'omnium.'

329 *Thracensibus illa*] Thracius et Threicius ποιητικώτερα sunt: et fortasse magis Latina, usuque frequentiora. Seneca III. Controv. 1. 'Quidam cum Hoplomachis, quidam cum Thracibus optime pugnant.' Papin. V. 'spectant trans æquora Thracem.' Ut Latini 'Ambraciensis' et 'Ambraciota,' Ἀμπρακιεὺς et Ἀμπρακιώτης (vide doctiss. Casaub. ad Apuleium), ita 'Thracensis' formavit. Julius Capitolinus, 'Threciscus,' Θρῃκίσκος.

332 *Sic quæ subeunda magistrat*] Paulus ex Festo: 'Magisterare, regere, et temperare est: unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, virorum, collegiorum, equitum dicuntur.' Glossarium: 'magister navis, ὁ κυβερνήτης.' Tib. Ovid. 'vos me celebrate magistrum, Cum mea ridebunt vana magisteria:' 'culpa potare magistra,' Horat. Quod vero Philoctetes in ἐξουρίᾳ hic 'magistrat,' id Val. Flacc. III. paulo aliter: 'ipse ratem vento stellisque ministrat.'

334 *Sævis clangoribus urunt Aëra*] Sic VI. 'Postquam Helenem trepidas exurens nuntius aures Perculit:' hic de Tyrrheno clangore tubarum intelligendum, προλήψει poëtica. 'Urere' vero, δάκνειν, non tantum ad dicta et scommata, sed famam et aivem

Protinus effuso per castra, per arma, tumultu,
Littoreas populantur opes, et proxima ponto
Mœnia Dardanii titulo male tuta tyranni.
Tandem comestis spoliis, et divite præda,
Consumunt inopes flamma victrice Penates,
Ac classes repetunt, et quas fecere favillas
Illabi mediis gaudent per cœrula velis.
Prima tulit Tenedos graviores militis iras,
Non solas dequesta faces, non rapta metalli
Pondera, sed prorsus gladii consumta furore
Expirasse gemit, jugulum puer ensibus affert
Imberbem, tremulumque senex, et tyro comantem:
Hic ducibus strepitu sedet expectare sepulto
Iliaci responsa ducis. Calydonius heros
Decreto procerum socio legatus Ulysse
Deligitur: qui dicta ferat, qui pace sequestra
Res Danaum, Spartæ spolium, raptamque reposcat.
Interea Æaciden stimulantibus excitat ausis
Impatiens languere animus, furor intima pulsat
Martius, et residem mens arguit effera dextram.
Consorti studio similis præconia famæ
Telephus affectans, it cuncto robore Mœsos

339 *Congestis* Dresem.

NOTÆ

referunt poëtæ. 'Urebant montana nives,' Lucan. IV. 'et canis urebat Luna pruinis,' Val. Flaccus II. Vide Dausqueium ad Basilium Seleuciensem; Jungermannum ad Longi Pastoralia, p. 223.

344 *Non rapta metalli Pondera*] Æs Tenedium: 'scaptensulæ' enim inibi plurimæ, ut Lucretius loquitur.

351 *Qui pace sequestra*] Vide Festum in 'Sequester.' Palmerium Spicil. p. 617. Agel. XX. 11. Plautus, 'sequestre tergum:' Prudent. 'carne sequestra.'

352 *Spartæ spolium*] Videntur ista contradicere lib. III. descriptioni, ubi 'Helæa' nomen urbis, vs. 221.

356 *Præconia famæ Telephus affectans*] Auges et Herculis proles cervino lacte enutrita, θηλὴ et ἔλαφος Apollod. II. et III. Hygin. in Telepho fab. 99. De clypeo Telephi apud Philostratum multa p. 663. γελοιότατον illud quod VI. cap. ultimo ait, Telephi Mysii animam in rabiosum puerum migrasse. Vide etiam de Telepho prolixe Alcidamantem Oratorem in accusatione Palamedis p. 184. et Strabonem XIII. p. 423.

Prædaturus agros: venientia bella Caicus
Horret, et in voces cantu stridente remissas
Plangit alumnus olor: peregrinum Naiades hostem
Non ausæ vidisse, timent, tutasque sub undis
Venantur lacrymas: pecudum lascivia cessat,
Jam studiosa minus et floris, et amnis et umbræ:
Quippe ferox urbes, fluvios, et pabula turbat
Æacides: rapitur quicquid vel dulce, vel usu
Egregium, vel Marte juvans, vel pace decorum.
Cultores juga questa boves, fugiente colono
Decisum mirantur opus, mirantur abactum
Septa gregem: quacumque vagum fert impetus hostem,
Castra, casæ, sulci, sylvæ testantur Achillem.
At Teuthras, postquam bella increbrescere sentit,
Civiles miseratus opes, et numina ruris
In prædam cessisse novam, parat arma, cohortes
Excitat, et totis occurrit viribus hosti.
Æacides oblata novæ præconia palmæ
Lætatus, variis intentas raptibus alas
Colligit, hostilemque addens in verba cachinnum,
Sistite, ait, defensor adest: nec plura, feroxque
Fertur in objectum nimbis torrentior hostem,

NOTÆ

357 *It cuncto robore Mœsos prædaturus agros*] Melius, *juncto robore*. Mysorum Homer. Il. Ω. meminit. Philostratus Protesilaum addit Achilli; Telephumque ab Achille vulneratum; et quæ multa in fabulis. Idem Mysos, Lycios, et Pæonas *ἀριθμοῦ ἕνεκα* ad Trojam venisse dicit. Noster Daretis vento navigat: neque fluviorum et regionum enumeratione illi cum Ptolomæo v. Geogr. 2. convenit. Vibius Sequester cum Nostro Caicum Mysiæ facit fluvium, libro de flumin. p. 105.

359 *Et in voces cantu stridente remissas Plangit alumnus olor*] Eadem fere loquitur Nazianzenus de cantu oloris, Orat. XXXIV. p. 554. qui fidicen funeris ipse sui a poëtis fingitur, et cui non dictus Hylas? soli, quod scio, Ælianus, Jul. Cæsar Scaliger, et Bodinus isti næniæ, non sine causa, occentarunt. 'Voces' vero 'remissas,' ait propter morituri *κυκνεῖον μέλος*.

367 *Juga questa boves*] Queruntur agri de cultu intermisso, quod cum essent restibiles, fiant vervacta. Sequentia declarantur per Philostratum in Heroicis, p. 660.

371 *At Theutras*] De Theutrante vide Hyginum fab. 100. Apollod. III. p. 166. inprimis Strabonem XIII. p. 423. et Plutarchum libello de fluminibus in 'Caicus' p. 72.

Ense metens medios, prostratamque impete primo
Calcat equo victore aciem: res plena stupore,
Turba fugit, solusque fugat: sic igne trisulco
Tota pavet percussa domus, pars ætheris iram
Sentit, at in cunctos spargit sua fulmina terror.
Haud aliter diræ furiis exterrita dextræ
Barbaries, dat terga viro; fugientia primus
Indice deprendit curru vestigia regis
Æacides, quippe æris apex radiantis inertes
Accusat latebras: o noxia gloria rerum!
Tuta inopes fatis adimit fuga, notus in auro
Dux timet, et vitæ discrimina ditia gestans,
Cum vellet latuisse, perit: jam sæva cruores
Hasta alios haustura fluit, primusque tepebat
Mucro, cum parma repetitum Telephus ictum
Depulit objecta, dextramque elusit inanem
Missilis innocui: mixta pudor asperat ira
Æacidem, frendet, atque ignescentia torquens
Lumina, Tune meos (ait) ausus fallere nisus,
Et steriles quassare minas? sic fatus, in ipsum
Vibrasset jaculum, timido cum Telephus ore,
Heu parce, exclamat: procul hæc, fortissime gentis
Myrmidonum, avertant Superi probra: tune bis ullum
Percuties hostem? quisquis vel sensit Achillem,
Sufficiat cecidisse semel: tua fulmina passus,
Alterius non mortis eget: cur torva minaris?
Non tegimus, meruitque tamen: scis ipse tumultus

NOTÆ

382 *Turba fugit, solusque fugat*] Sic VI. 'Cum manus una fugat, fugiatque exercitus omnis.'

384 *In cunctos spargit sua fulmina terror*] Sic Papin. ἐπιφωνήματος vicem tempestatis descriptioni subnectit venuste: 'Et tamen oppressos miserantur in æquore nautas.'

392 *Jam sæva cruores Hasta alios haustura*] 'Αποσιώπησις Poëtica, primum ictum omittens, celeritatis significandæ ergo. Virg. de Mercur. 'Lybiæ citus astitit oris.' Vide Scaligerum Poët. III. 77.

399 *Et steriles quassare minas*] III. 'Et steriles rediisse preces.' Papin. III. Sylv. de Hyacintho: 'quemque irrita fontis imago, Et sterilis consumsit amor.'

Et Diomedei furias gregis: atra nefandi
Septa ducis, longis hominum satiata ruinis,
Herculea cecidere manu: stratoque tyranno
Tutior in patriam reducem Teuthranta regressus
Post crebras acies et equorum bella recepit.
Ipse triumphanti satus Hercule, Mœsa subisse
Regna, ducisque hospes blandos coluisse Penates
Gratulor, ac memini gratus: sed dicere longum,
Quæ mecum gessit, patris memor: hinc mihi lapsum
Erigere, et gladios tutari cura timentem,
Et tardum venisse pudet: quin Martia magnum
Si manus Æaciden, ut non sensura fatiget
Membra, trahit, facilique animo nova suadet Erinnys,
Ultra velle nihil, nil citra posse, ferendum est:
Cedimus, hosque artus gelidos, hæc reddimus exta
Ultrici calcanda rotæ. Sic fatus, in altum
Sublato clypeo, pavide tamen, ultima questum
Fata ducem monstrat, friget cruor, oraque pallent
Eluctante anima: tandem miseratur Achilles,
Agnoscitque manum. Sic mulcta sero furorem
Temperat, et pœnis tandem satiata supremis
Illaudata feros differt clementia motus.

421 *Credimus* Ms. marg.

NOTÆ

407 *Et Diomedei furias gregis*] Thrax ille Diomedes; qui hospites equabus laniandos objiciebat. Hygin. fab. 30. nomina illarum recenset. Videatur Philostratus in Achille p. 705. Apollodorus II. p. 96. Ovidius in Ibin. Parrhas. Sylv. IV. p. 846. Papin. VI. Palæphatus de fabulosis narrat. I. p. 112. qui μυθολογίαν adducit, Diomeden suas opes 'præsepibus donasse,' ut Juvenalis ait, quemadmodum Actæon canibus.

417 *Quin Martia magnum, &c.*] Διάχυσις obscurat sensum, qui est: Si ardor trahit Æaciden in mortuum sævire.

426 *Agnoscitque manum*] Vim roburque suum. Sic Tydeus, Melanippo occiso, apud Papin. lib. VIII. 'seseque agnovit in illo.'

428 *Illaudata feros differt clementia motus*] Crudelem Homerus et implacabilem fingit Achillem, eoque nomine ab Apolline Il. Ω. accusatur, contra vero ἀγαθῶν στρεπταὶ φρένες ἀνδρῶν, ut ait Homerus: item, ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν. De crudelitate illius multa Libanius in Progym. p. 101. unde Phrynichus apud Pollucem VII. 9. p. 372. σὺ δὲ τιμόπτολις, ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

At Teuthras ubi dura ægris insidere fibris
Altius, et certam minitantia vulnera mortem
Sentit. Habe Mœsos, inquit, te, Telephe, noster
Poscit honos, quis enim propior, quis dignior hæres?
Me tuus Alcides, Thracensi urgente tyranno,
Edomitis absolvit equis, sceptrique quietem
Sanxit, et armatos in pacem reddidit annos.
His meritis tibi regna damus, quæ perfida fati
Ira negat prædata mihi: te lenius astrum
In senium serosque dies et summa reservet
Tempora, regno hilarem: vix hæc, et frigida fessis
Atropos inserpit labris, turbata rigescunt
Lumina, hebent sensus, vivoque exuta calore
Membra gelu lethale subit: mens libera tandem
Evolat, et socios redit inspectura Triones.
Telephus, ut vacuos spiranti sanguine vultus
Conspicit, effuso miseranda in vulnera fletu,
Funus herile struit: quicquid vel mulcet odore,
Vel virtute ligat nervos, artusque fluentes
Continet, aggeritur busto: compescit hiantem
Dextra premens ictum, fluxum domat arcta cruorem
Fascia, et obtrusos frustra negat ire meatus.
Regia conspicuis moles inscripta figuris,

NOTÆ

434 *Sceptrique quietem Sanxit*] Papin. 'et pacem fulmine sanxit.'

443 *Socios redit inspectura Triones*] Papin. II. 'et summis apicem sibi poscit in astris,' et 'præreptaque noscit Sidera principiumque suum.' Sic VI. de metalli fossore: 'Indignantem animam propriis non reddidit astris.' Stoici, Pythagorei animam ex astris derivabant. Lucret. II. 'quod missum ex ætheris oris, Id rursum cœli relatum templa receptant.' Epicharmus apud Plutarchum in consolat. ad Apoll. *συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω· τί τῶν δὲ χαλεπόν*; Gemina ex Tragico citat Philo de Mundi incorrupt. p. 734. Ennii Epicharmus terra corpus est, at mentis ignis est. Vide Jos. Scaliger. Conject. p. 27. 28. Triones vero quasi teriones: Festus in 'Septentriones.' Varro VI. de lingua Latina. Scaliger in Conject. p. 144. a stria derivat; et p. 83. Triones vero hic *συνεκδοχῇ* pro astris sumuntur.

451 *Regia conspicuis*] Quæ Noster de Teuthrante, veteres ex parte de Telepho fingebant. Pausanias in Arcadicis p. 356. pugnam Achillis et Telephi etiam sua ætate pictura memorabilem fuisse dicit.

Exceptura ducem, senis effulta columnis
Tollitur, electro vernat basis, arduus auro
Ardet apex, radioque stylus candescit eburno.
His excepta silex artus clausura verendos
Jaspide vestitur: gemmæ, quas littoris Indi
Dives arena gerit, aurum, quod parturit Hermus,
In varias vivunt species, ditique decorum
Materiæ contendit opus: quod nobile ductor
Quod clarum gessit, ars explicat, ardua pandit
Moles, et totum reserat sculptura tyrannum.
  Prima ducis facies nascenti vagit in ære,
Sidoniis variata togis, cunalis in altum
Surgit honos, trepidæ circum nutrixque, parensque
Alterno teneros demulcent ubere fletus.
  Proxima lascivis inhians discursibus ætas
Nunc labente pila, nunc se volvente fatigat
Buxo, nunc arcu: credas curvata coire
Cornua, et excussam nervo stridere sagittam.
  Tertia magnanimi loquitur primordia regis
Accingens pictura virum: regale verendas
Accendit diadema comas, sublime sedentem
Fulcit ebur, sceptroque manus radiante superbit,
Ipse nova vultum pictus lanugine, regni
Maturum dispensat opus: belloque togaque
Alternus, rerum vario poscente meatu,

NOTÆ

454 *Radioque stylus candescit eburno*] Columnæ intermedium, stylum nominat, quæ ad suam applicat ætatem: neque enim stylum hic pro cippo, qui erat λίθος κυβοειδής, qualem in Achillis sepulcro vel monumento Alexander injunxit, Plutarchus in Alexand. accipio: neque proprie pro pila, quali Augustus, eaque duplici, res a se gestas incidit. Vide Casaubonum ad Suetonium II. p. 127. Tale monumentum vide apud Stat. Papin. VI. Vide Meursium de Romanorum sepulcris ad Lycophronem, p. 192. et 227. Josephi Scaligeri Animad. ad Euseb. p. 146. Conject. p. 14.

468 *Credas curvata coire Cornua*] Virg. VI. Æn. 'credas innare revulsas Cycladas.' Item XI. 859. Prudent. 'credas moveri fluctibus Lacunar.' Cicero hoc volebat in Hortensio, quando dixit: 'cum omnis solertia miranda est, tum ea quæ efficit, ut inanima quæ sunt, vivere et spirare videantur.'

476 *Rerum vario poscente meatu*] Plaut. 'ut res eunt, ut sæculi mos possidet.'

Commodat aut fremitus armis, aut otia paci.
In serum perducta senem, pars ultima canos
Colligit, et raris sulcantur tempora rugis,
Progressos testata dies: procul exitus ævi,
Mors longe, et Lachesi stamen vitale ministrat
Nondum fessa soror: at fato major Erinnys
Præcipitat festina ducem: tres ære propinquo
Hærent, irata Pelides fronte, precanti
Telephus, exanimi Teuthras: pallere videres
Ora, genas, aurumque mori: cruor altus in auras
Exilit, et minio rorant tabulata fluenti.
Hæc super exiguo breviter collecta sigillo
Fata viri, quis regis honos, quis funeris auctor,
Quod fatum, quæ causa, patentque hoc singula scripto:
Dux Teuthras, Mœsis decus arvis, passus Achillem,
Ense necem sensit, sceptri defensor aviti.
Postquam busta ducis nigro deplanxit honore
Fida manus, mœstaque ululatum voce quievit
Supremo jam fine Vale, redeuntia ducit
Agmina Pelides, urbes invitus amicas
Telephus et socios recturus linquitur agros.
Ipse quidem plus pace acies, minus otia bellis
Poscat, et armatæ malit discrimina vitæ
Spe palmæ: at populi dilecto principe nudi
Mœrentes vicere preces, ut regis iniret
Excubias, molemque datam: monet ipse futuri

NOTÆ

480 *Procul exitus ævi, Mors longe*] Virg. IV. Æn. 'Tum quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed misera ante diem,' &c. Aut enim 'fato,' aut natura, aut casu moriuntur: qua de re Servius ad illa Virgilii, et Nannius Syllog. V. Miscel. 17. Casaubon. ad Suet. I. Dicit itaque poëta tale quid: sua morte, ut Seneca loquitur, vel naturali, ut Plinius, non est mortuus, sed violenta, καὶ οὐκ ἰδίῳ θανάτῳ, ἢ πεπρωμένῳ.

492 *Sceptri defensor aviti*] Καλὸν ἐπιτάφιον ἡ τυραννίς.

495 *Supremo jam fine Vale*] Servius ad versum Virg. 'Sic, o sic positum affati discedite corpus,' Æn. II. 'affamini, ut dici mortuis solet, Vale, Vale, Vale.' Ita Æneas XI. 'Salve æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.' Vide de funeribus Kirchmannum III. 9. qui illa ex Brissonii VIII. de formulis p. 747. transcripsit.

Otia sopitus pelagi non invidet æstus,
Jasonium relegens Philoctetes prævius æquor,
Has, inquit, passi Syrtes, his hæsimus undis
Hos Cyanes tulimus scopulos, Phryxea secuti
Vellera, Lemniacis domus hæc, Thracensibus illa,
Hæc Paros, hæc Naxos: sic cuncta rogantibus heros
Explicat, agnoscens veteris vestigia cursus,
Æsoniasque vias: sic quæ subeunda, magistrat:
Quæ vitanda, docet: cum tandem hostilis arenæ
Allapsi gremio, sævis clangoribus urunt
Aëra, et iratis impingunt littora contis.

NOTÆ

x. 26. ut Noster 'spatiari.' Virg. 'Progredimur portu,' et II. Georg. 'spatiis confecimus æquor.' Plautus sæpe, 'Sol abit,' 'it dies,' 'lien ambulat.' Florus II. 1. 'in Africam navigat bellum.' Ita Plautus, 'admigrant infamiæ,' 'naves ambulant,' Cato apud Agell. x. 26. Dracontius: 'Et pelago spatiante fretis et littoris æstu.' Minutius Felix: 'Fluvios intuere, eunt semper exercitis lapsibus.' Propertius: 'Et modo tam celeres mireris currere lintres.' Cato de re rust. I. 'prope siet mare, aut amnis, qua naves ambulent.' Seneca de Ira III. 10. 'Proderit morbum suum nosse, et vires ejus, antequam spatientur, opprimere.' Propertius II. 'Nec mea tam longa spatietur imagine pompa.'

326 *Jasonium relegens Philoctetes navibus æquor*] Jasonium, ut Papin. II. in fine: 'Japeton aut fixam supera ad convexa levari Inarimen.' Vide Baptistam Pium III. Sylloge 155. p. 540. Secundam vero in 'Philoctetes' abbreviat, ut Oppianus in ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς, ut Propertius: 'Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro.' Vide Gifanii indicem Lucret. in vocab. 'omnium.'

329 *Thracensibus illa*] Thracius et Threicius ποιητικώτερα sunt: et fortasse magis Latina, usque frequentiora. Seneca III. Controv. 1. 'Quidam cum Hoplomachis, quidam cum Thracibus optime pugnant.' Papin. v. 'spectant trans æquora Thracem.' Ut Latini 'Ambraciensis' et 'Ambraciota,' 'Αμπρακιεὺς et 'Αμπρακιώτης (vide doctiss. Casaub. ad Apuleium), ita 'Thracensis' formavit. Julius Capitolinus, 'Threciscus,' Θρῃκίσκος.

332 *Sic quæ subeunda magistrat*] Paulus ex Festo: 'Magisterare, regere, et temperare est: unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, virorum, collegiorum, equitum dicuntur.' Glossarium: 'magister navis, ὁ κυβερνήτης.' Tib. Ovid. 'vos me celebrate magistrum, Cum mea ridebunt vana magisteria:' 'culpa potare magistra,' Horat. Quod vero Philoctetes in ἐξουρίᾳ hic 'magistrat,' id Val. Flacc. III. paulo aliter: 'ipse ratem vento stellisque ministrat.'

334 *Sævis clangoribus urunt Aëra*] Sic VI. 'Postquam Helenem trepidas exurens nuntius aures Perculit:' hic de Tyrrheno clangore tubarum intelligendum, προλήψει poëtica. '*Urere*' vero, δάκνειν, non tantum ad dicta et scommata, sed famam et nivem

Protinus effuso per castra, per arma, tumultu,
Littoreas populantur opes, et proxima ponto
Mœnia Dardanii titulo male tuta tyranni.
Tandem comestis spoliis, et divite præda,
Consumunt inopes flamma victrice Penates,
Ac classes repetunt, et quas fecere favillas
Illabi mediis gaudent per cœrula velis.
Prima tulit Tenedos graviores militis iras,
Non solas dequesta faces, non rapta metalli
Pondera, sed prorsus gladii consumta furore
Expirasse gemit, jugulum puer ensibus affert
Imberbem, tremulumque senex, et tyro comantem:
Hic ducibus strepitu sedet expectare sepulto
Iliaci responsa ducis. Calydonius heros
Decreto procerum socio legatus Ulysse
Deligitur: qui dicta ferat, qui pace sequestra
Res Danaum, Spartæ spolium, raptamque reposcat.
Interea Æaciden stimulantibus excitat ausis
Impatiens languere animus, furor intima pulsat
Martius, et residem mens arguit effera dextram.
Consorti studio similis præconia famæ
Telephus affectans, it cuncto robore Mœsos

339 *Congestis* Dresem.

NOTÆ

referunt poëtæ. 'Urebant montana nives,' Lucan. IV. 'et canis urebat Luna pruinis,' Val. Flaccus II. Vide Dausqueium ad Basilium Seleuciensem; Jungermannum ad Longi Pastoralia, p. 223.

344 *Non rapta metalli Pondera*] Æs Tenedium: 'scaptensulæ' enim inibi plurimæ, ut Lucretius loquitur.

351 *Qui pace sequestra*] Vide Festum in 'Sequester.' Palmerium Spicil. p. 617. Agel. XX. 11. Plautus, 'sequestre tergum:' Prudent. 'carne sequestra.'

352 *Spartæ spolium*] Videntur ista contradicere lib. III. descriptioni, ubi 'Helæa' nomen urbis, vs. 221.

356 *Præconia famæ Telephus affectans*] Auges et Herculis proles cervino lacte enutrita, θηλὴ et ἔλαφος Apollod. II. et III. Hygin. in Telepho fab. 99. De clypeo Telephi apud Philostratum multa p. 663. γελοιότατον illud quod VI. cap. ultimo ait, Telephi Mysii animam in rabiosum puerum migrasse. Vide etiam de Telepho prolixe Alcidamantem Oratorem in accusatione Palamedis p. 184. et Strabonem XIII. p. 428.

Prædaturus agros: venientia bella Caicus
Horret, et in voces cantu stridente remissas
Plangit alumnus olor: peregrinum Naiades hostem
Non ausæ vidisse, timent, tutasque sub undis
Venantur lacrymas: pecudum lascivia cessat,
Jam studiosa minus et floris, et amnis et umbræ:
Quippe ferox urbes, fluvios, et pabula turbat
Æacides: rapitur quicquid vel dulce, vel usu
Egregium, vel Marte juvans, vel pace decorum.
Cultores juga questa boves, fugiente colono
Decisum mirantur opus, mirantur abactum
Septa gregem: quacumque vagum fert impetus hostem,
Castra, casæ, sulci, sylvæ testantur Achillem.
At Teuthras, postquam bella increbrescere sentit,
Civiles miseratus opes, et numina ruris
In prædam cessisse novam, parat arma, cohortes
Excitat, et totis occurrit viribus hosti.
Æacides oblata novæ præconia palmæ ·
Lætatus, variis intentas raptibus alas
Colligit, hostilemque addens in verba cachinnum,
Sistite, ait, defensor adest: nec plura, feroxque
Fertur in objectum nimbis torrentior hostem,

NOTÆ

357 *It cunclo robore Mœsos prædaturus agros*] Melius, *juncto robore*. Mysorum Homer. Il. Ω. meminit. Philostratus Protesilaum addit Achilli; Telephumque ab Achille vulneratum; et quæ multa in fabulis. Idem Mysos, Lycios, et Pæonas *ἀριθμοῦ ἕνεκα* ad Trojam venisse dicit. Noster Daretis vento navigat: neque fluviorum et regionum enumeratione illi cum Ptolomæo v. Geogr. 2. convenit. Vibius Sequester cum Nostro Caicum Mysiæ facit fluvium, libro de flumin. p. 105.

359 *Et in voces cantu stridente remissas Plangit alumnus olor*] Eadem fere loquitur Nazianzenus de cantu oloris, Orat. xxxiv. p. 554. qui fidicen funeris ipse sui a poëtis fingitur, et cui non dictus Hylas? soli, quod scio, Ælianus, Jul. Cæsar Scaliger, et Bodinus isti næniæ, non sine causa, occentarunt. 'Voces' vero 'remissas,' ait propter morituri *κυκνεῖον μέλος*.

367 *Juga questa boves*] Queruntur agri de cultu intermisso, quod cum essent restibiles, fiant vervacta. Sequentia declarantur per Philostratum in Heroicis, p. 660.

371 *At Theutras*] De Theutrante vide Hyginum fab. 100. Apollod. III. p. 166. inprimis Strabonem XIII. p. 428. et Plutarchum libello de fluminibus in 'Caicus' p. 72.

Ense metens medios, prostratamque impete primo
Calcat equo victore aciem: res plena stupore,
Turba fugit, solusque fugat: sic igne trisulco
Tota pavet percussa domus, pars ætheris iram
Sentit, at in cunctos spargit sua fulmina terror.
Haud aliter diræ furiis exterrita dextræ
Barbaries, dat terga viro; fugientia primus
Indice deprendit curru vestigia regis
Æacides, quippe æris apex radiantis inertes
Accusat latebras: o noxia gloria rerum!
Tuta inopes fatis adimit fuga, notus in auro
Dux timet, et vitæ discrimina ditia gestans,
Cum vellet latuisse, perit: jam sæva cruores
Hasta alios haustura fluit, primusque tepebat
Mucro, cum parma repetitum Telephus ictum
Depulit objecta, dextramque elusit inanem
Missilis innocui: mixta pudor asperat ira
Æacidem, frendet, atque ignescentia torquens
Lumina, Tune meos (ait) ausus fallere nisus,
Et steriles quassare minas? sic fatus, in ipsum
Vibrasset jaculum, timido cum Telephus ore,
Heu parce, exclamat: procul hæc, fortissime gentis
Myrmidonum, avertant Superi probra: tune bis ullum
Percuties hostem? quisquis vel sensit Achillem,
Sufficiat cecidisse semel: tua fulmina passus,
Alterius non mortis eget: cur torva minaris?
Non tegimus, meruitque tamen: scis ipse tumultus

NOTÆ

382 *Turba fugit, solusque fugat*] Sic VI. 'Cum manus una fugat, fugiatque exercitus omnis.'

384 *In cunctos spargit sua fulmina terror*] Sic Papin. ἐπιφωνήματος vicem tempestatis descriptioni subnectit venuste: 'Et tamen oppressos miserantur in æquore nautas.'

392 *Jam sæva cruores Hasta alios haustura*] Ἀποσιώπησις Poëtica, primum ictum omittens, celeritatis significandæ ergo. Virg. de Mercur. 'Lybiæ citus astitit oris.' Vide Scaligerum Poët. III. 77.

399 *Et steriles quassare minas*] III. 'Et steriles rediisse preces.' Papin. III. Sylv. de Hyacintho: 'quemque irrita fontis imago, Et sterilis consumsit amor.'

Et Diomedei furias gregis: atra nefandi
Septa ducis, longis hominum satiata ruinis,
Herculea cecidere manu: stratoque tyranno
Tutior in patriam reducem Teuthranta regressus
Post crebras acies et equorum bella recepit.
Ipse triumphanti satus Hercule, Mœsa subisse
Regna, ducisque hospes blandos coluisse Penates
Gratulor, ac memini gratus: sed dicere longum,
Quæ mecum gessit, patris memor: hinc mihi lapsum
Erigere, et gladios tutari cura timentem,
Et tardum venisse pudet: quin Martia magnum
Si manus Æaciden, ut non sensura fatiget
Membra, trahit, facilique animo nova suadet Erinnys,
Ultra velle nihil, nil citra posse, ferendum est:
Cedimus, hosque artus gelidos, hæc reddimus exta
Ultrici calcanda rotæ. Sic fatus, in altum
Sublato clypeo, pavide tamen, ultima questum
Fata ducem monstrat, friget cruor, oraque pallent
Eluctante anima: tandem miseratur Achilles,
Agnoscitque manum. Sic mulcta sero furorem
Temperat, et pœnis tandem satiata supremis
Illaudata feros differt clementia motus.

421 *Credimus* Ms. marg.

NOTÆ

407 *Et Diomedei furias gregis*] Thrax ille Diomedes; qui hospites equabus laniandos objiciebat. Hygin. fab. 30. nomina illarum recenset. Videatur Philostratus in Achille p. 705. Apollodorus II. p. 96. Ovidius in Ibin. Parrhas. Sylv. IV. p. 846. Papin. VI. Palæphatus de fabulosis narrat. I. p. 112. qui μυθολογίαν adducit, Diomeden suas opes 'præsepibus donasse,' ut Juvenalis ait, quemadmodum Actæon canibus.

417 *Quin Martia magnum, &c.*] Διάχυσις obscurat sensum, qui est: Si ardor trahit Æaciden in mortuum sævire.

426 *Agnoscitque manum*] Vim roburque suum. Sic Tydeus, Melanippo occiso, apud Papin. lib. VIII. 'seseque agnovit in illo.'

428 *Illaudata feros differt clementia motus*] Crudelem Homerus et implacabilem fingit Achillem, eoque nomine ab Apolline Il. Ω. accusatur, contra vero ἀγαθῶν στρεπταὶ φρένες ἀνδρῶν, ut ait Homerus: item, ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν. De crudelitate illius multa Libanius in Progym. p. 101. unde Phrynichus apud Pollucem VII. 9. p. 372. σὺ δὲ τιμόττολις, ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

At Teuthras ubi dura ægris insidere fibris
Altius, et certam minitantia vulnera mortem
Sentit. Habe Mœsos, inquit, te, Telephe, noster
Poscit honos, quis enim propior, quis dignior hæres?
Me tuus Alcides, Thracensi urgente tyranno,
Edomitis absolvit equis, sceptrique quietem
Sanxit, et armatos in pacem reddidit annos.
His meritis tibi regna damus, quæ perfida fati
Ira negat prædata mihi: te lenius astrum
In senium serosque dies et summa reservet
Tempora, regno hilarem: vix hæc, et frigida fessis
Atropos inserpit labris, turbata rigescunt
Lumina, hebent sensus, vivoque exuta calore
Membra gelu lethale subit: mens libera tandem
Evolat, et socios redit inspectura Triones.
Telephus, ut vacuos spiranti sanguine vultus
Conspicit, effuso miseranda in vulnera fletu,
Funus herile struit: quicquid vel mulcet odore,
Vel virtute ligat nervos, artusque fluentes
Continet, aggeritur busto: compescit hiantem
Dextra premens ictum, fluxum domat arcta cruorem
Fascia, et obtrusos frustra negat ire meatus.
Regia conspicuis moles inscripta figuris,

NOTÆ

434 *Sceptrique quietem Sanxit*] Papin. 'et pacem fulmine sanxit.'

443 *Socios redit inspectura Triones*] Papin. II. 'et summis apicem sibi poscit in astris,' et 'præreptaque noscit Sidera principiumque suum.' Sic VI. de metalli fossore: 'Indignantem animam propriis non reddidit astris.' Stoici, Pythagorei animam ex astris derivabant. Lucret. II. 'quod missum ex ætheris oris, Id rursum cœli relatum templa receptant.' Epicharmus apud Plutarchum in consolat. ad Apoll. *συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω· τί τῶν δὲ χαλεπόν*; Gemina ex Tragico citat Philo de Mundi incorrupt. p. 734. Ennii Epicharmus terra corpus est, at mentis ignis est. Vide Jos. Scaliger. Conject. p. 27. 28. Triones vero quasi teriones: Festus in 'Septentriones.' Varro VI. de lingua Latina. Scaliger in Conject. p. 144. a stria derivat; et p. 83. Triones vero hic *συνεκδοχῇ* pro astris sumuntur.

451 *Regia conspicuis*] Quæ Noster de Teuthrante, veteres ex parte de Telepho fingebant. Pausanias in Arcadicis p. 356. pugnam Achillis et Telephi etiam sua ætate pictura memorabilem fuisse dicit.

Exceptura ducem, senis effulta columnis
Tollitur, electro vernat basis, arduus auro
Ardet apex, radioque stylus candescit eburno.
His excepta silex artus clausura verendos
Jaspide vestitur: gemmæ, quas littoris Indi
Dives arena gerit, aurum, quod parturit Hermus,
In varias vivunt species, ditique decorum
Materiæ contendit opus: quod nobile ductor
Quod clarum gessit, ars explicat, ardua pandit
Moles, et totum reserat sculptura tyrannum.
Prima ducis facies nascenti vagit in ære,
Sidoniis variata togis, cunalis in altum
Surgit honos, trepidæ circum nutrixque, parensque
Alterno teneros demulcent ubere fletus.
Proxima lascivis inhians discursibus ætas
Nunc labente pila, nunc se volvente fatigat
Buxo, nunc arcu: credas curvata coire
Cornua, et excussam nervo stridere sagittam.
Tertia magnanimi loquitur primordia regis
Accingens pictura virum: regale verendas
Accendit diadema comas, sublime sedentem
Fulcit ebur, sceptroque manus radiante superbit,
Ipse nova vultum pictus lanugine, regni
Maturum dispensat opus: belloque togaque
Alternus, rerum vario poscente meatu,

NOTÆ

454 *Radioque stylus candescit eburno*] Columnæ intermedium, stylum nominat, quæ ad suam applicat ætatem: neque enim stylum hic pro cippo, qui erat λίθος κυβοειδὴς, qualem in Achillis sepulcro vel monumento Alexander injunxit, Plutarchus in Alexand. accipio: neque proprie pro pila, quali Augustus, eaque duplici, res a se gestas incidit. Vide Casaubonum ad Suetonium II. p. 127. Tale monumentum vide apud Stat. Papin. VI. Vide Meursium de Romanorum sepulcris ad Lycophronem, p. 192. et 227. Josephi Scaligeri Animad. ad Euseb. p. 146. Conject. p. 14.

468 *Credas curvata coire Cornua*] Virg. VI. Æn. 'credas innare revulsas Cycladas.' Item XI. 859. Prudent. 'credas moveri fluctibus Lacunar.' Cicero hoc volebat in Hortensio, quando dixit: 'cum omnis solertia miranda est, tum ea quæ efficit, ut inanima quæ sunt, vivere et spirare videantur.'

476 *Rerum vario poscente meatu*] Plaut. 'ut res eunt, ut seculi mos possidet.'

Commodat aut fremitus armis, aut otia paci.
  In serum perducta senem, pars ultima canos
Colligit, et raris sulcantur tempora rugis,
Progressos testata dies: procul exitus ævi,
Mors longe, et Lachesi stamen vitale ministrat
Nondum fessa soror: at fato major Erinnys
Præcipitat festina ducem: tres ære propinquo
Hærent, irata Pelides fronte, precanti
Telephus, exanimi Teuthras: pallere videres
Ora, genas, aurumque mori: cruor altus in auras
Exilit, et minio rorant tabulata fluenti.
Hæc super exiguo breviter collecta sigillo
Fata viri, quis regis honos, quis funeris auctor,
Quod fatum, quæ causa, patentque hoc singula scripto:
  Dux Teuthras, Mœsis decus arvis, passus Achillem,
Ense necem sensit, sceptri defensor aviti.
  Postquam busta ducis nigro deplanxit honore
Fida manus, mœstaque ululatum voce quievit
Supremo jam fine Vale, redeuntia ducit
Agmina Pelides, urbes invitus amicas
Telephus et socios recturus linquitur agros.
  Ipse quidem plus pace acies, minus otia bellis
Poscat, et armatæ malit discrimina vitæ
Spe palmæ: at populi dilecto principe nudi
Mœrentes vicere preces, ut regis iniret
Excubias, molemque datam: monet ipse futuri

NOTÆ

480 *Procul exitus ævi, Mors longe*] Virg. IV. Æn. 'Tum quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed misera ante diem,' &c. Aut enim 'fato,' aut natura, aut casu moriuntur: qua de re Servius ad illa Virgilii, et Nannius Syllog. v. Miscel. 17. Casaubon. ad Suet. I. Dicit itaque poëta tale quid: sua morte, ut Seneca loquitur, vel naturali, ut Plinius, non est mortuus, sed violenta, *καὶ οὐκ ἰδίῳ θανάτῳ, ἢ πεπρωμένῳ.*

492 *Sceptri defensor aviti*] *Καλὸν ἐπιτάφιον ἡ τυραννίς.*

495 *Supremo jam fine Vale*] Servius ad versum Virg. 'Sic, o sic positum affati discedite corpus,' Æn. II. 'affamini, ut dici mortuis solet, Vale, Vale, Vale.' Ita Æneas XI. 'Salve æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.' Vide de funeribus Kirchmannum III. 9. qui illa ex Brissonii VIII. de formulis p. 747. transcripsit.

Providus Æacides cultis insidere regnis:
In sulcos laxare solum, producere fruges,
Et missa socias solari messe cohortes.
Sic paribus vincet titulis, cum ad prælia donet
Ille dies, ipsique manus. Hæc fatus Achilles,
Ad Danaos maturat iter, sed venerat ante
Dux Ithacus bellum referens, pacemque negatam
Nuntiat; ægrescunt, indignanturque Pelasgi:
Bella petunt, hæsisse dolent, et frondibus hostes
Palladiis tentasse pudet: jam libera major
Laxat fræna furor: stimulat Bellona volentes:
Mars cogit dubios: lugens per castra furentis
Interpres animi clamor tonat: arma capessunt,
Arma fremunt, augent lituique tubæque tumultum,
Et responsuris invitant vocibus Echo.
  Isset in Iliacos classis Pelopeia portus
Non expectata venia ducis: at nocituras
Nox nectit vicina moras, humilemque soporat
Decrepitus Titana dies, et anhela sub undas
Admittunt radios Atlantia littora fessos.

NOTÆ

504 *In sulcos laxare solum*] Virg. Ecl. IV. 'telluri infindere sulcos.'

507 *Ille dies, ipsique manus*] Μεταλήψει *Diem* pro commeatu sumo, cujus beneficio dies, tempus nempe decem annorum, ad Trojam manere possint: vel indeterminate *diem* pro tempore sumit, Trojanæ obsidioni debito. Ut Virg. 'Multa dies longusque labor.' Et Juvenalis, 'Longa dies igitur quid contulit?'

513 *Stimulat Bellona volentes*] Papin. Achill. 'stimulatque Agamemno volentes.'

517 *Et responsuris invitant vocibus Echo*] Paulinus: 'Et responsuris ferit aëra vocibus Amen.'

520 *Humilemque soporat Decrepitus Titana dies*] Dies nascitur poëtis; itaque et tyro, et veteranus sive decrepitus est. Dracontius: 'sub vere novo, sub tempore *primo*, Sub tyrone die veterana in *sæcla* paratus.' Festus: 'decrepitus est desperatus, crepera jam vita: ut crepusculum, extremum diei tempus.' Scaliger *κνέφας* in 'crepus' et 'crepusculum,' ut *κνίσπος* in 'crispum' mutatum putat, comment. in Catalecta p. 190. Ita 'solem adultum' Petronius Arbiter dixit, ut Tacitus 'æstatem adultam.' Ita Plauto, 'dies oculata,' 'diei umbilicus,' 'dies abit,' 'dies tabescit,' quasi senex, et Lucret. 'Crescere itemque dies licet et tabescere noctes.' Ita 'lacerare diem,' 'excruciare,' 'conterere,' 'comburere,' 'sumere,' 'sepelire,' 'condere.' Vide Taub. ad Plautum, et Palmer. XIII. p. 844. &c.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER V.

ARGUMENTUM.

Prælia sub Priamo, sub rege Agamemnone Quintus
Convocat, et primo cadit audax Protesilaus,
Patroclusque armis mendax, et Merion acer.
Tum Paris aggreditur Spartæ cum rege duellum,
Et latus Hectoreum Pelides perforat hasta.

Ardua jam medium pulsans Latonia cœlum
Noctivagos librabat equos, somnoque profundo
Exarmata quies facilem spondebat ituris
Portum, suadebatque dolos: dux ipse Pelasgis
Nocturnum disponit iter: non verbere pontus
Erigitur, non voce sonat, jussosque silere
Sulcat inoffensos tacito sub remige fluctus
Incessum furata ratis. Sic cæde suorum
Exigua innocuum lucrari forte triumphum
Grajugenis, fortuna, dabas: at Martia Nauplî
Proles erubuit fraudes, et furta negavit.

NOTÆ

9 *Innocuum lucrari forte triumphum*] Inpulveream victoriam, ἀκονιτί, ἀναιμακτί. 'Salmacida spolia, sine sanguine et sudore,' ut Ennius apud Festum loquitur, ἄδακρυν πόλεμον nominat Zenobius et Diogenianus, ἀναιμακτὶ καὶ ἀκονητὶ τὰ τρόπαια, Isid. Pelusiot. III. Ep. 22.

11 *Erubuit fraudes, et furta negavit*] Clandestina et per insidias gesta,

Ultimus hic Danaum ter dena classe secutus
Signa ducum, longaque exustus febre, moratas
Inachidis excusat opes, seque objice morbi
Tentum, quam primum licuit, venisse fatetur.
Hanc ipsa ad vocem facies facit, aspera passo
Conjurat pallor, et vultu teste merentur
Verba fidem: at sospes animus, nulloque dolore
Fractior, imbelles artus, nervosque negantes
Exigit, et Martem manifestum suadet Achivis.
Ocyus audentem virtus animatur in iram,
Jamque dolis vicisse negant: sua quælibet angit
Gloria, qui jaculis longe, qui cominus ense,
Qui pede, qui curru fidit, vel classe mereri

22 *Quemlibet* Dresem. Vide not.—24 *Ut* Mss. pro *vel*.

NOTÆ

'furta' nominant Latini. Virg. 'nec ego hanc abscondere furto Speravi, ne finge, fugam.' Papin. 'Ausus erat furto dextram insertare Leonteus,' ix. Theb. Sic Noster vi. 750. 'vincere furto.' 714. 'Furta negat Pyrrhus.' v. 8. 'Incessum furata ratis.'

13 *Longaque exustus febre*] Πυρετῷ, φλογισμῷ, ἢ καύματι. Hinc febrientes, καυματιζόμενοι, Plutarchus de sanitate: dicta etiam febris a fervore; ut Scaliger in conjectan.

14 *Seque objice morbi Tentum*] Τῆς νόσου ἐμποδών. Obex ab ob et jacio: producturi ergo tempus syllabæ geminant: breviaturi alterum, abjiciunt. Vide Scaliger. ad Tibul. i. 'Tentum,' autem pro detentum, de quo iii. 38.

18 *Nulloque dolore Factor*] Fractior, pro infractior, κεκλασμένος· οὐδὲ γὰρ νοσεῖ ἡ ἀρετή, Clem. Alexandrinus: 'Ingenium fregere meum mala,' Ovid. iv. Trist.

19 *Nervosque negantes Exigit*] Male substituere conati, *erigit*. Virg. 'Exegit cæcos rabies.' Lucan. 'cladesque omnes exegit in uno Sæva die,' lib. viii. et xiv. 'Exegere enses,' lib. vii. 'paucas victoria dextras Exegit,' lib. x. 'et pingues exige somnos.' Ovid. 'Jamque opus exegi,' et i. Metam. 'spatiis exegit quatuor annum.' Manil. 'Ut socias vires et amicos exegat ortus.' Item: 'viresque exegimus omnes:' ubi vides simile genus loquendi. Seneca initio de brevitate vitæ paulo aliter: 'Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti, minime conveniens sapienti viro lis est,' &c. Cicero, 'exigere viam,' Ver. iii. quod Pedianus explicat p. 113.

22 *Sua quælibet angit Gloria*] Malim, *quemlibet*. Vide iii. 342. Si 'quælibet' retinetur, sensus est: de sua laude cujusvis animum solicitum fuisse. Vide Papin. vii. ubi similis apparatus.

23 *Qui jaculis longe*] Πόρρωθεν, eminus.

24 *Vel Classe mereri Promtior*] Erat in libris, *ut classe*.

Promtior, agnosci petit, expectatque videntem
Percussura manus, et si quid nobile possit,
In tenebris sepelire pudet. Sic Martia pubes
Mutatis hæret animis, longique soporis
Impatiens, noctem vigiles expendit in usus,
In somnum non fracta levem, seseque vicissim
Excitat: hi tensos librant in bella lacertos,
Intenduntque gradus, pugiles pars plurima vultus
Exertat, partem vestis furatur ahena
In summos perducta pedes, ac denique jussi
Armantur pariter galea caput, ægide pectus,
Ense latus, pharetris humeros, et stipite dextras.
His instructa fremit in lucem turba, morantem
Vix passura diem; noctis dispendia damnant,
Et Venerem, Tithone, tuam: cum prævia Phœbi
Amplexu gelido et sterili tardetur amore.
Vota virum valuisse putes, intensior orbem
Spiritus astriferum torquet, semperque negatis
Elidens modulis stupidas novus impetus aures

NOTÆ

25 *Expectatque videntem Percussura manus*] Testem scilicet et præconem fortitudinis.

32 *Pugiles pars plurima vultus Exertat*] Pugil a pugnando, Varro. 'Pugiles vultus,' ut VII. 'pugiles vir surgat in annos:' et eodem lib. 492. 'et gladii pugiles,' pro pugnaces. Aliquando ἀκμὴν torosum et compactum corporis robur ea voce signare videtur. Vide Proverbium ' pugilice valere.'

33 *Partem vestis furatur ahena*] Arma. Sic postea, 'ægide,' pro parma, vel scuto.

37 *Morantem Vix passura diem, noctis dispendia damnant, &c.*] Pacatus in Paneg. p. 28. 'Adeo quidem, ut castris ad castra collatis, quod præcipiti die manum conserere non poterat, spe victoriæ cum luce ventura, pervigil ageret: tardum solem, desertorem diem, annuum noctis æstivæ tempus criminaretur.' Claud. de Nuptiis Honorii: 'Incusat spes ægra moras, longique videntur Stare dies, segnisque rotam non volvere Phœbe.'

41 *Vota virum valuisse putes*] Vide I. 178.

42 *Semperque negatis Elidens modulis stupidas novus impetus aures, &c.*] Pythagoræ illud φιλοσόφημα de Harmonia siderum tangit: de quo Cicero in Somn. Scipionis: et Macrob. I. 6. Arist. VIII. Polit. Plato in Timæo, et Ficinus in comment. c. 28. et præfatione in Ionem. Plutarchus libro de animæ procreatione. Varro Attacinus in fragm. Chorographiæ: 'Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes.' Athenæus XIV. Basilius III. in Hexaëm. Censorinus de die Natali c. 13. Fracastorius in Siphilide. Martianus Capella VIII. de Nupt. Phi-

Phœbeum maturat iter. Sensere Pelasgi,
Sensit et ipse ducum princeps Ægæus Atrides
Adventare diem: mox nectens ordine puppes,
In mediis alnosque breves et vela minora
Claudit aquis: at turrigeras pelagique potentes
Et bellare avidas primos disponit in ictus.
Cumque metu prædone animi perculsa labarent
Agmina, et horrorem præsens instantia Martis
Incuteret, dux orsa movet, quis integrat iras,
Spem sancit, firmat animos, et roborat ausus.
Ultores Danai, non nectere verba necesse,
Et longas cumulare preces: sese excitat ultro
Virtus; at quisquis pavidus timor obstruit aures,
Et precibus mens tarda negat, quin aspera rerum
Ni longum meminisse foret, sibi publica bellum

45 *Argæus* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

lol. Claud. de IV. Honorii Consulatu. Philo de opificio mundi p. 8. Ocellus Lucanus apud Stobæum c. 16. Prolixe Nicomachus Gerasenus I. Musices p. 66. Avienus 'numerum celsi modulaminis' I. vocat. Gerasenus Plutarchi ductum sequi videtur p. 1029. libro de Animæ procreat. Recte vero addit, 'semperque negatis;' quia dudum id a summo Philosopho factum de Cœlo II. 9. *κομψῶς*, inquit, *μὲν εἴρηται καὶ περιττῶς ὑπὸ τῶν εἰπόντων, οὐ μὲν οὕτω γ' ἔχει τὸ ἀληθές*. Basilius videatur etiam d. l. Solent Græci Patres, Chrysostomus sæpe, *χορείας ἄστρων*, ut Latini 'choreas astricas,' nominare: sed nihil hoc ad illam Musicam. Irenæus I. adversus Hæreses scripsit, Marcum quendam statuisse, primum cœlum sonare *α*, proximum *ε*, et sic ordine, indeque coalescere Pythagoræ concentum. Sed *φληνάφους μακροὺς καὶ γραῶν ὕθλους* texuit: vide Vossium ea de re in Rhetoricis. Illud non æque vulgo notum, quod eadem fide veri ex Xenocrate p. 944. Plutarchus scribit in libro de facie Lunæ; piorum animas suavissimam illam Harmoniam non exaudire, quamdiu in umbra Lunæ sunt: hinc æra pulsabant auxiliaria, ut ait Papinius, cum Luna delinquit. Id quoque huc facit, quod Cleanthes solem *πλῆκτρον* vocavit: quia *ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ἐρείδει τὰς αὐγὰς, οἷον πλήσσων τὸν κόσμον εἰς τὴν ἐναρμόνιον πορείαν τὸ φῶς ἄγει*. 'Elidit modulis:' quasi attritu fiat. Ovid. 'elisi nubibus ignis.' VI. Metam. Petron. 'elisæ vulnera pacis.'

50 *Cumque metu prædone animi*] Cointus VIII. *δέος δὲ βίην ἀμαθύνει Καὶ νόον. Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή*, Tyrtæus.

54 *Ultores Danai, &c.*] Ad hanc faciem Cæsar apud Lucanum, VII. suos animat. Virg. X. Lesbonactis in eo genere elegans est hortatoria inter Oratorum Græcorum Orationes p. 170. Refer huc Tyrtæi bellicas *προτροπὰς*, et Frontini I. 2.

Causa daret: patimur cuncti, nec sola maritos
Urit hyems: taceo veniales hospitis ausus,
Et castum prædonis opus, nec numina læsa
Conqueror: at solus in nostras sufficit iras
Laomedonteæ pacis rigor: hæccine regum
Et pietas, et clara fides? o barbara vere
Sævitia, exemploque carens, et cognita nulli
Asperitas! quisnam nudæ clausisset arenæ
Hospitium miseris, quos obvia Scylla, secuta
Tellus, et socio fregit Thetis hospita fluctu?
At Peleus Telamonque illic, genitusque Tonante
Amphitryoniades, et quos habuisse superstes
Græcia gaudet avos: minus haud tamen ausa profana
Barbaries, sprevitque Deos, generosque Deorum.
Dii melius, nec se lenta Tirynthius ira

NOTÆ.

59 *Nec sola maritos Urit hyems*] Sic Virgilii in eadem re, 'nec solos tangit Atridas Iste dolor.' Vide lib. III. 341.

61 *Et castum prædonis opus*] *Εἰρωνεία.*

66 *Quisnam nudæ clausisset arenæ Hospitium miseris*] Ex Virg. 'hospitio prohibemur arenæ:' quem et alibi imitatur, 'Cum tandem hostilis arenæ Allapsi gremio.'

67 *Obvia Scylla, secuta Tellus, et socio fregit Thetis hospita fluctu*] 'Tellus secuta,' Symplegadum notat scopulos, qui nave ad ductum columbæ transeunte, demum coierunt, et ex eo immobiles fuerunt. Vide Apollod. I. p. 49. Quod vero sequitur 'socio fregit Thetis hospita fluctu;' nihil aliud notat, quam illam maritimis moribus, ut Comicus ait, cum Argonautis non esse expertam, sed novas advenas instar hospitis placide excepisse. 'Frangere,' ut Horat. 'incurvare querela.' Silius, II. 'Pieria liquefacta lyra.' *Socio fregit Thetis hospita fluctu*] Frangere aliter hic exponendum, quam infra, 'et quos ter quina fregit Tirynthius alno:' hic enim est emolliit, demulsit; ut apud Silium II. 'durata virorum Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.' Sic Lucret. IV. 'Sed leviter pœnas frangit Venus inter amorem,' et v. 'Blanditiis facile ingenium fregere superbum,' Prop. II. 'Frangitur in tacito fœmina sæpe viro.' Inde Papin. Sylv. II. 'verba refringere,' et III. 'frangere sexum:' ut Noster paulo ante hoc libro: 'In somnum non fracta levem.' Ovid. 'Victaque mutati frangitur ira maris,' I. Trist. Ita Quintilianus in Seneca lancinat, quod 'rerum pondera minutissimis sententiis fregisset.' Varro II. de Re Rust. 'calores aut frigora se fregerunt.' Claud. in laude Serenæ; 'tu sola frementem Frangere, tu blando poteras sermone mederi.' Eodem modo Græci mollia, effœminata, *κεκλασμένα, κατεαγότα* vocant. Ita Coïntus I. *θυμὸν ἐαγώς. τίς οὐ κατακλᾶται ὀδυρμοῖς*; Nazianz. Orat. XVI. p. 246.

Exceptura ducem, senis effulta columnis
Tollitur, electro vernat basis, arduus auro
Ardet apex, radioque stylus candescit eburno.
His excepta silex artus clausura verendos
Jaspide vestitur: gemmæ, quas littoris Indi
Dives arena gerit, aurum, quod parturit Hermus,
In varias vivunt species, ditique decorum
Materiæ contendit opus: quod nobile ductor
Quod clarum gessit, ars explicat, ardua pandit
Moles, et totum reserat sculptura tyrannum.
  Prima ducis facies nascenti vagit in ære,
Sidoniis variata togis, cunalis in altum
Surgit honos, trepidæ circum nutrixque, parensque
Alterno teneros demulcent ubere fletus.
  Proxima lascivis inhians discursibus ætas
Nunc labente pila, nunc se volvente fatigat
Buxo, nunc arcu: credas curvata coire
Cornua, et excussam nervo stridere sagittam.
  Tertia magnanimi loquitur primordia regis
Accingens pictura virum: regale verendas
Accendit diadema comas, sublime sedentem
Fulcit ebur, sceptroque manus radiante superbit,
Ipse nova vultum pictus lanugine, regni
Maturum dispensat opus: belloque togaque
Alternus, rerum vario poscente meatu,

NOTÆ

454 *Radioque stylus candescit eburno*] Columnæ intermedium, stylum nominat, quæ ad suam applicat ætatem: neque enim stylum hic pro cippo, qui erat λίθος κυβοειδής, qualem in Achillis sepulcro vel monumento Alexander injunxit, Plutarchus in Alexand. accipio: neque proprie pro pila, quali Augustus, eaque duplici, res a se gestas incidit. Vide Casaubonum ad Suetonium II. p. 127. Tale monumentum vide apud Stat. Papin. VI. Vide Meursium de Romanorum sepulcris ad Lycophronem, p. 192. et 227. Josephi Scaligeri Animad. ad Euseb. p. 146. Conject. p. 14.

468 *Credas curvata coire Cornua*] Virg. VI. Æn. 'credas innare revulsas Cycladas.' Item XI. 859. Prudent. 'credas moveri fluctibus Lacunar.' Cicero hoc volebat in Hortensio, quando dixit: 'cum omnis solertia miranda est, tum ea quæ efficit, ut inanima quæ sunt, vivere et spirare videantur.'

476 *Rerum vario poscente meatu*] Plaut. 'ut res eunt, ut sæculi mos possidet.'

Commodat aut fremitus armis, aut otia paci.
In serum perducta senem, pars ultima canos
Colligit, et raris sulcantur tempora rugis,
Progressos testata dies: procul exitus ævi,
Mors longe, et Lachesi stamen vitale ministrat
Nondum fessa soror: at fato major Erinnys
Præcipitat festina ducem: tres ære propinquo
Hærent, irata Pelides fronte, precanti
Telephus, exanimi Teuthras: pallere videres
Ora, genas, aurumque mori: cruor altus in auras
Exilit, et minio rorant tabulata fluenti.
Hæc super exiguo breviter collecta sigillo
Fata viri, quis regis honos, quis funeris auctor,
Quod fatum, quæ causa, patentque hoc singula scripto:
Dux Teuthras, Mœsis decus arvis, passus Achillem,
Ense necem sensit, sceptri defensor aviti.
Postquam busta ducis nigro deplanxit honore
Fida manus, mœstaque ululatum voce quievit
Supremo jam fine Vale, redeuntia ducit
Agmina Pelides, urbes invitus amicas
Telephus et socios recturus linquitur agros.
Ipse quidem plus pace acies, minus otia bellis
Poscat, et armatæ malit discrimina vitæ
Spe palmæ: at populi dilecto principe nudi
Mœrentes vicere preces, ut regis iniret
Excubias, molemque datam: monet ipse futuri

NOTÆ

480 *Procul exitus ævi, Mors longe*] Virg. IV. Æn. 'Tum quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed misera ante diem,' &c. Aut enim 'fato,' aut natura, aut casu moriuntur: qua de re Servius ad illa Virgilii, et Nannius Syllog. v. Miscel. 17. Casaubon. ad Suet. I. Dicit itaque poëta tale quid: sua morte, ut Seneca loquitur, vel naturali, ut Plinius, non est mortuus, sed violenta, *καὶ οὐκ ἰδίῳ θανάτῳ, ἢ πεπρωμένῳ.*

492 *Sceptri defensor aviti*] Καλὸν ἐπιτάφιον ἡ τυραννίς.

495 *Supremo jam fine Vale*] Servius ad versum Virg. 'Sic, o sic positum affati discedite corpus,' Æn. II. 'affamini, ut dici mortuis solet, Vale, Vale, Vale.' Ita Æneas XI. 'Salve æternum mihi, maxime Palla, Æternumque vale.' Vide de funeribus Kirchmannum III. 9. qui illa ex Brissonii VIII. de formulis p. 747. transcripsit.

Providus Æacides cultis insidere regnis:
In sulcos laxare solum, producere fruges,
Et missa socias solari messe cohortes.
Sic paribus vincet titulis, cum ad prælia donet
Ille dies, ipsique manus. Hæc fatus Achilles,
Ad Danaos maturat iter, sed venerat ante
Dux Ithacus bellum referens, pacemque negatam
Nuntiat; ægrescunt, indignanturque Pelasgi:
Bella petunt, hæsisse dolent, et frondibus hostes
Palladiis tentasse pudet: jam libera major
Laxat fræna furor: stimulat Bellona volentes:
Mars cogit dubios: lugens per castra furentis
Interpres animi clamor tonat: arma capessunt,
Arma fremunt, augent lituique tubæque tumultum,
Et responsuris invitant vocibus Echo.
  Isset in Iliacos classis Pelopeia portus
Non expectata venia ducis: at nocituras
Nox nectit vicina moras, humilemque soporat
Decrepitus Titana dies, et anhela sub undas
Admittunt radios Atlantia littora fessos.

NOTÆ

504 *In sulcos laxare solum*] Virg. Ecl. IV. 'telluri infindere sulcos.'

507 *Ille dies, ipsique manus*] *Μεταλήψει Diem* pro commeatu sumo, cujus beneficio dies, tempus nempe decem annorum, ad Trojam manere possint: vel indeterminate *diem* pro tempore sumit, Trojanæ obsidioni debito. Ut Virg. 'Multa dies longusque labor.' Et Juvenalis, 'Longa dies igitur quid contulit?'

518 *Stimulat Bellona volentes*] Papin. Achill. 'stimulatque Agamemno volentes.'

517 *Et responsuris invitant vocibus Echo*] Paulinus: 'Et responsuris ferit aëra vocibus Amen.'

520 *Humilemque soporat Decrepitus Titana dies*] Dies nascitur poëtis; itaque et tyro, et veteranus sive decrepitus est. Dracontius: 'sub vere novo, sub tempore *primo*, Sub tyrone die veterana in *sæcla* paratus.' Festus: 'decrepitus est desperatus, crepera jam vita: ut crepusculum, extremum diei tempus.' Scaliger *κνέφας* in 'crepus' et 'crepusculum,' ut *κνίσπος* in 'crispum' mutatum putat, comment. in Catalecta p. 190. Ita 'solem adultum' Petronius Arbiter dixit, ut Tacitus 'æstatem adultam.' Ita Plauto, 'dies oculata,' '*diei umbilicus*,' 'dies abit,' 'dies tabescit,' quasi senex, et Lucret. 'Crescere itemque dies licet et tabescere noctes.' Ita 'lacerare diem,' 'excruciare,' 'conterere,' 'comburere,' 'sumere,' 'sepelire,' 'condere.' Vide Taub. ad Plautum, et Palmer. XIII. p. 844. &c.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER V.

ARGUMENTUM.

Prælia sub Priamo, sub rege Agamemnone Quintus
Convocat, et primo cadit audax Protesilaus,
Patroclusque armis mendax, et Merion acer.
Tum Paris aggreditur Spartæ cum rege duellum,
Et latus Hectoreum Pelides perforat hasta.

ARDUA jam medium pulsans Latonia cœlum
Noctivagos librabat equos, somnoque profundo
Exarmata quies facilem spondebat ituris
Portum, suadebatque dolos: dux ipse Pelasgis
Nocturnum disponit iter: non verbere pontus
Erigitur, non voce sonat, jussosque silere
Sulcat inoffensos tacito sub remige fluctus
Incessum furata ratis. Sic cæde suorum
Exigua innocuum lucrari forte triumphum
Grajugenis, fortuna, dabas: at Martia Nauplî
Proles erubuit fraudes, et furta negavit.

NOTÆ

9 *Innocuum lucrari forte triumphum*] Inpulveream victoriam, ἀκονιτὶ, ἀναιμακτί. 'Salmacida spolia, sine sanguine et sudore,' ut Ennius apud Festum loquitur, ἄδακρυν πόλεμον nominat Zenobius et Diogenianus, ἀναιμακτὶ καὶ ἀπονητὶ τὰ τρόπαια, Isid. Pelusiot. III. Ep. 22.

11 *Erubuit fraudes, et furta negavit*] Clandestina et per insidias gesta,

Ultimus hic Danaum ter dena classe secutus
Signa ducum, longaque exustus febre, moratas
Inachidis excusat opes, seque objice morbi
Tentum, quam primum licuit, venisse fatetur.
Hanc ipsa ad vocem facies facit, aspera passo
Conjurat pallor, et vultu teste merentur
Verba fidem: at sospes animus, nulloque dolore
Fractior, imbelles artus, nervosque negantes
Exigit, et Martem manifestum suadet Achivis.
 Ocyus audentem virtus animatur in iram,
Jamque dolis vicisse negant: sua quælibet angit
Gloria, qui jaculis longe, qui cominus ense,
Qui pede, qui curru fidit, vel classe mereri

22 *Quemlibet* Dresem. Vide not.—24 *Ut* Mss. pro *vel.*

NOTÆ

'furta' nominant Latini. Virg. 'nec ego hanc abscondere furto Speravi, ne finge, fugam.' Papin. 'Ausus erat furto dextram insertare Leonteus,' ix. Theb. Sic Noster vi. 760. 'vincere furto.' 714. 'Furta negat Pyrrhus.' v. 8. 'Incessum furata ratis.'

13 *Longaque exustus febre*] Πυρετῷ, φλογισμῷ, ἢ καύματι. Hinc febrientes, καυματιζόμενοι, Plutarchus de sanitate: dicta etiam febris a fervore; ut Scaliger in conjectan.

14 *Seque objice morbi Tentum*] Τῆς νόσου ἐμποδών. Obex ab ob et jacio: producturi ergo tempus syllabæ geminant: breviaturi alterum, abjiciunt. Vide Scaliger. ad Tibul. i. 'Tentum,' autem pro detentum, de quo iii. 88.

18 *Nulloque dolore Factor*] Fractior, pro infractior, κεκλασμένος· οὐδὲ γὰρ νοσεῖ ἡ ἀρετὴ, Clem. Alexandrinus: 'Ingenium fregere meum mala,' Ovid. iv. Trist.

19 *Nervosque negantes Exigit*] Male substituere conati, *erigit.* Virg. 'Exegit cæcos rabies.' Lucan. 'cladesque omnes exegit in uno Sæva die,' lib. viii. et xiv. 'Exegere enses,' lib. vii. 'paucas victoria dextras Exegit,' lib. x. 'et pingues exige somnos.' Ovid. 'Jamque opus exegi,' et i. Metam. 'spatiis exegit quatuor annum.' Manil. 'Ut socias vires et amicos exegat ortus.' Item: 'viresque exegimus omnes:' ubi vides simile genus loquendi. Seneca initio de brevitate vitæ paulo aliter: 'Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti, minime conveniens sapienti viro lis est,' &c. Cicero, 'exigere viam,' Ver. iii. quod Pedianus explicat p. 113.

22 *Sua quælibet angit Gloria*] Malim, *quemlibet.* Vide iii. 342. Si 'quælibet' retinetur, sensus est: de sua laude cujusvis animum solicitum fuisse. Vide Papin. vii. ubi similis apparatus.

23 *Qui jaculis longe*] Πόῤῥωθεν, eminus.

24 *Vel Classe mereri Promtior*] Erat in libris, *ut classe.*

Promtior, agnosci petit, expectatque videntem
Percussura manus, et si quid nobile possit,
In tenebris sepelire pudet. Sic Martia pubes
Mutatis hæret animis, longique soporis
Impatiens, noctem vigiles expendit in usus,
In somnum non fracta levem, seseque vicissim
Excitat: hi tensos librant in bella lacertos,
Intenduntque gradus, pugiles pars plurima vultus
Exertat, partem vestis furatur ahena
In summos perducta pedes, ac denique jussi
Armantur pariter galea caput, ægide pectus,
Ense latus, pharetris humeros, et stipite dextras.
  His instructa fremit in lucem turba, morantem
Vix passura diem; noctis dispendia damnant,
Et Venerem, Tithone, tuam: cum prævia Phœbi
Amplexu gelido et sterili tardetur amore.
Vota virum valuisse putes, intensior orbem
Spiritus astriferum torquet, semperque negatis
Elidens modulis stupidas novus impetus aures

NOTÆ

25 *Expectatque videntem Percussura manus*] Testem scilicet et præconem fortitudinis.

32 *Pugiles pars plurima vultus Exertat*] Pugil a pugnando, Varro. ‘Pugiles vultus,’ ut VII. ‘pugiles vir surgat in annos:’ et eodem lib. 492. ‘et gladii pugiles,’ pro pugnaces. Aliquando ἀκμὴν torosum et compactum corporis robur ea voce signare videtur. Vide Proverbium ‘pugilice valere.’

33 *Partem vestis furatur ahena*] Arma. Sic postea, ‘ægide,’ pro parma, vel scuto.

37 *Morantem Vix passura diem, noctis dispendia damnant, &c.*] Pacatus in Paneg. p. 28. ‘Adeo quidem, ut castris ad castra collatis, quod præcipiti die manum conserere non poterat, spe victoriæ cum luce ventura, pervigil ageret: tardum solem, desertorem diem, annuum noctis æstivæ tempus criminaretur.’ Claud. de Nuptiis Honorii: ‘Incusat spes ægra moras, longique videntur Stare dies, segnisque rotam non volvere Phœbe.’

41 *Vota virum valuisse putes*] Vide I. 178.

42 *Semperque negatis Elidens modulis stupidas novus impetus aures, &c.*] Pythagoræ illud φιλοσόφημα de Harmonia siderum tangit: de quo Cicero in Somn. Scipionis: et Macrob. I. 6. Arist. VIII. Polit. Plato in Timæo, et Ficinus in comment. c. 28. et præfatione in Ionem. Plutarchus libro de animæ procreatione. Varro Attacinus in fragm. Chorographiæ: ‘Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes.’ Athenæus XIV. Basilius III. in Hexaëm. Censorinus de die Natali c. 13. Fracastorius in Siphilide. Martianus Capella VIII. de Nupt. Phi-

Phœbeum maturat iter. Sensere Pelasgi,
Sensit et ipse ducum princeps Ægæus Atrides
Adventare diem: mox nectens ordine puppes,
In mediis alnosque breves et vela minora
Claudit aquis: at turrigeras pelagique potentes
Et bellare avidas primos disponit in ictus.
Cumque metu prædone animi perculsa labarent
Agmina, et horrorem præsens instantia Martis
Incuteret, dux orsa movet, quis integrat iras,
Spem sancit, firmat animos, et roborat ausus.
  Ultores Danai, non nectere verba necesse,
Et longas cumulare preces: sese excitat ultro
Virtus; at quisquis pavidus timor obstruit aures,
Et precibus mens tarda negat, quin aspera rerum
Ni longum meminisse foret, sibi publica bellum

45 *Argæus* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

lol. Claud. de IV. Honorii Consulatu. Philo de opificio mundi p. 8. Ocellus Lucanus apud Stobæum c. 16. Prolixe Nicomachus Gerasenus I. Musices p. 66. Avienus 'numerum celsi modulaminis' I. vocat. Gerasenus Plutarchi ductum sequi videtur p. 1029. libro de Animæ procreat. Recte vero addit, 'semperque negatis;' quia dudum id a summo Philosopho factum de Cœlo II. 9. *κομψῶς*, inquit, *μὲν εἴρηται καὶ περιττῶς ὑπὸ τῶν εἰπόντων, οὐ μὲν οὕτω γ' ἔχει τὸ ἀληθές*. Basilius videatur etiam d. l. Solent Græci Patres, Chrysostomus sæpe, *χορείας ἄστρων*, ut Latini 'choreas astricas,' nominare: sed nihil hoc ad illam Musicam. Irenæus I. adversus Hæreses scripsit, Marcum quendam statuisse, primum cœlum sonare *α*, proximum *ε*, et sic ordine, indeque coalescere Pythagoræ concentum. Sed *φληνάφους μακροὺς καὶ γραῶν ὕθλους* texuit: vide Vossium ea de re in Rhetoricis. Illud non æque vulgo notum, quod eadem fide veri ex Xenocrate p. 944. Plutarchus scribit in libro de facie Lunæ; piorum animas suavissimam illam Harmoniam non exaudire, quamdiu in umbra Lunæ sunt: hinc æra pulsabant auxiliaria, ut ait Papinius, cum Luna delinquit. Id quoque huc facit, quod Cleanthes solem *πλῆκτρον* vocavit: quia *ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ἐρείδει τὰς αὐγὰς, οἷον πλήσσων τὸν κόσμον εἰς τὴν ἐναρμόνιον πορείαν τὸ φῶς ἄγει*. 'Elidit modulis:' quasi attritu fiat. Ovid. 'elisi nubibus ignis.' VI. Metam. Petron. 'elisæ vulnera pacis.'

50 *Cumque metu prædone animi*] Cointus VIII. *δέος δὲ βίην ἀμαθύνει Καὶ νόον*. *Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή*, Tyrtæus.

54 *Ultores Danai, &c.*] Ad hanc faciem Cæsar apud Lucanum, VII. suos animat. Virg. X. Lesbonactis in eo genere elegans est hortatoria inter Oratorum Græcorum Orationes p. 170. Refer huc Tyrtæi bellicas *προτροπὰς*, et Frontini I. 2.

Causa daret: patimur cuncti, nec sola maritos
Urit hyems: taceo veniales hospitis ausus,
Et castum prædonis opus, nec numina læsa
Conqueror: at solus in nostras sufficit iras
Laomedonteæ pacis rigor: hæccine regum
Et pietas, et clara fides? o barbara vere
Sævitia, exemploque carens, et cognita nulli
Asperitas! quisnam nudæ clausisset arenæ
Hospitium miseris, quos obvia Scylla, secuta
Tellus, et socio fregit Thetis hospita fluctu?
At Peleus Telamonque illic, genitusque Tonante
Amphitryoniades, et quos habuisse superstes
Græcia gaudet avos: minus haud tamen ausa profana
Barbaries, sprevitque Deos, generosque Deorum.
Dii melius, nec se lenta Tirynthius ira

NOTÆ

59 *Nec sola maritos Urit hyems*] Sic Virgilii in eadem re, 'nec solos tangit Atridas Iste dolor.' Vide lib. III. 341.

61 *Et castum prædonis opus*] Εἰρωνεύει.

66 *Quisnam nudæ clausisset arenæ Hospitium miseris*] Ex Virg. 'hospitio prohibemur arenæ:' quem et alibi imitatur, 'Cum tandem hostilis arenæ Allapsi gremio.'

67 *Obvia Scylla, secuta Tellus, et socio fregit Thetis hospita fluctu*] 'Tellus secuta,' Symplegadum notat scopulos, qui nave ad ductum columbæ transeunte, demum coierunt, et ex eo immobiles fuerunt. Vide Apollod. I. p. 49. Quod vero sequitur 'socio fregit Thetis hospita fluctu;' nihil aliud notat, quam illam maritimis moribus, ut Comicus ait, cum Argonautis non esse expertam, sed novas advenas instar hospitis placide excepisse. 'Frangere,' ut Horat. 'incurvare querela.' Silius, II. 'Pieria liquefacta lyra.' *Socio fregit Thetis hospita fluctu*] Frangere aliter hic exponendum, quam infra, 'et quos ter quina fregit Tirynthius alno:' hic enim est emolliit, demulsit; ut apud Silium II. 'durata virorum Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.' Sic Lucret. IV. 'Sed leviter pœnas frangit Venus inter amorem,' et V. 'Blanditiis facile ingenium frangere superbum,' Prop. II. 'Frangitur in tacito fœmina sæpe viro.' Inde Papin. Sylv. II. 'verba refringere,' et III. 'frangere sexum:' ut Noster paulo ante hoc libro: 'In somnum non fracta levem.' Ovid. 'Victaque mutati frangitur ira maris,' I. Trist. Ita Quintilianus in Seneca lancinat, quod 'rerum pondera minutissimis sententiis fregisset.' Varro II. de Re Rust. 'calores aut frigora se fregerunt.' Claud. in laude Serenæ; 'tu sola frementem Frangere, tu blando poteras sermone mederi.' Eodem modo Græci mollia, effœminata, κεκλασμένα, κατεαγότα vocant. Ita Cointus I. θυμὸν ἐαγώς. τίς οὐ κατακλᾶται ὀδυρμοῖς; Nazianz. Orat. XVI. p. 246.

Et Superos ultus, paucis in bella secutis
Accessit, vicit, rediit: bellum Hercule nullo
Nunc erit, et nullum sensit prior hostis Achillem.
Quod si gentiles animos cognoscere certum,
Certantesque ausus, dignetur nemo priorem,
Erubeat sibi quisque parem: quare, inclyta pubes,
Tende per imbellem gladiis ultoribus hostem,
Tende, age, juro Deos, facilem sine Marte triumphum,
Ignavumque queror: quid virtus alta, quid arma
Bellica? Terga dabunt omnes, et pectora nullus.
Perjurumne, viri, pœnas solvisse tyrannum
Sufficiat? cecidit non exorabilis hostis,
Infestus superest hospes: violentior ille,
Hic pejor: gladios igitur nec tela recondat
Debita, terrarum quisquis commercia, quisquis
Integrare toros, castasque impune sorores
Jungere securus curat. Quid plura? voluntas
Omnis in effectum causas habet. Ite volentes,
Ite, duces, arces nullæ, nulla arma morentur:
Et quos ter quina fregit Tirynthius alno,
Innumera calcate manu. Sic fatur, et ortum

89 *Castosque impune sopores* Ms. marg. Vide not.

NOTÆ

75 *Accessit, vicit, rediit*] Ad imitationem Cæsaris: 'Veni, vidi, vici,' quod puto formatum ad ductum veteris illius ab Aristotele allegati III. Rhet. 12. ἦλθον, ἀπήντησα, ἐδεόμην. Dio: πρὸς πόλεμον ἦλθε, καὶ εἶδεν αὐτὸν, καὶ ἐνίκησε. Florus de eadem re: 'More fulminis, quod uno eodemque momento, venit, percussit, abscessit.' Ausonius simili ἀσυνδέτῳ: 'Profectus, victus, vinctus, regi deditus.' Ita Maccabæorum II. 13. in fine, et cap. seq. ἐγάμησεν, εὐστάθησεν, ἐκένωσε βίον.

78 *Dignetur nemo priorem, Erubeat sibi quisque parem*] Ex illo Flori: 'nec hic ferebat parem, nec ille superiorem;' quod Lucanus: 'Nec quemquam jam ferre potest Cæsarve priorem, Pompeiusve parem.'

89 *Castasque impune sorores*] Al. *Castosque impune sopores:* utrumque probum.

90 *Voluntas Omnis in effectum causas habet*] Passivum illud innuit, promissum cadere in debitum, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, κατέλαβε τοὺς λόγους τὸ ἔργον, ut Chrysostomus loquitur, Homil. 32. in Matthæum p. 302. Dio Cocceius: μιμεῖσθαι τῷ ἔργῳ τοὺς λόγους. XLIII. p. 217. Ita Æschines ad Demosthenem: ἄψαι τῶν ἔργων, ἐπίδειξον ἡμῖν ὅ, τι λέγεις. Nazianz. Orat. 36. p. 581. ἔργον ἀπόδειξις διαθέσεως. Vide etiam Isidorum Pelusiot. I. Ep. 342. et III. 158.

Nox aperit proscripta diem, perjuraque labi
Pergama visuros vigiles properantior axes
Sol rapit, ipsi etiam lentas causantur habenas
Quadrijugi, volvique rogant intensius orbem.
Mira fides, ortus velox, et vespera nulla,
Luciferique sui Solis rota prævenit ignes.
Utque hilaris grato lux omine firmet Achivos,
Non oriens Titana rubor, non pallor Eous
Inficit: at puro, qualique in luce superbit,
Cum sine nube dies, et se confractior umbra
Colligit in conum, tali pater ore serenos
Orditur cursus: miratur Achæa juventus,
Duxque iterum: Superisne manus et tela negemus,
Inachidæ? vocat ecce Deus; Sol lætus anhelis
Instat equis, Neptunus aquas ac pervia mollit
Cœrula: credo equidem vires a gentibus istis:
Laomedonteo poscunt ex hoste triumphum:
Sed moror. Exclamant Danai, totoque resultat
Vox animosa freto. Non sic insibilat Auster
Frondibus hybernis, non tanto verna fragore
Flumina præcipitant montes, non flumina cautes.
Senserat Iliacæ custos Tritonidis Astur
Adventare rates, celerique incerta per urbem
Discursu rapiens vestigia, nuntiat arma,
Arma iterat. Quonam usque, viri, torpebitis? inquit,

104 *Contractior* Dresem.

NOTÆ

99 *Ortus velox, et vespera nulla*] Sine crepusculo, quod ποιητικώτατον cum sequentibus.

104 *Et se confractior umbra Colligit in conum*] Male: lege *contractior*. Ovid. III. ματαιοτεχνίας: 'Jamque dies medius tenues contraxerat umbras.' IV. 'donec decresceret umbra In medium surgente die.'

110 *Credo equidem vires a gentibus istis*] Εἰρωνεύει.

113 *Non sic insibilat Auster*] Ovid. XV. Metam. 'ubi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt.' Papin. VI. Theb. 'densisque insibilat aër Vulneribus.' lib. V. 'dominis assibilat aris.' Silius XII. 'jactæ in turmas per nubila flammæ Stridorem servant, membris insibilat ignis,' XIX. de Vulturno: 'patuloque insibilat ore.'

Ecce hostes, vidi ratibus tectum mare, jamque
Littus habent. Querulas tollit plebs credula voces,
Ac pueri lacrymis matres et voce secuti
Contendunt, gemitusque æquant, acuuntque tumultum.
 Hector, ut Europam totis adnare carinis
Audiit, extimuit paulum: mox mente reducta
Colligit in vires animum, seseque, quod ardens
Ausa fugam virtus, peregrino pulsa timore
Cesserit, incusat; rapit ilicet arma, nec agmen
Expectat, solusque effracto cardine, solus
Evolat: exiliunt pariter, longeque secuti
Stipantur Phrygii, sævos diffibulat urbem
Murus in egressus. At vix iter unda meantum
Expedit angustum: tot millibus arva secundis

NOTÆ

125 *Extimuit paulum: mox mente reducta Colligit in vires animum*] Seneca II. 3. De ira: 'Itaque et fortissimus plerumque vir, dum armatur, expalluit: et signo pugnæ dato, ferocissimo militi paululum genua tremuerunt: et magno imperatori, antequam inter se acies arietarent, cor exiluit: et oratori eloquentissimo, dum ad dicendum componitur, summa riguerunt.' Ita de Leone Lucanus I. '*Æ*stiferæ Libyes viso Leo cominus hoste, Subsedit dubius, totam dum colligit iram: Mox ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ,' &c. Aristot. tamen Histor. Animal. IX. 44. *οὐδέποτε φεύγει, οὔτε πτήσσει.* Papin. VI. de pugnaturis: 'Nil fixum cordi, pugnant exire, paventque, Concurrit summos animosum frigus in artus.'

129 *Solus Evolat*] Ita Corn. Manlius in Iliade apud Priscianum VII. 'celerissimus advolat Hector.'

130 *Longeque secuti Stipantur Phrygii*] Ut Papin. XIX. 'fugit omnis in imos Turba lacus, viridesque metu stipantur in algas.'

131 *Diffibulat urbem*] Papin. VI. 'Emicat, et torto chlamydem diffibulat auro.' Prudent. Psychom. 'avulsis exfibulat ilia zonis.' Sidon. Apollin. III. 3. 'laminarum vincula diffibulant.' Alcimus Avitus IV. 'Pallia blattarum spreto diffibulat auro.' Vide 'infibulare' apud Festum: et de fibula Marcellum Donatum in Dilucidat. ad Livium p. 81.

132 *At vix iter unda meantum Expedit angustum*] Virgil. 'Unda salutantum:' ut Nazianz. XX. 321. τοῦ λαοῦ πέλαγος. Papin. 'foribus immissa superbis Unda fremit vulgi.' Affluentem illum numerum, ut Suetonius vocat, varie Latini et Græci efferunt. 'Gregem ancillarum,' Terent. 'nubes,' 'nimbus,' 'globus,' 'gens,' 'manus,' 'examen,' 'mons,' 'agmen,' 'turbo,' passim Poëtæ. 'Imber rosarum,' Claudianus: 'vulgus stellarum,' Manilius: 'tempestas,' Silius: 'spiræ,' Ennius, ut exponit Festus in Spira. 'Scaturigo formicarum,' Apuleius: 'aërii populi,' aves, Manilio. Sidonius 'scelerum populus.' Florus, 'populus virorum.' 'Populus piscium,'

Troilus anticipat spatiis, hos tertius acer
Æquat Alexander, reliquos fert impetus idem,
Sed minor aut pedibus virtus, aut curribus ardor.
  Primus ut Argolicos tonsis certantibus Hector
Densius allabi cernit, quonam impetus? inquit,
Sistite, Tantalidæ, mediis concurrimus undis:
Tutores habet unda suos: sic fatus, anhelos
In fluctus admittit equos, propiusque minantem
Phyllacidæ puppim torta transverberat hasta,
Affigitque Lycum clavo, paucisque cachinnum
Asperat: I pelago tutus, non te æquor et Eurus
Excutient, stabili pinum moderabere dextra,
Phasiacas dum quæris opes. Turbantur Achivi;
Intendunt animos Phrygii; ferit astra tumultus
Dissonus: ast Echo dedignans barbara Græcum,
Frangit inexpletas iterato murmure voces.
  Ocyus Hysiphides vacuas rectoris habenas
Intuitus, subit ipse, et toto robore pinum
Præcipitat: volat illa, et sese infringit arenis
Iratæ similis, ac sicco naufraga portu
Explicat Hæmonidas. Mox cum perjura teneret
Littora, et invisas primus calcaret arenas,

NOTÆ

'plebs amnium et astrorum' Ennodius. Græci eodem modo *κύματα λαῶν*. Nonnus: *ποταμοὶ πυρός. πηγαὶ, κρουνοὶ* Pindarus. Ita passim *νέφος, νιφάδες, χύμα, χύσις, στόλος, ἑσμὸς, φῦλα, φάλαγγες. θίασος, στῖφος, συρφετὸς* Chrysost. ut et *πλημμύρα, δροῦγγος*, et quæ illius generis in ditissima lingua, prope infinita.

135 *Reliquos fert impetus idem*] Familiare Ovidio loquendi genus: 'Est mihi per sævas impetus ire feras:' aliis etiam usitatum. Sic 'illam fert impetus ipse volantem,' *καθ' ὁρμὴν*, Nazianz. Orat. XVII. p. 266. *ὁρμητικῶς ἔχει ῥόμβον*, vocat Pindarus: *μαιμάσσειν*, ut exponit Nazianzenus.

148 *Echo dedignans barbara Græcum*] Festus: 'Barbaricum appellatur clamor exercitus: videlicet, quod eo genere barbari utantur.' Barbari autem proprie Phryges dicti, ut monuit Josephus Scaliger, in conjectan. Meursius ad Lycophronem, p. 187. quod ex Horatio manifestum, 'Græcia barbariæ lento collisa duello.' Sic infra, cum ait de effuso sanguine: 'Phrygio Græcus sociare superbit:' *πολέμιον* et *ἄσπονδον* exprimere voluit.

152 *Et sese infringit arenis*] i. 'fractasque offendit arenas.' Virg. x. Æn. 'sulcumque sibi premat ipsa carina.' et postea: 'Namque inflicta vadis.' Papinius de Achille I. 'digitosque sonantes Infringit citharæ.'

Protesilaus, ait, iter hac, hac ibimus (inquit)
O socii, non tota Phrygum quam poscimus Ide,
Communes partimur agros. Hæc fatus, in enses
Irruit, et qua acies instat densissima, durum
Extorquet violentus iter, tres littoris Indi,
Quinque Arabes, septem Nabathææ gentis alumnos
Consumit victrice manu. Dabat obvia Phorbas
Pectora, et intenta veniebat turbidus hasta.
At ferus Hysiphides præciso stipite ferrum
Decutit, ac maculis ruptis, et casside fracta,
Pectore dividuo perducit in ilia telum.
  Stabat in occursu pelagi Chaldæus Orontes
Dumque rates inhibere parat, suspensus in ictum,
Fallit arena pedes, et inanes excipit ausus
Præcipitem mersura Thetis: premit Inacha pubes
Desuper, ille parens in gyros brachia spargit,
In mediis se librat aquis, nunc exerit ultro,

171 *Pares* Dresem.

NOTÆ

156 *Iter hac, hac ibimus, inquit*] Sic Hippomedon apud Papin. VII. et Capaneus X. 'Hac, ait, in Thebas, hac me jubet ardua virtus, Ire;' et apud Silium I. Murrus: 'Hac iter ést, inquit, vobis ad mœnia Romæ.'

162 *Dabat obvia Phorbas Pectora*] Nomina militum maximam partem a Papinio sumsit: pauca a Virgilio et Homero; pauciora ab Hygino et Dicty.

165 *Ac maculis ruptis, et casside fracta*] Per 'maculas' reticulum intelligo coriaceum, quo galea astringitur. Homer. Il. K. Meriones ibi dat Ulyssi *κυνέην*, quæ *πολέσιν ἔντοσθεν ἱμᾶσιν Ἐντέτατο στερεῶς*, vel loricæ annulos sive circulos ferreos aut coriaceos, quibus summum pectus tegebant. De lorica vide Lipsium de Militia Romana III. 6. Sunt autem annuli isti instar macularum et plagularum in reti, de quibus Josephus Scaliger in conject. p. 67. Manilius ad talia *πλέγματα* respiciens ait: 'Incautosque trahunt macularum vimine thynnos.'

166 *Pectore dividuo*] Horatii et Ovidii verbum: 'Et mihi dividuo findetur munere quadra.' 'Insula, dividua quam premit amnis aqua.'

171 *Ille parens in gyros brachia spargit*] *Male pavens* substituit Carolus, cum *pares* legendum sit, loquitur enim de natante. Sic Seneca: 'Spargenda est manus,' epist. 29. Silius IX. 'Scindunt se turmæ, prædicit spargere bellum,' et VII. 'spargentem in vulnera sævos Fraude fugæ calamos,' I. 'Qua sparsit ferrum, latus rubet æquore limes.'

Nunc caput immergit pelago, varioque timore
Aut longos haustus, aut tela prementia vitat.
Tandem dum fluctus gravior rimatur opacos,
Incidit in puppes, frontemque infigitur uncis.
Acrius incumbunt Phrygii, contra ira furentes
Et pudor Argolicos armat, nunc littora perdunt,
Nunc dubiam lucrantur humum: bibit unda cruorem
Alternum: at Phrygio Græcus sociare superbit.
Emicat immodicus animi, metuensque priorem
Solus in extremum jamjam proruperat agmen
Turbidus Hysiphides: populum vaga turba secutum
Non unam sævire manum creditque pavetque:
Ceu Mars ipse premit: acies prævectus utrasque
Liquerat, ardebatque arces calcare, relicti
Contemtor belli, sed anhelo fervidus Hector
Objicitur: Quonam usque? hic terminus, inquit, et ensem
Nudat atrox, conumque nihil tutante pyropo

184 *Pavetque, Ceu M. i. premat* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

176 *Frontemque infigitur uncis*] Ad imaginem Phocei apud Lucanum III. 704. 'Puppibus occurrit:' Noster, 'Incidit in puppes.' Uncum vero pro hamo adunco et incurvo sumit, ut inibi Lucanus: 'Et nimis affixos unci convellere morsus.' Juven. Sat. X. 'impacto Sejanus ducitur unco.'

177 *Acrius incumbunt Phrygii*] Papinius: 'Fortius incursant Tyrii,' unde Silius afformavit secum XV. 'Acrius hoc Italum pubes incurrit:' ut multa alia ex illo deducta; quibus æstimium magni illius Poëtæ augetur, cujus nomen nequaquam tam frivolis recessibus obscurari debuit, cum et vir doctus et Consularis, et aliquamdiu forte σύγχρονος tanti post unicum Virgilium illum fecerit.

180 *Phrygio Græcus sociare superbit*] Vide supra versu 148. ubi idem in Echo, sive, ut Varro lib. III. de re rustica, loquitur, 'resonante imagine fingit:' Forsan ad imitationem rogi Thebani, de quo Lucanus et Papinius. Vide similia etiam in avibus odia, quæ in Barbaros incurrunt, Græcis blandiuntur, apud Aristotelem in mirabilibus: quibus conjunge, quæ Meursius ad Lycophronem notat, p. 233.

183 *Turbidus Hysiphides*] Protesilaus. 'Protesilaë, tibi nomen sic fata dederunt, Victima quod Trojæ prima futurus erat,' Ausonius. Πρῶτος λαοῦ, vel πρῶτος ἱλάσατο τὸν θεόν: Græcorum enim classis solvit Iphigeniæ sanguine, appulit Protesilai cæde, quo Manilius respectum habere videtur, cum ait: 'classemque solutam Sanguine, et appulsam terris.' Vide Scaliger. ad Manil. p. 387. et in conjectaneis p. 146.

189 *Conumque nihil tutante pyropo*]

Phœbeum maturat iter. Sensere Pelasgi,
Sensit et ipse ducum princeps Ægæus Atrides
Adventare diem: mox nectens ordine puppes,
In mediis alnosque breves et vela minora
Claudit aquis: at turrigeras pelagique potentes
Et bellare avidas primos disponit in ictus.
Cumque metu prædone animi perculsa labarent
Agmina, et horrorem præsens instantia Martis
Incuteret, dux orsa movet, quis integrat iras,
Spem sancit, firmat animos, et roborat ausus.
  Ultores Danai, non nectere verba necesse,
Et longas cumulare preces: sese excitat ultro
Virtus; at quisquis pavidus timor obstruit aures,
Et precibus mens tarda negat, quin aspera rerum
Ni longum meminisse foret, sibi publica bellum

45 *Argæus* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

lol. Claud. de IV. Honorii Consulatu. Philo de opificio mundi p. 8. Ocellus Lucanus apud Stobæum c. 16. Prolixe Nicomachus Gerasenus I. Musices p. 66. Avienus 'numerum celsi modulaminis' I. vocat. Gerasenus Plutarchi ductum sequi videtur p. 1029. libro de Animæ procreat. Recte vero addit, 'semperque negatis;' quia dudum id a summo Philosopho factum de Cœlo II. 9. *κομψῶς*, inquit, *μὲν εἴρηται καὶ περιττῶς ὑπὸ τῶν εἰπόντων, οὐ μὲν οὕτω γ' ἔχει τὸ ἀληθές*. Basilius videatur etiam d. l. Solent Græci Patres, Chrysostomus sæpe, *χορείας ἄστρων*, ut Latini 'choreas astricas,' nominare: sed nihil hoc ad illam Musicam. Irenæus I. adversus Hæreses scripsit, Marcum quendam statuisse, primum cœlum sonare *α*, proximum *ε*, et sic ordine, indeque coalescere Pythagoræ concentum. Sed *φληνάφους μακροὺς καὶ γραῶν ὕθλους* texuit: vide Vossium ea de re in Rhetoricis. Illud non æque vulgo notum, quod eadem fide veri ex Xenocrate p. 944. Plutarchus scribit in libro de facie Lunæ; piorum animas suavissimam illam Harmoniam non exaudire, quamdiu in umbra Lunæ sunt: hinc æra pulsabant auxiliaria, ut ait Papinius, cum Luna delinquit. Id quoque huc facit, quod Cleanthes solem *πλῆκτρον* vocavit: quia *ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ἐρείδει τὰς αὐγὰς, οἷον πλήσσων τὸν κόσμον εἰς τὴν ἐναρμόνιον πορείαν τὸ φῶς ἄγει*. 'Elidit modulis:' quasi attritu fiat. Ovid. 'elisi nubibus ignis.' VI. Metam. Petron. 'elisæ vulnera pacis.'

50 *Cumque metu prædone animi*] Cointus VIII. *δέος δὲ βίην ἀμαθύνει Καὶ νόον*. *Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή*, Tyrtæus.

54 *Ultores Danai, &c.*] Ad hanc faciem Cæsar apud Lucanum, VII. suos animat. Virg. X. Lesbonactis in eo genere elegans est hortatoria inter Oratorum Græcorum Orationes p. 170. Refer huc Tyrtæi bellicas *προτροπὰς*, et Frontini I. 2.

Causa daret: patimur cuncti, nec sola maritos
Urit hyems: taceo veniales hospitis ausus,
Et castum prædonis opus, nec numina læsa
Conqueror: at solus in nostras sufficit iras
Laomedonteæ pacis rigor: hæccine regum
Et pietas, et clara fides? o barbara vere
Sævitia, exemploque carens, et cognita nulli
Asperitas! quisnam nudæ clausisset arenæ
Hospitium miseris, quos obvia Scylla, secuta
Tellus, et socio fregit Thetis hospita fluctu?
At Peleus Telamonque illic, genitusque Tonante
Amphitryoniades, et quos habuisse superstes
Græcia gaudet avos: minus haud tamen ausa profana
Barbaries, sprevitque Deos, generosque Deorum.
Dii melius, nec se lenta Tirynthius ira

NOTÆ

59 *Nec sola maritos Urit hyems*] Sic Virgilii in eadem re, 'nec solos tangit Atridas Iste dolor.' Vide lib. III. 341.

61 *Et castum prædonis opus*] Εἰρωνεύει.

66 *Quisnam nudæ clausisset arenæ Hospitium miseris*] Ex Virg. 'hospitio prohibemur arenæ:' quem et alibi imitatur, 'Cum tandem hostilis arenæ Allapsi gremio.'

67 *Obvia Scylla, secuta Tellus, et socio fregit Thetis hospita fluctu*] 'Tellus secuta,' Symplegadum notat scopulos, qui nave ad ductum columbæ transeunte, demum coierunt, et ex eo immobiles fuerunt. Vide Apollod. I. p. 49. Quod vero sequitur 'socio fregit Thetis hospita fluctu;' nihil aliud notat, quam illam maritimis moribus, ut Comicus ait, cum Argonautis non esse expertam, sed novas advenas instar hospitis placide excepisse. 'Frangere,' ut Horat. 'incurvare querela.' Silius, II. 'Pieria liquefacta lyra.' *Socio fregit Thetis hospita fluctu*] Frangere aliter hic exponendum, quam infra, 'et quos ter quina fregit Tirynthius alno:' hic enim est emolliit, demulsit; ut apud Silium II. 'durata virorum Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.' Sic Lucret. IV. 'Sed leviter pœnas frangit Venus inter amorem,' et V. 'Blanditiis facile ingenium frangere superbum,' Prop. II. 'Frangitur in tacito fœmina sæpe viro.' Inde Papin. Sylv. II. 'verba refringere,' et III. 'frangere sexum:' ut Noster paulo ante hoc libro: 'In somnum non fracta levem.' Ovid. 'Victaque mutati frangitur ira maris,' I. Trist. Ita Quintilianus in Seneca lancinat, quod 'rerum pondera minutissimis sententiis fregisset.' Varro II. de Re Rust. 'calores aut frigora se fregerunt.' Claud. in laude Serenæ; 'tu sola frementem Frangere, tu blando poteras sermone mederi.' Eodem modo Græci mollia, effœminata, κεκλασμένα, κατεαγότα vocant. Ita Cointus I. θυμὸν ἐαγώς. τίς οὐ κατακλᾶται ὀδυρμοῖς; Nazianz. Orat. XVI. p. 246.

Et Superos ultus, paucis in bella secutis
Accessit, vicit, rediit: bellum Hercule nullo
Nunc erit, et nullum sensit prior hostis Achillem.
Quod si gentiles animos cognoscere certum,
Certantesque ausus, dignetur nemo priorem,
Erubeat sibi quisque parem: quare, inclyta pubes,
Tende per imbellem gladiis ultoribus hostem,
Tende, age, juro Deos, facilem sine Marte triumphum,
Ignavumque queror: quid virtus alta, quid arma
Bellica? Terga dabunt omnes, et pectora nullus.
Perjurumne, viri, pœnas solvisse tyrannum
Sufficiat? cecidit non exorabilis hostis,
Infestus superest hospes: violentior ille,
Hic pejor: gladios igitur nec tela recondat
Debita, terrarum quisquis commercia, quisquis
Integrare toros, castasque impune sorores
Jungere securus curat. Quid plura? voluntas
Omnis in effectum causas habet. Ite volentes,
Ite, duces, arces nullæ, nulla arma morentur:
Et quos ter quina fregit Tirynthius alno,
Innumera calcate manu. Sic fatur, et ortum

89 *Castosque impune sopores* Ms. marg. Vide not.

NOTÆ

75 *Accessit, vicit, rediit*] Ad imitationem Cæsaris: 'Veni, vidi, vici,' quod puto formatum ad ductum veteris illius ab Aristotele allegati III. Rhet. 12. ἦλθον, ἀπήντησα, ἐδεόμην. Dio: πρὸς πόλεμον ἦλθε, καὶ εἶδεν αὐτὸν, καὶ ἐνίκησε. Florus de eadem re: 'More fulminis, quod uno eodemque momento, venit, percussit, abscessit.' Ausonius simili ἀσυνδέτῳ: 'Profectus, victus, vinctus, regi deditus.' Ita Maccabæorum II. 13. in fine, et cap. seq. ἠγάμησεν, εὐστάθησεν, ἐκένωσε βίον.

78 *Dignetur nemo priorem, Erubeat sibi quisque parem*] Ex illo Flori: 'nec hic ferebat parem, nec ille superiorem;' quod Lucanus: 'Nec quemquam jam ferre potest Cæsarve priorem, Pompeiusve parem.'

89 *Castasque impune sorores*] Al. *Castosque impune sopores:* utrumque probum.

90 *Voluntas Omnis in effectum causas habet*] Passivum illud innuit, promissum cadere in debitum, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, κατέλαβε τοὺς λόγους τὸ ἔργον, ut Chrysostomus loquitur, Homil. 32. in Matthæum p. 302. Dio Cocceius: μιμεῖσθαι τῷ ἔργῳ τοὺς λόγους. XLIII. p. 217. Ita Æschines ad Demosthenem: ἅψαι τῶν ἔργων, ἐπίδειξον ἡμῖν ὅ, τι λέγεις. Nazianz. Orat. 36. p. 681. ἔργον ἀπόδειξις διαθέσεως. Vide etiam Isidorum Pelusiot. I. Ep. 342. et III. 158.

Nox aperit proscripta diem, perjuraque labi
Pergama visuros vigiles properantior axes
Sol rapit, ipsi etiam lentas causantur habenas
Quadrijugi, volvique rogant intensius orbem.
Mira fides, ortus velox, et vespera nulla,
Luciferique sui Solis rota prævenit ignes.
  Utque hilaris grato lux omine firmet Achivos,
Non oriens Titana rubor, non pallor Eous
Inficit: at puro, qualique in luce superbit,
Cum sine nube dies, et se confractior umbra
Colligit in conum, tali pater ore serenos
Orditur cursus: miratur Achæa juventus,
Duxque iterum: Superisne manus et tela negemus,
Inachidæ? vocat ecce Deus; Sol lætus anhelis
Instat equis, Neptunus aquas ac pervia mollit
Cœrula: credo equidem vires a gentibus istis:
Laomedonteo poscunt ex hoste triumphum:
Sed moror. Exclamant Danai, totoque resultat
Vox animosa freto. Non sic insibilat Auster
Frondibus hybernis, non tanto verna fragore
Flumina præcipitant montes, non flumina cautes.
  Senserat Iliacæ custos Tritonidis Astur
Adventare rates, celerique incerta per urbem
Discursu rapiens vestigia, nuntiat arma,
Arma iterat. Quonam usque, viri, torpebitis? inquit,

104 *Contractior* Dresem.

NOTÆ

99 *Ortus velox, et vespera nulla*] Sine crepusculo, quod ποιητικώτατον cum sequentibus.

104 *Et se confractior umbra Colligit in conum*] Male: lege *contractior*. Ovid. III. *ματαιοτεχνίας*: 'Jamque dies medius tenues contraxerat umbras.' IV. 'donec decresceret umbra In medium surgente die.'

110 *Credo equidem vires a gentibus istis*] Εἰρωνεύει.

113 *Non sic insibilat Auster*] Ovid. XV. Metam. 'ubi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt.' Papin. VI. Theb. 'densisque insibilat aër Vulneribus.' lib. V. 'dominis assibilat auris.' Silius XII. 'jactæ in turmas per nubila flammæ Stridorem servant, membris insibilat ignis,' XIX. de Vulturno: 'patuloque insibilat ore.'

Ecce hostes, vidi ratibus tectum mare, jamque
Littus habent. Querulas tollit plebs credula voces,
Ac pueri lacrymis matres et voce secuti
Contendunt, gemitusque æquant, acuuntque tumultum.
  Hector, ut Europam totis adnare carinis
Audiit, extimuit paulum: mox mente reducta
Colligit in vires animum, seseque, quod ardens
Ausa fugam virtus, peregrino pulsa timore
Cesserit, incusat; rapit ilicet arma, nec agmen
Expectat, solusque effracto cardine, solus
Evolat: exiliunt pariter, longeque secuti
Stipantur Phrygii, sævos diffibulat urbem
Murus in egressus. At vix iter unda meantum
Expedit angustum: tot millibus arva secundis

NOTÆ

125 *Extimuit paulum: mox mente reducta Colligit in vires animum*] Seneca II. 3. De ira: 'Itaque et fortissimus plerumque vir, dum armatur, expalluit: et signo pugnæ dato, ferocissimo militi paululum genua tremuerunt: et magno imperatori, antequam inter se acies arietarent, cor exiluit: et oratori eloquentissimo, dum ad dicendum componitur, summa riguerunt.' Ita de Leone Lucanus I. '*Æ*stiferæ Libyes viso Leo cominus hoste, Subsedit dubius, totam dum colligit iram: Mox ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ,' &c. Aristot. tamen Histor. Animal. IX. 44. οὐδέποτε φεύγει, οὔτε πτήσσει. Papin. VI. de pugnaturis: 'Nil fixum cordi, pugnant exire, paventque, Concurrit summos animosum frigus in artus.'

129 *Solus Evolat*] Ita Corn. Manlius in Iliade apud Priscianum VII. 'celerissimus advolat Hector.'

130 *Longeque secuti Stipantur Phrygii*] Ut Papin. XIX. 'fugit omnis in imos Turba lacus, viridesque metu stipantur in algas.'

131 *Diffibulat urbem*] Papin. VI. 'Emicat, et torto chlamydem diffibulat auro.' Prudent. Psychom. 'avulsis exfibulat ilia zonis.' Sidon. Apollin. III. 8. 'laminarum vincula diffibulant.' Alcimus Avitus IV. 'Pallia blattarum spreto diffibulat auro.' Vide 'infibulare' apud Festum: et de fibula Marcellum Donatum in Dilucidat. ad Livium p. 81.

132 *At vix iter unda meantum Expedit angustum*] Virgil. 'Unda salutantum:' ut Nazianz. XX. 321. τοῦ λαοῦ πέλαγος. Papin. 'foribus immissa superbis Unda fremit vulgi.' Affluentem illum numerum, ut Suetonius vocat, varie Latini et Græci efferunt. 'Gregem ancillarum,' Terent. 'nubes,' 'nimbus,' 'globus,' 'gens,' 'manus,' 'examen,' 'mons,' 'agmen,' 'turbo,' passim Poëtæ. 'Imber rosarum,' Claudianus: 'vulgus stellarum,' Manilius: 'tempestas,' Silius: 'spiræ,' Ennius, ut exponit Festus in Spira. 'Scaturigo formicarum,' Apuleius: 'aërii populi,' aves, Manilio. Sidonius 'scelerum populus.' Florus, 'populus virorum.' 'Populus piscium,'

Troilus anticipat spatiis, hos tertius acer
Æquat Alexander, reliquos fert impetus idem,
Sed minor aut pedibus virtus, aut curribus ardor.
Primus ut Argolicos tonsis certantibus Hector
Densius allabi cernit, quonam impetus? inquit,
Sistite, Tantalidæ, mediis concurrimus undis:
Tutores habet unda suos: sic fatus, anhelos
In fluctus admittit equos, propiusque minantem
Phyllacidæ puppim torta transverberat hasta,
Affigitque Lycum clavo, paucisque cachinnum
Asperat: I pelago tutus, non te æquor et Eurus
Excutient, stabili pinum moderabere dextra,
Phasiacas dum quæris opes. Turbantur Achivi;
Intendunt animos Phrygii; ferit astra tumultus
Dissonus: ast Echo dedignans barbara Græcum,
Frangit inexpletas iterato murmure voces.
Ocyus Hysiphides vacuas rectoris habenas
Intuitus, subit ipse, et toto robore pinum
Præcipitat: volat illa, et sese infringit arenis
Iratæ similis, ac sicco naufraga portu
Explicat Hæmonidas. Mox cum perjura teneret
Littora, et invisas primus calcaret arenas,

NOTÆ

'plebs amnium et astrorum' Ennodius. Græci eodem modo *κύματα λαῶν*. Nonnus: *ποταμοὶ πυρός. πηγαὶ, κρουνοὶ* Pindarus. Ita passim *νέφος, νιφάδες, χύμα, χύσις, στόλος, ἑσμὸς, φῦλα, φάλαγγες. θίασος, στίφος, συρφετὸς* Chrysost. ut et *πλημμύρα, δροῦγγος*, et quæ illius generis in ditissima lingua, prope infinita.

135 *Reliquos fert impetus idem*] Familiare Ovidio loquendi genus: 'Est mihi per sævas impetus ire feras:' aliis etiam usitatum. Sic 'illam fert impetus ipse volantem,' *καθ' ὁρμὴν*, Nazianz. Orat. XVII. p. 266. *ὁρμητικῶς ἔχει ῥόμβον*, vocat Pindarus: *μαιμάσσειν*, ut exponit Nazianzenus.

148 *Echo dedignans barbara Græcum*] Festus: 'Barbaricum appellatur clamor exercitus: videlicet, quod eo genere barbari utantur.' Barbari autem proprie Phryges dicti, ut monuit Josephus Scaliger, in conjectan. Meursius ad Lycophronem, p. 137. quod ex Horatio manifestum, 'Græcia barbariæ lento collisa duello.' Sic infra, cum ait de effuso sanguine: 'Phrygio Græcus sociare superbit:' *πολέμιον* et *ἄσπονδον* exprimere voluit.

152 *Et sese infringit arenis*] i. 'fractasque offendit arenas.' Virg. X. Æn. 'sulcumque sibi premat ipsa carina.' et postea: 'Namque inflicta vadis.' Papinius de Achille I. 'digitosque sonantes Infringit citharæ.'

Protesilaus, ait, iter hac, hac ibimus (inquit)
O socii, non tota Phrygum quam poscimus Ide,
Communes partimur agros. Hæc fatus, in enses
Irruit, et qua acies instat densissima, durum
Extorquet violentus iter, tres littoris Indi,
Quinque Arabes, septem Nabathææ gentis alumnos
Consumit victrice manu. Dabat obvia Phorbas
Pectora, et intenta veniebat turbidus hasta.
At ferus Hysiphides præciso stipite ferrum
Decutit, ac maculis ruptis, et casside fracta,
Pectore dividuo perducit in ilia telum.
Stabat in occursu pelagi Chaldæus Orontes
Dumque rates inhibere parat, suspensus in ictum,
Fallit arena pedes, et inanes excipit ausus
Præcipitem mersura Thetis: premit Inacha pubes
Desuper, ille parens in gyros brachia spargit,
In mediis se librat aquis, nunc exerit ultro,

171 *Pares* Dresem.

NOTÆ

156 *Iter hac, hac ibimus, inquit*] Sic Hippomedon apud Papin. VII. et Capaneus X. 'Hac, ait, in Thebas, hac me jubet ardua virtus, Ire;' et apud Silium I. Murrus: 'Hac iter ést, inquit, vobis ad mœnia Romæ.'

162 *Dabat obvia Phorbas Pectora*] Nomina militum maximam partem a Papinio sumsit: pauca a Virgilio et Homero; pauciora ab Hygino et Dicty.

165 *Ac maculis ruptis, et casside fracta*] Per 'maculas' reticulum intelligo coriaceum, quo galea astringitur. Homer. Il. K. Meriones ibi dat Ulyssi *κυνέην*, quæ *πολέσιν ἔντοσθεν ἱμᾶσιν Ἐντέτατο στερεῶς*, vel loricæ annulos sive circulos ferreos aut coriaceos, quibus summum pectus tegebant. De lorica vide Lipsium de Militia Romana III. 6. Sunt autem annuli isti instar macularum et plagularum in reti, de quibus Josephus Scaliger in conject. p. 67. Manilius ad talia *πλέγματα* respiciens ait: 'Incautosque trahunt macularum vimine thynnos.'

166 *Pectore dividuo*] Horatii et Ovidii verbum: 'Et mihi dividuo findetur munere quadra.' 'Insula, dividua quam premit amnis aqua.'

171 *Ille parens in gyros brachia spargit*] *Male pavens* substituit Carolus, cum *pares* legendum sit, loquitur enim de natante. Sic Seneca: 'Spargenda est manus,' epist. 29. Silius IX. 'Scindunt se turmæ, prædicit spargere bellum,' et VII. 'spargentem in vulnera sævos Fraude fugæ calamos,' I. 'Qua sparsit ferrum, latus rubet æquore limes.'

Nunc caput immergit pelago, varioque timore
Aut longos haustus, aut tela prementia vitat.
Tandem dum fluctus gravior rimatur opacos,
Incidit in puppes, frontemque infigitur uncis.
  Acrius incumbunt Phrygii, contra ira furentes
Et pudor Argolicos armat, nunc littora perdunt,
Nunc dubiam lucrantur humum: bibit unda cruorem
Alternum: at Phrygio Græcus sociare superbit.
Emicat immodicus animi, metuensque priorem
Solus in extremum jamjam proruperat agmen
Turbidus Hysiphides: populum vaga turba secutum
Non unam sævire manum creditque pavetque:
Ceu Mars ipse premit: acies prævectus utrasque
Liquerat, ardebatque arces calcare, relicti
Contemtor belli, sed anhelo fervidus Hector
Objicitur: Quonam usque? hic terminus, inquit, et ensem
Nudat atrox, conumque nihil tutante pyropo

184 *Pavetque, Ceu M. i. premat* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

176 *Frontemque infigitur uncis*] Ad imaginem Phocei apud Lucanum III. 704. 'Puppibus occurrit:' Noster, 'Incidit in puppes.' Uncum vero pro hamo adunco et incurvo sumit, ut inibi Lucanus: 'Et nimis affixos unci convellere morsus.' Juven. Sat. X. 'impacto Sejanus ducitur unco.'

177 *Acrius incumbunt Phrygii*] Papinius: 'Fortius incursant Tyrii,' unde Silius afformavit secum XV. 'Acrius hoc Italum pubes incurrit:' ut multa alia ex illo deducta; quibus æstimium magni illius Poëtæ augetur, cujus nomen nequaquam tam frivolis recessibus obscurari debuit, cum et vir doctus et Consularis, et aliquamdiu forte σύγχρονος tanti post unicum Virgilium illum fecerit.

180 *Phrygio Græcus sociare superbit*] Vide supra versu 148. ubi idem in Echo, sive, ut Varro lib. III. de re rustica, loquitur, 'resonante imagine fingit:' Forsan ad imitationem rogi Thebani, de quo Lucanus et Papinius. Vide similia etiam in avibus odia, quæ in Barbaros incurrunt, Græcis blandiuntur, apud Aristotelem in mirabilibus: quibus conjunge, quæ Meursius ad Lycophronem notat, p. 233.

183 *Turbidus Hysiphides*] Protesilaus. 'Protesilaë, tibi nomen sic fata dederunt, Victima quod Trojæ prima futurus erat,' Ausonius. Πρῶτος λαοῦ, vel πρῶτος ἱλάσατο τὸν θεόν: Græcorum enim classis solvit Iphigeniæ sanguine, appulit Protesilai cæde, quo Manilius respectum habere videtur, cum ait: 'classemque solutam Sanguine, et appulsam terris.' Vide Scaliger. ad Manil. p. 387. et in conjectaneis p. 146.

189 *Conumque nihil tutante pyropo*]

In pectus consedit ebur: mox intonat orsis,
Quisquis es, i felix, reliquisque superbior umbris,
Hectorea mactate manu. Ruit unicus ille,
Laodamia, tuus, fidæque oblitus amantis
Non timidas in bella preces, non mollia jussa
Pertulerat: primos teneri respectus amoris
Cessit ad armorum fremitus: at nescia fati
Hæmonis absentem suspirat mœsta maritum,
Et non sensuros vultus premit, oscula figens

NOTÆ

Virgilius: 'Et conum insignis galeæ, cristasque comantes.' Silius: 'conos implumes,' vi. lib. ii. 399. 'vibrant cui vertice coni Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.' Sumunt autem poëtæ conum vel pro ornamentis galeæ, vel apice cui pennas inserebant. Papin. viii. 'stant vertice coni,' eodem lib. 'nusquam ardua coni Gloria,' xii. 'nutantis vertice coni.' Conus vero Heroibus triplex erat. Interpres Euripidis in Oreste: ἥρωες τριλόφοις ἐχρῶντο. Sed Poëtæ etiam, Τετράφαλος φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ, cum Apollonio canunt. Vide Polybium vi. 424. et Paschalium cum ambitu de cono galeæ agentem x. de coronis 19. De pyropo, an gemmam, quod Noster innuere videtur, an æs Cyprium notet, quod aliis placet, vide Pancirollum, et illius ampliatorem Salmuthum capite de pyropo.

190 *In pectus consedit ebur*] Philostratus in Heroicis aliter, καὶ τὴν οὐλὴν ἐντετυπῶσθαι τῷ μηρῷ, τὸ γὰρ τραῦμα συναπορρίψασθαί φασι τῷ σώματι. Ebur autem vel in capulo gladii erat, vel vaginæ erant eburneæ. Hinc Noster pro gladio alibi usurpat, vi. 'cur stringis eburnos, Diis invise, Deos?' Hic de capulo intelligas. Philippo Macedoni oraculum datum Trophonium, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα: quod alii ad currum capulo gladii Pausanici insculptum, alii ad paludem Thebanam referunt: Ælianus iii. 45. Var. Hist. Alcæus apud Hephæstionem: ἐλεφαντίναν λαβὰν τοῦ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων. Spartianus de Hadriano p. 290. 'capulo vix eburneo spatham clauderet.' Hinc Virgil. xi. Æneid. 'ensem collo suspendit eburnum,' et ix. 'vaginam eburnam:' unde proverbium: 'Plumbeus gladius in vagina eburnea.' Diog. Laërtius in Diog. vi. p. 406. Prudent. ψυχομ. 'ebur infelix decorisque pudendi Signa abicit.' De capulo sunt illa Nostri, vi. 'In clypeo consedit ebur,' ii. 'In capulo crudescit ebur.' 'Non madidum mucronis ebur.' Συνεκδοχῇ varias respicit, pro luxuria veterum, materias. Sic apud Claudian. de laudibus Stil. 'dextræque tegendum Diva simul porrexit ebur.' Seneca Epist. 76. 'navis, cujus tutela ebore cælata est.' Lucanus lib. x. 'ebur atria vestit.' Ovid. Eleg. v. 4. de Ponto: 'Conspicuum signis cum premet altus ebur.' 'Pharetræ ex ebore,' viii. Met. 'mensæ' apud Juvenalem.

191 *Felix, reliquisque superbior umbris*] Ita Capaneus x. Theb. 'multumque aliis jactantior umbris.' Et illud Virgil. 'Æneæ magni dextra cadis.' Ita Silius viii. 'haud alia decuit te occumbere dextra.'

198 *Et non sensuros vultus premit, oscula figens Ceres*] Ita Lucretius, iv.

Cerea, difficilesque Deos in vota fatigat
Nequicquam; jacet ille quidem, lapsusque jugales
Impedit, et curru non agnoscente fatiscit.
  Hunc ubi præcipitem volvi videre Pelasgi,
Pennificat formido gradus, stimulatque volucres
Ire pedes: cunctis iter est ad littora longum
Et tardum repetisse rates. At fulminis instar
Prosilit Æacides, et formidabile frendens,
Proh pudor! Inachidæ, vix dum præsensimus hostes,
Et jam terga damus, inquit: sylvæque trabalis
Robur, in obliquas quæ carbasa porrigit auras,
Corripit, atque iterat, Nunc o, nunc nemo sequatur,
Solus eam; vincam solus. Fugit ilicet omnis
Turba Phrygum: non arva modo non littora nudant;
Sed quicquid pontum Phrygiasque interjacet arces
Accessu vacuo Danais patet: ultimus Hector
Tanquam instans cedit, indignatusque moranti
Arva legit gressu: cogit moderantius ipse
Æacides, flectitque gradum, et quia neuter in armis

NOTÆ

'cerea persona;' quamvis libri variant. Ovidius in Laodamiæ epistola: 'Quæ vultus referat est mihi cera tuos.' De Remedio Am. II. 'Si potes, et ceras remove: quid imagine muta Carperis? hoc periit Laodamia modo.' Vide Pierii Valeriani epistolam Protesilai responsoriam, et totam rem apud Hyginum fab. 104. ubi simulacrum 'æreum' pro *cereum* male, ut multa alia, in illo auctore legitur. Hygino et illud contrarium, quod viso marito expirasse fingitur, vel, ut alii, Protesilaum reditum impetrasse. Propert. I. 'Non ego nunc,' &c. Ita Livius Andronicus Laodamiam introduxit reditum exorantem conjugis. Hieronymus illam occiso marito noluisse supervivere scribit, adversus Jovinian. I. p. 184. Vide Papinium v. Sylvarum, ubi tamen Politianus politissimus per Phylaceida Alcestim intelligit.

199 *Difficilesque Deos in vota fatigat*] Papin. v. Sylv. 'Superosque in vota fatigat.' Vide lib. II. 499.

200 *Lapsusque jugales Impedit, et curru non agnoscente fatiscit*] Prius de equis Protesilai implicatis capio; alterum de curru non agnoscente refero ad illud Virgilii Georg. I. fin. 'Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.'

203 *Pennificat formido gradus*] Ad Virgiliii illa respicit, 'pedibus timor addidit alas,' *πόδες ὅπλα λαγωῶν*. 'Pennificat' vero format, ut Val. Flaccus I. 'terrificat,' ut Plinius 'clarificat' XX. 23.

206 *Et formidabile frendens*] Homerus Il. H. *Μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι*: unde Virgilius deduxit, 'risit mixta Mezentius ira.' Papin. VIII. de Tydeo: 'et formidabile ridens.'

Ecce hostes, vidi ratibus tectum mare, jamque
Littus habent. Querulas tollit plebs credula voces,
Ac pueri lacrymis matres et voce secuti
Contendunt, gemitusque æquant, acuuntque tumultum.
  Hector, ut Europam totis adnare carinis
Audiit, extimuit paulum: mox mente reducta
Colligit in vires animum, seseque, quod ardens
Ausa fugam virtus, peregrino pulsa timore
Cesserit, incusat; rapit ilicet arma, nec agmen
Expectat, solusque effracto cardine, solus
Evolat: exiliunt pariter, longeque secuti
Stipantur Phrygii, sævos diffibulat urbem
Murus in egressus. At vix iter unda meantum
Expedit angustum: tot millibus arva secundis

NOTÆ

125 *Extimuit paulum: mox mente reducta Colligit in vires animum*] Seneca II. 3. De ira: 'Itaque et fortissimus plerumque vir, dum armatur, expalluit: et signo pugnæ dato, ferocissimo militi paululum genua tremuerunt: et magno imperatori, antequam inter se acies arietarent, cor exiluit: et oratori eloquentissimo, dum ad dicendum componitur, summa riguerunt.' Ita de Leone Lucanus I. '*Æ*stiferæ Libyes viso Leo cominus hoste, Subsedit dubius, totam dum colligit iram: Mox ubi se sævæ stimulavit verbere caudæ,' &c. Aristot. tamen Histor. Animal. IX. 44. *οὐδέποτε φεύγει, οὔτε πτήσσει.* Papin. VI. de pugnaturis: 'Nil fixum cordi, pugnant exire, paventque, Concurrit summos animosum frigus in artus.'

129 *Solus Evolat*] Ita Corn. Manlius in Iliade apud Priscianum VII. 'celerissimus advolat Hector.'

130 *Longeque secuti Stipantur Phrygii*] Ut Papin. XIX. 'fugit omnis in imos Turba lacus, viridesque metu stipantur in algas.'

131 *Diffibulat urbem*] Papin. VI. 'Emicat, et torto chlamydem diffibulat auro.' Prudent. Psychom. 'avulsis exfibulat ilia zonis.' Sidon. Apollin. III. 3. 'laminarum vincula diffibulant.' Alcimus Avitus IV. 'Pallia blattarum spreto diffibulat auro.' Vide 'infibulare' apud Festum: et de fibula Marcellum Donatum in Dilucidat. ad Livium p. 81.

132 *At vix iter unda meantum Expedit angustum*] Virgil. 'Unda salutantum:' ut Nazianz. XX. 321. τοῦ λαοῦ πέλαγος. Papin. 'foribus immissa superbis Unda fremit vulgi.' Affluentem illum numerum, ut Suetonius vocat, varie Latini et Græci efferunt. 'Gregem ancillarum,' Terent. 'nubes,' 'nimbus,' 'globus,' 'gens,' 'manus,' 'examen,' 'mons,' 'agmen,' 'turbo,' passim Poëtæ. 'Imber rosarum,' Claudianus: 'vulgus stellarum,' Manilius: 'tempestas,' Silius: 'spiræ,' Ennius, ut exponit Festus in Spira. 'Scaturigo formicarum,' Apuleius: 'aërii populi,' aves, Manilio. Sidonius 'scelerum populus.' Florus, 'populus virorum.' 'Populus piscium,'

Troilus anticipat spatiis, hos tertius acer
Æquat Alexander, reliquos fert impetus idem,
Sed minor aut pedibus virtus, aut curribus ardor.
Primus ut Argolicos tonsis certantibus Hector
Densius allabi cernit, quonam impetus? inquit,
Sistite, Tantalidæ, mediis concurrimus undis:
Tutores habet unda suos: sic fatus, anhelos
In fluctus admittit equos, propiusque minantem
Phyllacidæ puppim torta transverberat hasta,
Affigitque Lycum clavo, paucisque cachinnum
Asperat: I pelago tutus, non te æquor et Eurus
Excutient, stabili pinum moderabere dextra,
Phasiacas dum quæris opes. Turbantur Achivi;
Intendunt animos Phrygii; ferit astra tumultus
Dissonus: ast Echo dedignans barbara Græcum,
Frangit inexpletas iterato murmure voces.
Ocyus Hysiphides vacuas rectoris habenas
Intuitus, subit ipse, et toto robore pinum
Præcipitat: volat illa, et sese infringit arenis
Iratæ similis, ac sicco naufraga portu
Explicat Hæmonidas. Mox cum perjura teneret
Littora, et invisas primus calcaret arenas,

NOTÆ

'plebs amnium et astrorum' Ennodius. Græci eodem modo *κύματα λαῶν*. Nonnus: *ποταμοὶ πυρός. πηγαὶ, κρουνοὶ* Pindarus. Ita passim *νέφος, νιφάδες, χύμα, χύσις, στόλος, ἑσμὸς, φῦλα, φάλαγγες. θίασος, στίφος, συρφετὸς* Chrysost. ut et *πλημμύρα, δροῦγγος*, et quæ illius generis in ditissima lingua, prope infinita.

135 *Reliquos fert impetus idem*] Familiare Ovidio loquendi genus: 'Est mihi per sævas impetus ire feras:' aliis etiam usitatum. Sic 'illam fert impetus ipse volantem,' *καθ' ὁρμὴν*, Nazianz. Orat. XVII. p. 266. *ὁρμητικῶς ἔχει ῥόμβον*, vocat Pindarus: *μαιμάσσειν*, ut exponit Nazianzenus.

148 *Echo dedignans barbara Græcum*] Festus: 'Barbaricum appellatur clamor exercitus: videlicet, quod eo genere barbari utantur.' Barbari autem proprie Phryges dicti, ut monuit Josephus Scaliger, in conjectan. Meursius ad Lycophronem, p. 137. quod ex Horatio manifestum, 'Græcia barbariæ lento collisa duello.' Sic infra, cum ait de effuso sanguine: 'Phrygio Græcus sociare superbit:' *πολέμιον* et *ἄσπονδον* exprimere voluit.

152 *Et sese infringit arenis*] i. 'fractasque offendit arenas.' Virg. X. Æn. 'sulcumque sibi premat ipsa carina.' et postea: 'Namque inflicta vadis.' Papinius de Achille I. 'digitosque sonantes Infringit citharæ.'

Protesilaus, ait, iter hac, hac ibimus (inquit)
O socii, non tota Phrygum quam poscimus Ide,
Communes partimur agros. Hæc fatus, in enses
Irruit, et qua acies instat densissima, durum
Extorquet violentus iter, tres littoris Indi,
Quinque Arabes, septem Nabathææ gentis alumnos
Consumit victrice manu. Dabat obvia Phorbas
Pectora, et intenta veniebat turbidus hasta.
At ferus Hysiphides præciso stipite ferrum
Decutit, ac maculis ruptis, et casside fracta,
Pectore dividuo perducit in ilia telum.
  Stabat in occursu pelagi Chaldæus Orontes
Dumque rates inhibere parat, suspensus in ictum,
Fallit arena pedes, et inanes excipit ausus
Præcipitem mersura Thetis: premit Inacha pubes
Desuper, ille parens in gyros brachia spargit,
In mediis se librat aquis, nunc exerit ultro,

171 *Pares* Dresem.

NOTÆ

156 *Iter hac, hac ibimus, inquit*] Sic Hippomedon apud Papin. VII. et Capaneus X. 'Hac, ait, in Thebas, hac me jubet ardua virtus, Ire;' et apud Silium I. Murrus: 'Hac iter ést, inquit, vobis ad mœnia Romæ.'

162 *Dabat obvia Phorbas Pectora*] Nomina militum maximam partem a Papinio sumsit: pauca a Virgilio et Homero; pauciora ab Hygino et Dicty.

165 *Ac maculis ruptis, et casside fracta*] Per 'maculas' reticulum intelligo coriaceum, quo galea astringitur. Homer. Il. K. Meriones ibi dat Ulyssi *κυνέην*, quæ *πολέσιν ἔντοσθεν ἱμᾶσιν 'Εντέτατο στερεῶς*, vel loricæ annulos sive circulos ferreos aut coriaceos, quibus summum pectus tegebant. De lorica vide Lipsium de Militia Romana III. 6. Sunt autem annuli isti instar macularum et plagularum in reti, de quibus Josephus Scaliger in conject. p. 67. Manilius ad talia *πλέγματα* respiciens ait: 'Incautosque trahunt macularum vimine thynnos.'

166 *Pectore dividuo*] Horatii et Ovidii verbum: 'Et mihi dividuo findetur munere quadra.' 'Insula, dividua quam premit amnis aqua.'

171 *Ille parens in gyros brachia spargit*] *Male pavens* substituit Carolus, cum *pares* legendum sit, loquitur enim de natante. Sic Seneca: 'Spargenda est manus,' epist. 29. Silius IX. 'Scindunt se turmæ, prædicit spargere bellum,' et VII. 'spargentem in vulnera sævos Fraude fugæ calamos,' I. 'Qua sparsit ferrum, latus rubet æquore limes.'

Nunc caput immergit pelago, varioque timore
Aut longos haustus, aut tela prementia vitat.
Tandem dum fluctus gravior rimatur opacos,
Incidit in puppes, frontemque infigitur uncis.
  Acrius incumbunt Phrygii, contra ira furentes
Et pudor Argolicos armat, nunc littora perdunt,
Nunc dubiam lucrantur humum: bibit unda cruorem
Alternum: at Phrygio Græcus sociare superbit.
Emicat immodicus animi, metuensque priorem
Solus in extremum jamjam proruperat agmen
Turbidus Hysiphides: populum vaga turba secutum
Non unam sævire manum creditque pavetque:
Ceu Mars ipse premit: acies prævectus utrasque
Liquerat, ardebatque arces calcare, relicti
Contemtor belli, sed anhelo fervidus Hector
Objicitur: Quonam usque? hic terminus, inquit, et ensem
Nudat atrox, conumque nihil tutante pyropo

184 *Pavetque, Ceu M. i. premat* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

176 *Frontemque infigitur uncis*] Ad imaginem Phocei apud Lucanum III. 704. 'Puppibus occurrit:' Noster, 'Incidit in puppes.' Uncum vero pro hamo adunco et incurvo sumit, ut inibi Lucanus: 'Et nimis affixos unci convellere morsus.' Juven. Sat. x. 'impacto Sejanus ducitur unco.'

177 *Acrius incumbunt Phrygii*] Papinius: 'Fortius incursant Tyrii,' unde Silius afformavit secum xv. 'Acrius hoc Italum pubes incurrit:' ut multa alia ex illo deducta; quibus æstimium magni illius Poëtæ augetur, cujus nomen nequaquam tam frivolis recessibus obscurari debuit, cum et vir doctus et Consularis, et aliquamdiu forte σύγχρονος tanti post unicum Virgilium illum fecerit.

180 *Phrygio Græcus sociare superbit*] Vide supra versu 148. ubi idem in Echo, sive, ut Varro lib. III. de re rustica, loquitur, 'resonante imagine fingit:' Forsan ad imitationem rogi Thebani, de quo Lucanus et Papinius. Vide similia etiam in avibus odia, quæ in Barbaros incurrunt, Græcis blandiuntur, apud Aristotelem in mirabilibus: quibus conjunge, quæ Meursius ad Lycophronem notat, p. 233.

183 *Turbidus Hysiphides*] Protesilaus. 'Protesilaë, tibi nomen sic fata dederunt, Victima quod Trojæ prima futurus erat,' Ausonius. Πρῶτος λαοῦ, vel πρῶτος ἱλάσατο τὸν θεόν: Græcorum enim classis solvit Iphigeniæ sanguine, appulit Protesilai cæde, quo Manilius respectum habere videtur, cum ait: 'classemque solutam Sanguine, et appulsam terris.' Vide Scaliger. ad Manil. p. 387. et in conjectaneis p. 146.

189 *Conumque nihil tutante pyropo*]

In pectus consedit ebur: mox intonat orsis,
Quisquis es, i felix, reliquisque superbior umbris,
Hectorea mactate manu. Ruit unicus ille,
Laodamia, tuus, fidæque oblitus amantis
Non timidas in bella preces, non mollia jussa
Pertulerat: primos teneri respectus amoris
Cessit ad armorum fremitus: at nescia fati
Hæmonis absentem suspirat mœsta maritum,
Et non sensuros vultus premit, oscula figens

NOTÆ

Virgilius: 'Et conum insignis galeæ, cristasque comantes.' Silius: 'conos implumes,' vi. lib. ii. 399. 'vibrant cui vertice coni Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.' Sumunt autem poëtæ conum vel pro ornamentis galeæ, vel apice cui pennas inserebant. Papin. viii. 'stant vertice coni,' eodem lib. 'nusquam ardua coni Gloria,' xii. 'nutantis vertice coni.' Conus vero Heroibus triplex erat. Interpres Euripidis in Oreste: ἥρωες τριλόφοις ἐχρῶντο. Sed Poëtæ etiam, Τετράφαλος φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ, cum Apollonio canunt. Vide Polybium vi. 424. et Paschalium cum ambitu de cono galeæ agentem x. de coronis 19. De pyropo, an gemmam, quod Noster innuere videtur, an æs Cyprium notet, quod aliis placet, vide Pancirollum, et illius ampliatorem Salmuthum capite de pyropo.

190 *In pectus consedit ebur*] Philostratus in Heroicis aliter, καὶ τὴν οὐλὴν ἐντετυπῶσθαι τῷ μηρῷ, τὸ γὰρ τραῦμα συναποῤῥίψασθαί φασι τῷ σώματι. Ebur autem vel in capulo gladii erat, vel vaginæ erant eburneæ. Hinc Noster pro gladio alibi usurpat, vi. 'cur stringis eburnos, Diis invise, Deos?' Hic de capulo intelligas. Philippo Macedoni oraculum datum Trophonium, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα: quod alii ad currum capulo gladii Pausanici insculptum, alii ad paludem Thebanam referunt: Ælianus iii. 45. Var. Hist. Alcæus apud Hephæstionem: ἐλεφαντίναν λαβὰν τοῦ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων. Spartianus de Hadriano p. 290. 'capulo vix eburneo spatham clauderet.' Hinc Virgil. xi. Æneid. 'ensem collo suspendit eburnum,' et ix. 'vaginam eburnam:' unde proverbium: 'Plumbeus gladius in vagina eburnea.' Diog. Laërtius in Diog. vi. p. 406. Prudent. ψυχομ. 'ebur infelix decorisque pudendi Signa abicit.' De capulo sunt illa Nostri, vi. 'In clypeo consedit ebur,' ii. 'In capulo crudescit ebur.' 'Non madidum mucronis ebur.' Συνεκδοχῇ varias respicit, pro luxuria veterum, materias. Sic apud Claudian. de laudibus Stil. 'dextræque tegendum Diva simul porrexit ebur.' Seneca Epist. 76. 'navis, cujus tutela ebore cælata est.' Lucanus lib. x. 'ebur atria vestit.' Ovid. Eleg. v. 4. de Ponto: 'Conspicuum signis cum premet altus ebur.' 'Pharetræ ex ebore,' viii. Met. 'mensæ' apud Juvenalem.

191 *Felix, reliquisque superbior umbris*] Ita Capaneus x. Theb. 'multumque aliis jactantior umbris.' Et illud Virgil. 'Æneæ magni dextra cadis.' Ita Silius viii. 'haud alia decuit te occumbere dextra.'

198 *Et non sensuros vultus premit, oscula figens Cerea*] Ita Lucretius, iv.

Cerea, difficilesque Deos in vota fatigat
Nequicquam ; jacet ille quidem, lapsusque jugales
Impedit, et curru non agnoscente fatiscit.
  Hunc ubi præcipitem volvi videre Pelasgi,
Pennificat formido gradus, stimulatque volucres
Ire pedes : cunctis iter est ad littora longum
Et tardum repetisse rates. At fulminis instar
Prosilit Æacides, et formidabile frendens,
Proh pudor ! Inachidæ, vix dum præsensimus hostes,
Et jam terga damus, inquit : sylvæque trabalis
Robur, in obliquas quæ carbasa porrigit auras,
Corripit, atque iterat, Nunc o, nunc nemo sequatur,
Solus eam; vincam solus. Fugit ilicet omnis
Turba Phrygum : non arva modo non littora nudant ;
Sed quicquid pontum Phrygiasque interjacet arces
Accessu vacuo Danais patet : ultimus Hector
Tanquam instans cedit, indignatusque moranti
Arva legit gressu : cogit moderantius ipse
Æacides, flectitque gradum, et quia neuter in armis

NOTÆ

'cerea persona ;' quamvis libri variant. Ovidius in Laodamiæ epistola : 'Quæ vultus referat est mihi cera tuos.' De Remedio Am. II. 'Si potes, et ceras remove : quid imagine muta Carperis? hoc periit Laodamia modo.' Vide Pierii Valeriani epistolam Protesilai responsoriam, et totam rem apud Hyginum fab. 104. ubi simulacrum 'æreum' pro *cereum* male, ut multa alia, in illo auctore legitur. Hygino et illud contrarium, quod viso marito expirasse fingitur, vel, ut alii, Protesilaum reditum impetrasse. Propert. I. 'Non ego nunc,' &c. Ita Livius Andronicus Laodamiam introduxit reditum exorantem conjugis. Hieronymus illam occiso marito noluisse supervivere scribit, adversus Jovinian. I. p. 184. Vide Papinium v. Sylvarum, ubi tamen Politianus politissimus per Phylaceida Alcestim intelligit.

199 *Difficilesque Deos in vota fatigat*] Papin. v. Sylv. 'Superosque in vota fatigat.' Vide lib. II. 499.

200 *Lapsusque jugales Impedit, et curru non agnoscente fatiscit*] Prius de equis Protesilai implicatis capio; alterum de curru non agnoscente refero ad illud Virgilii Georg. I. fin. 'Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.'

203 *Pennificat formido gradus*] Ad Virgiliii illa respicit, 'pedibus timor addidit alas,' πόδες ὅπλα λαγωῶν. 'Pennificat' vero format, ut Val. Flaccus I. 'terrificat,' ut Plinius 'clarificat' XX. 23.

206 *Et formidabile frendens*] Homerus Il. H. Μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι : unde Virgilius deduxit, 'risit mixta Mezentius ira.' Papin. VIII. de Tydeo : 'et formidabile ridens.'

Dissimilem sperat, hærent, audentque paventque,
Alternoque truces obliquant lumine vultus.
  Ilicet in patulos acies diffunditur agros
Argolica, et quo castra situ, quo milite tuta,
Qui teneant portus, belli moderator Atrides
Digerit: ille iterum raptis ad classica turmis
Orditur pugnas, jamque æmula prodit in arva
Bellatura cohors: contra (sic impetus urget)
Non defensuri properant Phryges, atque ope spreta
Quam turres murique dabant, sese hostibus ultro
Dardanidum pubes æquat, bellumque lacessit
Ipsa prior, nulli jam responsura vocanti.
  Ut sibi distitiis acies vicina propinquis
Et campo propiore stetit, non ignibus Ætna
Ruptis, non geminis Isthmos lacerata procellis,
Non sic Hippotades antris fremit. Omnibus ausus
Auget, et accendit iram fragor: improba nullum
Frustratur belli virtus. Auriga jugales,
Seque pedes stimulat: jam dextras undique miscent,
Et quærit sibi quisque parem: sæpe impare pugna
Aut uni plures, aut pluribus obviat unus.
Aspera jam cunctis calet ira, bipennibus enses
Contendunt, hastæ jaculis, glandesque sagittis.
  Ecce Menœtiades Chironis cura secunda,

NOTÆ

230 *Ut sibi distitiis*] Ut interstitium, ita distitium format. Lucretius: 'Tantaque in his rebus distantia differitasque est.'

231 *Et campo propiore stetit*] Sic VI. 'Et medius decrescit ager.' Papin. VIII. 'mediumque vident decrescere campum.' Claudianus Ruffin. II. 'decrescere campus Incipit.'

232 *Non geminis Isthmos lacerata procellis*] Papin. I. Theb. 'et in mediis audit duo littora campis.'

238 *Aut uni plures, aut pluribus obviat unus*] 'Αναστροφάδην, ut Ovidii illud: 'Cedere jussit aquam, jussa recessit aqua.' Papinius: 'Cultor Ion Pisæ, cultorem Daphnea Cyrrhæ.' Uterque versus magno Scaligero laudatus. Tales multi fornacis Ovidianæ, in quibus rotunda συμπλοκή. Metam. IV. 'Umbra viri visa est, visam fera sævit in umbram.' Metam. IX. 'Somnia pondus habent? an habent et somnia pondus?' in Fastis: 'Una dies Fabios ad bellum miserat omnes. Ad bellum missos perdidit una dies.' 'Instat amans hostis pretio, precibusque, minisque: Nec prece, nec pretio, nec movet ille minis.'

Alter amor, similemque animis indutus Achillem,
Prosilit in medios: stabant tres pectore juncto,
Aptabantque manus in vulnera: prævenit ausus
Impactis Patroclus equis, umbone Diarcen,
Hysiphilum curru proturbans, Hyphiton ense.
Hector, in obliquas revocato lumine turmas,
Indignans cecidisse Phryges, ruit impiger hastam
Fulmineam quatiens: juvenemque . . .
Vectori collidit equo, consueta regenti
Membra refert sonipes: at festinantior instat
Priamides, prensoque jugo violentus in auras
Contorquet plenum galea caput. Ipsa supremis
Vox nondum defuncta sonis, exile susurrat,
Ultor ubi Æacides? tandem super agmina longe
Labitur in Dorylam cassis, reliquoque potitus
Corpore Priamides, spoliis auroque superbus
Isset, at audentem contra ire Meriona præceps
Persequitur: tuque et vita spoliabere et armis,
Quisquis es, exclamat: sed cum post vulnera multa
Incubuisset ovans rapturus opima, Menestes

249 *Per arma ruentem* supplet Mor.—260 *Cumque* Ms.

NOTÆ

249 *Fulmineam quatiens, juvenemque*] Supplendum fortasse: *in terga ruentem*. Ita Papin. in simili casu: 'Labentemque affigit equo,' VII.

251 *Festinantior instat*] Tacit. XV. 'occultius quam festinantius agerent.' Utitur illo etiam Suetonius. Ovidius carmine de nuce, si tamen illius: 'Ictu Præfestinati munus inane petunt.'

252 *In auras Contorquet plenum galea caput*] Papin. IX. de Tydeo: 'Interdum galeasque rotat per nubila plenas.'

261 *Incubuisset ovans rapturus opima*] Opima absolute pro spoliis opimis. Apud Festum. 'Larte ferox cæso Cossus opima tulit.' 'Et opima victi regis ad Superos refert.' Sen. Herc. Fur. 'Ismenus raptis tumet Hippomedontis opimis.' Stat. X. 'Tertia qui tulerit sublimis opima Tonanti.' Silius I. 'Gratusque mihi Marcellus opimis.' Idem III. et XII. 'His humeris tibi opima feram.' lib. XV. et XVII. 'Scilicet egregiis ornabere victor opimis.' Claud. 'Ipsius Enceladi spumantia gestat opima.' Idem. De spoliis illis vide Festum. Dio Cocceius XLIV. *σκῦλά τέ τινα ὀπῖμα εἰς τὸν τοῦ Διὸς τοῦ φερετρίου νεὼν ἀναθεῖναι*, &c. Guntherus alio sensu, 'ter-

Advolat, et socias animo indignante ruinas
Hectoreum ferit ense femur: fremit inscius ille,
Nec dolor in sensum vires habet: ac juga spectans
Crurum tincta notis, dubius tamen unde, suusne
Fluxerit, an cædis Danaæ cruor, emicat axe
Infensus, poscitque faces, atque hoste repulso
Igne rates populante premit. Subit obvius Ajax
Jam tandem erumpens, et apertis Hectora campis
Irato mucrone petit: trux ridet Erinnys,
Cognatum lucrata nefas: at concita cæcos
Errores aperit pietas, nec passa furentes
Communes declarat avos: illi arma facesque
Sponte relicturi, galeas ad mutua laxant
Oscula, mutatisque petunt tentoria parmis.
  Interea stragis sociæ concessa sepulcris
Pax erat. Æacides cæsum lugere sodalem,
Hæmonii Hysiphiden, te Creta paterna, Merion,
Quisque suos. Jamque in geminos procusserat annos
Fœdus: at in tanta populus quam sanxit uterque
Pace, alia Inachios turbat discordia reges,
Et regni dubium culmen quatit: altera semper
Jura premens livor, et nil insigne cupido
In socios cessisse ferens, coguntque premuntque

279 *Processerat* Dresem.

NOTÆ

ræ melioris opima' vocavit IX. fœcundas ad commeatum regiones.

264 *Ac juga spectans Crurum tincta notis*] Juga crurum sunt prominentiæ, tuber, πρὼν, ut 'juga montis' Virgil. Sic 'montium scapulæ' Tertullianus libro de pallio. Ovidius: 'genuumque tumebat Orbis, et immodico prodibant tubere tali.' Ita 'fastigia surarum' dixit Lucret. IV. quod laudat Gifanius.

273 *Communes declarat avos*] Laomedontis sunt Hesione et Priamus: horum Ajax et Hector. Vide II. 150.

275 *Mutatisque petunt tentoria parmis*] Homerus aliter Il. K. Ajacis enim ἀντίδωρον ζωστῆρα, et Hectoris ξίφος nominat: de utroque Græcum epigramma notum est.

279 *In geminos procusserat annos*] Lego, 'processerat.'

283 *Et nil insigne cupido In socios cessisse volens*] Petita isthæc ex verbis Dictys, II. more ingenii humani, quod imbecillum adversus dolores

Naupliadam: ille queri, cæcis quod nutet habenis
Imperium, quod non tantis inscitia curis
Plisthenia accedat, quod bellis segnior usus,
Quodque alio miles egeat duce: singula texens
Obliquat proprium meriti decus, arma, paratus,
Excubias, consulta, fidem. Sic anxius ambit
Imperium, cæcus nimium, cui sola jubendi
Gloria, et innumeræ veniant cum principe pestes.
  Dissensu vario certat favor: his nova semper
Grata magis, veterisque jugi fastigia tolli
Clamant: ast aliis notos mutasse molestum,
Et longum didicisse novos: sententia nondum
Certa ducum, redeunt enses, et pace sepulta
Arma iterum rapiunt: conjectis undique signis
Collidit Bellona viros: hinc Troilus audax,
Fulmineusque Hector, et formidandus in armis
Æneas: proles contra suspecta Tonanti
Æacides, gemini Atridæ, Calydonis alumnus,
Certantes acuunt iras. Sic Auster in Arcton
Irruit, in Zephyros Eurus, sic Æolus armat
Hybernas acies, Ætnæaque fulmina vincit.
  Hector continuo tres fundit Marte, Boëten
Saxis, Archilochum gladio, Prothenora telo.
Indignata ducum virtus coit omnis in unum,
Unum omnes contisque premunt, gladiisque lacessunt,

NOTÆ

animi, et invidiæ plenum, anteiri se a meliore haud facile patitur. Arist. II. Rhet. 10. *φθόνος ἐστὶ λύπη ἐπ' εὐπραγίᾳ φαινομένῃ περὶ τοὺς ὁμοίους.* Vide plura inibi.

289 *Obliquat meriti decus*] Est oblique ingerit. Sic IV. de Ulysse, 'doctus Obliquare dolos.' Papin. III. Theb. 'Obliquatque preces,' V. Theb. 'Obliquumque a patre genus;' *νόθον, νοθεῖον.* Vide plura apud Gasper. Gevartium Papin. lectt. ad Sylv. I. 2.

291 *Cui sola jubendi Gloria, et innumeræ veniant cum principe pestes*] Vide VI. 28. Sed ista animis eventilant illi *φαντητιῶντες, καὶ αὐτοχειροτόνητοι, καὶ σπουδαρχίδαι,* ut nominantur ab Isidoro Pelusiota.

293 *His nova semper Grata magis*] Graphice animorum illas tempestates depingit, secutus Papinium III. Theb. 'Et qui mox populis venturus amatur,' &c.

301 *Proles suspecta Tonanti Æacides*] Dixi I. 336. II. 574.

303 *Coit omnis in unum, Unum omnes, &c.*] Ita Papin. de Tydeo, IX. 'Unum acies circum consumitur,

Et quicquid cupidis Mars usu, Mulciber arte,
Ingessit fatis, cumulant; tortoris Iberi
Jactus, insidias Parthi, libramina Daci.
Ille, velut Siculis insurgens umbo procellis,
Instantesque premit, atque iras ridet inanes.
Parte alia Paridem Phrygios in bella vocantem
Infestat Menelaus agens, paucisque profatus
Increpat: Agnoscisne, hospes? reminiscere tandem
Spartanos coluisse Lares: ad mutua veni
Hospitia, heus age, redde vices, duc Pergama tecum
Si qua domi rapienda tibi: quonam usque moraris?
Junge manus: num terga paras? ille arte Cydonum
Fretus, Icirea delibat cuspide frontem
Principis, atque addit, I nunc, accedo petitis:
Sic Helenam visure, veni. Crudescit in iram

322 *Iturea* Dresem. Vide not.

NOTÆ

unum Omnia tela vovent,' &c. quæ inibi multa.

311 *Ingessit fatis*] Declarantur per illa, quæ lib. I. de inventa navigatione multis dicta: 'ferat ipsa cruentum Quod peperit fatum,' I. 92. et III. 155. &c. inprimis I. 126. 'gens incola fatum Ipsa facit.'

312 *Libramina Daci*] Vide I. 298. Manutium II. Crit. Thes. p. 304. Alexand. ab Alexand. VII. 22. inibi Tiraquellum, et Luctatium ad Papin. IV. Theb.

313 *Ille, velut Siculis insurgens umbo procellis*] Similitudo frequens maximis Poëtis, Homero, Virgilio, Papinio: quod et magnus notavit Scaliger VI. Papin. breviter sed efficaciter: 'veluti salit unda minantes In scopulos, et fracta redit.' Cicero prius dixerat in Epist. IX. 16. 'fortunam levem et imbecillam ab animo firmo et gravi, tanquam fluctum a saxo, frangi oportere.' Umbo autem est πρών: ut Papin. in Hercule Surrent. 'contra riget umbo maligni Montis;' ἄμβων. Varroni IV. de ling. Lat. usurpatur pro omni quod eminet: Papinio pro clypeo, toga, brachio, ut et Bernartius ad I. Thebaid. notavit. Vide magnum Scaliger. in conjectaneis ad Varronem p. 50.

321 *Ille arte Cydonum Fretus Icirea*] Legendum *Iturea*: ut Virg. Georg. II. 'Itureos taxi torquentur in arcus.' Lucanus VII. 'Illuc et Libye Numidas, et Creta Cydonas Misit: Itureis cursus fuit inde sagittis.' eodem libro: 'Tunc et Iturei, Medique, Arabesque, soluto Arcu turba minax.' Iturei populi, ait Probus ad Virgilium, Scythiæ, vel Syriæ rectius, ut Scaliger legit in suis ad Varronem conjectaneis. 'Ithyræi,' vel 'Ithaaræi,' ait Vibius Sequester, libello de Gentibus, 'Syrii usu sagittæ periti.'

Plistinides: non sic frendent rapta ubera tigres
Hyrcanæ, Scythicique sues, Maurique leones.
Astiterat socias Ajax Locrensis in iras,
Hortaturque ducem: Jovis igne citatius ambo
Objectam rumpunt turbam, mediosque per enses
Accelerant: prior alipedes Menelaus ituros
Anticipat, prensisque jubis, simul ibimus, inquit,
Sed jam Troja procul: dixitque, et stare negantes
Infrænos impingit equos: pallere videres

329 *Spargunt* Dresem.—325 *Frendunt* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

325 *Non sic frendent rapta ubera tigres Hyrcanæ*] Papin. II. Sylv. 'citius me Tigris abactis fœtibus, orbatique velint audire Leones:' qua imitatione dixit in seq. versu, 'Maurique leones,' non leænæ. Sic idem x. Theb. 'sic aspera tigris Fœtibus abreptis,' et quæ sequuntur, 'quibus ubera pascat:' ubi per ubera, μετωνυμικῶς prolem intellexit Noster; ut Græci σπλάγχνα filium, quod et in somniis ita exponit Artemidorus Oniro. LVIII. 262. Dracontius alia figura, 'ubera dulcia musti,' dixit in Hexaëm.

328 *Jovis igne citatius ambo*] Celeritatem variis collationibus Poëtæ præsentant. Claudianus: 'quantum non jaculum Parthi, non impetus Austri, Non leve solicitæ discurrit mentis acumen.' Gratius: 'Ocyor affectu mentis pinnaque cucurrit.' Virg. x. Æneid. 'Ocyor et jaculo, et ventos æquante sagitta.' v. Æneid. 'et ventis et fulminis ocyor alis.' 'Ocyor et cœli flammis et tigride fœta.' Lucan. v. Papin. quem noster amat, I. Theb. 'Ilicet igne Jovis lapsisque citatior astris.' Silius x. 'velocius inde Hæmonio Borea pennaque citatius ibat.' Homerus Odyss. H. τῶν νέες ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα. Silius xv. 'Ut torrens, ut tempestas, ut flamma corusci Fulminis, ut Boream pontus fugit, ut cava currunt Nubila.' Prudentius omnesque fere poëtæ multi in celeritate illa signanda, præsertim mentis. Pisides: νοῦς ταχύδρομος φύσει, 1613. Thales: τί τὸ τάχιστον νοῦς, διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. Amphilochius ὠκύτερον νοῦν vocat 48. Vide Oppian. v. Halieut. 660. adque illum Rittershusium: ut et I. Hal. 565. Vide etiam Lipsium in Stoicorum Physica III. 19. Themistium Orat. VI. p. 258. Chrysost. in XI. ad Hebræos Hom. 27. p. 1899. Græci celeritatem illam exprimunt etiam, cum aiunt, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, στιγμῇ χρόνου. 'In puncto temporis.' Cicero. Ἐν ἀκαρεῖ ῥοπῇ. Chrysost. in Matt. Hom. 27. Ἐν ἀκαριαίᾳ καιροῦ ῥοπῇ, in I. ad Galatas. Ἐν ἀτόμῳ, πρὶν καταμῦσαι. Philostratus in Heroicis p. 647.

332 *Stare negantes Infrænos impingit equos*] Ita legendum, non *infrenes*, ut male conjunxerant. Infrenis enim equus est Virgilio, qui Claudiano 'sonipes ignarus habenæ,' Silio 'doctus virgæ:' quales Numidarum. Donatus vero male exposuit indomitos. Servius 'asperrimos' vocat.

Priamiden cum jam celeres moderatus habenas
Hector adest, parmamque comes Cythereius heros
Objicit, ereptumque hosti Trojamque reductum
Restituit thalamis, et bellis mollibus aptat.
  Macte, Paris, sic terga paras? sic prælia linquis,
Atque hostes, ignave, tuos? at Martius Hector
Fraternas acies, et bella vicaria tractans,
Vulnerat, interimit, fugat, indefessaque mutat
Spicula, ubique potens et ad omnes integer ictus.
Labitur Horcomenes jaculo, sude Schedius, ense
Helpenor, Dorius conto, Polyxenus arcu,
His addens saxo Palamenem, Opistriphon axe
Protritum, septem mortes manus explicat una.
  Hausisset Phimachus Phegiæ latus, at ferienti
Successisse timens, victor dat terga: fugacem
Æneas oculis, et arundinis arte secutus,
Trajicit, et fixæ, Moriere, immurmurat auri.
Haud minus Æacides dextra stomachante Sileum
Hippolytumque metit, fatis Eufenius iisdem
Asteriusque ruunt, teque, o Xanthippe, metenti
Tydides socium letho dedit, atque ita cædes

345 *His addens socium* Ms.

NOTÆ

337 *Restituit thalamis, et bellis mollibus aptat*] Hæc Homerus Veneri assignat: Propert. 'Ille Helenæ in gremio maxima bella gerit, Dum pugnant Danai, dum restat barbarus Hector.' Talem φυγοπτόλεμον Cointus Smyrnæus depingit I. p. 176.

338 *Macte, Paris*] Ironia. Vide Brisson. de formulis IV. p. 349.

340 *Bella vicaria tractans*] Sic Dictys, 'Admetus vicariam mortem conjugis, fata propria pertulerat.' Hygin. fab. 51. 'Uxor se Alcestis obtulit, et pro eo vicaria morte interiit.'

347 *Hausisset Phimachus Phegiæ latus*] 'Hærenti latus hausit Abas.' Ovid. V. Metamorph. Inde, 'per alterius latus petere:' 'tangere latus ferro.' Catalecta. 'Latus fodere' Plauto et Horatio. Ita 'tegere latus,' de quo Lips. Saturnal. II. 21.

350 *Moriere, immurmurat auri*] Ita Silius lib. V. 'admorsæ immurmurat hastæ.'

351 *Haud minus Æacides dextra stomachante*] Horat. 'Pelidæ stomachum cedere nescium.' Et alibi: 'Quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem.'

Alternant hinc inde pares, et funera librant.
Rarior Argolicas ferro populante catervas
Agmina laxabat miles, sociosque superstes
Quærebat jam turba suos, cum tempore rapto
Imperiale tonans, acies Agamemno labantes
Increpat, hortatur, jubet, instruit, atque obit omnes
Œbalio sublimis equo, citiusque futuras
Spondet opes: nec enim Mœsas armare cohortes
Telephus, et plenas Danais dare differet alnos.
Haud mora, præcipitem faciles repetisse tumultum
Ictibus indulgent omnes: jam quærere longum
Quæ feriant, tardumque dari: manus omnis in hostem
Fulminat, et nulli furit irrita; gaudia Martis
Horrida, deliciasque truces, effervere passim
Aspiceres: fluit huic in vultus pulchra genarum
Rapta dies, mento hic linguaque et nare recisa
Informes aperit rictus, his auris ademta,

NOTÆ

355 *Et funera librant*] Vide I. 98.

358 *Cum tempore rapto*] *Εὐκαίρως καὶ ταχέως*, 'dum ferrum in igne est,' ait Seneca, *ἕως ἔτι ὁ σίδηρος ἐν ἀκμῇ*, Nicetas Choniat. III. Manuel. 133. Silius I. 'tempore Martis utendum est rapto, et grassandum ad clara pericla,' VII. 'rape, miles, tempora pugnæ.' Sic Noster VI. 40. 'rapto Palamedes Marte superbus.' Et mox: 'rapit agmina juncta.'

359 *Imperiale tonans*] Ita VII. 338. 'furialibus intonat orsis.' Florus: 'in subjectos suo more detonuit.' I. 17. III. 21. 'Tertius ille turbo civilis insaniæ toto furore detonuit.' Martialis: 'minas tonare;' ut Plinius, 'tonare laudes.' Papinius de Lucano: 'Et Pharsalica bella detonabis.'

Acies Agamemno labantes Increpat] Papin. Achilleid. I. 'stimulatque Agamemno volentes.' Quintil. I. 5. 'Et ut Palæmo, ac Telamo, et Plato, (nam sic eum Cicero quoque appellat) dicerentur, retinuerunt: quia Latinum, quod *o* et *n* literis finiretur, non reperiebant.' Manil. I. 'Ætheriusque Platon.'

366 *Manus omnis in hostem Fulminat*] Virg. Georg. IV. 'ad altum Fulminat Euphraten,' XI. Æneid. 'Fulminat Æneas armis.' Ovidius: 'non stricto fulminat ense manus:' II. Amor. Propert. IV. 'Fulminat illa oculis.' Silius V. 'diffulminat omnem Astantem turbam.' Ita Pedo Albinovanus ad Liviam: 'Quaque ruit, furibunda ruit, totumque per orbem Fulminat.' Sic Noster VI. 'longo fraxinus ictu Fulminat.'

369 *Fluit huic in vultus pulchra genarum Rapta dies*] Oculi. Vide II. 608.

His manus, his nutat humerus, pars viscera lapsa
Labitur, ac manibus nitens sese eripit hosti.
Hinc capitum largus stagnat cruor, inde relicti
In cumulum surgunt trunci, currusque retardant.
Ipse nec hybernis nivibus, nec grandine verna,
Nec riguo pastus Simois Thaumantidos arcu
Majores miratur aquas, et sanguine rapto
Dissimilis redit in pelagus: venientia Triton
Funera, et expallens horret Thetis, omnia lustrat,
Omnibus incumbit, centenaque millia volvit,
Et non inventum toties lucratur Achillem.
  Presserat occiduum Phœbus jubar, astra vicissim
Aëre deterso, lucemque stupentibus umbris
Sidereum pepigere diem: consulta vocati
Argolidæ tenuere duces, jamque ibat Ulysses
Tydide sociante gradus, Priamoque ferebat
Vota ducum, vulgique preces: videt Inacha longe
Arma Dolon, creditque dolos: mox acer ab ipsis
Desilit excubiis, et, Quo properabitis? inquit.
State, viri, contra: pacemne huc fertis, an arma?
Illi Palladia legatos arbore pandunt,
Exorantque aditus: jam regis copia, jam res
Edita, jam redeunt, tres suspenduntur in annos

372 *Viscere* Dresem. Vide not.

NOTÆ

372 *Pars viscera lapso Labitur*] Lego, *viscere*. Ovidius: 'Donec Agenorides conjectum in viscere ferrum,' ut lego cum Giphanio, ad Lucret. 359. Vide Nonium in 'Viscus.'

380 *Expallens horret Thetis*] Sciebat enim filium ad Trojam periturum. Vide Papin. I. Achill. eaque gratia furtim surreptum Lycomedi commiserat.

381 *Centenaque millia volvit*] Rotundus, vel potius innumerabilis numerus; ψαμμοκόσιοι, ut Græci aiunt. Vide supra IV. 310.

391 *State, viri, contra: pacemne huc fertis, an arma*] Virg. IX. Æn. 'State, viri, quæ causa viæ? quive estis in armis?' Papin. 'prohibete gradum, quicumque; sed hostes Esse patet.'

394 *Tres suspenduntur in annos Dextris bella datis*] Prius suos auctores habet, ἀξιοπίστους scilicet Dares et Dictyn. Posterius antiqui moris est. Homerus abundans hic auctor. Varro

Dextris bella datis: at fœdera Martius Hector
Incusat, pacisque moras, fractisque novandas
Inachidis tanto conjectat tempore vires.
 Incutiunt alias cunctis belli otia curas:
Hi muris, illi castris, utrique sepulcris
Invigilant: vix flore solum laxaverat æstas
Tertia: desueti rabida in discrimina campi
Prosiliunt hinc inde duces: rotat efferus ensem
Hector, et ingentes animos fortuna ministrat,
Supremos speculata dies, obitusque decoros
Factis illustrat insignibus. Antiphus ante,
Post Philibus clausere virum: libratur utrique
Fraxinus, et medium suspendunt Hectora: at ille
Obliquam revocans hastam, sic excipit ambos,
Lugeat ut primus oculos, cerebrumque secundus.
Euphorbum premit Æacides, dumque ille recedens
Hastile incussum dextra obnitente retardat,
In turbam offendit, sociumque Lycaona præceps
Obruit: insequitur victor, prolapsaque transit
Pectora, consortes mittens ad Tartara manes.
 Troilus Ideam rapiens per prælia clavam
Myrmidonas septem solo consumit in ictu,
Atque alios septem, si septem forte fuissent,
Proturbasset agens, ipsumque ardebat Achillem
Ferre manus contra: sed tot centena cadentum

NOTÆ

ait, 'omnem majorem honorem dexterarum constitisse virtute, ob quam rem se in salutationibus hac venerabantur corporis parte.' Vide Rittershusium ad Guntherum VIII. 53. et prolixe de hoc more Meursium Exercitat. Critic. II. 14. p. 57.

402 *Rotat efferus ensem Hector*] Virgil. X. 'strictum rotat acer Lucagus ensem,' IX. 'instat non segnius et rotat ensem Fulmineum.' Lucan. VIII. 'nondum artis erat caput ense rotare.' Silius IV. 'adversumque viro rotat obvius ensem.'

404 *Supremos speculata dies, obitus*] Plane illud ex arte Poëtarum: exempla apud Homerum, Virgilium, et Papinium manifesta: observavit id magnus Scaliger in divina sua Poëtica.

416 *Myrmidonas septem solo consumit in ictu, Atque alios septem, si septem forte fuissent*] 'Ὡς μύρμηκας. Juvenalis est imitatio: 'Tune duos una, sævissima vipera, cœna? Tune duos? septem, si septem forte fuissent.'

419 *Sed tot centena cadentum Millia*] Vide 381.

Millia, tam varios gemitus, tam dissona fata
Indoluit Phœbus, celeresque immersit habenas
Mæstior, et subitis conterruit agmina bellis.
  Nox erat, et longo defessum Marte jacebat
Andromache complexa virum, cumque aspera belli
Quæsisset, gens utra prior, quæ nomina regum,
Qui vultus, quid Dardanidæ, quid gesserit ipse
Egregium, passusne metus, sopita marito
Incubat, et primi nebula cessante soporis
In veras matura quies purgata figuras
Dira monet. Stabat thalamis junctissima laurus,
Secretos amplexa lares: inimica securis
Hanc a stirpe metit, rorantes sanguine rami
In stratum geniale cadunt: plura ingerit horrens
Monstra sopor: jacet interdum sine conjuge, toto
Fusa toro, nudos rursus videt oris hiatus
Sanguineos fœdare sinus. Tandem ægra soporem
Rumpit, et horrendis iterat clamoribus, Hector,
Hector ubi? timidaque manu scrutata cubile,
Ingeminat, Meus, hicne meus? lenire pavores
Ille, et adhuc segnes paulatim demere somnos
Cœperat: illa fidem visis nunc credula donat,
Nunc negat, amissumque putans complexa maritum,
Omnia certa timet, et nil tamen ausa fateri

NOTÆ

430 *Stabat thalamo junctissima laurus*] Veterum illud studium, nemora ut Propertius et Papinius loquuntur, in domibus. Rutilius: 'quid loquar inclusas intra laquearia sylvas? Vernula quæ vario carmine ludit avis.' De superstitione illa arborum vide Philippum Rubenium Electorum II. 34. De arboribus in compluvio, vide ad Silium Heinsium XV. Senecæ controversia id satis probat II. 9. 'Quinetiam montis sylvæque in domibus marcidis, et umbra fumoque viridibus;' et v. 5. 'Alunt in summis culminibus mentita nemora, et navigabilium piscinarum freta.' Noster Virgilium imitatur et Papinium: illum II. hunc IX. Theb. 'Quercus erat,' &c. Artemidori *ὀνειροκριτικῶν* de arboribus habes lib. II. 12. *δένδρα δὲ τὰ μὲν παρὰ τῆς οἰκίας πεφυκότα, δεσποτῶν*, &c. Vide etiam Achmetem c. 151.

432 *Rorantes sanguine rami In stratum geniale cadunt*] Papinius lib. IX. 'rorantes sanguine ramos Expirasse solo.'

435 *Nudos videt oris hiatus*] Vide IV. 234.

443 *Omnia certa timet*] Virgil. 'omnia tuta timens.'

Armatum prohibere parat: muliebribus ille
Nil monitis motus, timidi præsagia sexus
Spernit, et impatiens bellantibus acer abesse
Poscit equos: tunc vero amens, tunc anxia vocem
Tollit, et occursus omnes rogat, exit et intrat
Incerta, ac parvum matris lamenta stupentem
Astyanacta trahens, calcandum in limine patri
Objicit. Induerat galeam, curruque sedebat
Celsior: Andromache Priamo prænuntia clamat,
Heu morimur, succurre, pater. Vix principe jussus
Tandem hæret, patiturque moras, moderante catervas
Memnone: sed nusquam Phrygia sub casside viso
Hectore, mens Danais major, fiducia major,
Major in arma manus, majorque licentia campi
Audaces proferre gradus: jam Pergama juxta
Effugiunt Phryges, exclamant matresque senesque,
Quis pulchrum, vel triste fuit de mœnibus arma
Conspicere, et miseris quatiunt ululatibus urbem.
  Hector in Andromachen oculorum fulmina torquens,

NOTÆ

449 *Ac parvum matris lamenta stupentem Astyanacta trahens*] Stupentem dicit, jam tum attribuens heroici animi *τεκμήρια*: melius quam Homerus, qui illum *ἰάχοντα, ἀτυχθέντα, ταρβήσαντα* depingit Il. Z. quod licet puerilibus annis conveniens, aliter tamen judicabit Poëtas respiciens, qui *ἐκ τοῦ κρείττονος* dicunt: pueri enim regii 'ante annos animumque gerunt, curamque virilem.' Vide Sophoclem in Ajace. Claudianum de IV. Cons. Honorii: 'Ille coruscanti clypeo te sæpe volentem Sustulit arridens, et pectore pressit anhelo Intrepidum ferri, galeæ nec triste timentem Fulgur, et ad summas tendentem brachia cristas.' Subscribit judicio meo summus ille Criticus Cæsar Scaliger in divina illa Oratione super obitu Audecti filioli. Verba sunt: 'Jam ad armorum fulgorem, quæ exhilaratio, quæ lætitia, quæ exultatio? Juro vobis, cives, per miserias meas, cum clangentes tubas ad explorandam animi firmitatem semel atque iterum admoveri jussissem, ultro in earum sinum ac fauces manusculas inseruisse; tantum abfuit, ut deterreretur. Si quis esset, uti fit, subortus fletus, non crepundiis, non cibo, non munusculis aliis potius quam venaticorum canum interventu sanabatur.' Sed Homerum excusabit, quod carmina sua Græcorum auribus *φιλέλλην* occentarit in conviviis *τροφῆς χάριν*: quid igitur mirum, si et hic *μισόφρυγα* se ostendit? Ex eodem fonte est, quod Penelopen, *βασσάραν κασσωρεύουσαν*, ut illam Lycophron nominat, pudicam fingit. Vide VI. 948.

Ergo iterum prohibebis? ait: stimulisque jugales
Præcipitat: non sic Ossæa per ardua Mavors
Armigero terrore ruit, mucrone Gelonos
Fracturus, vel falce Getas, vel cuspide Thraces.
Illum ubi fraxineum rapientem in prælia telum
Agnovere duces, dant illico terga retroque
Suadet iter custos animæ timor: at ferus Hector
Anticipat celeri fugientia pectora cursu,
In terga irasci spernens, teloque trabali
Hydomenea petit, cui strage Leontius æqua
Concidit: at Sthelenus fugiens, atque Hyfidus instans,
Spiranti certam referunt in vulnere mortem.
Ultimus Hectoreum Polybetes senserat ensem
Altius impressum jugulo, non defuit augens
Supremam Fortuna manum, transegerat armos
Armaque, et in geminos discreto corpore truncos
Solus inoffensus clypeus restabat, et illum
Dum victor mutare parat, lævamque superbus
Argolica Junone onerat, fremit acrius illa
Marte suo, facibusque Jovis: sic pronus in iram
Sexus, sic priscus suadet dolor: excitat ergo
Æaciden: non ille quidem certamine tanto
Tentasset conferre viro, sed Juno negantem

NOTÆ

468 *Retroque Suadet iter custos animæ timor*] Οὐ γάρ τι ψυχῆς πέλει ἀνδράσι φίλτερον ἄλλο, ut Cointus ait XIII. et tunc Aristoteles recte, φοβερώτατον ὁ θάνατος: quod Lucanus exprimere voluit I. 'quos ille timorum Maximus haut urget leti metus.' Alias, 'pessimus in dubiis augur metus.' Silius lib. V. 'Non æquus in arctis Nimirum rebus suasor metus.' 'Terror hominibus mentem animumque eripit, et membra debilitat.' Hirt. de Bell. Alex. Est autem talis ὑπογραφή, metus est custos animæ, ut II. 'fur oculi somnus.' 'Cumque metu prædone animi.' v. 50. Vide IV. 'Suadet iter retro,' εἰς τοὔπισθεν. Ita Latini retro eleganter pro τὸ πάλαι, πρὸ τοῦδε usurpant. Plin. IV. 10. 'ne cujusque retro habeatur ratio.' 'Præmissaque retro Nobilitas.' Papinius. 'Retro dignitates.' Tertullianus, libro de cultu fœminarum. '*Retro* duces.' Claudianus, *in* Entrop. I. Pacatus in Panegyrico: 'retro principes.' 'Persis ipsa, reipublicæ nostræ retro æmula.' Senecæ eleganter retro vivere dicuntur lychnobii et lucifugæ, et omnes quibus vitæ ratio distorta, Epist. 122.

484 *Non ille quidem certamine, tanto Tentasset conferre viro*] Vide I. 380.

Solicitat, stimulat Pallas, pariterque precantes
Præbent hæc animos, hæc iras, utraque vires.
  Postquam perventum propius, fisusque Dearum
Robore, fulmineum præceps nudaverat ensem
Æacides, trepidi coëunt hinc inde manipli,
Ipsaque sponte hærent retro data prælia regum
In campi majoris opus: mox sævus utrimque
Clamor, utrimque metus: cupiunt vidisse furentes
Et vidisse timent: facibus confligere jactis
Fulmina bina putes. Prior occupat Hector Achillem,
Fraxineamque trabem vibrat: volat illa, femurque,
Heus humili nimis acta manu, nimis invida cœptis
Lethiferis, hostile ferit: pudor aggerat iram
Frustratæque manus: at stricto dedecus hastæ
Purgasset gladio, cum vulneris acrior ira
Æacides ensem librat, Divumque suaque
Proturbat virtute virum: vix Martia tandem,
Indignante anima, gelidos mens deserit artus.
Extemplo turbata Phrygum laxatur inerti
Turba fuga: trepidis violentior instat Achilles,
Ac dextra majore furit: mactantur in ipsis
Millia bellantum portis. Tithonius heros
Obliquum pectus et respectantia terga
Objicit Æacidæ: læditque, ac læditur ipse,
Seraque vix tenebris dirimit nox bella secutis.
  Heu heu quam tenui nutant mortalia filo!

498 *Aggerit* Mor.—511 *Eheu.*

NOTÆ

501 *Divumque suaque Proturbat virtute virum*] Virg. x. 'proturbant eminus hostem Missilibus.' Corn. Severus: 'proturbat fulmine montes.' Septimius, qui Dictyn scilicet interpretatur, ad quem Noster sæpe respicit; III. 'jamque eripere cadaver occipientem proturbat hasta.'

502 *Vix Martia tandem, Indignante anima, gelidos mens deserit artus*] Ut Virg. XII. Æn. 'Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras:' vel respicit ad illa Tydei apud Papin. Theb. IX. 'Odi artus fragilemque hunc corporis usum, Desertorem animi.'

511 *Heu heu quam tenui nutant mortalia filo*] Ad ductum illius: 'Eheu quam levibus pereunt ingentia causis!' Pindarus recte Pyth. Od. 8. Ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔ τις; Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι,

Nil homini fixum: Fortunæ munera blandæ,
Insidias, non dona reor: semperque timebis
Sirenum turbæ similes, sub sole sereno
Nubem, sub risu lacrymas, sub melle venenum.
Si tibi res, fallit casus: si forma, senectus:
Si vires, morbus: si nomen grande, litura
Postera: et in nullis fati constantia donis.
Ipse etiam has inter tenui virtute procellas
Fretus homo, aut languet moriens, aut mortuus aret.
Horum si neutrum, certe mortalis, et imos
Fraudatura dies, medios metit Atropos annos.

NOTÆ

&c. 'Amant mortalia casum,' recte Catullus: τἀνθρώπινα κύκλος, Arist. IV. Physic. 14. μίμος ὁ βίος, et quæ dudum ante Homerus Odyss. Σ. οὐδὲν ἀκιδνότερον, &c. Nazianz. insignite orat. x. 171. ὄναρ ἐσμὲν οὐχ' ἱστάμενον, φάσματι μὴ κρατούμενον, πτῆσις ὀρνέου παρερχομένου, ναῦς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος οὐκ ἔχουσα, κόνις ἀτμὶς, ἑωθινὴ δρόσος, ἄνθος καιρῷ φυόμενον, καὶ καιρῷ λυόμενον, &c. Nec male Galeomyomachias auctor: ἅπανθ' ἅπαντα τοῦ βίου τέφρα, κόνις, Ἁπαξάπαντα τοῦ βίου σκιὰ μόνον. 438. Vide insuper Isidorum Pelusiotam II. Ep. 165. et insignia apud M. Antoninum II. de vita sua.

512 *Fortunæ munera blandæ, Insidias, non dona reor*] Imitatur sapientissimum Romanorum Senecam, Ep. 8. 'Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt,' &c. Recte illud de fortuna dicetur, quod apud Nonium: 'Quanto blandior est, tanto vehementius mordet.' De illa impotentia Fortunæ insignite Galenus initio Protreptici ad artes, Cebes ἐν πίνακι, Chalcidius Comment. in Timæum Platonis p. 2450.

516 *Si tibi res*] Οὐσία. 'Cum re exigua.' Plautus. 'Quanquam res nostræ pauperculæ.' Idem.

518 *Et in nullis fati constantia donis*] Heliodorus VI. exclamat eadem: ὦ πάσης τροπῆς ἀνάμεστον καὶ ἀσταθμητότατον τύχης ἀνθρωπίνης κίνημα. Nazianz. eadem ait orat. XVII. 260. quæ ita concludit: ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν, καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ, quæ totidem verbis Epist. 18. Et Simonides bene apud Plutarch. in consolat. ad Apollonium: ἀνθρώπων ὀλίγον μὲν κάρτος, ἄπρακτοι δὲ μεληδόνες, αἰῶνι δὲ παύρῳ πόνος ἀμφὶ πόνῳ, ὁ δ' ἄφυκτος ὅμως ἐπικρέμαται θάνατος, κείνου γὰρ ἴσον λαχὼν μέρος οἵ τ' ἀγαθοὶ ὅστις τε κακός. Euripidis illa nota sunt: μοχθεῖν ἀνάγκη, &c. Sed reponendum his, quod Seneca recte monet: 'Maximus est animus, qui se Deo permisit;' et quod Græci aiunt: ἀεὶ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι. 'Cum natura litigat, qui mori grave fert,' ex Varrone dicebat Vincentius in Speculo Historiali.

520 *Aut languet moriens*] In morbo puta. *Aut mortuus aret.* In arido et exsucco senio, ut non immerito exclamet Democ. apud Stob. γῆρας ὁλόκληρός ἐστι πήρωσις, πάντα ἔχει, καὶ πάντων ἐνδεῖ. Et Euripid. εἰ ζῶμεν ἡμεῖς, ὧν ὁ βίος τέθνηκεν. Hippocrates Epistola ad Damagetum: ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστι. Vide quæ sequuntur, gemina illis quæ Josephus miseratur. Nilus: πάντα σκιὰ, καὶ καπνὸς, καὶ πομφόλυγες, p. 211.

Occidit heu spes una Phrygum, Mavortius Hector
Occidit, æternos cui si natura dedisset
Artus, ipse suos jaculandos Jupiter ignes
Otia tracturus ultro mandasset. At illum
Imperiis sensere suis obsistere Parcæ,
Sensere, et viridis crescentia fila juventæ
Collata rapuere manu, tutore peremto
Facturæ Phrygiam licito majore ruinam.

NOTÆ

529 *Tutore peremto Facturæ Phrygiam licito majore ruinam*] Fuerat enim, ut cum Virgilio loquar, nodus et mora belli: inde Caius Silo apud Senecam I. Controvers. 2. 'Ite, agite, o Danai, magnum Pæana canentes: Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.' Dixit vero illa ad imitationem Horatii: 'et ademtus Hector Tradidit fessis leviora tolli Pergama Graiis.' Manil. 'facili victamque sub Hectore Trojam.' Ita Demades Oratione sua p. 180. *τῷ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύναμιν τῶν Θηβαίων ὁ καιρός*. Prudentii non est absimile in *ἁμαρτ*. 'Ostentatque suos licito jactantius ignes.' Hyginus scribit, cum Hectorem raptaret, exclamasse Achillem, Expugnavi Trojam. C. Fimbriæ, cum undecim diebus expugnasset Ilium, quod Græci decem annis, idque jactaret, quidam scite respondit: *οὐ γὰρ ἦν Ἕκτωρ ὑπερμαχῶν τῆς πόλεως*. Strabo XIII. 409.

JOSEPHI ISCANI

DE BELLO TROJANO

LIBER VI.

ARGUMENTUM.

Anxia Sextus habet dubio certamina Marte,
Cæduntur que duces. Sarpedon Deiphobusque,
Troilus et sequitur Palameden, Memnona Achilles,
Et Paris. Urbs capitur, Priamus rex mittitur umbris:
Fletque Hecuba; ac Danaum reditum complectitur idem.

Segnior explicitis mœrentia signa catervis
Troja movet, rorant clypei, cristæque gravantur
Luctibus, angustum crebris singultibus aurum
Rumpitur, arma nocent, toto nil agmine lætum,
Dulce nihil: signa ipsa minus pugnantia vento
Mentitas laxant animas, morituraque tardis
Flatibus inclinant faciles languere dracones.

NOTÆ

1 *Segnior explicitis, &c.*] Imitatur Papinium Theb. VIII. 21. Gemina fere scribit Tryphiodorus initio ἁλώσεως suæ.

7 *Faciles languere dracones*] Dracones fuerunt inter signa militaria. Claudianus de III. Cons. Honorii: 'Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum Colla levant, multusque tumet per nubila serpens Iratus stimulante Noto: vivitque receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu:' ad quæ Noster respexit. Vide de Draconibus his Lipsium de Milit. Rom. IV. Dial. 5. Alexand. ab Alex. IV. 2. Heinsium ad II. Silii, Beroald. ad Suet. pp. 105. 109. Inde signiferi Draconarii Ammiano Marcellino dicti XX. Vide descriptionem talis vexilli apud Nazianzenum στηλιτευτικῷ, I. p. 75. Julianus enim Draconum ista signa revocarat, vexillo

At sonipes animi non argumenta superbi
Iratas iterat voces, non pulvere capto
Multiplicat suspensa levi vestigia gyro,
Non fremit incertum, sed tota immergitur arvis
Ungula, summittitque equitem, aurigamque perosus
Avertit collo venientia fræna reflexo.
Stridentem litui gemitum, stridentia reddunt
Jussa tubæ, nullique sonant non triste tumultus.
Talis in adversas trahitur duce Memnone turmas
Mœsta Phrygum pubes, poscunt remeare, negantque,
Venturusque Hector semper post terga videtur.
Qualiter Hyblæi mellita pericula reges
Si signis iniere datis, labente tyranno
Alterutro, viduos dant agmina stridula questus,
Et subitum vix nacta ducem metuentia vibrant
Spicula, et imbelli remeant in prælia rostro.
Jamque Argiva phalanx, lætis jactantior armis
Prodierat, tollitque animos, celeremque triumphum
Hectore dejecto sperat, dux digerit arma
Naupliades voti compos, curasque timendas
Induit, et duro fruitur miserandus honore.

NOTÆ

crucis insuper habito. Item apud Sidonium Apoll. Paneg. II. p. 301. Ammianum XVI.

27 *Dux dirigit arma Naupliades*] 'Palamedes,' ait Plinius VII. 56. 'ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, vigilias invenit Trojano bello.' Longe plura Gorgias in Oratione pro Palamede p. 191. De eadem re Euripides in Iphigenia, in Palamede. Tesserarum ludum eidem inventori tribuit Philostratus in Heroicis, Nazianzenus invectiva, III. p. 991. Pausanias in Argolicis. Vide Scaliger. in Manil. p. 69. 319. Inprimis insignem Gorgiæ Orationem pro Palamede: quem Alcidamas contraria accusat, et inventorum novitatem in alios derivat, p. 184. &c.

28 *Et duro fruitur miserandus honore*] Ita Papinius de Adrasto VIII. 'cogit miseranda potestas Invigilare malis.' Vide Chrysostomum insigni Homilia in Matthæum, XLI. 385. Tiberius apud Sueton. increpat amicos ignaros quan tabellua esset imperium: unde idem, ἀκκίζων, onerosam servitutem nominavit. Antigoni illud de diademate huc spectat, quod est apud Senecam, tanquam vili panno et non tollendo. Vopiscus Saturnino tyranno hæc assignat: 'Nescitis, amici, quid mali sit imperare. Gladii et tela nostris cervicibus impendent: imminent hastæ undique, undique spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur, non cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro ju-

Atrides regis insignia ponit, et ultro
Exuit imperium: nec enim venisse fatetur
Jure ducis, fierique satis, si principe quovis
Freta cohors redeat post diruta Pergama victrix.
Nil refert, quis, ubi, quando, sed qualiter, et quid
Factum: durabunt actus, et transiet auctor.
His addit, se jure frui potiore Mycenis,
Et stabilem regnare domi: nec signa priora
Sic ambire cupit, ut fesso pectore malit
Et vigiles Lunas et duros ducere Soles.
Martius Æacides mutatas solus habenas
Arguit, at rapto Palamedes Marte superbus
Vincere contendit titulis, regemque mereri.
Ergo iterum coëunt acies, properatur utrimque,
Et medius decrescit ager, rapit agmina juncta
Sarpedon, Lyciosque enses, et turbine primo
Hostibus invehitur: qualis vexilla Gigantum
Centimanus Briareus Phlegræo in vertice tollens,
Imbelles risit Jovis ignes, tela Dianæ,
Martis equos, Phœbi pharetras, et Palladis angues.

NOTÆ

dicio, non arma pro studio. Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur.' Recte III. cap. ultim. De Benef. Seneca: 'Hoc est regnum, nolle regnare, cum possis.' Vide illam magnanimitatem, ejusque exempla apud Jovianum Pontanum II. de Magnanim.

30 *Nec enim venisse fatetur Jure ducis*] De genere loquendi vide I. 320. Philostratus in Heroicis p. 679. paria fere loquentem facit Agamemnonem: ἐγὼ δὲ καὶ πάσης τῆς ἀρχῆς παραχωρεῖν ἕτοιμος, εἰ βελτίων ἐμοῦ. Habes exemplum geminum Marci Antonini, illiusque epistolam apud Vulcatium Gallicanum in Avidio Cassio, p. 307.

33 *Nil refert, quis, ubi, quando*] Ἀσύνδετα talia alibi congerit, ut II. 492. ita I. 145. 'Est tempus quando, locus est ubi.' Græci ἔστιν ὅτε, ἔστιν ὡς. Clemens Alex. II. Strom. p. 531. καὶ ὅτῳ ἄν τις μάλιστα, καὶ ὁπόσον, καὶ ὁπότε, καὶ ὅπως. Seneca. De Benef. II. 16. 'Refert quid, cui, quando, quare, ubi, et cetera, sine quibus facti ratio non constabit.' Ad quæ sine dubio respexit.

34 *Durabunt actus, et transiet auctor*] Tibul. I. 4. 'Ah si tardus eris, errabis, transiet ætas.' Ad quæ magnus Scaliger, 'ἀρχαϊκῶς pro transibit. Tertullianus adversus Judæos, Ex te enim exiet dux, qui pascet populum meum Israël.'

40 *Rapto Palamedes Marte superbus*] Vide v. 358.

43 *Et medius decrescit ager*] Vide II. 131.

Haud minor insurgens heros Jove patre superbus
Junonem Argolicam congressaque signa Deorum
Spernit atrox : quacumque vagos raptatur in hostes,
Millia multa manu proturbat, millia multa
Axe superjecto, fulmen sævire paternum
Credas, et tonitrus curru stridente minores.
  Occidit infelix Gobius, nec lætior illo
Triptolemus, suetusque feras incessere telis
Mœnalius Cormas, quartus tot funera Perses
Ultus obit : lævos misso Sarpedonis armos
Transierat jaculo : sed vix tamen ille coactus
Tandem vertit iter, vultuque in terga rejecto,
Ad cunctos hæret gressus, semperque redire
Ardet, non posse indignans, pulsatque vetantes.
At jam caligat acies, sparsoque cruore
Deficiunt quamvis victuro vulnere vires.
  Interea Mœsas properat laturus aristas
Demophoon, Garamas, et te, Thesida, volentem
Tertia cura vocat. Danaas hebetaverat iras
Belligeræ messis vinique audacis egestas,
Et vires depasta fames : pax arma soporat,
Inque annum jurata fides : utrique cohorti

60 *Reflexo* Dresem. Vide not.

NOTÆ

52 *Millia multa*] Vide v. 381.

55 *Nec lætior illo Triptolemus*] Dares Tlepolemum vocat Rhodium, et Diodorus Siculus IV. 241. qui vult Herculis filium fuisse, ad Trojam profectum, inibique occisum, p. 330.

60 *Vultuque in terga rejecto*] Non credo adeo proterve temporis legem migrasse Nostrum, quamvis Papinius dixerit, 'proclamatque adici cervicibus Atlas,' 'rejicitque canes in vulnus hiantes.' Lego igitur 'in terga relato,' vel 'reflexo,' quod et Nostro usurpatum, et aliis. Supra 13. 'Avertit collo venientia terga reflexo.' Manil. I. 'cervice reflexa.' Virgil. Æn. X. 'galeam læva tenet, atque reflexa Cervice orantis capulo tenus abdidit ensem.'

66 *Demophoon, Garamas, et te, Thesida, volentem Tertia cura vocat*] Dares ad σιτοπομπείαν profectos vult Agamemnonem, Demophoonta, et Acamantem. Tryphiodorus etiam Acamantem Thesiden nominat.

67 *Danaas hebetaverat iras*] Plinius Panegyrico : 'gladios incuria hebetari retundique gaudebant.' Claudianus II. in Eutrop. 'ipsos ignavia fluxit in enses.'

Utraque castra patent, fas civi Graia videre
Carbasa, fas hosti Phrygios lustrare penates.
  Dum sic alternos aditus, alterna pererrant
Mœnia, natarum sacra comitante caterva
Hectoreos Manes Thymbrææ in limine portæ
Placat uterque parens: cinis annuus, umbra laborans
Solantes epulas lamentaque festa reposcit,
Et tumuli lugubre decus. Stant crine soluto
Iliades, hæc questa virum, natum altera, fratrem
Multæ, nunc pariter lugent, nunc singula plangunt.
Cumque aliis in pallorem candore sepulto
Febricitent vultus, sola ore Polyxena floret
Sospite, et in faciem nil audent nubila mentis.
Hanc videt, hanc optat, et acuto Cypridis arcu
Saucius Æacides subitos suspirat amores.
Utque usu majore Venus producta tenellos
Spondæo stabilit animos pede, sic nova voti
Causa pares stimulos, similesque immobilis ignes
Haurit, et in thalamos periturum emollit Achillem.
  Ergo nec armorum meminit, nec prælia curat,
Jamque redire velit, patriosque reducere cœtus,
Et totam turbare aciem, si regia detur
Virgo sibi, consorsque tori, pretiumque recessus.

NOTÆ

75 *Hectoreos Manes Thymbrææ in limine portæ*] Papin. 'Trojanaque Thymbra tacebit.' Dictys lucum nominat Thymbræum. Quod addit, 'cinis annuus,' de parentalibus et libationibus intelligit, ut infra: 'Annua Memnonio pactæ solennia busto:' de quibus ex Heraldo Kirchmannus lib. IV. 2. vide etiam Heinsium de his agentem ad Silium XIII. 471. Loënsem Miscell. IV. 19.

82 *Febricitent vultus*] Ut Plautus, 'ægrotant artes.' Lucretius: 'ægrotat fama.' Vide Taubmannum, qui ex Victorio notat talia ad Bacchides et Trinummum Plauti, Giphanium in Indice Lucret. Secundam vero in *febricitant* Catullus et Martialis producunt.

85 *Saucius Æacides subitos suspirat amores*] Aristænetus Epist. 24. ταχὺ τὸ ἐπαφρόδιτον. Et Græcus poëta, ut Epiphanius allegat in Nicolaitarum hæresi, p. 30. τὸ κάλλος προύνικον.

86 *Tenellos Spondæo stabilit animos pede*] 'Figit animum,' ait Dares. Respexit ad Horatium, qui Spondæos 'stabiles' vocat: ita Persius, 'Heroos sensus;' et Papin. 'Heroos gressu truncare tenores.' Propert. 'Heroas manus.'

Instruit his Phryga Sergestum, cui proxima in omne
Arcanum regale fides, pacemque futuram
Asserit, et totum cogendum in fœdera Martem,
Si reduces sua Myrmidones prærepta sequantur.
Audierat Priamus, remeat Sergestus Achilli.
Pacta placent, sed bella nocent, facilique repulsa
Crescit amor. Lex hæc: virgo, si publica cessent
Arma, viro patrias nuptum tradetur in oras.
Haud mora, communes reditus monet, et grave frustra
Discrimen passos queritur, nec judicat æquum,
Unius in thalamum et muliebria prælia tantos
Conjurasse duces; Spartanaque damna medendo
Et populum et reges longis consumere bellis.
Grata quies vulgo, Martisque remissius ardens
Dignatur consulta furor: sibi crastina quisque
Vela parat, sed mox accepto tempore, partæ
Maturant cum messe rates, quas donat Achivis
Telephus, infensusque tamen, quod signa sequantur
Altera, ductoresque novos, Agamemnone pulso.
Vix dum contigerant portus, mutata tumultu
Agmina crudescunt alio, gladiosque reposcunt.
Torserat astrivagum pacta in vestigia Phœbum

97 *Præcepta* Dresem.

NOTÆ

94 *Instruit his Phryga Sergestum*] Dares, 'Phrygium servum.'

99 *Facilique repulsa Crescit amor*] Ματαιοτεχνίαν Ovidii imitatur. Philo I. de vita Mosis, ὁ γὰρ ἀκκισμὸς ὑποκνίζων τὰς ὁρμὰς ἐπεγερεῖ μᾶλλον, καὶ τοὺς ἔρωτας ἀναφλέξει, p. 501. et libro de special. legibus: ἀποτυγχανόμενος ἔρως οὐ μετρίως ἐπιτείνεται, p. 605. Vide in hoc argumento suavissimam Heinsii doctissimi Elegiam, III. 10.

115 *Torserat astrivagum pacta in vestigia Phœbum*] Sic alibi: 'Sidereum pepigere diem.' 'Fatorum promissa dies.' ἐκ προθεσμίας scilicet, ut Manilius de sole; 'referens operum vadimonia terris,' I. Papin. V. 'in terga revolvitur annus,' II. Achill. 'donec sol annuus omnes Conficeret metas.' Ovid. Met. III. 'Et sol ex æquo meta distabat utraque.' Lucret. 'metas solstitiales,' V. et 'flexus brumales,' in Astronomico veteri: 'metam sol eminus exit,' Catalect. 241. Vide infra 663. Noster 'bissenos labores' vocat, alio sensu, quam Virgil. 'Lunæ solisque labores:' et Papin. 'laboranti succurrere Lunæ.' Ita Naso de ἐγκυοσύνῃ: 'Et quos sustinui bis mensum quinque labores.'

Annua mobilitas bissenos passa labores,
Et jam mixtæ acies: solus non prodit in arma
Æacides, solus non militat, objice belli
Vota hærere dolens: alios in prælia cogit
Naupliades, faustumque suis comitantibus omen,
Impete Deiphobum primo petit, utraque jacto
Tempora transadigit jaculo, funusque secundum
Dat Phrygio lugere duci. Rotat obvia tela
Sarpedon, quantaque cruor virtute relictus
Sufficit in vulnus, vires expendit in ictus,
Prodigus instandi, nec juncta potentia fati
Prorsus abest, clypeum transit, lævumque cruentat
Obliquo mucrone latus: felicior ensis
Naupliadæ, casuque manum meliore secutus
Iratis flendum Superis Sarpedona fundit.
His hilaris, multoque aliis jactantior, ecce,
Ecce, iterat, quantos dextra victrice negantes
Ense palam sterno! quid plus testabitur ausum
Phlegra Jovem? Libycus Alciden? Thesea Minos?
Talis erat Danaum princeps: vix ista, nec ista
Fas plenis jactasse sonis, venit ecce sagitta

132 *Gigantes* Dresem. Vide not.

NOTÆ

118 *Objice belli*] Πολέμου ἐμποδών. IV. 'seque objice morbi Tentum.'

120 *Faustumque suis comitantibus omen*] Papin. II. Theb. 'infaustum nubentibus omen.'

132 *Quantos dextra victrice negantes*] Quid hic 'negantes?' legendum *gigantes*. Supra enim de Sarpedone 45. 'qualis vexilla gigantum Centimanus Briareus.' Virg. Æn. I. 'ubi ingens Sarpedon,' et IX. 'Sarpedonis alti;' quod de nobilitate exponit Servius. Homer. Il. II. Probant etiam sequentia: 'Phlegra Jovem? Lybicus Alciden? Thesea Minos?' Sidonius VIII. 'tot tantique petunt simul gigantes.' Gigantes enim dicuntur διὰ ὑπερβολὴν σωμάτων εἴτε μεγέθεσι καὶ ῥώμαις, ut ait Philo De Gigantibus. Vide etiam doctissimum Hæschelium ad Syraciden, p. 377. Quod vero ante dixit, 'Iratis flendum Superis Sarpedona mittit,' illis respicit ad Homerum, apud quem Il. Π. Jupiter Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε Παῖδα φίλον τιμῶν, &c. De quibus Clemens Alexand. in Protreptico p. 28.

135 *Vix ista, nec ista*] Elegans ἐπανόρθωσις. Καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι. D. Paulus ad *Philip.* I. 18. ad Galatas, III. 4. τοσαῦτα ἐπάθετε

In jugulum stridens: Paris hanc excussit in auras
Assyriis melior, æquaturusque Gelonos.
  Dux ruit, et tenues jactatrix gloria fructus
Cum luctu lucrata perit: cunctique jacentem
Mixtis confodiunt hastis: at rege peremto
Non se turba regit: cæso duce tota sequentum
Debilis ægrescit virtus, arma ipsa videntur
Posse minus. Sic si ruptis moderator habenis
Deciderit, turbantur equi, leviora stupentes
Imperia, et subita jam libertate potiti,
Ceu timeant, incerta vago vestigia cursu
Præcipitant: lege hac fugiunt, hoc ordine fusi
Grajugenæ: jam castra procul, jam littora longe,
Seque terunt vicibus, et qui prior, esse supremus
Atque hosti propior metuit: mox pectore nudo
Terga tegunt, armantque fugam; sed nulla tueri
Tela queunt, classes nullæ, munimina nulla:
Incendunt, sternunt, perimunt, face carbasa, contis
Arces, ense viros: strages vulgatur, Achilles

NOTÆ

εἰκῇ, εἴγε καὶ εἰκῇ. Virg. IV. Æn. 'moriemur inultæ, Sed moriemur, ait.' Chrysostom. in Matth. Hom. XI. p. 103. *ἀλλὰ μὴ φοβηθῇς, μᾶλλον δὲ φοβήθητι μὲν, μὴ ἀπογνῷς δέ.*

139 *Tenues jactatrix gloria fructus Cum luctu lucrata perit*] Artabanus graviter apud Herodotum in Polymnia: *ὁρᾶς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι.* et paulo post: *φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.* Chrysost. vere in Psalm. 127. p. 459. *οὐδὲν οὕτω σφαλερὸν, ὡς τὸ ἐν ἀνθρώποις κομᾷν,* et Homilia IV. in Matt. p. 24. *οὐκ οἶδας, ὅτι ἐὰν ἐπαινέσεις σαυτὸν, οὐκ ἔτι σε ὁ θεὸς ἐπαινέσεται,* &c. Recte itaque Pontius Paulinus: 'Virtus mea non mihi virtus, Si caream virtute Dei.' Vide Crinitum XIII. 12. De Palamede vide plura apud Philostratum IV. de vita Apollonii, ubi nominatur *ἀγαθὸς ἀνὴρ, δι' ὃν σοφία πᾶσα.*

141 *Rege peremto Non se turba regit*] Est enim *βάσις τοῦ λεὼ,* et Sapient. 6. *βασιλεὺς φρόνιμος εὐσταθία δήμου.* Seneca apposite lib. I. 4. de Clem. 'Ille est vinculum, per quod respublica cohæret: ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt: nihil ipsa per se futura, nisi onus et præda, si mens illa imperii subtrahatur.' 'rege incolumi mens omnibus una, Amisso, rupere fidem.' Virg. IV. Georg. Vide doctiss. Gruterum in Discursu ad Tacitum I.

143 *Arma ipsa videntur Posse minus*] Eadem initio hujus libri. Papinius: 'Tiphy mortuo non ferre videtur Remus aquas, ipsique minus jam ducere venti.'

Dissimulat: sed tot tædas, tot tela secundus
Sustinet Æacides, et defensore laborat
Jam fessus clypeo: tandem miseretur anhelum
Altius attollens pontum Thetis, et venienti
Occurrit Phœbo, radios mersura morantes.
  Postera vix umbras lux solverat, undique in iras
Surgunt, armatoque acclivia tela cubili
Corripiunt: pars in clypeos cervice recepta,
Non madidum mucronis ebur, non cassidis umbram
Solverat, ast ipsis audax sopor incidit armis.
It tuba præceptrix Phrygiis, it tibia Graiis,
Et litis litui testes: at promta vocantes
Anticipat virtus modulos, crudescit utrimque
Pugna ferox: instant, cedunt, minitantur, et horrent.
Alternansque vices fortuna ferensque triumphos
Exiguasque fugas populis permutat utrisque.
  Urget eques pedites, ille inclinatur in ictum
Arduus, hi tollunt humiles in vulnera dextras.
Ibat Abas, cumque aurigam turbare Melampum
Sublato mucrone parat, sensisse putares
Cornipedes, suspensa truces in pectora surgunt,
Implicitumque terunt pedibus, stratisque relinquunt.
Lætior eventu, fisusque Melampus equorum
Auxilio, per et arma virum, perque ora superbo
Fervidus axe volat, calcandaque corpora quærens
Non vacuam dignatur humum: tandem Anxuris hasta
Dictæi ruit incurvus, propriisque fatiscit

174 *Jamque*, vel *dumque* Dresem.

NOTÆ

156 *Tot tela secundus sustinet Æacides*] Ajax Telamonius, cui Æacus avus. Hinc in armorum judicio apud Ovid. 'Frater erat, fraterna peto:' et, 'Inseris Æacidis alienæ nomina gentis.'

167 *Et litis litui testes*] Festus: 'Lituus appellatus est, quod litis sit testis.' Eadem verba. Quod prius ponit, 'madidum mucronis ebur,' explicatur IV.

174 *Ibat Abas, cumque*] Lego *dumque*.

175 *Sensisse putares Cornipedes*] Vide I. 178.

Interceptus equis, clamantemque ore supino
Parcite, nil miserans surdi rota præterit axis.
  Anceps pugna ducum, palmæque incerta fluebant
Bella diu, donec medios prorumpit in hostes
Troilus, horrificisque comes victoria signis.
Qualis Pellæus, qualis Calydonius exul
Fulmineas habuere manus, prior ille, secutus
Alter: at hic superat utroque potentior ambos,
Utque omnes claudam titulos brevis, Hectore major.
Mirati cedunt Danai, graviore procella
Corda pavent, secura prius: pluresque renasci
Hectoras attoniti censent, sic Troilus ardens
Fraternas renovat cædes: insignia dextræ
Victricis sensisse, dolor, spectasse, voluptas.
Eminus Alcestem, Nisæum, cominus Idam,
Hunc jaculis, hunc ense metit, tantoque sub hoste
Nulli turpe mori: pars tanquam occumbere certet,
Inflictis gaudet jaculis, et morte superbit.
  Exierant Ithacus, Tydides, Nestor, Achillem
Flectere: is in tantis unus te, Troile, dignus:
Sed steriles rediere preces, stat linquere fixum
Bella duci, validaque ipsos ratione rogantes
Arguit: ac bellum pendit, quod causa pudori,
Congressus damnis, et commoda nulla triumphis.
Facta fides ducibus: hortantur fœdus, at obstat
Cui thalami propior spirat dolor, obstat Erinnys,
Obstat Parca tenax, fatoque potentior omni,
Bella refert Danais scrutatus numina Calchas.
  Haud mora, prosiliunt ductore Agamemnone læti

NOTÆ

198 *Tantoque sub hoste Nulli turpe mori*] Vide II. 40.

199 *Pars tanquam occumbere certet, Inflictis gaudet jaculis, et morte superbit*] Nimis poëticum hoc. Juvenal. salse de Rhombo: 'Ipse capi voluit,' IV. et Claud. de feris: 'Ipsæ ultro voluere capi.' Sed alia hominum, præsertim hic Græcorum, ratio. Papinius recte: 'mente novissimus exit Lucis amor.' De conflictus et flictus vocabulis vide Villiom. ad Titii locos controv. VI. p. 130.

203 *Sed steriles rediere preces*] Ita Mart. I. Juvenal. VII. 'steriles' vocant 'cathedras.'

207 *Obstat Cui thalami propior spirat dolor*] Menelaus.

Œbalidæ: contra non segnius æquor anhelis
Priamides transmittit equis, vectore superbus
Magnanimo sulcos suspendit in aëre currus,
Et raro defigit agros, ut tardior anguis
Triptolemi, Veneris ales, panthera Lyæi.
Pulvere crescit ager, putrique in nube sepultam
Prætexit caligo diem, nec civibus hostes
Internosse datum, donec revocante serenum
Cuspide, sanguineos campus consedit in imbres.
Straverat Alcidamas Teucrum Leoconta, trabalem
Eminus intorquens hastam, missamque secutus
Extrahere ardebat, ut teli laude madentis
Aut formidandus Phrygiis, aut gratus Achivis
Iret ovans. At glandiflua præventus habena
Occidit, et juncto solatur funere Teucrum.
Transigit Eurypylum jaculabilis hasta Menalcæ,
Occiduas ingressa comas, lævumque per orbem
Exit, et excussum defert in cuspide lumen.
Lernæa Lycidam transfigit arundine Glaucus,
Qua cervix connexa humeris: jugulo illa patenti
Insidians, galeæ clypeique intervenit oras
Herculeis imbuta vadis: duplicique fatigat
Morte animam, furit hinc virus, cruor inde secutus
Missile, et inciso tandem de stamine certant.
Thersilochum Cromius, Xerses Creteona, Nisus
Fundit Alym: jacet hic jaculo, jacet ille bipenni,
Tertius intento districtus palpitat arcu.

221 *Leocanta* Ed. Mor.

NOTÆ

218 *Prætexit caligo diem*] Verbum commodum. Lucret. v. 'subtexunt nubila cœlum.' vi. 'Et quasi densendo subtexit cœrula nimbis.' Virg. iii. Æn. 'cœlum subtexere fumo.' Papin. ii. Theb. 'Cœperat humenti Phœbum subtexere palla Nox,' viii. 'Stygio prætexam Hyperiona cœlo.'

231 *Qua cervix connexa humeris*] Ovid. in fine Fast. 'Qua cervix humeros continuata tegit.' xii. Metam. 'Qua juncta est humero cervix,' inibi: 'qua collo pectora subsunt.'

233 *Herculeis imbuta vadis*] Veneno Lernæo, paulo ante: 'Lernæa Lycidam,' &c. Sic iii. 'tuque Herculea corruptior unda.'

Rethea Rhesus agit, Lybidam proturbat Aconteus:
Stemona sternit Ion, Thessandrum vulnerat Argus,
Mactat Achonta Pholus, Pholon Ebalus, Ebalon Actor,
Actora Thyodamas, et Thyodamanta Lycæus.
Eminet asperior dextra majore lacessens
Troilus Argolicos, et quanquam Antenoris ensem,
Æneæ jaculum, prædonis tela tremiscant,
Hic tamen, hic vincit, et lautos obruit omnes,
Omniaque in proprios lucratur facta triumphos.
Miratur Bellona virum, stimulatque furentem
Parcius et docilem gaudet vicisse magistrum:
Ipse alias discit iras majoraque Mavors
Prælia, et exemplum divus mortale secutus,
Dum Scythicis instat, vivos reminiscitur actus.
Ibat fulmineo Phrygios mucrone fatigans
Fervidus Umbrasides, hinc nudo Troilus ense
Disputat, et mortem, menti qua cella secunda,
Attonito concludit atrox: frustra ille laborat
Solvere, cum nequeat fatale necesse refelli.

250 *Discis* Edd. Mor. et Spondan.—252 *Visos* Edd. Mor. et Spondan. *ausus* Ms. marg.

NOTÆ

241 *Mactat Achonta Pholus, &c.*] Versus rotunditate et ἀναλήψει insignes: ut Virg. IX. 'Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus.' Vide infra 496.

246 *Hic lautos obruit omnes*] Quid 'lautos?' *laudes* lego.

249 *Docilem gaudet vicisse magistrum*] Pullum illum Martis, ipso Marte pugnaciorem: juxta diverbium, Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

254 *Nudo Troilus ense Disputat*] Legerim *dissipat;* sed *disputat* voluit; quod IV. 'gena disputat hydris.' quem vide. 'Ανάλαγον quid est in illo Homeri, Il. Θ. δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν.

255 *Et mortem, menti qua cella secunda*] Qua menti est cella secunda, in occipite: vel de ventriculo, ut ἰητρῶν παῖδες aiunt, cerebri, intelligi potest. Ita dictum foret 'cella mentis,' ut Lucret. 'caulas palati,' 'ætheris,' 'corporis,' aliquoties dixit: ut 'arx mentis' 'templum mentis,' Papin. 'pectus montis,' ut Gratius, qua de re Eustathius Suarthius Analect. II. 8. Si vero de mento intelligis, simile erit illi Hom. Il. E. Αἰχμὴ δ' ἐξεχύθη παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα· et Corinth. VIII. Πηλιὰς εὐρυπύλοιο διήλυθεν ἀνθερεῶνος. Virg. X. 'ferit eminus hasta Sub mentum graviter pressa.'

257 *Cum nequeat fatale necesse refelli*] Phanocles apud Clem. Alex. VI. Strom. 'Αλλὰ τὸ μοιράων νῆμ' ἄλυτον

Mox premit Ascalaphum, ruit ille in terga, nec hastam
Expectat, fallitque manum, sed fraxinus ictum
Sicca redire negans reperit, figitque jugalem
Implicitum domino: trahitur retinentibus ille
Scansilibus, potoque perit in sanguine mersus.

NOTÆ

οὐδέποτ' ἔστιν Ἐκφυγέειν ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα. Liv. I. 'fati necessitas humanis consiliis rumpi non potest.' Phalaris Epist. 37. *εἱμαρμένη οὐχ ὑπ' ἀνθρώπου νομοθετεῖται.* Pindarus Pyth. Od. XII. *τόγε μόρσιμον οὐ πάρφυκτον.* Theophylactus Epist. 2. *ἀνόητον ὄντως τὸ ζητεῖν ἀδύνατα.* 'Arduum fatalia devertere;' ait Aurel. Victor. Hinc *θεοῦ βία* Græcis, Virgilio 'ineluctabile fatum.' Homerus: *Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.* Vide plura et alia ab H. Stephano congesta Sched. v. 13.

261 *Trahitur retinentibus ille Scansilibus*] Satisne caute pro illo ævo, cum se saltu in equos tollerent? *πρόληψις* itaque poëtica advocanda, sed et illa præter morem et decorum. Clem. quidem Alexand. I. p. 225. Strom. Persas ait currum et *ὑποπόδιον* invenisse; sed quia addit *κλίνην*, quid velit, liquet. Quod vero Noster 'scansile,' Budæus 'subjicem pedaneum,' Franciscus Philelphus 'stapedem,' Junius 'stabium,' vulgo 'staffam,' 'staphiam' vocant. Cælius lib. XXI. 31. 'subsellares' ex Avicenna, quod Magius reprehendit. Robertus Valturius de re militari, 'ferrum scansile.' Corn. Fronto p. 258. 'Pedule,' ait, 'sub pedibus præstat utilitatem:' quod Magius (nescio an recte) ad fasciolas crurales transfert. Vide eundem de scansilibus prolixe agentem II. 14. qui inscriptionem veterem affert, in qua est: 'casu desiliens pes hæsit stapiæ tractus interii.' Idem Hieronymo illorum mentionem factam vult, et nominata 'bistapiam,' ubi Marcellus Donatus legit 'bistaptriam,' in Comment. ad Suet. p. 597. Videsis quoque Torrentium ad Caligulam Suetonii p. 1430. Chrysostomi locus est in 16. caput Actorum Apostol. Homil. 34. p. 687. ubi cum de domandis equis dixisset in *ἀποδόσει*, ait; *τῆς δὲ ψυχῆς ἄτακτα βαδιζούσης οὐδεὶς ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ καὶ πηδᾷ καὶ λακτίζει καὶ σύρεται χαμαὶ καθάπερ παιδίον, καὶ ἀσχημονεῖ μυρία, καὶ οὐδεὶς αὐτῇ ψαλίδας περιτίθησιν, οὐδὲ ποδόστροφα, οὐδὲ χαλινούς, οὐδὲ ἐπικαθίζει τὸν ἔμπειρον ἐπιβάτην, τὸν Χριστὸν λέγω.* Pollux et Hesychius *ψαλίδας* exponentes nihil habent, quod huic loco conveniat, nihil de *ποδοστρόφοις*, nisi quis *ποδοστράβας* legat, quod tamen ipsa significatione alienum ab hoc loco. Forsan recte de scansilibus intelligendum erit: quorum usus non adeo novitius, ut ex Hieronymi loco, et inscriptione veteri, quam citat Magius, evincitur. Leo Imperator in Tacticis VI. p. 57. aperte *εἰς δὲ τὰς σέλλας δύο σκάλας σιδηρᾶς* nominat. In veteri inscriptione apud Camerarium, 21. 'suppedaneum' nominatur. Alii ad Constantini Magni ætatem sellarum initia referunt, idque Zonara auctore: qua de re Piccartus ad IV. 13. Polit. Arist. Erant etiam in familia quadrigaria Sellarii: qua de re Jul. Cæsar Bulengerus libro de Circo, 43. Casaubonus doctiss. ad VI. Athenæi, 16. simile quid in climacidibus notat, quibus sublevarant suos: *κλίμακα κατεσκευάζοντες ἐξ ἑαυτῶν.* 'Eustathius,' inquit Casaubonus, 'cum Athenæi verba de climacidibus descripsisset,

Contentus cecidisse virum, premit agmina victor
Cetera Priamides, et terna tricuspide clava
Funera continuat: fossos gemit Astilus armos,
Pectus Itys, vacuamque excussis ilibus alvum
Antiphates: sed sæva licet, tamen inguine nunquam
Inferius grassata manus, tumidusque superbit
Poplitibus cæsis humilem infamare triumphum.
Jam magis ardentem tenues consumere pugnas
In populum tædet, vulgari tela cruore
Immensus violare pudor, nec paupere fraudat
Plebem anima, furit in jugulos regumque ducumque
Acrior, et qua acies stipat gemmata cohortes,
Irruit, Atridasque ambos, sed dispare telo,
Sauciat, hunc jaculis, illum sude: tertius ensem
Vulnificum passus plangit Calydonis alumnus.
Hos quoque fudisset, sic nunquam debilis ira,
Sic præsens semper virtus: at turba profundo
Interjecta gravem frustratur vulnere dextram.

NOTÆ

addit: sua quoque ætate, tale quid factitatum ab iis, qui dorsum inclinantes, conscensuris in equos erant pro stapedibus, quos vocant. Erat tamen jam ante Eustathii sæculum usus eorum adminiculorum notus, quibus hodie utimur: faciunt enim illorum mentionem antiquissimi Rabbinorum, ut et alibi docemus.' Hæc ille. Poëta noster 'scansilia' nominavit οὐκ ἀστόχως, ut Lucret. v. 'Insilia,' in textoria re: ita Plinius, 'annus scansilis,' κλιμακτικός. Ammianus Marcellinus xvi. 'elatos vertice scansili suggestus,' de coma loquitur. Ut Latini 'nexilis,' 'structilis,' 'tinctilis,' 'textilis,' 'tactilis,' 'insensilis,' 'sessilis,' 'deletilis,' 'adapertilis,' quæ apud Lucretium et Ovidium reperias. Perottus ad Martialis 66. Epig. 'scansile, per quod ascendi potest.'

264 *Terna tricuspide clava*] Ovid. 'positoque tricuspide telo.'

267 *Tamen inguine nunquam Inferius grassata manus*] Respexit ad illa, quæ Dictys: 'Nec Patrocli tantum mors gemitum illum cunctis incusserat, sed præcipue recordatio vulnerum per loca corporis pudibunda, quod exemplum pessimum per mortales tunc primum proditum est, nunquam antea Græcis solitum.' Ovidius id non observat v. et xii. Metam. Neque Virgilius.

272 *Immensus violare pudor*] Sic infra: 'Immensæ pariter nemorumque virumque ruinæ.' 'Pars clypeis immensa sedet,' pro innumera: συνεχὲς ποσὸν, ἀντὶ τοῦ διωρισμένου. Ita Lucret. ii. 'Et quasi longinquo fluere omnia cernimus ævo,' pro diuturno. Terent. 'sexcenta tanta,' pro tot. 'Curarum peperit millia quanta mihi!' Propert. Vide plura apud Rittershus. ad Guntherum iv. 373.

Ipsa etiam ceu nulla dies, sic rara tyrannis
Atropos, inque animas inopes audacia major.
Nutabant Danai, jamque his spes nulla triumphi,
Nulla fugæ : fati fraudes, commenta Deorum,
Et falsum Calchanta dolent, reditusque susurrant,
Si nulli post terga metus : mox Nestor, et ipse
Peliden Agamemno rogant : negat ille, suosque
Myrmidonas in bella tamen concedit agendos.
  Hos ubi conspexit rapido prodire tumultu
Troilus, huc tendamus, ait, quænam hæc nova pubes?
Quis novus hic pulvis ? an et hos huc destinat Argos
Nunc primum, et totas properat consumere vires ?
At Superi melius ; deerant quos perdere possem,
Et Stygio mandare Jovi, gladiusque timebat
Otia : faxo igitur post fulmina Dardana discant
Utilius latuisse domi : sic fatus Hypartum
Ductorem cunei, qua flammeus umbo coruscat,
Robore fraxineo figit, teloque moranti
Præcipitem perturbat equo : celer ille receptis
Gressibus, abjectaque hasta, clypeoque relicto,
Acrius instantem fugit hostem, in castra recedens
Argolica : illic ante ipsum mactatus Achillem
Concidit, et fuso tentoria sanguine signat.
  Frendit atrox, quantumque ingens dabat ira, lacertum
Erigit Æacides, ac toto robore nisus
Jam responsuros parat ictus : venerat ante
Lancea Priamidæ, lævosque invaserat armos
Hostis : at innocuum fallit Tritonia telum.

281 *Ipsa etiam ceu nulla Deis,* Carolus Trognesius. Vide not.

NOTÆ

281] *Ipsa etiam ceu nulla dies, sic rara tyrannis Atropos*] 'Dies' erat in libris. Carolus 'Deis,' Sensus foret : Atropon ut Deis nullam, ita regibus raram fuisse : alterum vero, nullo die minus in reges sævitum.

294 *Gladiusque timebat Otia*] Ita Pyrgopolynices ille Plautinus de machæra sua feriata. Claudianus : 'ipsos ignavia fluxit in enses.' Guntherus : 'ferrum sanguine pascunt.' Homerus, Odyss. Π. et T. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Sentit, et adversos incusat Palladis astus
Troilus: at jaculo melior fortuna secundo:
Lædit enim libatque humeros, et morte petita
Invenit indignans vulnus sine funere cuspis.
Tertia majorem cornus potura cruorem,
Rapta manu: venit ecce abies, et stridula certos
Molitur jactus: celsos præsagus in armos
Erigitur sonipes: dubium, defendere tentet,
An timeat, gaudetque tamen perculsus herilem
Anticipare necem: flexo tunc poplite fusum
Invitus proculcat herum, fatumque ruentis
Heu juvat: ille quidem nolit, sed dum gravis urget,
Occupat Æacides, et jam surgentia ferro
Colla metit: longeque licet decurrere jussa
Cæsa viri cervix, truncus manet, ipsaque nondum
Exarmata manus bellum factura movetur.
Quos casus, quæ fata querar? quos, Troile, Divos?
Troile, cujus opem gemit Ilios orba sepultam,
Troile, cui meritæ spirant præconia famæ,
Troile, quem solum dignatur laudibus Argos,
Macte jaces! quique ante Phrygi spes publica vitæ,
Vix unum obsessæ tutorem Memnona mortis.
Stratus habes: funus lacerum spoliare parabat
Æacides, prohibet Memnon, miseræque parenti
Pignoris egregii lugendos destinat artus:
Ipse aliis lacrymas, sibi bella, aliisque tumultus
Fœmineos, sibi tela movet, raptaque superbum
Cuspide victorem vindex premit: inguina telo,
Pectora libarat gladio; respexit Achilles,
Atque indignatus furialibus intonat orsis:
Et te fata vocant: Stygia prior hospes in alno

NOTÆ

326 *Troile, cujus opem*] Διπλώσει ἀναφορικῇ quater repetit 'Troile.' Ita Dionysius Afer vs. 794. et ter 'Ρήβας, ut Homerus, Nireus. Idem Dionysius quater Ilion, 815. Papinius aliquoties Arcada et Persephonen, XII.

329 *Spes publica vitæ*] Ita Claudianus: 'Publica morborum requies.' Epigram. de Apono.

Expectat, Stygias pariter transnabitis undas.
Dixit, et Eoo jamdudum viscera regi
Fraxineo perfossa stylo: niger emicat alte
Sanguis, et exutos mulcet Styx frigida manes.
Fit fuga Persarum fuso duce: sævior instat
Myrmidonum princeps, sic mens acceptaque suadent
Vulnera: jam trepidos longum quæsisse tyrannos,
In vulgi jugulum violens furit, impetus iram
Mutat, et ultricem cogit plebescere dextram.
Ergo fugat pavidos, audentes fundit, inertes
Proculcat, redimitque brevi longa otia bello.
Viderat Iliacos fremere in certamine campos
Jupiter, et quanquam tardari pulvere visus,
Arma tamen cernit Vulcania, sævit in hostes
Sævire Æaciden, gaudet cum talia spectet
Nupturam pepulisse Thetin: pallore minori
Phlegræos montes, Phlegræaque bella timeret.
Ipsa virum strages numerat, natoque superbit
Immemor haud fati, mater: sic gloria vincit,
Caraque suspendit mirantem prælia fluctus.
Quippe videre juvat, et fas sperare triumphum,
Cum manus una fuget, fugiatque exercitus omnis.
Haud aliter, cum canet ager, cum messis adulta,

351 *Certamina* Edd. Mor. et Spondan.—358 Pro *haud* habent *heu* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

341 *Eoo jamjudum viscera regi Fraxineo perfossa stylo*] Philostratus Iconum I. p. 741. βέβληται δὲ κατὰ τὸ στέρνον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, ὑπὸ τῆς μελίας.

344 *Fit fuga Persarum*] Cointus II. illius socios Æthiopas, Philostratus ipsum Memnonem Æthiopem, ut et Athenæus XV. p. 672. et 680. quo Noster respexit: 'niger emicat alte Sanguis, et exutos mulcet Styx frigida manes,' propter adustum sanguinem. Papinius XII. 'emicuit per mille foramina sanguis.' Virg. 'nigri Memnonis arma,' I. Æn. 'Manes exutos corpore' vocat 'viduos' Silius: V. 'nulla quos morte, nec igne Exutos, servans portabo in Tartara luctus,' VI. 'exuta spe mœnia Romæ Pulsandi.'

348 *Ultricem cogit plebescere dextram*] Papinius XII. 'Cetera plebeio desævit vulnere virtus.'

355 *Nupturam pepulisse Thetin*] Vide I. 336. II. 574.

361 *Manus una fuget, fugiatque exercitus omnis*] IV. 'Turba fugit, solusque fugat.'

Cedunt æstivo fugientia jugera vento.
Ultimus, effracti tardatus vulnere currus,
Cardine jam clauso socios poscebat Iolas
Ingressum, periere preces, en Pelias hasta
Transactum affigit foribus, portæque maritat.
Tandem, castra licet longe, paucique sequantur,
Urbs juxta, cedit vix exorante Minerva.
Crastina luctificos mœsto thermone jugales
Vix Aurora movet: nunquam tam prodiga roris,
Tam large satiavit agros, stupet ebria tellus
Hos imbres non passa prius, sic ubere fletu
Natum questa parens: huic adgemit axis uterque,
Lux pallens, laceræ nubes, et saucia cœli
Forma, nec Idalio spirat decor integer astro.
Tithonum superesse piget, poscensque sepulcrum
Odit victuram per sæcula longa cicadam.

370 *Temone* Dresem. Vide not. *Thernone* Edd. Basil. et Spondan.

NOTÆ

367 *Portæque maritat*] Γλυκὺ σχῆμα. Catull. 'At si forte eadem est ulmo conjuncta marito.' Claud. de Magnete, 'ferrumque maritat Aura tenax.' Auctor pervigilii Veneris: 'nemus Comam resolvit de maritis imbribus.' Item: 'In sinum Maritus imber fluxit almæ conjugis.' Horat. 'lege marita.' Vide Scaliger. ad Catull. p. 94. Prudentius in Apotheosi: 'Intactam thalami virtus divina puellam Sincero afflatu per viscera casta maritat.' Ita Lucret. III. 'conjugium corporis atque animæ.'

370 *Crastina luctificos mæsto Thermone*] Legendum *temone:* quod et Carolus viderat: Papin. 'et jam temone supino Languet Hyperboreæ glacialis portitor ursæ.' Claud. de Consulatu Probini et Olybrii; 'Blandius elato surgant temone jugales.' Ennius apud Festum, 'superat temo stellas.' Vide Scaligeri conjectanea.

371 *Nunquam tam prodiga roris*] Propter lacrymas: vide II. 203. Alcman apud Plutarch. Sympos. III. rorem, 'aëris et Lunæ filiam' nominat.

375 *Saucia cæli Forma*] Lucret. III. 'species diei.' Noster in re simili: 'In risum redeunte polo:' 'læsi facies reditura sereni.' Sidon. VIII. Ep. 12. 'tam clemens est facies cœli.' Lucan. V. 'Læsum nube diem.' Cointus in ejusdem luctus descriptione: Ἠὼς δ' ἐστενάχησε καλυψαμένη νεφέεσσιν, &c. qui ex cruore Memnonis fluvium natum comminiscitur, II. p. 218.

378 *Odit victuram per sæcula longa cicadam*] Qui, Auroræ beneficio, in cicadam mutatus erat, mortem, propter dolorem ex obitu filii, exoptat. Hunc Tithonum Priami germanum

Legerat in tumulos Nabathææ messis odores
Ambitiosa parens, natoque suprema parabat
Funera: mox volucrum famulantibus astitit alis
Exequias factura phalanx, avis unica Phœnix,
Et Progne non una venit, cavat ardea rostro
Marmoreum fossore solum, luscinia planat,

NOTÆ

Dio Chrysostomus nominat in Orat. de Troja nunquam eversa. Pindarus inde ἀνεψιὸς ζαμενὴς Ἑλένοιο Μέμνων. Nem. Od. 3. Eadem Apollod. III. p. 181. Dictys IV. Memnonem cum Indorum et Æthiopum copiis ad Trojam venisse vult. Pausanias Æthiopem fuisse ex Græca colligit pictura: non tamen ex Æthiopia, sed Susis Persicis Trojam venisse, in Phocicis, p. 348. Diodorus Sicul. IV. p. 276. Tithonum usque ad Æthiopiam exercitu venisse, indeque cunabula fabulæ de Memnone ex Aurora. Philostratus ex sententia Apollonii ait, nunquam illum ad Trojam venisse, in Æthiopia regnasse, VI. de ortu Apoll. 3. eadem in Heroicis cap. De Antilocho, p. 672. Diodor. Sic. II. p. 109. a Teutamo Trojam missum (nisi error scripturæ,) Susis profectum: hoc et Pausanias dicebat, Thessalorum vero insidiis trucidatum. Callistratus in statuis eadem, quæ Philostratus. Reliquias illius a sorore Himera in patriam translatas vult Dictys VI. Ovidius illas in Memnonidas aves conversas, XIII. Adeo nempe in fingendi licentia, cujus impetus Zephyros excessit, ut Claudianus loquitur, falsum a seipso dissidet. De statua Memnonis cui ἡ ἠχὼ ἀντηχεῖ multi scripsere. Eusebius in Chronicis. Dionysius in περιηγήσει. Strabo XVII. Plin. XXXVI. Philostratus in vita Apoll. VI. 3. in Iconibus p. 741. Lucianus in Toxari. Juv. XV. Tacitus II. Annal. ad quem vide Lipsium, qui, nescio an recte, Philostrato illud figmentum, et illius impuro Mago imputat. Pausanias etiam in Phocicis et Atticis videatur.

381 *Volucrum famulantibus astitit alis Exequias factura phalanx*] Plinium vide X. 25. Ovidium XIII. Ælianum V. 1. de animalibus, Cointum lib. II. 225.

382 *Avis unica Phœnix*] Ovidius Amorum II. Eleg. VI. 'Et vivax Phœnix unica semper avis.' Claud. II. de laudibus Stiliconis: 'Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro.' Vide insigne hujus poëmat. de Phœnice. Lactantium de eodem in Elegia. 'Hoc nemus, hos lucos avis incolit unica Phœnix, Unica sed vivit morte refecta sua.' Vide quæ de Phœnice Marcellus Donatus in Taciti lib. V. p. 164. et Pierii Hieroglyphica XX. Symposii ænigma elegans est: 'Vita mihi mors est, morior, si cœpero nasci: Sic solus manes ipsos mihi dico sepulcrum.'

384 *Luscinia planat*] Tempus secundæ syllabæ vitio productum clamabunt, qui lusciniam dictam putant cum Varrone (alii tamen *lusciolam* inibi legunt) quod luctuose canere existimetur, vel Horatii illud II. Serm. 3. legerint; 'Luscinias soliti impenso prandere coëmtas,' et Martialis illud: 'Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit.' Sed errabunt illi, dum clamabunt: doctiores agnoscant ibi *συνίζησιν* vel *συναίρεσιν*, Gifanius ad Lucret. p. 340. Lambinus ad Horat. Sat. I. 7. Heinsius, 'Lusciniæque gutta:' in Anacreontico. Andreas

Psittacus inscribit apices, philomela precatur,
Plangit olor, turtur tinnit, Junonius ales
Lustrales sparsurus aquas properabat: at omni
Dura Phrygi, revocat motas Saturnia pennas.
Forte Jovi referens Telchinum tela, redibat

NOTÆ

Schottus vir doctus versum illum vertens, 'Ἀηδόνες λέσχῃσιν ἐγκαθήμεναι. ' Lusciniæ loco insidentes publico.' Sic idem Horatius ' vindemiator' quatuor syllabis, I. Sat. 7. ut ' Nasidienus' II. Sat. 8. quamvis Acron *Vindemator* legat. Sic Catullus ' Formianus.' Ita ' Fluviorum rex Eridanus,' ut vult maximus Scaliger ad Catull. p. 121. Sic Lucilius: ' Maluisti dici.' ' Græce ergo Prætor Athenis, Id quod maluisti.' Ovid. xv. Met. ' Inde legit Capreas promontoriumque Minervæ,' III. de Ponto El. 4. ' Æneidos vati grande fuisset onus.' ' Fluctuat' Lucret. III. bisyllabum. Prudent. II. contra Sym. ' cum pulchrum Poësis castraverit Atyn.' Plura exempla sunt apud Lambinum I. Sat. 7. Horatii. *Planat*] Καταλεαίνει, διομαλίζει.

385 *Philomela precatur*] Distinguit Philomelam a luscinia; fortasse respicit ad illam Varronis et Gorgiæ sententiam, qui Philomelam in hirundinem, Prognem in lusciniam mutatam volunt, quod et Apollodorus lib. III. p. 199. scribit. Vide Jacobum a Cruce Sylloge III. p. 664. Bernartium ad Sylvas Papinii. Ante tamen dixerat, ' Et Progne non una venit.' Cantum vero Philomelæ vide graphice depictum a Plinio, x. 29. cujus imitationem ἐμμέτρως Nathan Chytræus in auctario Maii, et Janus Tagantius 3. parte Gallicorum poëtarum, non invitis Musis secuti sunt. Plinius lusciniam etiam candidam visam memorat: Lilius Gyraldus lusciniam in ore Stesichori concinnisse; Pausanias easdem ad Orphei tumulum suaviores cantus reliquis canere refert.

386 *Plangit olor*] Quia sificen esse sui funeris, ab omnibus antiquis et novitiis scriptoribus, præter Ælianum, Cæsarem Scaligerum et Bodinum, putatur; præficæ sive funeræ næniam illi cum turture assignant. Vide Nazianz. Orat. 34. p. 554.

387 *Lustrales sparsurus aquas*] Ad morem veterum, ut et inferius illud, ' jam plena soluto Urna viro.' Virgilius huc facit VI. Æn. ' Ossaque lecta cado texit Chorinæus aheno: Idem ter socios pura circumtulit unda, Sparsos rore levi et ramo felicis olivæ.' Vide plura apud Kirchmannum in funebribus, III. 9. Lustrabant vero sulfure, igne, aqua; de quibus multi multa: cantu etiam, ut vult Valerius Flaccus III. ' Atque ita lustrifico cantu vocat;' etiam ovis: vide Marcellum Donatum ad Sueton. Scaligerum ad Ætnam, p. 125. Etiam Dii lustrabantur. Sic Pallas apud Papin. in fine VIII. cum vidisset Tydea ' vivo scelerantem sanguine fauces, Non prius astra subit, quam mystica lampas, et insons Elisos multa purgavit lumina lympha.' Elisos nescio an fluvius, in quem Diogenes Cynicus se mortuum abjici voluit, apud Laërtium: sed ibi 'Ελισσὸς legitur; Ilissus, cujus Papinius meminit. De equis etiam certaturis aqua veteri superstitione lustratis vide Rubenium Electorum II. 18.

389 *Forte Jovi referens Telchinum tela*] De Telchenibus Strabo x. p. 325. pluribus agit Junius in Adagiis. Ca-

Rex avium, ac viso cunctatur funere, fulmen
Deponens, aliasque faces incensaque thura
Corripit, et sacris solatur odoribus aras.
Jam flammæ sopita fames, jam plena soluto
Urna viro, redeunt volucres, mulcentque parentem,
Annua Memnonio pactæ solennia busto.
Parte alia natis flendos instaurat honores
Infelix Hecuba, heu quantos enixa dolores!
Jam tumulos numerare licet, jam tertia plangit
Funera: sic Niobe, geminis orbata pharetris,
Quem peperit, populum flevit, nec parcior ira
Junonis: gravis huic Saturnia, Delius illi.
Aruerant lacrymæ, deploratusque sepulcri
Jam tacitus, jam siccus honos: at solus in altas
Maternus crescit curas dolor, excitat ægrum
Anxietas animum, fraudesque in vota ministras
Ultor habet gemitus: stabant radiantia Phœbo
Templa suburbano, nomenque auctura tegebat
Lanugo Thymbræa Deum, circumque supraque

NOTÆ

merarius problem. 2. Decnr. III. Diod. Sic. v. p. 327. Nazianzenus in Ep. 61. Gyraldus de Diis gentium Syntag. 1. Vide etiam Bonav. Vulcanium Annotat. in Callimachum, p. 216. Noster cum Papinio fabros fuisse vult, de quibus in fabulis, illos falcem Saturni excudisse. Papinius monile Harmonies illorum opus facit et Cyclopum, II. Noster Jovis fulmina ab illis fabrefacta vult. Aquilæ illa vectori committit cum Papinio: 'non fulminis ardens Vector adest.' Hinc 'armiger Jovis,' et 'minister fulminis.' Hor. IV. carm. et 'famula Jovis.' Juv. XIV. quia immunis ab ictu fulminis. Vide Plin. II. 55.

395 *Annua Memnonio pactæ solennia busto*] Describit Ovidius XIII. Metam. Alibi: 'Sic Memnonis umbræ Annua solenni cæde parentat avis.' Vide Moschum Eidyll. 3. Mart. X. Ep. 61. 'Manibus exiguis annua justa dato:' Græcis ἔννομα καὶ νομιζόμενα ὁσιῶν τὰ σώματα ὅσιον εἶναι νόμιζε. Isid. Pelus. IV. Ep. 157. vide supra 75. et Heraldum ad Martialem d. l.

402 *Aruerant lacrymæ*] Apollonii Rhetoris erat: οὐδὲν δακρύου θᾶσσον ξηραίνεται, quod etiam apud Ciceronem, Curtium et Quintilianum reperies.

405 *Fraudesque in vota ministras Ultor habet gemitus*] Ovid. 'grande doloris ingenium.' Nazianzenus in funere parentis: εὑρητικὸν τὸ πάσχειν, p. 304. item Ep. 66. Fulgentius Placiades Mythol. I. p. 129. 'Doloris angustia, quæ semper inquirit necessitatis solatium,' &c.

408 *Lanugo Thymbræa*] Dictys II. 'lucum' nominat: Noster per 'lanuginem' lauretum intelligit, ut sequentia explicant. Ita 'umbram' Poëtæ pro

Umbrabat dominas foliis ornantibus aras.
Huc Hecuba, in facinus audax, invitat Achillem,
Conjugii factura fidem: venit ille, sed arma,
Sed comites nulli; solum sibi Nestore natum
Jungit, vix gladio cingi memor: omnia linquit,
Dum miser optatos properat visurus amores.
Quin vetat insidias credi fraudesque timeri
Ipse locus, templique fides: at matris adulter
Dardanus imperio, post læsa cubilia sævum
Nil reputans, pacemque Deum delubraque turbans,
Occulit armatas post ipsa altaria turmas.
Vix fallunt animi præsagia, venerat heros
Martius, inque ipso trepidus ter limine gressus
Fixit, ter rediit; atque alternante pavore
Erectæ sedere comæ; ter præscia fati
Effigies lacrymata Dei, stupet ipse timorem,
Ter timuisse negat: ruit ecce invisa juventus

NOTÆ

arbore: 'Multaque cantantes umbra tegebat aves.' 'Multas nemorum consumserat umbras,' Silius XIV. Papin. 'Nusquam umbræ veteres.' De loco convenit inter Nostrum et Philostratum in Heroicis p.712. Laurus autem aris et templis erat proxima, quia inde coronas sacrificantes sumebant. Vide Paschal. IV. 14. De Coronis.

417 *Post læsa cubilia sævum nil reputans*] Qui enim semel verecundiæ limites, &c. nota ex Cicerone. Johannes Secundus in hanc sententiam: 'Et gravius peccant, ut non peccasse putentur.' Græcum in illos proverbium: γυμνῇ κεφαλῇ, quo utitur Chrysostomus p.724. Orat. de Babyla martyre. Vide similem γνώμην apud eundem II. p. 37. De Sacerdotio, edit. Hœschelii.

418 *Pacemque Deum delubraque turbans*] Virg. III. Æn. 'exorat pacem Divum,' 'precibusque jubent exposcere pacem.' Sil. l. VI. 'Scire nemus, pacemque loci explorare libebat.' Symmach. I. 48. 'Valetudinem in solido locavit pax Deorum.' Vide Brissonium de formulis I. p. 81. II. p. 207. Lucret. et Plaut. 'pacem ventorum,' eadem formula dixerunt.

420 *Vix fallunt animi præsagia*] Papin. 'vatum non irrita currunt Omina:' hoc est, Augurium mentis, Silio XIII. Vide Artemidorum initio Onirocrit. Ita in carmine de Virgilio, Catal. Scalig. 'O sopor indicium veri.' p. 137.

421 *Ter limine gressus Fixit, ter rediit*] Claud. II. de raptu: 'ter cardine verso Præsagæ cecinere fores, ter conscia fati,' &c. Propert. II. 'Ibat et expenso planta morata gradu.' Tibul. I. 'O quoties ingressus iter mihi tristia dixi, Offensum in porta signa dedisse pedem.'

Voce minax, dextraque ferox, mediumque coronat
Armata statione virum: prior occupat acer
Priamides: Ne flecte gradum: sponsæne petitæ
Amplexus habiturus abis? venit ecce, sed illam
Ornatu studiosa parens, jussisque moratur
Mollibus, et trepidam primæ docet oscula noctis.
Dixerat et gladium vibrans, et vulnera præceps
Prima petens: Nunc, nunc, addit, nunc si qua jacentum
Gratia, si quis amor lapsis, hoc sanguine, cives,
Expectant Phrygii suprema piacula manes.
Ille quid? unde animi? vel quo fuga? turpe precari,
Et veniæ spes nulla: tamen mox veste lacertum
Multiplici munit, ac rapta cuspide, quantum
Nuda potest virtus et vis obsessa, repugnat;
Et populum manus una metit; nec segnior ira
Antilochi premit, instat, agit, laudisque supremæ
Ambitus, et præceps dat desperatio vires.
Sic quercus geminas certat pagana bipennis
Centena truncare manu; vix vulnere multo
Exhaustæ tandem nutant, lapsasque sequuntur

NOTÆ

426 *Mediumque coronat Armata statione virum*] Sic infra etiam, 'Nocturna statione Phryges,' 555. Lucret. IV. 'et Luna videtur In statione.' Virg. Æn. 'Frangere nec tali puppim statione recuso.' Papin. lib. IV. Sylv. 'Præfecit stationibus viarum.' Idem de Argi oculis: 'non si mihi lumina mille, Quæ sacer alterna tantum statione tenebat.' Vide multis agentem Bernartium ad I. Statii.

442 *Præceps dat desperatio vires*] Seneca de Clem. I. 12. 'Acerrima virtus est, quam ultima necessitas extundit.' Flavius Vegetius IV. de Re milit. 25. 'Necessitas quædam virtutis est desperatio.' Curtius V. 4. 'Ignaviam quoque necessitas acuit; et sæpe desperatio spei causa est.' Nazianz. Ep. XXXII. p. 796. *αἱ χρεῖαι ποιοῦσι πολεμιστάς.* Florus II. 3. 'Necessitate aucta virtus, causa fuit victoriæ.' Silius X. 'Atque animos jam sola dabat fiducia mortis.' Cointus XII. *Τρωσὶν γὰρ ἐνέπνευσεν μέγ' ἀνάγκη Θάρσος, ὅπερ πρὸς Ἄρηα καὶ οὐτιδανόν περ ἐγείρει.* et quæ sequuntur. Guntherus X. 'Audaces mors certa facit, pellitque timorem Desperata salus:' ad quæ alia congessit *ἀνθηρολογῶν* Rittershusius ab illis diversa. Consimilia aliquatenus sunt, 'Audendo magnus tegitur timor.' Lucan. IV. 'Et quis non fortis virtute coacta?' Ibid. 'Est ubi dat vires nimius timor.' Papin. 'Est ubi despectus nimius juvat.' Claud.

Immensæ pariter nemorumque virumque ruinæ.
Haud secus heroës perstant, nec vincere pronum
Teucris, mille licet mortes hinc inde fatigent,
Nec jam vulneribus pateat locus: improba donec
Ipsa virum virtus fractos consumserat enses.
Mox Phryges incumbunt propius, prolapsaque nondum
Congestis clypeis casura cadavera fisi,
Quos nequeunt armis, armorum pondere vincunt.
  Vidit, et ultorem Phœbus curvaverat arcum,
Tela dabat Pallas, vetuit Pater igne, sagittis
Obvius intentis, et pacem fulmine sanxit.
Gaudet Alexander, faveant ceu numina factis,
Et placeat fraus illa Deis: avibusque ferisque,
(Proh scelus!) extorres artus et funera nuda
Projecisset atrox: melior ni justa moneret
Frater, et infandas Helenus compesceret iras.
  Heu! quas lugendi facies, quos undique vultus
Communis Danaum dolor induit! Inde querelæ,
Hinc lacrymæ, cum bina ducum cervice redirent

NOTÆ

448 *Mille licet mortes hinc inde fatigent*] Papin. lib. IX. 'Mille modis leti miseros mors una fatigat.' Idem VI. 'Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes.' Prosper Aquitanicus: 'Mille modis miseros mors rapit una homines.' Silius IV. 'Mille simul leti facies.'

449 *Nec jam vulneribus pateat locus*] Sic infra 777. 'an cunctos in vulnera computet artus.' Ovid. III. Metam. 'Jam loca vulneribus desunt,' VI. 'Nec quicquam nisi vulnus erat,' XV. 'unumque erat omnia vulnus,' in Ibin: 'Unum qui toto corpore vulnus erat.' Illud Ovidii etiam est: 'Non habet in nobis jam nova plaga locum.' Lucanus imitatur Ovidium II. 'æquataque vulnera membris,' IX. 'totum est pro vulnere corpus.' Papinius etiam V. 'totumque in vulnere corpus:' et Silius X. 'tum toto corpore vulnus.'

453 *Quos nequeunt armis, armorum pondere vincunt*] Lucan. IV. 'Telorum nimbo peritura et pondere ferri.'

454 *Ultorem Phœbus curvaverat arcum*] Propter loci religionem profanatam. Philostratus Achillem ab Apolline et Paride interfectum scribit; Ovidius, a Paride; Cointus, ab Apolline; Dio Chrysost. ab Hectore. Vide etiam Libanium in Vituperio Achillis p. 101.

456 *Pacem fulmine sanxit*] Apollodori in alia re similis fictio II. Ζεὺς ἧσι μέσον αὐτῶν κεραυνόν. Hyginus fab. 31. 'Jupiter inter eos fulmen misit atque ita eos distraxit.'

459 *Funera nuda Projecisset atrox*] Projicere proprium hac in re, ἐκρίπτεσθαι. Vide Heraldi Animad. ad Iamblichum 10.

Funera, mortalique rogo duo numina belli
Religio permissa daret: nec separe luctu
Myrmidones Pyliique dolent, certamine pulchro
Fletur, et æquanti jamjam latet agmine Nestor.
Sic si destituat Superum pater, orba querantur
Sidera, et ignoto contendant funera fletu.
Vincendi jam nulla fides: nec fata, nec ipsi
Spem præstant Superi: perstant tamen ire, Deosque
Consultare libet, redeantne, an prælia firment.
Sed redeant potius, nec enim fiducia bellis
Æacide fuso: Calchas it, quærit, et audit,
Audit Achillea vincendum prole Pelasgis.
Pyrrhus erat, quem fata dabant, hunc Scyrius hospes
Servat, fœminei quondam nutritor Achillis.
Nec mora, decreto procerum Menelaus ituras
Disponit classes: novique et dicere pronum,
Quas remo lassavit aquas, quos legerit olim

NOTÆ

465 *Duo numina belli*] Ut Virg. 'duo fulmina belli,' quod a Lucretio sumsit. Ita Hannibal Silio xv. 'fulmen Carthaginis.'

466 *Nec separe luctu*] Papin. iv. 'tu separe cœtu.' Valer. Flacc. iii. 'separe urna.' Prudentius: 'segrege, congrege.' Æmilius Prob. in Eumen. 'separatis temporibus,' pro diversis, p. 183.

469 *Sic si destituat Superum pater*] Lucanus: 'quando pietasque fidesque Destituunt,' 105.' Seneca cont. ii. 9. 'sine causa sæpe finit, et sine ratione destituit.' Propert. 'his vita magistris Destituit querna pellere glande famem.' Juvenalis aliter quam vulgo: 'Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.' Sed et 'destituat' ad sidera referri potest, et hoc resumi, quod frequentius in lingua Latina.

473 *Redeantne, an prælia firment. Sed redeant potius*] Elegans ἐπανόρθωσις. Tibull. iii. 'Sive sibi conjux, sive futura soror: Sed potius conjux.' Propert. ii. 'Sic igitur prima moriere ætate, Properti, Sed morere.' Ovid. xi. Metam. 'natura factus, an arte, Ambiguum, magis arte tamen.' Sic in carmine Virgilii in Catal. Scaliger. 'Præterea si vera fides, sed vera probatur.' Ita Oraculum Delphicum de Lycurgo: Δίζω ἤέ θεὸν μαντεύσομαι, ἤέ καὶ ἄνδρα, Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι. Quod est apud Galenum in hortatoria ad artes p. 4. et Themistium Euphraden Orat. v. Chrysostomus in Psalmum 44. p. 771. πάλιν εἴπω, πάλιν λαλήσω, τί ὄφελος, μᾶλλον δὲ ὄφελος, &c. Vide insignem locum.

477 *Hunc Scyrius hospes Servat*] Lycomedes. Vide Papin. in Achilleide.

Portus, quæ freta, quas urbes, Calydonia virtus
Dulichiis adjuta dolis: cum puppe propinqua
Te, Delos, te, celsa Samos, te, Bacchica Naxus,
Raderet: at residem rursus Bellona fatigat,
Armato modulanda stylo: produxerat ardens
Mygdonios in bella Paris, jamque agmine toto
Maximus innumeris fratres æquare triumphis
Destinat, augescunt animi, majorque videtur
Ipse sibi: laxat arcus, et tela superbit
Spargere morte alia, majoribus utitur armis:
Nunc gladii pugiles, longo nunc fraxinus ictu
Fulminat; hi propius audent, hic eminus urget.
Hac non arte citat contum Scytha, gesa Sycamber,
Pila Ligur, jaculum Medus, Persesque sarissas.
Ense Thoanta, Lamum telo, sude Dorcea fundit,
Ora Thoas plangit, Lamus inguina, pectora Dorceus,
Hunc Pylos, hunc Pleuron, illum misere Celenæ.
Parte furens alia cognatos impiger hostes
Turbabat Telamone satus, septena coruscans
Terga boum; hasta viro quercus jaculabilis uni,

NOTÆ

484 *Te, Delos, te, celsa Samos, te, Bacchica Naxus*] Ex Papin. II. Achil. 4. &c. De Samo illud Strabonis XIV. scitum ex Menandro: μὴ ὀκνοῦσιν αὐτῇ ἐφαρμόττειν τὴν λέγουσαν παροιμίαν, ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα, p. 488. Delus proverbio locum dedit, 'Delius natator,' quod abstrusæ eruditionis et a nemine declaratum ait magnus Scaliger III. Poët. 84. si nempe ad primam originem spectes, nam Socrates illud ut antiquum usurpavit. Vide Diogen. Laërtium et Erasmum.

494 *Hac non arte citat contum Scytha, &c.*] Tela et arma variarum gentium habes apud Papin. Achilleid. II. 427. 'quo Pæones arma rotatu,' &c. Vide Nostrum etiam V. 312. Vide Alexand. VII. 22. Tiraquellum inibi; Marcel. Donatum in dilucidat. Brodeum I. 19. De Gesis Casaub. ad Strab. III. p. 58.

496 *Ense Thoanta, Lamum telo, sude Dorcea fundit, Ora Thoas plangit, Lamus inguina, pectora Dorceus, Hunc Pylos, hunc Pleuron, illum misere Celenæ*] Rotunda et ἀναλήψει venusta sunt talia, in quibus multi ingenium exercuerunt, si non ostentarunt. Tale est illud Cytherii Sidonii jucundissimum, quod Ausonii versibus addi solet: 'Almo, Theon Thyrsis,' &c. Tale magni et literatissimi Imperatoris Hadriani: 'Ut belli sonuere tubæ,' &c. Tale et Papinii illud IX. 764. 'non firma Lamum, non infula (ita enim, non *insula* legendum) Lygdum,' et quæ sequuntur. Vide supra 240.

Unam passa manum, non ferrea scuta superbum
Velavere latus, sive has bellare proterva
Non tulit ira moras, seu lato pectoris orbe
Se totum latuisse ratus: sic sævit inermis,
Sic premit armatos: maturat fata cadentum
Terror, et ignavis mors est vidisse furentem.
Hunc Paris intuitus paulum hæret, an ense sequatur,
An jaculo: tandem Gortynia tela resumens,
Hic quia certa manus, et nunquam surda volenti,
Corython viduat arcu, pharetramque sagittis;
Arcum læva premit, intendit dextera nervum,
Utraque suspendit telum, insidensque sagittæ
Ductor in angustum visus coit: ibat arundo
Hinc pennis pectus tangens, hinc cuspide lævam:
Jamque emensa fugam, lateri insidiata sinistro,
Ipsa morte madet; sed juncti frigora leti
Ira ardens nescit, donec, fuso hoste, furentis
Ultrix tempestas animi satiata quiescit.
Sic dextros in vota Deos, alternaque fata

NOTÆ

504 *Seu lato pectoris orbe Se totum latuisse ratus*] Mugilis hæc est ineptia et struthiocameli, qui capite operto credit latere, quæ non ipse videt, ut Claudian. II. in Eutropium loquitur. Vide Oppianum Halieut. IV. p. 630.

510] *Certa manus, et nunquam surda volenti*] Sic ante, 'surdi rota præterit axis.' Homeri est metaphora Il. Δ. Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο. Propert. 'Ipsius tibi sit surda sine arte lyra.' IV. Papin. XV. 'et surdos expedit arcus.' 'Surdum figurarum discrimen.' Plinius de statuis in alterius honorem transfiguratis. Silius X. 'votorum haud surda meorum Arma electa dicat.' XI. 'Flagrantem ut vidit juvenem surdumque timori.'

511 *Corython viduat arcu*] Papin. IX. 'cælestibus implet Corython telis.' Luctatius: 'Corythos theca arcus, pharetra sagittarum, sagma scuti.' Papinius id neglexit, Noster observat.

517 *Ipsa morte madet*] Ajax αὐτόχειρ multis Græcis et Latinis proclamatus, quod pueri sciunt. Quidam tamen in diversam partem abeunt; bene gnari Græcos suis laudibus et scenæ multum dedisse: id abunde Sophoclis interpres innuit in argumento Ajacis lorarii: primum enim ex aliorum opinione a Paride sauciatum, multumque sanguinem stillantem ad naves contendisse ait: deinde luto obrutum interiisse, cum ferro invulnerabilis esset. Addit etiam quod huc spectat, tantum in latere vulnerari potuisse, corpore reliquo Herculis leonina intecto: quod etiam apud Philostratum legitur p. 691. *in Heroicis*.

Felices habuere manus, felicior illa
Quæ cædis scelerumque faces, bellique tyrannum
Abstulit, et mœchos dedit ire in Tartara manes.
Vade, nocens, quo noxa trahit: te sexta meretur
Tænariæ spelunca domus, si quartus amores
Tractus habet, quintusque viros: at adultera vitant
Funera, et incesto congressos Marte tyrannos.
Te plaga sulphureas Titanum amplexa catenas
Demerso clausura sinu, nox ultima, et ima
Poscit humus: tibi Styx odium, Phlegethonque vapores,
Cocytus lacrymas, Acheron lamenta propinat.
Te portu procul ire Charon, et limine cogat
Cerberus: at tandem cum jam transmissus abibis,
Occurrant Erebi pestes, mors omnis in unum
Acceleret jurata caput: tibi Tantalus undas,
Ixion radios, saxum remeabile reddat
Sisyphus, ac Tityus volucres: hæc gaudia sumas,
Dum mare sorbet aquas, imbres dum nuntiat Iris.
Postquam Helenen trepidas exurens nuntius aures
Perculit, ingenti longum suspensa dolore

NOTÆ

524 *Vade, nocens, quo noxa trahit*] Cointus, Dio et Philostratus in Heroicis, item Apollodorus et Parthenius IV. p. 234. a Philoctete sauciatum volunt, eundemque mortuum, Œnone medicinam, quam sola afferre poterat, negante: sed illam pœnitentia ductam animi dolore expirasse. Thucydidis Græcus interpres describit Philoctetem: Διὰ τὸν Πάριδος θάνατον θήλειαν νόσον νοσήσαντα, καὶ μὴ φέροντα τὴν αἰσχύνην, &c. I. p. 9. Id quoque advertendum, eundem, quem omnes cum Nostro conviciatum eunt, ex adverso ab Isocrate maxime laudari in encomio Helenes. Prosequitur autem illum ἀποπομπῇ ut Papin. XI. Eteoclem et Polynicem. 'Ite truces animæ,' ut Claudianus Ruffin. in fine libri.

Te sexta meretur Tænariæ spelunca domus] Aliter tractus infernales distinguit, quam aut Virgil. VI. aut Ovid. IV. Metamor. Silius etiam lib. XIII. decem regiones sive animarum stationes fingit, diversas tamen ab his: ita ut satis appareat, Poëtas finium regundorum, præsertim in locis illis, rationes ignorasse. Totum vero hoc ad imitationem Claudiani compositum, quod facile unicus ille versus arguat: 'Dum mare sorbet aquas, imbres dum nuntiat Iris.' Claud. carmine in Ruffinum eodem modo concludit: 'Dum rotat astra polus, feriunt dum sidera venti.'

535 *Tibi Tantalus undas, &c.*] Vide IV. 201. ita Nazianz. posteriori in Julianum, pœnas has illi imprecatur, p. 132.

Vox pariter lacrymæque hærent, fugitivaque fallit
Mens, subitam mentita necem: vix rore madenti
Frigidus in sensum remeat dolor: ilicet ori
Et laceris irata comis, circumspicit enses,
Et causas jam mortis habet, taciteque volutat
Cujus furetur gladium, quem tela precetur,
Ipsa sua moritura manu: sensere furentem
Iliades, nimiumque ausos lenire dolores
Aggressæ vicibus: dux blandior ipse furenti,
Quod spretis nunquam Phrygiis optasset Achivos.
   Finis erat lacrymis, pariterque exhausta latebat
In noctem progressa dies: at fervidus ira
Tydides, quamvis fractos, et in ipsa fugatos
Mœnia, turbat Adis hostes, clausosque lacessit
Nocturna statione Phryges: non tessera sortem
Elicit excubiis, ultro violantibus instant
Ignibus, et nullo pulsantur pectora vento.
   Vix emensa dies, redit armis impetus, urbem
Invadunt, tormenta rotant, dat vinea vires,
Et silices balista vomens, testudo viatrix
Subdola, fossoremque aries suspensus in ictum.
   At Phryges instantes prohibent, nunc grandine saxi,
Nunc ferri nimbo, nunc sparsæ fulmine massæ:
Nulla tamen Paridis nudo fiducia marte
Campestres iterare manus, seque urbe tuentur:

554 *Adit* vel *adhuc* Dresem. Vide not.—556 *Vigilantibus* Edd. Basil. Mor. et Spondan.—562 *Saxis* Ed. Mor.—564 *Pavidis* Dresem.

NOTÆ

552 *In noctem progressa dies*] Vide III. 167. IV. 141.

554 *Mœnia, turbat Adis hostes*] Quis spurius ille Adis? Legendum *adhuc*, vel *adit*, quemadmodum alibi loquitur.

558 *Vix emensa dies*] Legendum *emersa*, nisi vult diem intercessisse, quod Dares scribit, Paridi humando.

559 *Dat vinea vires*] Quod Plauto frequens, ad suum omnia accommodat sæculum. Vide Vegetium de πολιορκίᾳ tali; Lipsium in proprio huic rei libro, Manutium in Quæsitis; Maginum in Miscel. lib. I. 1. Talem oppugnationem Papinius I. describit, et Cointus in Paralip. simili apparatu Trojam oppugnat XI. p. 578.

Virgineas donec Priamo peltata bipennes
Penthesilea movet, hæc integrat arma, cohortes
Firmat, bellatrixque viris dat fœmina vires.
Panduntur portæ, refugosque in castra Pelasgos
Pellit agens, jugulis gladios, incendia velis
Destinat: excutiens Tydides unus utrumque,
Clarius in nullis expressit Tydea bellis.
  Ecce Neoptolemus dena subit hospita pinu
Ægæas permensus aquas: quis prælia fatis
Fortunam miscere neget? dant fata Pelasgis
Pyrrhum, dat Scythicas Phrygiis fortuna catervas.
Prodierant in bella pares, stetit inde Pelasgum
In cuneos collecta acies, hinc virgine mixta
Troja frequens, utrimque Dei: sua quisque coruscat

573 *Hostia* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

566 *Peltata bipennes Penthesilea movet*] Amazones, ait Justinus ex Trogo III. 'majore parte Europæ subacta, Asiæ quoque nonnullas partes occupavere.' Cæsar apud Suetonium 22. ait, illas 'magnam Asiæ partem tenuisse,' quod Casaubonus de Asia minore intelligit. 'Libyam etiam tenuisse,' Diodorus et Dionysius Halicar. auctores sunt; quæ inde Libycæ, ut illæ Ponticæ dictæ. Priamo antea bellum intulerunt, ut ex Homero illiusque interprete Jos. Scaliger ad Eusebium p.49. colligit; inde suppetias tulerunt. Atheniensibus etiam, si non toti Græciæ infesti, quod ex Panegyrico Isocratis apparet, et Lysiæ Oratione funeb. Senecæ etiam Hippolyto p. 117. item Stephano De urbibus in Ἀμαζόνιον et Ἀμαζόνες. Imo Athenæ ab ipsis occupatæ, Areopagus in honorem Martis, auctoris nempe generis, quod Lycophron vult, et Valerius Flaccus, conditus ab illis viraginibus: id vero Æschyli versibus colligitur I. 30. a nobis citatis. Eædem Ephesum, Smyrnam, Cumam, pluresque civitates condidere. Vide Strabonem I. p. 348, &c. XII. p. 380. qui tamen negat illas Priamo auxilium tulisse: quod et Philostratus facit in Heroic. p.725. et Palæphatus. Causam quare Penthesilea accesserit, Cointus Smyrnæus affert, quia Hippolyten sororem inscia jaculo in venatione confecerat, quod expiare cædem cædibus voluerit, I. p. 130. Duodecim vero viragines illi adjungit principes, totidem Hyginus, sed aliis nominibus, fab.173. Vide Curtium etiam de Amazon. VII. Apollodorum II. p. 96. Parrhasium sylloge IV. p. 873. Manasses scribit, Priamum Davidis auxilia frustra exambiisse.

568 *Bellatrixque viris dat fœmina vires*] Hinc Cointus vel Quintus Smyrnæus παραλειπόμενα sua orditur.

573 *Ecce Neoptolemus*] Manasses Καινοπτολέμονα ex etymo vocat.

Numina, Palladiæ pacem mentitur olivæ
Cecropidum clypeus; gentili Marte minatur
Bistonidum cassis: Mars undique, et undique Juno
Plurima, fraxineo nunc verberat aëra peplo,
Nunc sedet in parmis, capitum nunc surgit in arces.
At Phryx Idæa Cybele, Idaliaque superbit
Cypride, fulminei Tyrias pars alitis alas
Incestat Ganymede suo: sic ire decorum
Certantes, sic dulce viris confligere Divos.
  Eminet horrificas rapiens post terga secures
Virginei regina chori, non provida cultus
Cura trahit, non forma juvat, frons aspera, vestis
Discolor, insertumque armis irascitur aurum.

NOTÆ

583 *Fraxineo nunc verberat aëra peplo*] Vexillum fraxino astrictum 'peplum' vocat. De peplis Deorum vide Scaliger. in Catal. p. 40. et 292. Loënsem Miscel. VIII. 23. Marcel. Donat. Dilucid. in Trebel. Pollionem p. 999. &c. Peplum apud Athenienses navis Panathenaicæ velum erat, ut Aristophanis Græcus interpres explicat, in Equit. p. 322. quod ad vexillum proxime accedit. Astronomico veteri: 'Sol eminus exit, Intorquetque peplum noctis:' in Catalect. p. 241.

584 *Nunc sedet in parmis, capitum nunc surgit in arces*] Martis insigne, auctoris nempe generis, in scutis, et galeis ferebant. 'Arcem capitis' dixit, ut Lucret. 'templa mentis;' et Papin. Sylv. II. 'celsa tu mentis ab arce Despicis errantes.' Manilius de homine: 'stetit unus in arcem Erectus capitis.' Philo libro de somniis, caput etiam ἀκρόπολιν vocat, p. 444. Apul. Apol. 'verticem hominis velut arcem et regiam insedit.' Theophylactus etiam Ep. 2. τὸ πύργον τῆς διανοίας nominat: et ἀκρόπολιν νοῦ Isidorus Pelusiota I. Ep. 479.

587 *Incestat Ganymede suo*] Quia catamitus fuit exoletusque Jovis, quem Martialis Iliacum vocat cinædum. Nomen catamiti vero deduxerunt, vel detorserunt Latini ex Ganymede: ut Cocles, Alumento, Melo, Polluces, ex Cyclope, Laomedonte, Nilo, Polydeuces. Vide Festum et Jos. Scaliger. ad Varronem in conjectan. p. 175. De Ganymede vide Baptistam Pium Sylloge III. 98. Jos. Scaligerum ad Eusebium p. 40. Fulgentium in Ganymede.

588 *Sic dulce viris confligere Divos*] Ac si in militiam descendant adjutum bellatores, etiam picti vel intexti. Ita Papin. de σημασίᾳ et tutela Dei in nave: 'solaque Deus qui navigat alno Pervigil.'

589 *Horrificas rapiens post terga secures*] Decore, nam securis Penthesileæ inventum. Plin. VII. 56.

592 *Insertumque armis irascitur aurum*] Κακόζηλον καὶ ὀγκῶδες, ut alterum IV. 'pallere videres Ora, genas, aurumque mori.' Qua de re illud Papinii de maris malacia: 'Imbelli recubant ubi littora somno.'

Si visum, si verba notes, si lumina pendas,
Nil leve, nil fractum, latet omni fœmina facto.
Obvius ultrices accendit in arma cohortes
Myrmidonasque suos curru prævectus anhelo
Pyrrhus, non ducibus miles, non ultor Atridis,
Sed sibi bella gerit, meritosque offensus in hostes
Arma patris nunc ultor habet, sed tanta recusant
Pondera crescentes humeri, majoraque cassis
Colla petit, breviorque manus vix colligit hastam.
Prima Mycenæum dextra flagrante Menetum
Penthesilea petit: dabat hic convicia cunctis,
Ore leo, sed corde lepus, frendensque stupebat,

599 Pro *nunc* Ms. marg. *patris.*

NOTÆ

594 *Latet omni fœmina facto*] Vetus Poëta, cujus versus Casaub. ad Sueton. citat, de effœminatis *κεκλασμένοις* et virum quærentibus quod dixit, *Οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχον ἀνδρῶν*, id jure merito de Amazone isthic et sociis. Lysias scite Orat. funeb. *πλέον ἐδόκουν τῶν ἀνδρῶν ταῖς ψυχαῖς διαφέρειν, ἢ ταῖς ἰδέαις ἐλλείπειν*, p. 491. Velleius de Fulvia II. 'nihil muliebre præter corpus gerens.' M. Antonius Casanova, cujus Epigrammata acumen insigne habent, de eadem: 'Penthesilea, tuæ si vera est fama catervæ, Optarent tales sæcula nostra viros,' quod ex illo Silii haustum, 'quales optaret habere Olim Roma viros.' De Hersilia, Carmente, Clœlia, et Lucretia loquitur. Cæsaris etiam Scaligeri elegans est: 'Audiat invisi caput exitiabile belli, Quæ petitur thalami nomine, quique petit. Proque viro, nec forte viro, cessante, puellam Cædere, proque mala pellice, mole virum.' Ita enim interpungendum, vel 'Marte virum' forte legendum, quia tanti viri divina poëmata mendis et interpunctionibus pessime laborant.

601 *Breviorque manus vix colligit hastam*] Papin. II. Achill. 205. 'breviorque manu consumitur hasta.' I. 41. 'Patria sese metitur in hasta.'

604 *Ore leo, sed corde lepus*] Talis Thrasyleon (ut Turpillii nomen usurpem) *μυριάμφορα λαρυγγίζων*, qui *κομποσφακελοῤῥήμων* Græcis, et *κομπολάκυθος*, a Synesio, Ep. 104. usque ad risum festive describitur, *Ἄλλοις κολοιὸς, αἰετὸς δ' αὐτῷ πέλων*, ut ait Babrias, et a Plauto graphice fingitur et pingitur in Milite. Huc accedit Nonni proxime versus: *Νόσφι μόθοιο λέοντες, ἐνὶ πτολέμοισι λαγωοὶ*, 'Extra bella leo, lepus in discrimine pugnæ.' Plato in Theage: *νεβρὸς κατέναντι λέοντος*, Aristophanes in Pace 1189. *Ὄντες οἴκοι μὲν λέοντες, Ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες*: ubi Græcus interpres addit, parœmiam illam in Lacedæmonios dictam, neque strenue neque feliciter in Asia rem gerentes: quæ verba in Ep. I. Lamiæ, Thesauro Græcarum Epist. p. 375. invenies. Aliter vero

Cum pavidæ et nullis usæ Pelopeides armis,
Fœmineas audire tubas: at frigore nescit
Nativo geminum crudescere vulgus, et axem
Sarmaticum generare animis gentilibus iram.
Tunc sic increpitans, Pudeat, Mars inclyte, dixit:
En tua signa gerit, et nostra effœminat arma
Staminibus vix apta manus: nunc stabitis hercle,
Perjuræ turres, calathos et pensa puellæ
Plena rotant, sparguntque colos: hoc milite Troja,

NOTÆ

scribit, οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ λάκωνες: quod recte in ἀλώπεκες mutat Florens Christianus. Ælianus id Lamiæ scortillo tribuit, quæ Lysandro insultabat, XIII. 9. οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ γεγόνασιν ἀλώπεκες. Idem vult adagium apud Junium, 'Briareus, alias lepus,' sumtum ex Posidippo Comico; Ἐφάνη Βριάρεως, ἂν τύχῃ δ', ἐστὶν λαγώς. Tertull. libro de Corona militis I. 'In pace leones, in prælio cervi.' Heraclitus, Ep. 2. ad Hermodotum: ἐν ταῖς γλώτταις ἔχετε τὰ ὅπλα. Sidonius Apol. v. Ep. 7. 'In prætoriis leones, in castris lepores.' Eo spectant Sophoclis illa in Philoctete 1337. Ἀλλ' οὖν τοσοῦτόν γ' ἴσθι τοὺς πρώτους στρατοῦ, Τοὺς τῶν Ἀχαιῶν ψευδοκήρυκας, κακοὺς Ὄντας πρὸς αἰχμὴν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς. Antisthenes: ὁ πόλεμος οὐ λόγῳ κρίνεται, ἀλλὰ ἔργῳ. Orat. pro Ajace p. 181. Æmilii Probi, vel Corn. Nepotis, ut aliis visum est, non dissimile est illud, 'Fortius pro libertate loquebantur, quam pugnabant.' p. 71. in Thrasybulo. Ita Claudianus de Leone congrege Eutropii II. 'Hinc nomen fertur meruisse Leonis, Acer in absentes, lingua jactator, abundans Corporis, exiguusque animi.' Demosthenes eo respexit, cum dixit, λαγωοῦ βίον ζῆν. Cornificius hinc ignavos milites 'galeatos lepores' vocat, qui ἀσκῷ φλαυρίζουσι, ut proverbium est apud Diogenianum, οἳ ἐν ἀνδρίᾳ ἐστὶν ἄχρι τοῦ λέγειν, ut Sophoclis ait Interpres. Petronii miles talis, 'qui absentem votis interficit hostem.' Inde Noster I. 'multumque minatur, Sed factura parum.' Item: 'Litigiis audax, et citra prælia fortis.' Nazianz. scite Σαλμωνεὺς ἐκ βύρσης βροντῶν. Orat. II. in Julianum p. 115. Philo recte De somniis p. 888. ὁ μὲν τοῦ σπουδαίου βίος, ἐν ἔργοις, ἐν λόγοις δὲ ὁ τοῦ φαύλου θεωρεῖται.

606 *At frigore nescit Nativo geminum crudescere vulgus*] Versus Boream omnia vegetiora et magis mascula, quod Philo etiam monuit ex Aristotelis problematis, et Bodinus toties iteravit. Lucanus VIII. 'Omnis in Arctois populus quicunque pruinis Nascitur, indomitus bellis, et Martis amator. Quicquid ad Eoos tractus, mundique teporem Labitur, emollit gentes clementia cœli,' &c. Ita Ovidius VI. Metam. ἀντιλογεῖ: 'sed et hunc innata libido Exstimulat, pronumque genus regionibus illis In Venerem, flagrat vitio gentisque, suoque.' De regionum ἐξαιρέτοις vide Themistium Orat. VI. et ad illum talia tractantem Georg. Remum p. 217.

610 *Et nostra effœminat arma*] Claud. de Eutropio: 'titulumque effœminat anni.' Talis apud Virgilium Numanus, IX.

His fidit telis: at non patiemur Achivi:
Et si turpe viris timidas calcare puellas,
Ibo tamen contra. Sic ille, at virgo loquacem
Tarda sequi sexum, velox ad prælia, solo
Respondet jaculo: fatum miserabile! lapsum
Hasta solo figit: pendent vestigia, præceps
Ire laborat equus, cuspis vetat, atque ita carptim
Infelix diro lacerant certamine corpus.
  Haud minus Adrastum Pyrrhus premit, ille Deorum
Proles, mortali vitam sed reddidit hosti.
Mox alias utrimque manus, dextrasque minores
Accedunt exempla ducum: quis singula pandat?
Si fluctus Siculos, Libycæ si messis aristas,
Hyblæas si secter apes, tot vulnera, tantas
Haud tamen expediam cædes: nunquam ante Machaon
Pluribus, aut tantis eguit Podalirius herbis.
  Jamque humiles populata manus concurrere binos
Molitur fortuna duces, nec longa morati
Arma parant: parentque alacres: audentibus olim
Accessum nunc turba dabat: nunc largior usus
Camporum, numerusque minor: prior improba Pyrrhum
Penthesilea premit; Mars hunc, hanc implet Enyo
Ad sexum non tarda suum: Tritonia neutri,
Neutri Juno favet, Pyrrhum nec vincere malint:
In spatium jam crescit ager, porrectus uterque
Contus, uterque ensis, admissos calce fatigant
Cornipedes: primas perdit sed fraxinus iras,
Pars clypeis immensa sedet, pars spargitur arvis:
Partem dextra tenet, mox certior ense propinquo

NOTÆ

625 *Accedunt exempla ducum*] Fortasse 'accendunt:' sed et prius probum.

628 *Nunquam ante Machaon*] De vulneratis ista loquuntur innumeris.

632 *Audentibus olim Accessum nunc turba dabat*] Jamdudum conferre manus audentibus, tandem facultas data.

638 *In spatium jam crescit ager*] Vide v. 231.

640 *Primas perdit sed fraxinus iras*] Papin. de simili re: 'et mutua perdunt Vulnera.'

641 *Pars clypeis immensa sedet*] Vide vi. 277.

Crudescit ferri rabies : prima erigit ictum
Virgo, sed raptis obliquo vulnere cristis
In clypeum descendit ebur, medioque retentum,
Vix perfert umbone moras : dumque elicit ensem
Altius impressum, lævam mucrone papillam
Transadigit Pyrrhus : sic imperiosa virago
Degladiata ruit: tanta est reverentia sexus,
Sidonias in crura togas, sinuosaque texta
Colligit, et multum fatis irata fatiscit.
Fit fuga Dardanidum, turbantur Amazones, æger

NOTÆ

645 *In clypeum descendit ebur*] Gladius. Vide v. 190.

647 *Lævam mucrone papillam Transadigit*] Recte: quod etiam Cointus facit I. p. 166. Dictæ enim Ἀμαζόνες ἀ μαζὸς, quasi μονόμαζοι, vel παρὰ τοῦ μὴ χρῆσθαι μαζοῖς, κρέασι δέ. Eustath. ad Il. Γ. τοὺς γὰρ δεξιοὺς μαζοὺς ἐξέθλιβον, ἵνα μὴ κωλύωνται ἀκοντίζειν, τοὺς δὲ ἀριστεροὺς εἴων, ἵνα τρέφοιεν, ait Apollodorus II. 96. unde Titianus, Servio auctore, 'unimammas' vocavit.

648 *Animosa virago Degladiata ruit*] Καινῶς. 'Exarmata' poterat. Talis καινολογία annos Josephi nostri loquitur: formavit autem ut 'detitulo' II. 349. ubi plura ad hanc formam: ut 'discalceatus,' 'excalceatus' apud Suetonium et Senecam Ep. 76. Carolus 'digladiata :' sed pugnat id cum illis quæ antecedunt: est enim 'degladiata' gladio destituta, quem tam cito elicere non potuit.

649 *Tanta est reverentia sexus, Sidoneas in crura togas, sinuosaque texta Colligit*] Quod decore hic Penthesileæ tribuit, id Polyxenæ Euripides in Hecuba; et repetitur a Clem. Alex. Strom. II. paullo ante finem. Imitatur Ovid. XIII. Metam. et secundo Fast. in Lucretia. Cointus I. 620. eodem modo ad Penthesileam, ut Noster traduxit: Ἡ δ' ὦκα μίγη κονίῃ, καὶ ὀλέθρῳ, Εὐσταλέως ἐριποῦσα κατ' οὔδεος, οὐδέ οἱ αἰδὼς Ἤισχυνεν δέμας ἠΰ, τάθη δ' ἐπὶ νηδύα μακρήν. Eadem de Cornelia Vestali scribit Plinius IV. Epist. 11. quæ duo exempla Magius ex professo ista agens et Plinium nominans omisit, II. 1. Illud non alienum est, quod Clem. Alex. notat, II. Pædagogi, tantum pudoris et honestatis in Æneæ conjuge repertum, ut ne tum quidem, cum Troja caperetur, se detexerit: sed et incendium fugiens cooperta manserit, c. 11. p. 188. Plura exempla illius σεμνότητος vide apud eundem IV. Strom. p. 380. Sed et viri εὐσχήμως πεσεῖν curabant, quod Suet. in Julio Cæsare, et Lucanus in Pompeio notant l. VIII. Vide etiam Casaub. ad Suet. p. 121. Dictys auctor est IV. Penthesileam, omnium consensu, aut canibus dilaniandam, aut in fluvium projiciendam fuisse. Solum Achillem sepelire voluisse, a Diomede prohibitum. Ille igitur reliquorum suffragio in Scamandrum projicere jussit, quia naturæ sexusque conditionem superare esset ausa.

652 *Æger Ad sexum facilis rediit timor*] Sic Cicero de Verre: 'Redit ad se, atque ad mores suos.' Horatius Ep. II. 2. 'Expulit helleboro morbum, bilemque meraco, Et redit ad sese.' Claudianus de iisdem Amaz. Epithal. Honorii: 'Peltaque pugnas

Ad sexum facilis rediit timor: undique terror
Palantumque metus, discors ignavia pugnat
Præceptura fugam: nulli succurrere lapsis
Fratribus, aut notos mens respexisse vocantes.
Pars jam nacta urbem, Danao pars præda sequenti
Linquitur: at pauci, cum certa pericula cernant,
In portus redeunt, et fata decora merentur.
Venerat extremi revoluto stamine pensi
Fatorum promissa dies, decimusque rotabat
Speratum Titana labor: præsagia mille,
Mille mali micuere minæ, metuenda cometæ
Sanguineis cecinere comis, ac Phœbus uterque

NOTÆ

desereret cohors Sexu recepto.' Item de IV. Cons. Honorii: 'In vultus rediere suos.' Ita Seneca: 'excalceantur (cothurnati scilicet) et ad staturam suam redeunt.' Ep. 76. Sic Virg. de Proteo: 'Victus in sese redit.' Papin. II. 'Mox redit in regem.' XII. 'bello cogendus et armis In mores hominemque Creon.' v. de fera mansuefacta, 'In mores negat ire suos.' Noster infra 865. 'In sese natura redit:' quod Varro facit 'reversionem.' Sic 'immigrare in ingenium suum,' Cicero. Guntherus: 'Ut quos Fortuna extulerat in se revocaret egestas.' Opponitur autem illi, quod dixit, 'ad sexum redire,' Juvenalis illud, 'Quæ fugis a sexu.' Ita Græci aiunt, εἰς ἑαυτοὺς ἐλθεῖν. Chrys. scite Orat. IV. de pœnitentia, p. 664. κἂν οὖν ἕτερον τῶν δικαίων ἡμᾶς καταλάβῃ ἀποβλέποντες εἰς τοὺς δικαίους τοὺς τὰ αὐτὰ παθόντας, καὶ ὑπομείναντας, ταχέως εἰς ἑαυτοὺς ἐλθεῖν δυνησόμεθα. Mimi illud ad auctoris nostri sententiam et verba facit: 'Ficta ad naturam quam cito redeant suam!' quod Nazianzenus totidem verbis Orat. XIX. p. 300. πᾶν ὁ προσποιητὸν οὐδὲ μόνιμον. et Philo De Abrahamo: φύσει ἔργον μάχεσθαι, p. 295. Seneca recte III. De Benef. 'Neque enim ulli magis abjiciunt animos, quam qui improbe tollunt:' quod probant, quæ in auctore nostro sequuntur. Eadem Ciceronis sententia Off. II.

659 *In portus redeunt*] Legendum *portas*.

661 *Fatorum promissa dies*] Lucanus VIII. 'Auroræ promissa dies.' 'Venturi promissa fides,' Papin. in fine VI. Theb. Ita infra: 'Venturi jam clara fides.'

Decimusque rotabat Speratum Titana labor] Vide 115. 'Laborem' Solis cursum nominat, non delinquentem, vel 'defectum lumine,' ut Tibull. loquitur. Ita Papin. 'Nox quæ terrarum cœlique amplexa labores.' I. Theb. Dracontius, 'Saltus Phœbi,' quos Lucret. 'flexus.' Græci χρόνου πόδα, quod Aristophanes μυκτηρίζει.

664 *Phœbus uterque*] Sol ortus et occasus, ut veteres loquebantur. Ovid. I. Metam. 'Littora voce replet sub utroque jacentia Phœbo.' Ita I. De Ponto 4. 'quem Solis ab ortu Solis ad occasus utraque terra tremit.' Petronius: 'Qua mare, qua terræ, qua sidus currit utrumque.' Quamvis

Nunc duplex, nunc nullus erat: non crebrior unquam
Ira Jovis, non plura novis portenta figuris
Visa prius, silicum lacrymis, sudore Deorum,
Latrantum gemitu, partuque in monstra soluto,
Venturi jam clara fides: accendit Achivos
Thestorides, panditque Deos: illi undique muris
Insultant, qua terra patet: pars nectere classes
Destinat, et cunctos urbis tentare recessus.
At Phrygii reditus Ledæos pace pacisci,
Et tandem longis hortantur fœdera bellis.
Suadet idem Antenor; suadet facundior illo
Polydamas; suadet leni mitissimus ore
Dux Anchisiades: reges cecidisse queruntur
Et raras superesse manus: nec sola gemiscit
Ilios, aut Phrygii fines, at quicquid Hydaspem
Gemmiferum, Scythicique interjacet æquoris algas
Belli damna dolet: nec par fortuna Pelasgis:
Pugnat Achilleides, consultat Nestor, Ulysses
Fallit, et Atridas ultrix exasperat ira.
Haud tulit Amphimachus, pacem negat, arma reposcit,
Edicit laxare fores, Phrygibusque triumphum
Destinat, aut pulchro victuram funere famam:
Ipse æquaturus fratres, verum Hectore major,
Sic cedat puer, et pugiles vir surgat in annos.

688 *Si* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

de Luna et Sole aliquis intelligere possit. De Solis deliquio vide Scalig. ad III. Propert. p. 239.

666 *Plura novis portenta figuris*] Talium benigna seges apud Livium, in annorum auspiciis. Vide, si lubet, apud Lucanum I. Cointum XII. p. 622. Papin. VII. Theb. Virg. IV. Æn.

667 *Sudore Deorum*] Vide Silium I. et Heinsium p. 332. 'Et mœstum illacrymat templis ebur.' Virg. I. Georg. 'Et simulacra Deum lacrymas sudasse tepentes,' Tibull. ad quæ videsis Scalig. p. 158.

688 *Pugiles vir surgat in annos*] IV. 32. ἀκμὴν et τὸ νεανικὸν intelligit, erat enim ἐφῆλιξ pistriculus puer, ut Cyprianus et Arnobius loqui gaudent, qui nondum ad freta ætatis, ut loquitur Lucretius, pervenerat. Eandem rem circumloquitur Papin. IV. Theb. 'Nec desunt animi, veniat modo for-

Quin Priamo licet in senium dejectior ætas,
Algentesque negent onerari casside cani,
In sene non marcet princeps, in principe vernat
Miles, et imbelles audent certamina rugæ.
At ducis offendunt ausus, coguntque timere,
Mobilitas suspecta Phrygum, bellum auctor agendum
Jusserat Antenor, nunc suadet fœdera: Spartan
Æneas populatum ierat, nunc reddere prædam
Censet, et hostilem cupiat meruisse favorem.
Ergo dolis cessare dolos, et tollere fraudem
Fraude parat, formatque artes hoc ordine ductor:
Fingere sacra vovet, festæque ad fœdera mensæ
Invitare duces, dumque una pocula tractant,
Irruat Amphimachus, armatis acer inermes
Occupet insidiis: sic tuti libera Martis
Copia, et hærebit nullis victoria causis.
Interea questique diu, bellumque perosi,
In fœdus coiere Phryges. Juratur in usum
Perfidiæ perjura fides, Antenore dirum
Parturiente nefas: hujus consulta secuti
Ucalegon, atque Amphidamas, nec justior ipso

694 *Nobilibus* Dresem. Vide not. *Mobilitas* ed. Basil. Spondan. et Mor.

NOTÆ

tior ætas.' 'Animus' nempe 'gladiatorius,' ut Terentius ait, aderat, et 'spiritus corpore majores,' ut ait Horatius, sed robur deerat.

689 *Dejectior ætas*] Vide III. 167. 'provectior ætas,' 'progressi dies,' 'declinata ætas.' Fabius, 'propiorque abeuntibus annis.' Papin. IV. Theb. I. 'medio de limine vitæ In senium vergens.'

694 *Mobilitas suspecta Phrygum*] *Nobilitas* legendum: quod sequentia loquuntur.

698 *Ergo dolis cessare dolos, et tollere fraudem Fraude parat*] 'Circumretit enim fraus atque injuria quemque, Atque unde exorta est, ad eum plerumque revertit.' Lucret. V. Unde et ista: 'Fraus amat auctorem,' 'Fraus nocet auctori.' Vide Rittersh. ad Opp. p. 274.

700 *Fingere sacra vovet*] Aut Hypallage, fingit se vovere sacra: aut *monet*, vel *jubet* legendum.

703 *Occupet insidiis*] Verbum signatum et ἀναμίλλητον. Prop. IV. 'Nec mora, vocales occupat ense canes.'

706 *Juratur in usum Perfidiæ perjura fides*] Ovid. XIII. ματαιοτεχνίας: 'Ut sit in infida proditione fides:' quæ Andocidæ est πίστις ἀπιστοτάτη Orat. I. 9.

Polydamante Dolon, patriæque in damna ruentis
Impius, et tantis Æneas consonus ausis.
  Nuntius Argolicis prodendas indicat arces
Polydamas, pacemque in pactum fraudis habendam
Juratis poscit, tacitumque in mœnia furto
Poscit iter Danais. Nestor timet, hæret Ulysses,
Furta negat Pyrrhus: illos incerta morantur
Pollicita, et falli metuunt: hic vincere certus,
Nocturnis refugit bellis fœdasse triumphum.
Res turbat suspecta duces, Phrygioque retento
Traditur Inachio legati cura Sinoni.
Promissis addenda fides: petit ille penates
Iliacos, dubiosque Anchisa teste timores
Solvit, et acceptas jurante Antenore voces.
  Ergo fidem ducibus testati numina pangunt
Inachidæ, lætique jubent, sua, seque, suosque,
In nullos nutare metus: dona insuper addunt,
Et firmant promissa datis: nec Pergama tantum,
Innumeras Asiæ spondent cum civibus urbes.
His hilaris Phryx certus abit, quodque hostis in urbem
Captet iter, quando veniat, quæ signa movendi
Militis, et cauto dispensat singula nutu.
  Porta latens, tacitosque dolis furata meatus
Inscriptum Pegasi tollit caput: hac iter Argis,

729 *Quidque* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

713 *Pacemque in pactum fraudis habendam Juratis poscit*] 'Natinantes' illi, ut Cato loquitur, pacem et incolumitatem tanquam pretium proditionis poscunt.

716 *Furta negat Pyrrhus*] Aperto Marte, non dolis, vincere.

721 *Promissis addenda fides*] Juramenti. In ora libri erat 'audenda,' quod non placet.

733 *Inscriptum Pegasi tollit caput*] Poterat aliter: 'Pegaseum inscriptum tollit caput.' Hinc vero famosa illa historia de equo durateo, et venusti epigrammatis conclusio: 'Carminis Iliaci libros consumsit asellus. Hoc fatum Trojæ est, aut equus, aut asinus:' qua de re Polyænus. Quidam ἵππον illum δουράτεον, arietem, κριοδόκην scilicet, fuisse volunt: vide Vitruvium de Archit. x. 18. prolixe illam describentem. Plinium VII. 5. Quidam strategema Ulyssis.

Huc jussi venere duces. Sol merserat axem,
Venturis hoc tempus erat: fax igne sereno
Visa viris, hæc signa dabat: sic milite juncto
Securi dubiique meant: Phryx indice flamma
Pandit iter, laxatque fores. O dira nocentum
Consilia, o cunctis incognita crimina fastis!
Florebant Asiæ fines, florebat opimis
Troja suis, et rege potens, et milite tuta;
Nec Superos nec fata timens: victoria Graium
Mentito Calchante brevi cessisset, at hostis
Indigena, et, quo nil gravius, privata nocendi
Copia Thestoriden vatem facit: invidet ipse,
Ipse urbem civis aperit: non cardo susurrat,
Non clypei, non tela sonant, scit turba silere:
Omnia clam, clarumque nihil: prior urbe potitus

NOTÆ

734 *Sol merserat axem*] Atqui 'non mergitur undis Axis inocciduus,' ut ait Lucan. VIII. sed aliter vocabulum 'axis' hic usurpatur. Idem Lucan. III. 'medio cum Phœbus in axe est.' v. 'Tum superum convexa tremunt atque arduus axis Insonuit, motaque poli compage laborant.' Juven. VIII. 'Gallicus axis,' clima cœli. 'Imus in adversos axes.' Lucan. Vide Scaliger. ad Propert. 261. ubi 'axis' etiam pro fastigio montis. Quod vero noctu Trojam ait captam, idem fere omnes: idem auctor parvæ Iliadis apud Clem. Alex. Strom. I. 236. Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα: qui versus etiam apud Euseb. et Lycophronis Scholiasten. Vide etiam P. Merulam ad fragmenta Ennii I. 114.

738 *Laxatque fores*] Virg. in eadem re: 'laxat claustra Sinon.'

740 *Florebat opimis Troja*] Vide v. 261.

742 *Victoria Graium Mentito Calchante brevi cessisset*] Eadem Petronius in sua ἁλώσει Trojæ: 'Vatis fides Calchantis atro dubia pendebat metu.'

744 *Privata nocendi Copia Thestoriden vatem facit*] Ἀσθενὲς γὰρ τὸ στασιάζον. Aristot. Polit. v. 5. Varro in fragmentis: 'distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis, quo ægrotare incipit atque consenescere.' Unde Dinarchus Orat. contra Demosth. p. 99. graviter inculcat: τοὺς ἡγεμόνας αἰτίους ἁπάντων γενέσθαι, καὶ τῶν ἐναντίων τοῖς πολίταις. Quod bis repetit. Vide etiam Herodis insignem in hoc argumento Orationem περὶ πολιτείας, p. 175. &c. Sic Noster alibi: 'male publica curat, Qui sua pluris habet.' Hi sunt: 'qui pessimo publico,' ut idem Varro loquitur, 'intus canunt.' Sed Petronius recte, 'Peritura Troja perdidit primum Deos.' Quosque Dii punire volunt, auferre illis primum mentem solent.

Impatiens sævire dolis, et vincere furto,
Exclamat Pyrrhus: Nunc obvia tela parate,
Ite Phryges contra: quonam usque in somnia torpor?
Nil tuti superest, postes laxamus, et ecce
Irruimus Danai: si quos concurrere mecum
Ira trahit, non egregium damnabitur umbris
Martis opus, facient ignes spectacula vestri.
Fatur, et incendit rapta face Pergama primus,
Ipse sibi patuisse volens pars cetera ferro
Certatim flammaque furit: populator oberrat
Ignis, et in medios gladii venere sopores.
  Nox fera, nox vere, nox noxia, turbida, tristis,
Insidiosa, ferox, tragicis ululanda cothurnis,
Aut satira rodenda gravi, tu sola triumphas,
Tantorum nisus steriles lucrata dierum!
Si mihi Carpathias linguis æquare figuras
Detur, et innumero crescant mihi pectora Phœbo,
Non tamen expediam cædes, incendia, luctus,
Quos Phrygiis nox una parit: pars ignibus enses,
Pars gladiis vitant ignes, casuque gemendo
Incurrit fatum, fati fuga sola timetur,
Quæ prior in sensum mors germinat: utraque passis
Funera, fas multis geminos conferre dolores.
Dira mali facies, ævoque ignota priori.

769-770 Sic interpungitur h. l. in ed. Mor. et Spondan. *I. fatum, fati fuga: s. t. &c.*

NOTÆ

749 *Et vincere furto*] Eadem de Pyrrho habet Cointus XII. 594. De loquendi genere v. 11.

759 *In medios gladii venere sopores*] Petronius in sua ἁλώσει: 'Hic graves alius mero Obtruncat, et continuat in mortem ultimam Somnos.' Hic vere ὁ ὕπνος μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια, ut ille apud Plutarchum ait in Consolat. ad Apollon.

769 *Fati fuga sola timetur, Quæ prior in sensum mors germinat*] Metum mortis, dum fugam desperant, alteram ait esse mortem. Eadem Lucanus III. 'Mille modos inter leti, mors una timori est, Quæ cœpere mori.' Item: 'multos in summa pericula misit Venturi timor ipse mali.' Vide Senecam Ep. 70. et super ille Lipsium. Hieronym. 'O multo gravior expectata quam illata mors,' in vita Malchi: et Isidorum Pelusiotam II. Ep. 147.

Hinc somnus vigil, inde odium: nulloque rebelles
Objectante manus, ferienti copia dextræ
Delegisse necem, jugulumne, an pectus, an ora
Occupet, aut cunctos in vulnera computet artus.
At quibus in mensas noctis productior usus,
Aut verbis vigilata quies, vulgante tumultu
Urbe frui Danaos, aut visis ignibus, arma
Defensura parant, sed flammis undique septi
Præreptum mirantur iter: frustraque parantes
Incensos exire lares, asperrima questi
Funera, consumtis pariter moriuntur in armis.
Expediam cædes? et singula fata revolvam?
Sed tenebris latuere manus, sed nocte peremti,
Sed premit umbratam nocturna inscitia Musam.
Fugerat amplexus aras et templa Tonantis
Infelix Priamus, nec enim fiducia dextræ:
Cesserat ira metu, magno tamen arduus ore,
Non prece, non lacrymis, non vultu supplice regem
Dedecorat: cui Pyrrhus atrox: Reddisne Pelasgis
Spartanas, reddisne nurus? an prælia mavis?
Et nondum bellare times? cur stringis eburnos,
Diis invise, Deos? læsisti numina sponte,
Cogor in exemplum: cecidit pater hostia Phœbo,
Tuque Jovi. Dixit, indignatusque jacentis

NOTÆ

776 *Aut cunctos in vulnera computet artus*] Supra 449.

777 *At quibus in mensas noctis productior usus*] Qui intempesta convivia agitabant. Sic supra 87. 'Utque usu producta Venus majore.' Prosper Aquitan. 68. 'Gratior est fructus, quem spes productior edit.'

778 *Aut verbis vigilata quies*] Qui colloquio somnum protulerant.

787 *Fugerat amplexus aras et templa Tonantis Infelix Priamus*] Aram nempe Jovis Hercæi. Festus: 'Hercæus Jupiter intra conseptum domus cujusque colebatur, quem etiam Deum penetralem appellabant.' Dictys nominat 'Jovis ædificalis aram,' (ita enim legendum ibi, non 'arma Jovis,') quia in ædificii penetrali, unde Virgilius, 'penetrali in sede:' idque ἕρκος innuit. Tryphiodorus eadem quæ Noster describit, et Cointus XIII. 642. Ἑρκαίου ποτὶ βωμόν.

793 *Cur stringis eburnos, Diis invise, Deos*] Vide IV. 190. Deos autem nominat 'eburnos,' quia imagines Deorum vel tutela in capulo eburnea.

Cæde frui, trepidum prensis a vertice canis
Erigit in vulnus, gladiumque in viscera condit
Non longum cunctata manus: levis ire sub umbras
Vita hebes: ipse tamen membrorum pondere ferrum
Permissus cecidisse juvat, tandemque dierum
Plenus obit, felix senio, lætusque juventa,
Si stabili fortuna fide, si fixa maneret.
Post Zephyros plus lædit hyems, post gaudia luctus,
Unde nihil melius, quam nil habuisse secundum.
  Postquam Hecubæ jam certa mali vulgata recentis
Fama, rapit gressus, et nil cunctata per enses
Audet iter, lacerisque comis et pectore cæso
It quærens et questa virum: Quisnam, inquit, Achivi,
Lugendos misere secat artus? reddet? an illum
Prædam avibus, prædamque feris sparsistis, ademtum
Quærendumque mihi? cedunt turbata furenti
Agmina, dantque viam; regi illa instrata reperto,
Heu meus, ingeminat, longo post tempore muta:
Heu, iterat, repetitque, meus: sic sæpe diuque
In voces dissuta breves, vix denique questus

NOTÆ

797 *Prensis a vertice canis Erigit in vulnus*] Virgil. II. 'Implicuitque comam læva.'

799 *Levis ire sub umbras Vita hebes*] Quia capularis senex, exsuccus et exsanguis, cito expiravit. 'Vita hebes,' ut Virgilius: 'Sanguis hebet, frigentque effœto in corpore vires.' Ita: 'Mens hebet, adversamque fugit conterrita lucem:' ut est apud Augustinum in Epist. Licentii versus, et Apuleius de Nestore: 'cui omnes sciebant corpus annis hebere,' ut hic et apud Augustinum Petrus Pithœus legit Advers. II. 10.

805 *Unde nihil melius, quam nil habuisse secundum*] Hyginus III. Astron. poët. titulo leporis: 'Homines meminerint nihil esse tam exoptandum in vita, quin ex eo plus doloris quam lætitiæ capere posterius cogantur.' Interea tamen, ut humana sunt, quis influentis dona fortunæ abnuit? quod Seneca ait in Thyeste: 'Sapiens esto, quod dici solet: Si dederit, lætus, si fors repetiverit, æquus.' Fulgentius bene I. Mythologiæ 129. 'Sola medicina miseriarum oblivio,' et II. 139. 6. 'Sapiens dolorem suum aut benignitati commendat, quæ omnium munus est, aut oblivioni.' Sed supervacuum est ἀρεταλογεῖν: unice post sacra id agit Seneca.

812 *Cedunt turbata furenti Agmina*] Ita apud Papinium milites Jocastæ viam pandunt: 'mediosque per enses Dant iter.'

816 *In voces dissuta breves*] Distracta, διεῤῥάγη, voce singultiente præ dolore vix laxata. 'Et via vix tandem

Continuos nectit, et sic exorsa, profatur :
Quos gemitus, quæ digna satis lamenta rependes
In lacrymas simulate dolor? non arguo luctus:
Defecere genæ, fletuque exhausta profundo
Lumina caligant, acies hebet, insita dudum
Plaga, sed elingues siluere huc usque dolores.
O cœlum, o Superi, quibus irritata peperci,
Fœmineis nil ausa modis, quo crimine tantis
In pœnas damnata malis? Si digna necari,
Cur vixi? heu, miseris longo nil tristius ævo:
Num thalamos, partusne querar? sævissima nupsi,
Infelix peperi: potuit ditione serena
Iste frui, mecum Parcæ nupsere nocentes;
Et pariter stetit ira Deum: quin pignore multo
In partus fœcunda fui, fatoque sinistro
Et conjux et mater eram: nunc orba creatis,
Nuda viro, gemino didici contendere planctu,
Claudendis lassata genis, et funere multo.
At te, care Hector, te tuta superstite dudum,

NOTÆ

magno laxata dolori est.' Papin. Ovid. ita dixit 'præsuta:' 'Vatis Apollinei vocalia misit in ora, Quæ foliis præsuta.' XI. Metam. Horat. 'Quorum subsuta talos tegit instita veste.' Hieron. Ep. 'dissuta habuit latere nudum caput, clausum os.' Querelas vero Hecubæ habes apud Euripidem et in fragmento ex Andromacha Ennii. Vide Conjectanea illustris Scaligeri qui Græca et Latina inter se contendit p. 163. Vide etiam apud Senecam initio Troad. Ἀθλιώτατος γὰρ ἄνθρωπος ἀτυχῶν. Philo De legat. x. 789.

826 *Miseris longo nil tristius ævo*] Vide Plinium præloquio VII. 'senectus in pœnam vivax.' Eadem queritur initio aurei sui libelli de Philosophiæ Consolat. Boëthius: 'Mors hominum felix, quæ se ne dulcibus annis Inserit, et mœstis sæpe vocata venit. Eheu! quam surda miseros avertitur aure, Et flentes oculos claudere sæva negat,' &c.

834 *Claudendis lassata genis*] Veterum mos. Apud Papinium VIII. 'Tunc quia nec genitrix juxta, positusque beata Morte pater, sponsæ munus miserabile tradunt Declinare genas.' Homerus Od. Λ. Οὐδέ μοι ἔτλη ἰόντι περ εἰς Ἀΐδαο Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἑλέειν. Vide Crinitum XVIII. 12.

Claudendis lassata genis, et funere multo] Homerus Il. Ω. Πεντήκοντά μοι ἦσαν, &c. Nomina illorum sunt apud Hyginum fab. 90. Apollod. III. 83. Boccatium, qui ex Pausania.

Troile, Troja fuit: nec enim pars impia nostri
Fax uteri memorandus erit. Sic fatur, et ignes,
Quos Phaëthonteæ nequeant æquare favillæ,
Quosque neget tibi, Roma, Nero, miratur, et addit,
Hasne faces peperi? peperine, et fulmina cessant?
Hæc uteri fœtura mei, nec solvit hiatum
Terra vorax? peste hac tumui, parcuntque minaces
Deucalionis aquæ? vos o, quos impia læsi,
Vos potius, quibus hæc peperi lamenta, nocentem
Certatim laniate, Phryges: sed serior ira:
Tunc tempus, cum somnus erat: tuque, inclyte conjux,
Tu thalami tumulique comes, tecum ibo sub umbras.
Me miseram! deeritne hostis? ubi bella furentum?
Pyrrhus ubi? date tela, viri: date tela, seniles
Sufficient in fata manus: discamne vereri
Argolicas captiva nurus? Sic fatur, et omnes
In luctum Danaos pietas extorta resolvit.
Et jam rorificas noctis nudaverat umbras,
Sed nondum detersa, dies: ultro ipse latebat
Phœbus, et eversis, quæ struxit, mœnibus, hostem
Ingemuisse putes: præda omnis in arce Minervæ
Congeritur, noctisque lucrum: Trojæque jacentis

836 *Nec enim Paris* Dresem. Vide not.

NOTÆ

836 *Nec enim pars impia nostri Fax uteri memorandus erit*] Σόλοικον manifesto: si ita scribere induxisset, 'memoranda mihi' sine jactura et versura potuisset: talento in teruncium contendo, legendum esse, 'neque enim Paris impia nostri Fax uteri.' De face illa vide Apollod. III. 182. Hyginum fab. 91. Dictyn II. Lycophronem p. 62. Ovid. Epist. Paridis, Virg. X. ...tem VII. Euripid. in Troa-...

...ue neget tibi, Roma, Nero] ...ero lætus flammæ pul-... ...ν in illo suo scenico habitu decantavit.' Meminit etiam Tacitus, Orosius qui Iliadem decantasse ait. Eusebius et Eutropius Neronem inflammasse urbem scribunt, ut Trojæ incendium sub imagine cerneret. Magnus Scaliger I. Poët. 18. 'Nero potuit 'Ρώμης ἐκπύρωσιν saltare, dignus cujus ἐκπύρωσιν saltaret mundus.'

854 *Nondum detersa, dies*] Ita V. 'detersa meretur Juno Jovem.'

856 *Ingemuisse putes*] Vide I. 179. 'Neptunum sensisse putes.'

857 *Trojæque jacentis Metiri jam fata licet*] Eandem rem prolixe de-

Metiri jam fata licet, tot ditia spectes
Arma, Deos, cultus, gemmas, ebur, æra; nec unquam
Pluribus intumuit victrix fortuna tropæis.
Postquam justa ducum suffecit copia, vulgo
Spesque avidas tribuens vicit manus, undique lætos
Conclamant reditus: tandemque, sed exule bello,
In sese natura redit: dat tempora vates,
Dat lucem, qua vela parent, suntque otia Graiis
Interea lustrare vago fumantia gressu
Pergama; pàrs odiis nondum furiisque peractis
Rhœteos spoliat colles, latura cupressum
Funeribus, laurum sacris, et puppibus alnum.
Jam votis tumulisque modus, classisque novata
Æquoreum sulcabat iter: rotat obvius ecce
Auster aquas, geminasque hyemes et flumina et imbres
Tempestas inopina movet: monet augur ituros
Nondum placatis iterare piacula divis.
Jussa duces obeunt, memorique Polyxena Pyrrho,
Non inventa, subit: frendet, Phrygiosque lacessit
Efferus: hanc thalamis, Hecuba tradente, paternis
Dux Anchisiades absconderat: o scelus ingens,
Redditur invisis infelix præda Pelasgis!
At, licet haud æquas, servata virgine, pœnas,

NOTÆ

scribit Seneca initio Troad. 'Stat avidus ira victor, et lentum Ilium Metitur oculis,' &c. 'Fatum' Ilii est hic opulentia, magnitudo, præda: explicat ipse.

863 *Tandemque, sed exule bello*] Vide II. 459.

864 *In sese natura redit*] Supra 662.

868 *Rhœteos spoliat colles*] 'Ροίτειον Troadis urbs est Scylaci Caryandensi. Strab. XIII. 'Ροίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη.

872 *Geminasque hyemes et flumina et imbres*] Malim 'fulmina,' quam 'flumina' et 'flamina.'

875 *Memorique Polyxena Pyrrho, Non inventa, subit*] Ita Curtius III. 'Sera pœnitentia subit regem.'

878 *Dux Anchisiades absconderat*] Ethnicorum illa crudelitas plurimorum, ad rogum non tantum animalia reliqua, sed et homines mactare. Res nota et passim obvia, de qua Kirchmannus multa III. 4. de funeribus. Philostratus vero in Heroicis, non inferias missam Polyxenam, sed amore et desiderio Achillis ad illius tumulum ferro incubuisse scribit. 'Absconderat,' inquit, συγκέντων: ita enim Lucanus, Seneca, Silius, et Tertullianus malunt.

Troile, Troja fuit: nec enim pars impia nostri
Fax uteri memorandus erit. Sic fatur, et ignes,
Quos Phaëthonteæ nequeant æquare favillæ,
Quosque neget tibi, Roma, Nero, miratur, et addit,
Hasne faces peperi? peperine, et fulmina cessant?
Hæc uteri fœtura mei, nec solvit hiatum
Terra vorax? peste hac tumui, parcuntque minaces
Deucalionis aquæ? vos o, quos impia læsi,
Vos potius, quibus hæc peperi lamenta, nocentem
Certatim laniate, Phryges: sed serior ira:
Tunc tempus, cum somnus erat: tuque, inclyte conjux,
Tu thalami tumulique comes, tecum ibo sub umbras.
Me miseram! deeritne hostis? ubi bella furentum?
Pyrrhus ubi? date tela, viri: date tela, seniles
Sufficient in fata manus: discamne vereri
Argolicas captiva nurus? Sic fatur, et omnes
In luctum Danaos pietas extorta resolvit.
Et jam rorificas noctis nudaverat umbras,
Sed nondum detersa, dies: ultro ipse latebat
Phœbus, et eversis, quæ struxit, mœnibus, hostem
Ingemuisse putes: præda omnis in arce Minervæ
Congeritur, noctisque lucrum: Trojæque jacentis

836 *Nec enim Paris* Dresem. Vide not.

NOTÆ

836 *Nec enim pars impia nostri Fax uteri memorandus erit*] Σόλοικον manifesto: si ita scribere induxisset, 'memoranda mihi' sine jactura et versura potuisset: talento in teruncium contendo, legendum esse, 'neque enim Paris impia nostri Fax uteri.' De face illa vide Apollod. III. 182. Hyginum fab. 91. Dictyn II. Lycophronem p. 62. Ovid. Epist. Paridis, Virg. x. Æneid. item VII. Euripid. in Troadibus.

839 *Quosque neget tibi, Roma, Nero*] Sueton. 'Nero lætus flammæ pulchritudine, ἅλωσιν in illo suo scenico habitu decantavit.' Meminit etiam Tacitus, Orosius qui Iliadem decantasse ait. Eusebius et Eutropius Neronem inflammasse urbem scribunt, ut Trojæ incendium sub imagine cerneret. Magnus Scaliger I. Poët. 18. 'Nero potuit Ῥώμης ἐκπύρωσιν saltare, dignus cujus ἐκπύρωσιν saltaret mundus.'

854 *Nondum detersa, dies*] Ita v. 'detersa meretur Juno Jovem.'

856 *Ingemuisse putes*] Vide I. 179. 'Neptunum sensisse putes.'

857 *Trojæque jacentis Metiri jam fata licet*] Eandem rem prolixe de-

Metiri jam fata licet, tot ditia spectes
Arma, Deos, cultus, gemmas, ebur, æra; nec unquam
Pluribus intumuit victrix fortuna tropæis.
  Postquam justa ducum suffecit copia, vulgo
Spesque avidas tribuens vicit manus, undique lætos
Conclamant reditus: tandemque, sed exule bello,
In sese natura redit: dat tempora vates,
Dat lucem, qua vela parent, suntque otia Graiis
Interea lustrare vago fumantia gressu
Pergama; pars odiis nondum furiisque peractis
Rhœteos spoliat colles, latura cupressum
Funeribus, laurum sacris, et puppibus alnum.
  Jam votis tumulisque modus, classisque novata
Æquoreum sulcabat iter: rotat obvius ecce
Auster aquas, geminasque hyemes et flumina et imbres
Tempestas inopina movet: monet augur ituros
Nondum placatis iterare piacula divis.
Jussa duces obeunt, memorique Polyxena Pyrrho,
Non inventa, subit: frendet, Phrygiosque lacessit
Efferus: hanc thalamis, Hecuba tradente, paternis
Dux Anchisiades absconderat: o scelus ingens,
Redditur invisis infelix præda Pelasgis!
  At, licet haud æquas, servata virgine, pœnas,

NOTÆ

scribit Seneca initio Troad. 'Stat avidus ira victor, et lentum Ilium Metitur oculis,' &c. 'Fatum' Illi est hic opulentia, magnitudo, præda: explicat ipse.

863 *Tandemque, sed exule bello*] Vide II. 459.

864 *In sese natura redit*] Supra 662.

868 *Rhœteos spoliat colles*] 'Ροίτειον Troadis urbs est Scylaci Caryandensi. Strab. XIII. 'Ροίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη.

872 *Geminasque hyemes et flumina et imbres*] Malim 'fulmina,' quam 'flumina' et 'flamina.'

875 *Memorique Polyxena Pyrrho, Non inventa, subit*] Ita Curtius III. 'Sera pœnitentia subit regem.'

878 *Dux Anchisiades absconderat*] Ethnicorum illa crudelitas plurimorum, ad rogum non tantum animalia reliqua, sed et homines mactare. Res nota et passim obvia, de qua Kirchmannus multa III. 4. de funeribus. Philostratus vero in Heroicis, non inferias missam Polyxenam, sed amore et desiderio Achillis ad illius tumulum ferro incubuisse scribit. 'Absconderat,' inquit, συγκρύπτων: ita enim Lucanus, Seneca, Silius, et Tertullianus malunt.

Exul agi jussus Æneas pendit, et usus
Puppe bis undena, quas prædo duxerat alnos
Dardanus, exilii comites habet: urbe potitur
Antenor, regnique decus rex lectus adauget,
Astrictus sociis in fœdera læta Gabinus.
Hunc tamen extorto cupiens evertere sceptro
Mænalias mendicat opes, Dircæa pererrat
Oppida, digressis audax bellare Pelasgis
Æneas, sed cassa novi molimina belli
Questus, in Hadriacas exul delabitur undas.
Hic urbi Corcyra novæ, quam struxerat ipse,
Nomen, et exiguo regnat contentus agello,
Romanis olim permissus mœnibus auctor.

885 *Gabinis* Edd. Mor. et Spondan. *Gebrennis* Dresem. Vide not.—891 *Hinc* Dresem.—893 *Præmissus* Dresem.

NOTÆ

885 *Astrictus sociis in fœdera læta Gabinus*] Quisnam hic 'Gabinus?' monstrum lectionis. Ex Dicty liquet, v. quæ melior lectio sit: 'An tenor regno potitur Trojano. Fit princeps amicitiæ ejus' (verba Dictys) 'rex Cebrenorum Œnidæus.' Cebrene vero est provincia minoris Asiæ, de qua multa Strabo lib. XIII. p. 410-417. Stephanus Byzantius in Κεβρήνα; in qua sepulcrum Paridis et Œnones. Est etiam urbis nomen, a qua Priamus filium 'Cebrionem' denominavit, cujus etiam Homerus meminit Iliad. Λ. p. 398. et epigrammatis Κεβρηνοὶ ἄνδρες ἔχωσι. Apollod. III. p. 181. 184. Cebrenis est fluvius, cujus filiam Asteropen Æsacus Priami duxit. Œnone etiam filia 'Cebrenis' eidem, d. l. Ovid. Æsaci nuptam Alixothoën vocat, filiam vero illorum Eperien 'Cebrenida,' lib. XI. Metam. Ex quibus manifestum, legendum esse aut 'Cebrennis' aut 'Gebrennis,' ut Dictys literam mutat: nisi forte Auctor nomen emollire voluerit: 'Astrictis sociis in fœdera læta Gebennis.'

886 *Hunc tamen, &c.*] Nihil horum Dares; sequitur autem Dictyn.

891 *Hic urbi Corcyra novæ*] Dictys Corcyram 'Melenen' vocat; ita legendum foret, 'nigræ.' Marcianus etiam Heracleota p. 18. μέλαιναν Κόρκυρ', ἣν Κνίδιοι κατῴκισαν. Ptolemæus insulam Dalmatiæ vocat lib. I. in fine. Strabo etiam lib. II. et VII. Sed parum fidei Dicty et Historiæ de locis ad quæ Æneas venerit. Vide Strabonem XIII. p. 418. Vide etiam Josephum Scaliger. ad Eusebium pag. 52. Stephanum de urbibus in Ænea: quam ab Ænea in Thracia conditam vult. Varro auctor est, Æneam Troja profectum Veneris per diem stellam semper vidisse, donec in Laurentum agrum venit, ubi non est amplius visa: quare cognovisse has terras esse fatales.

893 *Romanis olim permissus mœnibus auctor*] Vulgatissima res apud Romanos Historicos, de qua Dionysius,

At regina gemens, et, nunquam credita Teucris,
Cernusium Cassandra petit, comitemque secutus
Andromachen Helenus: sic Ilios unica damno
Ubere regna, urbes populis et gentibus implet.
Jamque Phoronæi post diruta Pergama reges
Ægæum tenuere fretum, spoliisque superbi
Iliacis, nulla cursus turbante procella,
Concordes secuere vias: cum carcere fracto
Effræni fremuere Noti, cœlique tumultus
Dispulit aut pelago puppes, aut fluctibus hausit:
At vaga Locrorum classis, dum turbine fertur,
In scopulos projecta perit: quin fulmine quassa
Regia, qua vectus Ajax, ratis, ipse profundis
Corporis obsequio frustra libratur in undis.
Mox ubi victores audit remeare Pelasgos
Ajax Naupliades, titulos, Palamede peremto,

909 *Œax* Dresem. Vide nót.

NOTÆ

Strabo, Solinus, Justinus, Livius, Velleius. Diversas opiniones habes apud Scaliger. in Festum 170. Brodeum III. 4. Loënsem IV. 20. Lollii Bassi est epigramma de Ænea Romanorum auctore: Ἐς καλὸν ὤλετο πύργος ὁ Τρώϊος· ἦ γὰρ ἐν ὅπλοις Ἠγέρθη κόσμου παντὸς ἄνασσα πόλις. Cointus Smyrnæus vaticinium illud de Imperio Romano, ut et pietatem Æneæ erga patrem, insignitis versibus describit, p. 648. Augurium de futuro imperio habes etiam apud Tryphiodorum.

895 *Cernusium Cassandra petit*] Dares 'Cherronesum,' ex quo liquet alio libro Josephum nostrum esse usum.

896 *Sic Ilios unica, &c.*] 'Tum cum tristis erat, defensa est Ilios armis.' Hom. Odyss. Λ. ἰὼν εἰς Ἴλιον ἱρὴν, quod et in Iliade frequens. Nazianzeni non absimilis est sententia Orat. XII. p. 202. μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα, καθ' ἧς ἐσπάρησαν, &c.

898 *Jamque Phoronæi*] De 'Phoronæo' vide quæ Jos. Scaliger ad Euseb. notat p. 10. et Eurip. Scholiasten ad Oresten p. 232. Aggreditur hic reditum Græcorum, de quo multi fuerant apud veteres νόστων libri, qua de re ad Athenæum Casaubonus IV. 14. et Maussacus ad Plutarchum de fluminibus p. 311.

909 *Ajax Naupliades*] Legendum *Œax Naupliades*, qui Palamedis frater, Nauplii filius, Neptuni nepos fuit, qui cum fratre ad Trojam accesserat, ut quidem Philostratus scribit in Heroicis 690. Dictys, quem Noster sequitur διαῤῥήδην, *Œax Naupliades*: etiam Hyginus fab. 117. et Euripides in Oreste p. 160. Ex illis itaque corrigendus Apollodorus III. 134. Κλυμένην γαμεῖ Ναύπλιος, καὶ τέκνων

Fraternos obiisse dolens, livore maligno
Saucius, Argolicas ad bella nefanda puellas
Provocat, et sceleris causas molitus iniqui:
Heu miseræ! quid sacra, inquit, quid vota tot annis
Deplorata juvant, servataque jura maritis,
Et nunquam temerata fides? rediere, sed, ecce,
Fama nurus Phrygias simul adventare, premetque
Barbara servitio thalamos captiva priores.
Immo age, Lemniadum memores, audete, Pelasgæ,
Par factum, causis paribus. Trepidatis, inertes?
Imperat indignis pellex regina puellis.
Vix hæc, et subitos vulgavit fama tumultus,
Argolicos venisse duces. O rara Deorum
In finem producta fides! Sis tempore longo
Faustus, sis quovis major, quid, stulte, superbis?
Ultima felices ætas facit: en habet Argos

NOTÆ

πατὴρ γίνεται Οἴρακος καὶ Παλαμήδου. Lege *Οἴακος*, ut habet Philostratus, Cointus, Valerius Flaccus. Philostratus vero, Seneca in Agamemnone, Propert. VII. Virg. Euripides in Helena, Ammianus Marcel. XXII. Strabo VIII. p. 254. Lycophron, Hyginus fab. 116. Nauplio, non Œaci, id tribuunt.

913 *Vota tot annis Deplorata juvant*] *Ἀπεγνωσμένα ἱερά.*

918 *Lemniadum memores*] Prolixe describunt Papin. Theb. V. et Valerius Flaccus II.

923 *O rara Deorum In finem producta fides*] Lucanus: 'O faciles dare summa Deos, eademque tueri Difficiles.' De Græcorum seditione vide Thucydidem I. p. 9. et inprimis illius Græcum interpretem, qui per partes enumerat p. 9.

925 *Ultima felices ætas facit*] Herodoti in Clio notissima est *γνώμη*, quam brevius et felicius ipso exprimit Ovidius. Syracidæ eadem cap. XI. 3. *πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα, καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ.* Eandem sententiam usurpant Euripides in Troadibus, Sophocles in Œdipo tyranno, et Trachiniis, Plutarchus in Solone, Plinius VII. 40. Juven. X. Ausonius in dictis septem Sapientum, Seneca de Tranquil. c. 11. et Epist. 47. Chrysost. initio Homiliæ in Eustathium p. 643. Eusebius Præparat. XV. 4. *ῥᾷον τῶν φύλλων αὕτη* (de Aristotelis beatitudine loquitur) *καὶ φύει καὶ ἀπολείπει, οὐχ ὑπομένουσα περιτελλόμενον τὸν ἐνιαυτὸν, οὐδ' αὐτοετεί, οὐδ' αὐτομηνί, ἀλλ' αὐτῆς ἡμέρας, αὐτῆς ὥρας, καὶ γίνεται, καὶ ἀπόλλυται.* Nec infeliciter Vitalis Blesensis: 'Si quem felicem vis dicere, consule finem: Nemo prius felix quam morietur erit.' Aristotelis ea super re sententia est *Ἠθικῶν* I. 10. et II. 1. Vide prolixe Piccolomineum Gradu IX. c. 30. &c. et Aristotelis Paraphrasten Andronicum Rhodium I. 17.

Nil bellis questus, nil æquore passus Atrides:
Victorem jugulum conjux secat, audet adulter
Insidiis mactare ducem: tristisque reverso
Ægiale Diomede suo, non oscula, risus,
Blanditias, sed bella, movet, similesque tumultus
Molitæ Argolides aliæ, vel fraude maritos
Excipiunt, vel Marte negant venientibus urbes.
Ergo ubi Grajugenæ pulsi civilibus armis
Cessere exiliis, et devenere Corinthum,
Singula collatis ultum convicia bellis
Ire parant: prohibet Nestor, pacemque suorum
Consultu potiore petit: prece flectere cives,
Non armis tentare monet; ne publica damna,
Et regno pariat lis intestina ruinam.
Sic damnis bellum nullis civile soporat
Majestas dignata preces: et Marte sepulto
Fœmineas non passa tubas, pietasque fidesque
In dominos antiqua redit, sua cuilibet ultro
Regna patent; patriamque Samon delatus Ulysses
Sirenum modulos, Siculum mare, Monycha passus
Hospitia, Antiphatis mensas, et pocula Circes,
Dulichios tandem fines tenet, inque pudicas

927 *Æquora* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

927 *Victorem jugulum conjux secat*] Agamemnon est Æschyli, in qua totum negotium μάλα δεινῶς.

941 *Majestas dignata preces*] Operæ pretium ponens in precibus, summittensque modeste fortunæ vexilla suæ, ut loquitur Papinius. Ita II. Theb. 'Consilio dignata virum.'

945 *Monycha passus Hospitia*] Philostratus in Heroicis errores illos et exilia propter Palamedem, non Polyphemum, Ulyssi enaviganda ait. *Monycha* vero *hospitia* δι' ἀντωνομασίας nominat illa ἄξενα immania et sanguinea, quæ Ulysses adiit. *Monychus* unus ex Centauris, cujus mentionem facit Ovid. XII. Metam. Lucanus VI. Juven. I. Frustra igitur fuit vir doctissimus Janus Parrhasius, qui Valerii Flacci versibus æstimium inde promittit, quod illud nomen non facile apud alium sui temporis poëtam reperiatur, Sylv. IV. Ep. 2. cum etiam sibi contradicat, eodem lib. Ep. 4. Quomodo vero Poëtæ nomina ἀντονομάζονται, vide prolixe apud Meursium ad Lycophron. 176.

947 *Inque pudicas Penelopes post*

Penelopes post multa redit connubia tædas.
At fati præsaga quies, horrendaque visa,
Telegoni gladios cognataque tela minantur:
Sic Circes despector obit, sic victima nati:
Sed senio validus, Asiæ sed victor opimæ.
Postquam Tyndariden patrias remeasse Mycenas
Claruît, occurrit densis Europa catervis,
Plistheniam mirata nurum: flagrantque videre
Eversorem Asiæ vultum: quin ipsa superbit

NOTÆ

multa redit connubia tædas] Jamdudum est cum illa Penelopes ab Homero laudata fides, suspecta optimis auctoribus visa. Seneca innuit Ep. 88. Non exscribo, sed noto. Egerunt ea de re, et dubitarunt plurimi. Lycophron in Cassandra, qui *βασσάραν* nominat: Ulysses de illa ipsus dicitur conquestus, illam ædibus ejecisse, illamque Mantineæ exulem obiisse. Vide cum ambitu agentem Fr. Floridum Sabinum, Subcis. III. 4. et Scoppam XXII. p. 919. Immo Pan ex procis illis et Penelope natus fertur, quod Pausan. in Arcad. Lucianus in Deorum Dial. Nazianzenus invectiva priori in Julianum p. 81. *καὶ τὸν σεμνὸν Πᾶνα, τῶν ἐκ πάντων μνηστήρων ἕνα θεὸν*, asserit. Eo respicit Theocritus Syringe, et illius Scholiastes Pediasimus. Alii tamen Pana ex Mercurio et Penelope natum volunt, quod Eusebius scribit de Præparat. v. 9. Hyginus fab. 224. Herod. sub exitum II. Demetrius Penelopes probra innuisse voluit apud Athen. IV. respondens Lysimacho: *ἡ παρ' ἐμοὶ πόρνη σωφρονέστερον τῆς παρ' ἐκείνῳ Πηνελόπης ζῇ.* Virgilius id etiam subolfecit, qui, ut Homerus *φιλέλλην* fuit, *φιλοῤῥωμαῖος* et *μισοκαρχηδόνιος*, invertit illud drama; utque ille ex impudica pudicam, ita ex univira et castissima, *φίλοιφον* commentus est: quanquam id ante Virgilium Ennius jamdudum fecerat.

950 *Telegoni gladios*] Sequitur Dictyn, Hyginum fab. 127. Lucianus tamen podagra obiisse scribit libro *τραγοποδάγρα*.

957 *Eversorem Asiæ vultum*] Sic Achillem Papin. I. nominat 'Eversorem Asiæ,' Turnus, Æneam 'Desertorem Asiæ.' Proximum est Auctoris nostri sententiæ illud Euripidis in Hecuba: *Ὡς τὴν Λάκαιναν σύγγονον Διοσκόρουν Ἑλένην ἴδοιμι· διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων Αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.* Helenam inter Deos relatam scribit Isocrates in Oratione de illa; idemque Euripides in cognomini Tragœdia. Pausanias in Laconicis, in Rhodo insula ab arbore suspensam. Lucianus in Dialogo Menippi et Mercurii, illum ex his mirantem facit, quod Græci pro re tam cito evanida, Helenæ scilicet forma, tantum laboris exhauserint. Apud Aristophanem ipsa gloriatur, quod plurimos ad Scamandrum perdiderit, Thesmophor. p. 814. Athenæus VI. initio, Helenophoria, cum Polluce, nominat: an festum in illius honorem fuerit, neuter explicat. Stesichorus quomodo Helenam vituperando usum oculorum amiserit, et laudando receperit, Plato in Phædro exponit, p. 1219. Vide Herodotum II.

Accendisse duces, lacerasse in prælia mundum,
Infamem famæ titulum lucrata pudendæ.
Hactenus Iliacæ questus, lamenta, ruinæ,
Confusa explicui veteris compendia veri.
Vive, liber, liberque vige; sed si qua nocebunt,
Disce libens livore nihil sublimius esse:
Cum tibi mordaces obliquent læva cachinnos
Murmura, cum cupiant linguis lacerare profanis,
Sis utinam invidia dignus, quæ summa lacessit,
Quam pascit præsens, extremaque terminat ætas.

NOTÆ

qui sua conjectura statuit Helenam Trojam nunquam fuisse a Paride deductam, p. 133. Euripidis interpres, ad Oresten, scribit, ex Stesichoro, Helenam lapidibus obruendam forma sua ita movisse animos, ut lapides manu exciderint, p. 235.

961 *Vive, liber, liberque vige*] Seneca Ep. 64. 'Cum legeris Sextium, dices: Vivit, viget, liber est,' &c. Modesta vero clausula operam suam commendat, idque ductu, ut solet, Papinii, qui ad hanc faciem Thebaida suam claudit. Idem σύγχρονος, ut quidem videtur, illis Guntherus in Ligurino fecit.

962 *Disce libens livore nihil sublimius esse*] Omnia enim φενακίζει. 'Summa petit livor.' Ovid. Silius, 'obtrectat malus immortalia livor.' Claud. 'rabiem livoris acerbi Nulla potest placare dies.' Lucret. v. 'Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant Plerumque, et quæ sunt aliis magis edita cumque.' Philo De rerum divin. herede, p. 411. φθόνος ἀεὶ ταῖς μεγάλαις εὐπραγίαις ἀντίπαλος. Claudianus quidem affirmat III. de laud. Stilic. 'Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis Invidiæ mensura capit.' Ovid. VI. Metam. 'non illud carpere livor Possit opus:' sed σπάνιον illud, raro aliquod ἀδιάβλητον et ἀμώμητον. Quod Pindarus omnium præstantissima sua Od. Olymp. II. conqueritur; item Nemeor. VIII. Vide Stobæum 139. 140.

965 *Sis utinam invidia dignus*] Eurip. εἰς τἀπίσημα ὁ φθόνος πηδᾷν φιλεῖ. Pindarus: Κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος. Nazianzen. Or. XVII. 269. φθόνος μὲν εὐπραξίαν, συμφορὰν δ' ἔλεος ἵστησι, &c. Φθόνος πρὸς τὸν ἔχοντα ἕρπει, Sophocles in Ajace.

966 *Quam pascit præsens, extremaque terminat ætas*] Chrysost. recte in libro de Virginitat. p. 305. c. 27. πρὸς δὲ τοὺς τετελευτηκότας καὶ οἱ πολέμιοι σπένδονται. Mimnerm. Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ, Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι. A quo Horatius sumsit: 'Virtutem incolumem odimus,' &c. 'Cum mortuis enim non nisi larvæ luctantur,' ut Plancus Asinio Pollioni respondebat. Plin. in præfatione librorum. Philo II. De vita Mosis: τὰ γὰρ καλὰ, κἂν φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιασθῇ χρόνον, ἐπὶ καιρὸν αὖθις ἀναλάμπει φύσεως εὐμενείᾳ, p. 509. Vell. Paterc. I. 'Quam sit assidua eminentis fortunæ comes invidia, altissimisque adhæreat, etiam hoc intelligi potest,' &c. Insignia de eadem re Chrysostomus scribit V. de Sacerd. p. 165. edit.

Troile, Troja fuit: nec enim pars impia nostri
Fax uteri memorandus erit. Sic fatur, et ignes,
Quos Phaëthonteæ nequeant æquare favillæ,
Quosque neget tibi, Roma, Nero, miratur, et addit,
Hasne faces peperi? peperine, et fulmina cessant?
Hæc uteri fœtura mei, nec solvit hiatum
Terra vorax? peste hac tumui, parcuntque minaces
Deucalionis aquæ? vos o, quos impia læsi,
Vos potius, quibus hæc peperi lamenta, nocentem
Certatim laniate, Phryges: sed serior ira:
Tunc tempus, cum somnus erat: tuque, inclyte conjux,
Tu thalami tumulique comes, tecum ibo sub umbras.
Me miseram! deeritne hostis? ubi bella furentum?
Pyrrhus ubi? date tela, viri: date tela, seniles
Sufficient in fata manus: discamne vereri
Argolicas captiva nurus? Sic fatur, et omnes
In luctum Danaos pietas extorta resolvit.
Et jam rorificas noctis nudaverat umbras,
Sed nondum detersa, dies: ultro ipse latebat
Phœbus, et eversis, quæ struxit, mœnibus, hostem
Ingemuisse putes: præda omnis in arce Minervæ
Congeritur, noctisque lucrum: Trojæque jacentis

836 *Nec enim Paris* Dresem. Vide not.

NOTÆ

836 *Nec enim pars impia nostri Fax uteri memorandus erit*] Σόλοικον manifesto: si ita scribere induxisset, 'memoranda mihi' sine jactura et versura potuisset: talento in teruncium contendo, legendum esse, 'neque enim Paris impia nostri Fax uteri.' De face illa vide Apollod. III. 182. Hyginum fab. 91. Dictyn II. Lycophronem p. 62. Ovid. Epist. Paridis, Virg. x. Æneid. item VII. Euripid. in Troadibus.

839 *Quosque neget tibi, Roma, Nero*] Sueton. 'Nero lætus flammæ pulchritudine, ἅλωσιν in illo suo scenico habitu decantavit.' Meminit etiam Tacitus, Orosius qui Iliadem decantasse ait. Eusebius et Eutropius Neronem inflammasse urbem scribunt, ut Trojæ incendium sub imagine cerneret. Magnus Scaliger I. Poët. 18. 'Nero potuit Ῥώμης ἐκπύρωσιν saltare, dignus cujus ἐκπύρωσιν saltaret mundus.'

854 *Nondum detersa, dies*] Ita v. 'detersa meretur Juno Jovem.'

856 *Ingemuisse putes*] Vide I. 179. 'Neptunum sensisse putes.'

857 *Trojæque jacentis Metiri jam fata licet*] Eandem rem prolixe de-

Metiri jam fata licet, tot ditia spectes
Arma, Deos, cultus, gemmas, ebur, æra; nec unquam
Pluribus intumuit victrix fortuna tropæis.
  Postquam justa ducum suffecit copia, vulgo
Spesque avidas tribuens vicit manus, undique lætos
Conclamant reditus: tandemque, sed exule bello,
In sese natura redit: dat tempora vates,
Dat lucem, qua vela parent, suntque otia Graiis
Interea lustrare vago fumantia gressu
Pergama; pars odiis nondum furiisque peractis
Rhœteos spoliat colles, latura cupressum
Funeribus, laurum sacris, et puppibus alnum.
  Jam votis tumulisque modus, classisque novata
Æquoreum sulcabat iter: rotat obvius ecce
Auster aquas, geminasque hyemes et flumina et imbres
Tempestas inopina movet: monet augur ituros
Nondum placatis iterare piacula divis.
Jussa duces obeunt, memorique Polyxena Pyrrho,
Non inventa, subit: frendet, Phrygiosque lacessit
Efferus: hanc thalamis, Hecuba tradente, paternis
Dux Anchisiades absconderat: o scelus ingens,
Redditur invisis infelix præda Pelasgis!
  At, licet haud æquas, servata virgine, pœnas,

NOTÆ

scribit Seneca initio Troad. 'Stat avidus ira victor, et lentum Ilium Metitur oculis,' &c. 'Fatum' Illi est hic opulentia, magnitudo, præda: explicat ipse.

863 *Tandemque, sed exule bello*] Vide II. 459.

864 *In sese natura redit*] Supra 662.

866 *Rhœteos spoliat colles*] 'Ῥοίτειον Troadis urbs est Scylaci Caryandensi. Strab. XIII. 'Ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη.

872 *Geminasque hyemes et flumina et imbres*] Malim 'fulmina,' quam 'flumina' et 'flamina.'

875 *Memorique Polyxena Pyrrho, Non inventa, subit*] Ita Curtius III. 'Sera pœnitentia subit regem.'

878 *Dux Anchisiades absconderat*] Ethnicorum illa crudelitas plurimorum, ad rogum non tantum animalia reliqua, sed et homines mactare. Res nota et passim obvia, de qua Kirchmannus multa III. 4. de funeribus. Philostratus vero in Heroicis, non inferias missam Polyxenam, sed amore et desiderio Achillis ad illius tumulum ferro incubuisse scribit. 'Absconderat,' inquit, *συγκέντων*: ita enim Lucanus, Seneca, Silius, et Tertullianus malunt.

Exul agi jussus Æneas pendit, et usus
Puppe bis undena, quas prædo duxerat alnos
Dardanus, exilii comites habet: urbe potitur
Antenor, regnique decus rex lectus adauget,
Astrictus sociis in fœdera læta Gabinus.
Hunc tamen extorto cupiens evertere sceptro
Mænalias mendicat opes, Dircæa pererrat
Oppida, digressis audax bellare Pelasgis
Æneas, sed cassa novi molimina belli
Questus, in Hadriacas exul delabitur undas.
Hic urbi Corcyra novæ, quam struxerat ipse,
Nomen, et exiguo regnat contentus agello,
Romanis olim permissus mœnibus auctor.

885 *Gabinis* Edd. Mor. et Spondan. *Gebrennis* Dresem. Vide not.—891 *Hinc* Dresem.—893 *Præmissus* Dresem.

NOTÆ

885 *Astrictus sociis in fœdera læta Gabinus*] Quisnam hic 'Gabinus?' monstrum lectionis. Ex Dicty liquet, v. quæ melior lectio sit: 'An tenor regno potitur Trojano. Fit princeps amicitiæ ejus' (verba Dictys) 'rex Cebrenorum Œnidæus.' Cebrene vero est provincia minoris Asiæ, de qua multa Strabo lib. XIII. p. 410-417. Stephanus Byzantius in Κεβρηνία; in qua sepulcrum Paridis et Œnones. Est etiam urbis nomen, a qua Priamus filium 'Cebrionem' denominavit, cujus etiam Homerus meminit Iliad. Λ. p. 398. et epigrammatis Κεβρηνοὶ ἄνδρες ἔχουσι. Apollod. III. p. 181. 184. Cebrenis est fluvius, cujus filiam Asteropen Æsacus Priami duxit. Œnone etiam filia 'Cebrenis' eidem, d. l. Ovid. Æsaci nuptam Alixothoën vocat, filiam vero illorum Eperien 'Cebrenida,' lib. XI. Metam. Ex quibus manifestum, legendum esse aut 'Cebrennis' aut 'Gebrennis,' ut Dictys literam mutat: nisi forte Auctor nomen emollire voluerit: 'Astrictis sociis in fœdera læta Gebennis.'

886 *Hunc tamen, &c.*] Nihil horum Dares; sequitur autem Dictyn.

891 *Hic urbi Corcyra novæ*] Dictys Corcyram 'Melenen' vocat; ita legendum foret, 'nigræ.' Marcianus etiam Heracleota p. 18. μέλαινα Κόρκυρ', ἣν Κνίδιοι κατῴκισαν. Ptolemæus insulam Dalmatiæ vocat lib. I. in fine. Strabo etiam lib. II. et VII. Sed parum fidei Dicty et Historiæ de locis ad quæ Æneas venerit. Vide Strabonem XIII. p. 418. Vide etiam Josephum Scaliger. ad Eusebium pag. 52. Stephanum de urbibus in Ænea: quam ab Ænea in Thracia conditam vult. Varro auctor est, Æneam Troja profectum Veneris per diem stellam semper vidisse, donec in Laurentum agrum venit, ubi non est amplius visa: quare cognovisse has terras esse fatales.

893 *Romanis olim permissus mœnibus auctor*] Vulgatissima res apud Romanos Historicos, de qua Dionysius,

At regina gemens, et, nunquam credita Teucris,
Cernusium Cassandra petit, comitemque secutus
Andromachen Helenus: sic Ilios unica damno
Ubere regna, urbes populis et gentibus implet.
Jamque Phoronæi post diruta Pergama reges
Ægæum tenuere fretum, spoliisque superbi
Iliacis, nulla cursus turbante procella,
Concordes secuere vias: cum carcere fracto
Effræni fremuere Noti, cœlique tumultus
Dispulit aut pelago puppes, aut fluctibus hausit:
At vaga Locrorum classis, dum turbine fertur,
In scopulos projecta perit: quin fulmine quassa
Regia, qua vectus Ajax, ratis, ipse profundis
Corporis obsequio frustra libratur in undis.
Mox ubi victores audit remeare Pelasgos
Ajax Naupliades, titulos, Palamede peremto,

909 *Œax* Dresem. Vide nót.

NOTÆ

Strabo, Solinus, Justinus, Livius, Velleius. Diversas opiniones habes apud Scaliger. in Festum 170. Brodeum III. 4. Loënsem IV. 20. Lollii Bassi est epigramma de Ænea Romanorum auctore: Ἐς καλὸν ὤλετο πύργος ὁ Τρώϊος· ἦ γὰρ ἐν ὅπλοις Ἠγέρθη κόσμον παντὸς ἄνασσα πόλις. Cointus Smyrnæus vaticinium illud de Imperio Romano, ut et pietatem Æneæ erga patrem, insignitis versibus describit, p. 648. Augurium de futuro imperio habes etiam apud Tryphiodorum.

896 *Cernusium Cassandra petit*] Dares 'Cherronesum,' ex quo liquet alio libro Josephum nostrum esse usum.

896 *Sic Ilios unica, &c.*] 'Tum cum tristis erat, defensa est Ilios armis.' Hom. Odyss. Λ. ἰὼν εἰς Ἴλιον ἱρὴν, quod et in Iliade frequens. Nazianzeni non absimilis est sententia Orat. XII. p. 202. μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα, καθ' ἧς ἐστάρησαν, &c.

898 *Jamque Phoronæi*] De 'Phoronæo' vide quæ Jos. Scaliger ad Euseb. notat p. 10. et Eurip. Scholiasten ad Oresten p. 232. Aggreditur hic reditum Græcorum, de quo multi fuerant apud veteres νόστων libri, qua de re ad Athenæum Casaubonus IV. 14. et Maussacus ad Plutarchum de fluminibus p. 311.

909 *Ajax Naupliades*] Legendum *Œax Naupliades*, qui Palamedis frater, Nauplii filius, Neptuni nepos fuit, qui cum fratre ad Trojam accesserat, ut quidem Philostratus scribit in Heroicis 690. Dictys, quem Noster sequitur διαῤῥήδην, *Œax Naupliades:* etiam Hyginus fab. 117. et Euripides in Oreste p. 160. Ex illis itaque corrigendus Apollodorus III. 134. Κλυμένην γαμεῖ Ναύπλιος, καὶ τέκνων

Fraternos obiisse dolens, livore maligno
Saucius, Argolicas ad bella nefanda puellas
Provocat, et sceleris causas molitus iniqui:
  Heu miseræ! quid sacra, inquit, quid vota tot annis
Deplorata juvant, servataque jura maritis,
Et nunquam temerata fides? rediere, sed, ecce,
Fama nurus Phrygias simul adventare, premetque
Barbara servitio thalamos captiva priores.
Immo age, Lemniadum memores, audete, Pelasgæ,
Par factum, causis paribus. Trepidatis, inertes?
Imperat indignis pellex regina puellis.
  Vix hæc, et subitos vulgavit fama tumultus,
Argolicos venisse duces. O rara Deorum
In finem producta fides! Sis tempore longo
Faustus, sis quovis major, quid, stulte, superbis?
Ultima felices ætas facit: en habet Argos

NOTÆ

πατὴρ γίνεται Οἴρακος καὶ Παλαμήδου. Lege Οἴακος, ut habet Philostratus, Cointus, Valerius Flaccus. Philostratus vero, Seneca in Agamemnone, Propert. VII. Virg. Euripides in Helena, Ammianus Marcel. XXII. Strabo VIII. p. 254. Lycophron, Hyginus fab. 116. Nauplio, non Œaci, id tribuunt.

913 *Vota tot annis Deplorata juvent*] Ἀπεγνωσμένα ἱερά.

918 *Lemniadum memores*] Prolixe describunt Papin. Theb. V. et Valerius Flaccus II.

923 *O rara Deorum In finem producta fides*] Lucanus: 'O faciles dare summa Deos, eademque tueri Difficiles.' De Græcorum seditione vide Thucydidem I. p. 9. et inprimis illius Græcum interpretem, qui per partes enumerat p. 9.

925 *Ultima felices ætas facit*] Herodoti in Clio notissima est γνώμη, quam brevius et felicius ipso exprimit Ovidius. Syracidæ eadem cap. XI. 3. πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα, καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ. Eandem sententiam usurpant Euripides in Troadibus, Sophocles in Œdipo tyranno, et Trachiniis, Plutarchus in Solone, Plinius VII. 40. Juven. X. Ausonius in dictis septem Sapientum, Seneca de Tranquil. c. 11. et Epist. 47. Chrysost. initio Homiliæ in Eustathium p. 643. Eusebius Præparat. XV. 4. ῥᾷον τῶν φύλλων αὕτη (de Aristotelis beatitudine loquitur) καὶ φύει καὶ ἀπολείπει, οὐκ ἀναμένουσα περιτελλόμενον τὸν ἐνιαυτὸν, οὐδ' αὐτοετεί, οὐδ' αὐτομηνί, ἀλλ' αὐτῆς ἡμέρας, αὐτῆς ὥρας, καὶ γίνεται, καὶ ἀπόλλυται. Nec infeliciter Vitalis Blesensis: 'Si quem felicem vis dicere, consule finem: Nemo prius felix quam morietur erit.' Aristotelis ea super re sententia est Ἠθικῶν I. 10. et II. 1. Vide prolixe Piccolomineum Gradu IX. c. 30. &c. et Aristotelis Paraphrasten Andronicum Rhodium I. 17.

Nil bellis questus, nil æquore passus Atrides:
Victorem jugulum conjux secat, audet adulter
Insidiis mactare ducem: tristisque reverso
Ægiale Diomede suo, non oscula, risus,
Blanditias, sed bella, movet, similesque tumultus
Molitæ Argolides aliæ, vel fraude maritos
Excipiunt, vel Marte negant venientibus urbes.
  Ergo ubi Grajugenæ pulsi civilibus armis
Cessere exiliis, et devenere Corinthum,
Singula collatis ultum convicia bellis
Ire parant: prohibet Nestor, pacemque suorum
Consultu potiore petit: prece flectere cives,
Non armis tentare monet; ne publica damna,
Et regno pariat lis intestina ruinam.
  Sic damnis bellum nullis civile soporat
Majestas dignata preces: et Marte sepulto
Fœmineas non passa tubas, pietasque fidesque
In dominos antiqua redit, sua cuilibet ultro
Regna patent; patriamque Samon delatus Ulysses
Sirenum modulos, Siculum mare, Monycha passus
Hospitia, Antiphatis mensas, et pocula Circes,
Dulichios tandem fines tenet, inque pudicas

927 *Æquora* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

927 *Victorem jugulum conjux secat*] Agamemnon est Æschyli, in qua totum negotium μάλα δεινῶς.

941 *Majestas dignata preces*] Operæ pretium ponens in precibus, summittensque modeste fortunæ vexilla suæ, ut loquitur Papinius. Ita II. Theb. 'Consilio dignata virum.'

945 *Monycha passus Hospitia*] Philostratus in Heroicis errores illos et exilia propter Palamedem, non Polyphemum, Ulyssi enaviganda ait. *Monycha* vero *hospitia* δι' ἀντονομασίας nominat illa ἄξενα immania et sanguinea, quæ Ulysses adiit. *Monychus* unus ex Centauris, cujus mentionem facit Ovid. XII. Metam. Lucanus VI. Juven. I. Frustra igitur fuit vir doctissimus Janus Parrhasius, qui Valerii Flacci versibus æstimium inde promittit, quod illud nomen non facile apud alium sui temporis poëtam reperiatur, Sylv. IV. Ep. 2. cum etiam sibi contradicat, eodem lib. Ep. 4. Quomodo vero Poëtæ nomina ἀντονομάζονται, vide prolixe apud Meursium ad Lycophron. 176.

947 *Inque pudicas Penelopes post*

Penelopes post multa redit connubia tædas.
At fati præsaga quies, horrendaque visa,
Telegoni gladios cognataque tela minantur:
Sic Circes despector obit, sic victima nati:
Sed senio validus, Asiæ sed victor opimæ.
  Postquam Tyndariden patrias remeasse Mycenas
Claruît, occurrit densis Europa catervis,
Plistheniam mirata nurum: flagrantque videre
Eversorem Asiæ vultum: quin ipsa superbit

NOTÆ

multa redit connubia tædas] Jamdudum est cum illa Penelopes ab Homero laudata fides, suspecta optimis auctoribus visa. Seneca innuit Ep. 88. Non exscribo, sed noto. Egerunt ea de re, et dubitarunt plurimi. Lycophron in Cassandra, qui *βασσάραν* nominat: Ulysses de illa ipsus dicitur conquestus, illam ædibus ejecisse, illamque Mantineæ exulem obiisse. Vide cum ambitu agentem Fr. Floridum Sabinum, Subcis. III. 4. et Scoppam XXII. p. 919. Immo Pan ex procis illis et Penelope natus fertur, quod Pausan. in Arcad. Lucianus in Deorum Dial. Nazianzenus invectiva priori in Julianum p. 81. *καὶ τὸν σεμνὸν Πᾶνα, τῶν ἐκ πάντων μνηστήρων ἕνα θεὸν*, asserit. Eo respicit Theocritus Syringe, et illius Scholiastes Pediasimus. Alii tamen Pana ex Mercurio et Penelope natum volunt, quod Eusebius scribit de Præparat. V. 9. Hyginus fab. 224. Herod. sub exitum II. Demetrius Penelopes probra innuisse voluit apud Athen. IV. respondens Lysimacho: *ἡ παρ' ἐμοὶ πόρνη σωφρονέστερον τῆς παρ' ἐκείνῳ Πηνελόπης ζῇ*. Virgilius id etiam subolfecit, qui, ut Homerus *φιλέλλην* fuit, *φιλοῤῥωμαῖος* et *μισοκαρχηδόνιος*, invertit illud drama; utque ille ex impudica pudicam, ita ex univira et castissima, *φίλοιφυν* commentus est: quanquam id ante Virgilium Ennius jamdudum fecerat.

950 *Telegoni gladios*] Sequitur Dictyn, Hyginum fab. 127. Lucianus tamen podagra obiisse scribit libro *τραγοποδάγρα*.

957 *Eversorem Asiæ vultum*] Sic Achillem Papin. I. nominat 'Eversorem Asiæ,' Turnus, Æneam 'Desertorem Asiæ.' Proximum est Auctoris nostri sententiæ illud Euripidis in Hecuba: *Ὡς τὴν Λάκαιναν σύγγονον Διοσκόρουν Ἑλένην ἴδοιμι· διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.* Helenam inter Deos relatam scribit Isocrates in Oratione de illa; idemque Euripides in cognomini Tragœdia. Pausanias in Laconicis, in Rhodo insula ab arbore suspensam. Lucianus in Dialogo Menippi et Mercurii, illam ex his mirentem facit, quod Græci pro re tam cito evanida, Helenæ scilicet forma, tantum laboris exhauserint. Apud Aristophanem ipsa gloriatur, quod plurimos ad Scamandrum perdiderit, Thesmophor. p. 814. Athenæus VI. initio, Helenophoria, cum Polluce, nominat: an festum in illius honorem fuerit, neuter explicat. Stesichorus quomodo Helenam vituperando usum oculorum amiserit, et laudando receperit, Plato in Phædro exponit, p. 1219. Vide Herodotum II.

Accendisse duces, lacerasse in prælia mundum,
Infamem famæ titulum lucrata pudendæ.
Hactenus Iliacæ questus, lamenta, ruinæ,
Confusa explicui veteris compendia veri.
Vive, liber, liberque vige; sed si qua nocebunt,
Disce libens livore nihil sublimius esse:
Cum tibi mordaces obliquent læva cachinnos
Murmura, cum cupiant linguis lacerare profanis,
Sis utinam invidia dignus, quæ summa lacessit,
Quam pascit præsens, extremaque terminat ætas.

NOTÆ

qui sua conjectura statuit Helenam Trojam nunquam fuisse a Paride deductam, p. 133. Euripidis interpres, ad Oresten, scribit, ex Stesichoro, Helenam lapidibus obruendam forma sua ita movisse animos, ut lapides manu exciderint, p. 235.

961 *Vive, liber, liberque vige*] Seneca Ep. 64. 'Cum legeris Sextium, dices: Vivit, viget, liber est,' &c. Modesta vero clausula operam suam commendat, idque ductu, ut solet, Papinii, qui ad hanc faciem Thebaida suam claudit. Idem *σύγχρονος*, ut quidem videtur, illis Guntherus in Ligurino fecit.

962 *Disce libens livore nihil sublimius esse*] Omnia enim *φενακίζει*. 'Summa petit livor.' Ovid. Silius, 'obtrectat malus immortalia livor.' Claud. 'rabiem livoris acerbi Nulla potest placare dies.' Lucret. v. 'Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant Plerumque, et quæ sunt aliis magis edita cumque.' Philo De rerum divin. herede, p. 411. *φθόνος ἀεὶ ταῖς μεγάλαις εὐπραγίαις ἀντίπαλος*. Claudianus quidem affirmat III. de laud. Stilic. 'Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis Invidiæ mensura capit.' Ovid. VI. Metam. 'non illud carpere livor Possit opus:' sed *σπάνιον* illud, raro aliquod *ἀδιάβλητον* et *ἀμώμητον*. Quod Pindarus omnium præstantissima sua Od. Olymp. II. conqueritur; item Nemeor. VIII. Vide Stobæum 139. 140.

965 *Sis utinam invidia dignus*] Eurip. *εἰς τἀπίσημα ὁ φθόνος πηδᾷν φιλεῖ.* Pindarus: *Κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος.* Nazianzen. Or. XVII. 269. *φθόνος μὲν εὐπραξίαν, συμφορὰν δ' ἔλεος ἵστησι*, &c. *Φθόνος πρὸς τὸν ἔχοντα ἕρπει*, Sophocles in Ajace.

966 *Quam pascit præsens, extremaque terminat ætas*] Chrysost. recte in libro de Virginitat. p. 305. c. 27. *πρὸς δὲ τοὺς τετελευτηκότας καὶ οἱ πολέμιοι σπένδονται.* Mimnerm. *Δεινοὶ γάρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ, Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.* A quo Horatius sumsit: 'Virtutem incolumem odimus,' &c. 'Cum mortuis enim non nisi larvæ luctantur,' ut Plancus Asinio Pollioni respondebat. Plin. in præfatione librorum. Philo II. De vita Mosis: *τὰ γὰρ καλὰ, κἂν φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιασθῇ χρόνον, ἐπὶ καιρὸν αὖθις ἀναλάμπει φύσεως εὐμενείᾳ*, p. 509. Vell. Paterc. I. 'Quam sit assidua eminentis fortunæ comes invidia, altissimisque adhæreat, etiam hoc intelligi potest,' &c. Insignia de eadem re Chrysostomus scribit V. de Sacerd. p. 165. edit.

NOTÆ

Hœschel. Sallustii illud plane dignum est in quo feliciter sistamus: 'Vivos interdum fortuna, sæpe invidia fatigat; ubi anima naturæ cessit, demtis obtrectatoribus ipsa se virtus magis magisque extollit.' Orat. de Repub. ordinanda.

NOTÆ VARIORUM

IN

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO LIBROS.

Exul agi jussus Æneas pendit, et usus
Puppe bis undena, quas prædo duxerat alnos
Dardanus, exilii comites habet: urbe potitur
Antenor, regnique decus rex lectus adauget,
Astrictus sociis in fœdera læta Gabinus.
Hunc tamen extorto cupiens evertere sceptro
Mænalias mendicat opes, Dircæa pererrat
Oppida, digressis audax bellare Pelasgis
Æneas, sed cassa novi molimina belli
Questus, in Hadriacas exul delabitur undas.
Hic urbi Corcyra novæ, quam struxerat ipse,
Nomen, et exiguo regnat contentus agello,
Romanis olim permissus mœnibus auctor.

885 *Gabinis* Edd. Mor. et Spondan. *Gebrennis* Dresem. Vide not.—891 *Hinc* Dresem.—893 *Præmissus* Dresem.

NOTÆ

885 *Astrictus sociis in fœdera læta Gabinus*] Quisnam hic 'Gabinus?' monstrum lectionis. Ex Dicty liquet, v. quæ melior lectio sit: 'An tenor regno potitur Trojano. Fit princeps amicitiæ ejus' (verba Dictys) 'rex Cebrenorum Œnidæus.' Cebrene vero est provincia minoris Asiæ, de qua multa Strabo lib. XIII. p. 410-417. Stephanus Byzantius in Κεβρηνα; in qua sepulcrum Paridis et Œnones. Est etiam urbis nomen, a qua Priamus filium 'Cebrionem' denominavit, cujus etiam Homerus meminit Iliad. Λ. p. 398. et epigrammatis Κεβρηνοὶ ἄνδρες ἔχωσι. Apollod. III. p. 181. 184. Cebrenis est fluvius, cujus filiam Asteropen Æsacus Priami ducit. Œnone etiam filia 'Cebrenis' eidem, d. l. Ovid. Æsaci nuptam Alixothoën vocat, filiam vero illorum Eperien 'Cebrenida,' lib. XI. Metam. Ex quibus manifestum, legendum esse aut 'Cebrennis' aut 'Gebrennis,' ut Dictys literam mutat: nisi forte Auctor nomen emollire voluerit: 'Astrictis sociis in fœdera læta Gebennis.'

886 *Hunc tamen, &c.*] Nihil horum Dares; sequitur autem Dictyn.

891 *Hic urbi Corcyra novæ*] Dictys Corcyram 'Melenen' vocat; ita legendum foret, 'nigræ.' Marcianus etiam Heracleota p. 18. μέλαινα Κόρκυρ', ἣν Κνίδιοι κατῴκισαν. Ptolemæus insulam Dalmatiæ vocat lib. I. in fine. Strabo etiam lib. II. et VII. Sed parum fidei Dicty et Historiæ de locis ad quæ Æneas venerit. Vide Strabonem XIII. p. 418. Vide etiam Josephum Scaliger. ad Eusebium pag. 52. Stephanum de urbibus in Ænea: quam ab Ænea in Thracia conditam vult. Varro auctor est, Æneam Troja profectum Veneris per diem stellam semper vidisse, donec in Laurentum agrum venit, ubi non est amplius visa: quare cognovisse has terras esse fatales.

893 *Romanis olim permissus mœnibus auctor*] Vulgatissima res apud Romanos Historicos, de qua Dionysius,

At regina gemens, et, nunquam credita Teucris,
Cernusium Cassandra petit, comitemque secutus
Andromachen Helenus: sic Ilios unica damno
Ubere regna, urbes populis et gentibus implet.
Jamque Phoronæi post diruta Pergama reges
Ægæum tenuere fretum, spoliisque superbi
Iliacis, nulla cursus turbante procella,
Concordes secuere vias: cum carcere fracto
Effræni fremuere Noti, cœlique tumultus
Dispulit aut pelago puppes, aut fluctibus hausit:
At vaga Locrorum classis, dum turbine fertur,
In scopulos projecta perit: quin fulmine quassa
Regia, qua vectus Ajax, ratis, ipse profundis
Corporis obsequio frustra libratur in undis.
Mox ubi victores audit remeare Pelasgos
Ajax Naupliades, titulos, Palamede peremto,

909 *Œax* Dresem. Vide nót.

NOTÆ

Strabo, Solinus, Justinus, Livius, Velleius. Diversas opiniones habes apud Scaliger. in Festum 170. Brodeum III. 4. Loënsem IV. 20. Lollii Bassi est epigramma de Ænea Romanorum auctore: Ἐς καλὸν ὤλετο πύργος ὁ Τρώϊος· ἦ γὰρ ἐν ὅπλοις Ἠγέρθη κόσμου παντὸς ἄνασσα πόλις. Cointus Smyrnæus vaticinium illud de Imperio Romano, ut et pietatem Æneæ erga patrem, insignitis versibus describit, p. 648. Augurium de futuro imperio habes etiam apud Tryphiodorum.

895 *Cernusium Cassandra petit*] Dares 'Cherronesum,' ex quo liquet alio libro Josephum nostrum esse usum.

896 *Sic Ilios unica, &c.*] 'Tum cum tristis erat, defensa est Ilios armis.' Hom. Odyss. Λ. ἰὼν εἰς Ἴλιον ἱρήν, quod et in Iliade frequens. Nazianzeni non absimilis est sententia Orat. XII. p. 202. μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα, καθ' ἧς ἐσπάρησαν, &c.

898 *Jamque Phoronæi*] De 'Phoronæo' vide quæ Jos. Scaliger ad Euseb. notat p. 10. et Eurip. Scholiasten ad Oresten p. 232. Aggreditur hic reditum Græcorum, de quo multi fuerant apud veteres νόστων libri, qua de re ad Athenæum Casaubonus IV. 14. et Maussacus ad Plutarchum de fluminibus p. 311.

909 *Ajax Naupliades*] Legendum *Œax Naupliades*, qui Palamedis frater, Nauplii filius, Neptuni nepos fuit, qui cum fratre ad Trojam accesserat, ut quidem Philostratus scribit in Heroicis 690. Dictys, quem Noster sequitur διαῤῥήδην, *Œax Naupliades:* etiam Hyginus fab. 117. et Euripides in Oreste p. 160. Ex illis itaque corrigendus Apollodorus III. 134. Κλυμένην γαμεῖ Ναύπλιος, καὶ τέκνων

Fraternos obiisse dolens, livore maligno
Saucius, Argolicas ad bella nefanda puellas
Provocat, et sceleris causas molitus iniqui:
  Heu miseræ! quid sacra, inquit, quid vota tot annis
Deplorata juvant, servataque jura maritis,
Et nunquam temerata fides? rediere, sed, ecce,
Fama nurus Phrygias simul adventare, premetque
Barbara servitio thalamos captiva priores.
Immo age, Lemniadum memores, audete, Pelasgæ,
Par factum, causis paribus. Trepidatis, inertes?
Imperat indignis pellex regina puellis.
  Vix hæc, et subitos vulgavit fama tumultus,
Argolicos venisse duces. O rara Deorum
In finem producta fides! Sis tempore longo
Faustus, sis quovis major, quid, stulte, superbis?
Ultima felices ætas facit: en habet Argos

NOTÆ

πατὴρ γίνεται Οἴρακος καὶ Παλαμήδου. Lege Οἴακος, ut habet Philostratus, Cointus, Valerius Flaccus. Philostratus vero, Seneca in Agamemnone, Propert. VII. Virg. Euripides in Helena, Ammianus Marcel. XXII. Strabo VIII. p. 254. Lycophron, Hyginus fab. 116. Nauplio, non Œaci, id tribuunt.

913 *Vota tot annis Deplorata juvant*] Ἀπεγνωσμένα ἱερά.

918 *Lemniadum memores*] Prolixe describunt Papin. Theb. v. et Valerius Flaccus II.

923 *O rara Deorum In finem producta fides*] Lucanus: 'O faciles dare summa Deos, eademque tueri Difficiles.' De Græcorum seditione vide Thucydidem I. p. 9. et inprimis illius Græcum interpretem, qui per partes enumerat p. 9.

925 *Ultima felices ætas facit*] Herodoti in Clio notissima est γνώμη, quam brevius et felicius ipse exprimit Ovidius. Syracidæ eadem cap. XI. 8. πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα, καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ. Eandem sententiam usurpant Euripides in Troadibus, Sophocles in Œdipo tyranno, et Trachiniis, Plutarchus in Solone, Plinius VII. 40. Juven. X. Ausonius in dictis septem Sapientum, Seneca de Tranquil. c. 11. et Epist. 47. Chrysost. initio Homiliæ in Eustathium p. 643. Eusebius Præparat. XV. 4. ῥᾷον τῶν φύλλων αὕτη (de Aristotelis beatitudine loquitur) καὶ φύει καὶ ἀπολείπει, οὐκ ἀναμένουσα περιτελλόμενον τὸν ἐνιαυτὸν, οὐδ' αὐτοετεὶ, οὐδ' αὐτομηνὶ, ἀλλ' αὐτῆς ἡμέρας, αὐτῆς ὥρας, καὶ γίνεται, καὶ ἀπόλλυται. Nec infeliciter Vitalis Blesensis: 'Si quem felicem vis dicere, consule finem: Nemo prius felix quam morietur erit.' Aristotelis ea super re sententia est Ἠθικῶν I. 10. et II. 1. Vide prolixe Piccolomineum Gradu IX. c. 30. &c. et Aristotelis Paraphrasten Andronicum Rhodium I. 17.

Nil bellis questus, nil æquore passus Atrides:
Victorem jugulum conjux secat, audet adulter
Insidiis mactare ducem: tristisque reverso
Ægiale Diomede suo, non oscula, risus,
Blanditias, sed bella, movet, similesque tumultus
Molitæ Argolides aliæ, vel fraude maritos
Excipiunt, vel Marte negant venientibus urbes.
  Ergo ubi Grajugenæ pulsi civilibus armis
Cessere exiliis, et devenere Corinthum,
Singula collatis ultum convicia bellis
Ire parant: prohibet Nestor, pacemque suorum
Consultu potiore petit: prece flectere cives,
Non armis tentare monet; ne publica damna,
Et regno pariat lis intestina ruinam.
  Sic damnis bellum nullis civile soporat
Majestas dignata preces: et Marte sepulto
Fœmineas non passa tubas, pietasque fidesque
In dominos antiqua redit, sua cuilibet ultro
Regna patent; patriamque Samon delatus Ulysses
Sirenum modulos, Siculum mare, Monycha passus
Hospitia, Antiphatis mensas, et pocula Circes,
Dulichios tandem fines tenet, inque pudicas

927 *Æquora* Edd. Mor. et Spondan.

NOTÆ

927 *Victorem jugulum conjux secat*] Agamemnon est Æschyli, in qua totum negotium *μάλα δεινῶς*.

941 *Majestas dignata preces*] Operæ pretium ponens in precibus, summittensque modeste fortunæ vexilla suæ, ut loquitur Papinius. Ita II. Theb. 'Consilio dignata virum.'

945 *Monycha passus Hospitia*] Philostratus in Heroicis errores illos et exilia propter Palamedem, non Polyphemum, Ulyssi enaviganda ait. *Monycha* vero *hospitia δι' ἀντονομασίας* nominat illa *ἄξενα* immania et sanguinea, quæ Ulysses adiit. *Monychus* unus ex Centauris, cujus mentionem facit Ovid. XII. Metam. Lucanus VI. Juven. I. Frustra igitur fuit vir doctissimus Janus Parrhasius, qui Valerii Flacci versibus æstimium inde promittit, quod illud nomen non facile apud alium sui temporis poëtam reperiatur, Sylv. IV. Ep. 2. cum etiam sibi contradicat, eodem lib. Ep. 4. Quomodo vero Poëtæ nomina *ἀντονομάζονται*, vide prolixe apud Meursium ad Lycophron. 176.

947 *Inque pudicas Penelopes post*

Penelopes post multa redit connubia tædas.
At fati præsaga quies, horrendaque visa,
Telegoni gladios cognataque tela minantur:
Sic Circes despector obit, sic victima nati:
Sed senio validus, Asiæ sed victor opimæ.
  Postquam Tyndariden patrias remeasse Mycenas
Claruît, occurrit densis Europa catervis,
Plistheniam mirata nurum: flagrantque videre
Eversorem Asiæ vultum: quin ipsa superbit

NOTÆ

multa redit connubia tædas] Jamdudum est cum illa Penelopes ab Homero laudata fides, suspecta optimis auctoribus visa. Seneca innuit Ep. 88. Non exscribo, sed noto. Egerunt ea de re, et dubitarunt plurimi. Lycophron in Cassandra, qui *βασσάραν* nominat: Ulysses de illa ipsus dicitur conquestus, illam ædibus ejecisse, illamque Mantineæ exulem obiisse. Vide cum ambitu agentem Fr. Floridum Sabinum, Subcis. III. 4. et Scoppam XXII. p. 919. Immo Pan ex procis illis et Penelope natus fertur, quod Pausan. in Arcad. Lucianus in Deorum Dial. Nazianzenus invectiva priori in Julianum p. 81. *καὶ τὸν σεμνὸν Πᾶνα, τῶν ἐκ πάντων μνηστήρων ἕνα θεὸν*, asserit. Eo respicit Theocritus Syringe, et illius Scholiastes Pediasimus. Alii tamen Pana ex Mercurio et Penelope natum volunt, quod Eusebius scribit de Præparat. v. 9. Hyginus fab. 224. Herod. sub exitum II. Demetrius Penelopes probra innuisse voluit apud Athen. IV. respondens Lysimacho: *ἡ παρ' ἐμοὶ πόρνη σωφρονέστερον τῆς παρ' ἐκείνῳ Πηνελόπης ζῇ*. Virgilius id etiam subolfecit, qui, ut Homerus *φιλέλλην* fuit, *φιλοῤῥωμαῖος* et *μισοκαρχηδόνιος*, invertit illud drama; utque ille ex impudica pudicam, ita ex univira et castissima, *φίλοιφον* commentus est: quanquam id ante Virgilium Ennius jamdudum fecerat.

950 *Telegoni gladios*] Sequitur Dictyn, Hyginum fab. 127. Lucianus tamen podagra obiisse scribit libro *τραγοποδάγρα*.

957 *Eversorem Asiæ vultum*] Sic Achillem Papin. I. nominat 'Eversorem Asiæ,' Turnus, Æneam 'Desertorem Asiæ.' Proximum est Auctoris nostri sententiæ illud Euripidis in Hecuba: *Ὡς τὴν Λάκαιναν σύγγονον Διοσκόρου Ἑλένην ἴδοιμι· διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων Αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.* Helenam inter Deos relatam scribit Isocrates in Oratione de illa; idemque Euripides in cognomini Tragœdia. Pausanias in Laconicis, in Rhodo insula ab arbore suspensam. Lucianus in Dialogo Menippi et Mercurii, illum ex his mirantem facit, quod Græci pro re tam cito evanida, Helenæ scilicet forma, tantum laboris exhauserint. Apud Aristophanem ipsa gloriatur, quod plurimos ad Scamandrum perdiderit, Thesmophor. p. 814. Athenæus VI. initio, Helenophoria, cum Polluce, nominat: an festum in illius honorem fuerit, neuter explicat. Stesichorus quomodo Helenam vituperando usum oculorum amiserit, et laudando receperit, Plato in Phædro exponit, p. 1219. Vide Herodotum II.

Accendisse duces, lacerasse in prælia mundum,
Infamem famæ titulum lucrata pudendæ.
Hactenus Iliacæ questus, lamenta, ruinæ,
Confusa explicui veteris compendia veri.
Vive, liber, liberque vige; sed si qua nocebunt,
Disce libens livore nihil sublimius esse:
Cum tibi mordaces obliquent læva cachinnos
Murmura, cum cupiant linguis lacerare profanis,
Sis utinam invidia dignus, quæ summa lacessit,
Quam pascit præsens, extremaque terminat ætas.

NOTÆ

qui sua conjectura statuit Helenam Trojam nunquam fuisse a Paride deductam, p. 133. Euripidis interpres, ad Oresten, scribit, ex Stesichoro, Helenam lapidibus obruendam forma sua ita movisse animos, ut lapides manu exciderint, p. 235.

961 *Vive, liber, liberque vige*] Seneca Ep. 64. 'Cum legeris Sextium, dices: Vivit, viget, liber est,' &c. Modesta vero clausula operam suam commendat, idque ductu, ut solet, Papinii, qui ad hanc faciem Thebaida suam claudit. Idem *σύγχρονος*, ut quidem videtur, illis Guntherus in Ligurino fecit.

962 *Disce libens livore nihil sublimius esse*] Omnia enim *φενακίζει*. 'Summa petit livor.' Ovid. Silius, 'obtrectat malus immortalia livor.' Claud. 'rabiem livoris acerbi Nulla potest placare dies.' Lucret. v. 'Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant Pleramque, et quæ sunt aliis magis edita cumque.' Philo De rerum divin. herede, p. 411. *φθόνος ἀεὶ ταῖς μεγάλαις εὐπραγίαις ἀντίπαλος.* Claudianus quidem affirmat III. de laud. Stilic. 'Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis Invidiæ mensura capit.' Ovid. VI. Metam. 'non illud carpere livor Possit opus:' sed *σπάνιον* illud, raro aliquod *ἀδιάβλητον* et *ἀμώμητον*. Quod Pindarus omnium præstantissima sua Od. Olymp. II. conqueritur; item Nemeor. VIII. Vide Stobæum 139. 140.

965 *Sis utinam invidia dignus*] Eurip. *εἰς τἀπίσημα ὁ φθόνος πηδᾷν φιλεῖ.* Pindarus: *Κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος.* Nazianzen. Or. XVII. 269. *φθόνος μὲν εὐπραξίαν, συμφορὰν δ' ἔλεος ἵστησι*, &c. *Φθόνος πρὸς τὸν ἔχοντα ἕρπει*, Sophocles in Ajace.

966 *Quam pascit præsens, extremaque terminat ætas*] Chrysost. recte in libro de Virginitat. p. 305. c. 27. *πρὸς δὲ τοὺς τετελευτηκότας καὶ οἱ πολέμιοι σπένδονται.* Mimnerm. *Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ, Ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.* A quo Horatius sumsit: 'Virtutem incolumem odimus,' &c. 'Cum mortuis enim non nisi larvæ luctantur,' ut Plancus Asinio Pollioni respondebat. Plin. in præfatione librorum. Philo II. De vita Mosis: *τὰ γὰρ καλὰ, κἂν φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιασθῇ χρόνον, ἐπὶ καιρὸν αὖθις ἀναλάμπει φύσεως εὐμενείᾳ*, p. 509. Vell. Paterc. I. 'Quam sit assidua eminentis fortunæ comes invidia, altissimisque adhæreat, etiam hoc intelligi potest,' &c. Insignia de eadem re Chrysostomus scribit V. de Sacerd. p. 165. edit.

NOTÆ

Hœschel. Sallustii illud plane dignum est in quo feliciter sistamus: ' Vivos interdum fortuna, sæpe invidia fatigat; ubi anima naturæ cessit, demtis obtrectatoribus ipsa se virtus magis magisque extollit.' Orat. de Repub. ordinanda.

NOTÆ VARIORUM

IN

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO LIBROS.

EX EDITIONE AMSTELODAMENSI
AN. 1701.

NOTÆ VARIORUM

IN

DICTYOS CRETENSIS

DE BELLO TROJANO LIBROS.

JOSIÆ MERCERI NOTÆ.

Consilium hujus auctoris fuit historiam belli Trojani ab ipso initio usque ad Græcorum ducum reditum scribere, omissis et resecatis iis quæ de deorum pugnis fabulose vulgabantur, et quæ alia τερατεύματα poëtæ addiderant, quæ fidem elevabant antiquissimæ et maxime memorandæ Græcorum expeditionis, quam recte Plutarchus vocat κάλλιστον καὶ μέγιστον τῆς Ἑλλάδος ἔργον. Quod sane hic scriptor, quisquis ille fuit, magna eruditione, ingenio, ac judicio præstitit; nam quæcunque ab antiquis historicis ac poëtis ἐν τῇ Τρωϊκῇ ὑποθέσει et ἐν τοῖς νόστοις celebrata sunt, ea singula diligenter executus est, ita ut fieri potuerunt sine miraculo: in præcipuis Homerum secutus, ut nominatim in recensione navium quæ Græcos duces vexerunt, et copiarum quæ Trojanis subsidio venere: in iis quæ Homero prætermissa, aliis auctoribus insistens, ita tamen ut in diversis sententiis consensum fere majoris partis referat. Conciones addit illustres, et alia ornamenta historiæ lucidissima: elocutionem vero, ut ejus sæculi quo scripsit trahentem quasdam sordes, ita distinctam elegantissimis floribus ex optimis et antiquissimis scriptoribus. De auctore ipso nihil certi dici potest: quisquis is fuit, adscivit faciendæ fidei nomen illustre Dictys Cretici Idomenei comitis, ut et alter libellus qui sub nomine Daretis Phrygii et Cornelii Nepotis interpretis circumfertur, quem ego longe inferiorem censeo judicio, eruditione, et ipso eloquio. Idem nomen Dictys ementitus fuerat alius scriptor qui Græce eandem historiam texuerat, cujus mentio apud Suidam et Joannem Tzetzem: sed is, credo, alius a nostro: nam apud illum Œnone audita morte Paridis suspendio seipsam tollit, quæ apud nostrum per mœrorem deficiente animo concidit. Et multa indicia sunt Latine scripsisse nostrum, non ex Græco vertisse, et habere a Græcis τὴν ὕλην, a Latinis multas dictiones expressas, præcipue a Sallustio. Septimii nomen præfert epistola Arcadio scripta, sed eam non inveni in Mss. nec videtur antiqua. Tempus quo scripsit cre-

diderim fuisse post Constantinum, ex illa narratiuncula quæ libro præfixa codicem in sepulcro repertum Rutilio Ruffo Cretæ Consulari oblatum refert; ita enim recte in utroque Ms. At Consulares quamvis quidam ab Adriano, tamen plerique a Constantino instituti, cum translata sede imperii, provinciarum omnium administrationis et jurisdictionis ordinem mutavit, et in occidente viginti provincias magistratibus consularium nomine parere jussit; in Oriente quindecim, in iis Cretam: quod ignoratum officinarum correctoribus eos impulerat ut pro Consulari substituerent Præsidem: sicut iidem maximam partem elegantissimarum locutionum et antiquarum dictionum mira inscitia corruperant, quas nos restituimus ope duorum Mss. codicum, eorumque non sane antiquorum, sed tamen scriptorum ante vulgatam artem typographicam. Unus fuit optimi et antiquitatis curiosissimi Petri Danielis, quem nos anno CIↃ. IↃ. LXXXIII. contulimus: alter C. V. Pauli Petavii Curiæ Parisiensis consiliarii, quo usi sumus anno CIↃ. IↃ. XCV. sed eo longo deteriori. Horum ope freti infinitas mendas ex eleganti scriptore detersimus, quarum omnium non sumus rationem reddituri in his notis, ne opus in immensum crescat: satis erit in præsentiarum insigniora quædam notare, dum aliud tempus detur quo de judicio adhibito a nostro auctore in explicanda tota hac historia sigillatim dicamus; et nunc semel monere lectorem, cetera quæ in hac editione mutavimus auctoribus iis libris esse mutata.

Dictys Cretensis genere] Hæc veluti præfatio in libris nostris erat sine ulla inscriptione; at sequens epistola, quæ vulgata sub nomine Q. Septimii Romani, nulla est in antiquis exemplaribus. Itaque non dubitamus quin hæc sit ab ipso scriptore operis, qui apposite finxit hæc de Punicis literis, de arcula stannea, de sepulcro terræmotu patefacto, de Eupraxide, Rutilio Cretæ Consulari, et Nerone cujus jussu liber in Græcum sit conversus. A recenti manu est illa Septimii, quæ nihil novi addit, nisi versionem e Græco in Latinum, quam novicius hic sarcinator videbat deesse superiori narrationi, et contractio τῶν νόστων in unicum librum, quod eo addidit, quia apud Suidam legerat Dictym scripsisse libros novem: sed is fuit Dictys Græcus alius a nostro, ut monuimus. At nostrum sex libris absolutum ipsa hæc præfatio retulit.

In Achaiam] Quo nomine dicta quæ olim Græcia, post victos Achæos; et mansit id nomen Achaiæ provinciæ sub Imperatoribus Romanis, et in novà divisione Constantini.

Consulari] Ita libri scripti, non 'præsidi,' quod imperiti correctores vulgaverant. Consulares volunt in quibusdam provinciis institutos ab Adriano Imperatore: hoc certum, plures magistratus hoc nomine præfectos a Constantino parvis et pacatis provinciis; in iis Cretæ. *Notitia* Imperii.

Quorum seriem] Et hæc indicant sequentem epistolam Septimii nomine editam esse a mala manu, quæ nec extat in libris manuscriptis, et seriem hanc turbat, neque quicquam novi nos docet, sed interpolat tantum quæ in superiori; et Quinto Arcadio inscripta in Ruffinum desinit, et Ephemeridem nominat hunc librum minus proprie, et, ut semel dicam, omnino est nuperi et imperiti grammaticuli scriptum. Addebant superiores editiones appendicem quandam genealogicam, imperitius etiam scriptam, quam jure merito expunximus.

LIB. I.

§ 1 *Ad dividendas inter se Cretæ opes*] Insigne mendum insederat ip-

sum initium libri; erat enim in omnibus editis et scriptis exemplaribus, 'Atrei opes:' et mox, 'Atreus namque ex Minoë:' et hinc vulgatus error Grammaticorum, de duobus Atreis. Rescripsi, 'Cretei:' poterat et 'Cratei:' nam Creteus sive Crateus unus e Minois filiis, maximus natu, et regni successor: quem alii per θ Cretheum malunt, sed errant. Κρηθεὺς Æoli filius, Salmonei frater. At Κρητεὺς Minois filius, nomine imposito ab insula in qua regnavit pater, a qua et Creta Asterii filia, quam Asclepiades apud Apollodorum facit Minois uxorem, et Creta filia Deucalionis, Idomenei soror: Apollodorus Bibliothecæ II. Κρατέως δὲ τοῦ Μίνωος Ἀερόπη καὶ Κλυμένη, καὶ Ἀπημοσύνη, καὶ Ἀλθημένης υἱοὶ γίνονται. Χρωμένῳ δὲ Κρητεῖ περὶ καταστροφῆς τοῦ βίου, &c. Sed hoc insignis Regis nomen nescio quo fato fere ubique insigniter corruptum, apud ipsum Apollodorum pluribus locis, apud Lycophronis interpretem, et alios Tragicorum scholiastes.

Deucalionis Idomeneus, aliter Moli] Et hæc pessime edebantur antea, et inde fingebant duos Idomeneos, unum Deucalionis, alterum Molium. Verum est Minoi filios fuisse Creteum, Deucalionem, Glaucum, Androgeum. Apollodorus: Μίνως δὲ Κρήτην κατοικῶν ἔγραψε νόμους, καὶ γήμας Πασιφάην τὴν Ἡλίου καὶ Περσηΐδος, ἤ, ὡς Ἀσκληπιάδης φησὶ, Κρήτην τὴν Ἀστερίου θυγατέρα, παῖδας μὲν ἐτέκνωσε Καστρέα, Δευκαλίωνα, Γλαῦκον, Ἀνδρόγεων. Scribe Κρατέα, vel Κρητέα, ut in sequentibus; quamvis idem mendum apud Isacium et alios, ut modo diximus. Apollodorus suo more progeniem quatuor filiorum Minois ordine enumerat, incipiens a Creteo, dein pergens ad Deucalionem, inde ad Glaucum: Δευκαλίωνι δ' ἐγένοντο Ἰδομενεύς τε καὶ Κρήτη, καὶ νόθος ὁ Μῶλος. Γλαῦκος δὲ ὁ Μίνωος, &c. ubi insignis defectus in omnibus exemplaribus: nam quæcunque de Idomeneo, Creta, Molo, et ejus filio Merione suo more scripserat, interciderunt. Molus videtur nothus fuisse Deucalionis, et scribendum καὶ νόθος ὁ Μῶλος, ut male noster eum participem regni faciat Idomeneo, scilicet quia in Homeri catalogo ducem eum Cretensium legerat cum patruo Idomeneo. 'Moli,' non 'Molius,' recte libri nostri. Homer. Il. K. Ἀμφιδάμας δὲ Μόλῳ δῶκε ξεινήϊον εἶναι, Αὐτὰρ ὁ Μηριόνῃ δῶκεν ᾧ παιδὶ φορῆναι.

Clymenæ et Nauplii Palamedes et Œax] Pessime edebatur, 'Clymenæ et Nauplii filius Palamedes et Æas.' Libri scripti, 'Clymenæ et Nauplii filius Palamedes et Ajax:' e quo feci, Œax. Apollodorus: Κλυμένην γαμεῖ Ναύπλιος, καὶ τέκνων πατὴρ γίνεται Οἴακος καὶ Παλαμήδους. Ubi male edunt, Ὄρακος. At recte infra initio VI. 'Œax Nauplii filius Palamedis frater:' idem ubique occurrit in Mycenensi historia. Vide Euripidem Oreste.

Dicti Creteidæ] Librorum scriptorum unus 'dictus ex Creteida:' alter, 'Dictys ex Creteida:' vulgo edebatur, 'Dictys ex Cretæ Ida:' quo quid potuit ineptius fingi? quæ enim pars Dicty in hac divisione, et quorsum hæc, 'ex Cretæ Ida?' Scripsi, 'dicti Creteidæ:' quippe cum mox Agamemnonem et Menelaum referat dictos Atridas, qui erant Plisthenis, ad tegendam obscuritatem paterni nominis; verisimile est eadem ratione addidisse, Palamedem et Œacem Nauplii dictos Creteidas ab avo materno Creteo, cum origo paterna esset multo ignobilior. Nauplius enim mercaturæ laude potius censendus quam ulla alia arte: eoque illi traditæ a Creteo, oraculorum præfata verito, filiæ quas venumdaret. Apollodorus: Ἀερόπην δὲ καὶ Κλυμένην Κρητεὺς Ναυπλίῳ δίδωσιν εἰς ἀλλοτρίας ἠπείρους ἀπεμπωλῆσαι. Idem: Αὔγην δ' ἔδωκε Ναυπλίῳ τῷ Ποσειδῶνος ὑπερόριον ἀπεμ-

πωλῆσαι. Idem: Ἀμυμώνη δ' ἐκ Ποσειδῶνος ἐγέννησε Ναύπλιον. οὗτος μακρόβιος γενόμενος πλέων τὴν θάλασσαν τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει. Et mox: ἔγημε Κλυμένην τὴν Κρητέως, (ita legendum,) καὶ ἐγέννησε Παλαμήδην, Οἴακα, Ναυσιμέδοντα.

Anaxibia] Ita recte libri nostri, non, ut edebatur, 'Anaxibœa.' Pausanias Corinthiacis. Apollodorus primo Bibl. Νέστωρ γήμας Ἀναξιβίαν τὴν Κρατέως.

§ 2 *Ex Sidone a Phœnice patre*] Ita libri nostri: mutaverant qui Europam Agenoris non Phœnicis audierant: at id juris ambigui fuit. Apollodorus initio III. τινὲς δ' Εὐρώπην οὐκ Ἀγήνορος, ἀλλὰ Φοίνικος λέγουσιν. Hom. Il. Ξ. Οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο, Ἢ τέκε μοι Μίνω τε καὶ ἀντίθεον Ῥαδάμανθυν. Hæc autem addita a nostro auctore, ut fabulam de transvectione Europæ in Cretam vectore tauro dissimulet, ut consilium suum sequatur, redigendi omnia τερατεύματα ad ea quæ fieri humanitus potuere.

§ 3 *Aliisque ex consanguinitate*] In vulgatis, 'cum Ænea aliisque:' quæ duo verba absunt a scriptis: et sane vix convenit cum historia sequenti hic Æneæ comitatus, quem Dares et alii auctores minus verisimiliter commenti sunt. Certe non alius hic nominatus quam Glaucus Antenoris, quem infra expeditionis ejus comitem refert, et pœnas luisse morte: isque ex consanguineis Alexandri, cum nepos dicatur Æsyetæ et Cleomestræ, quæ amita Laomedontis: infra fine l. v.

Sicut in tali re fieri amat] Ita diserte libri nostri; eleganter: non addo exempla quæ notarunt docti ex Græcis et Latinis scriptoribus. At boni correctores ediderant, 'solet.'

§ 5 *Ad ostentationem regiæ magnificentiæ*] Hom. Il. Z. Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς Ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον, Τὴν ὁδὸν ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν.

§ 7 *Nihil pensi aut consulti facientes*] Libri, 'patientes.' Scribe, 'habentes.' Sallustius in Catilina: 'Nihil pensi neque moderati habere,' et in Jugurthino, 'nihil pensi neque sancti habere.'

§ 9 *Danaum enim atque Agenorem*] Nescio quos secutus auctores hanc consanguinitatem attexat: neque enim Danai et Agenoris cognationem exequitur, quæ ponenda fuit, ut ratio constaret, ponendumque Danaum filium Beli qui frater Agenoris. Simplicius fuisset dicere, Electram et Taygetam sorores, Pleionæ et Atlantis filias, et ex Electra Priamum, ex Taygeta Tyndareum, de quo veteres omnes consentiunt. At Pleionam Oceani, non Danai, fere omnis antiquitas, et Taygetam Atlantis, non Agenoris. Sed eandem originem repetit etiam infra libro quarto.

Ex Pleiona] Hæc erat vulgata scriptura; manuscriptorum unus, 'Jona;' alter 'Ona;' utrumque corrupte. Infra libro quarto, 'Hesiona:' ut videatur etiam in hoc alios secutus auctores.

Amiclam] Ita scripsi, quia in libris, 'Amiclum:' ut vulgo edebatur, 'Amictum Musculum,' corruptissime. Quod sequitur de Argalo, quamvis sectatores habeat viros doctissimos, longe aliter enarratur a veteribus, qui Amyclæ Cynortam, hujus Perierem, ejus Œbalum fere omnes consentiunt.

Agenoris quippe filium Phœnicem] Non magis constat ratio hujus consanguinitatis quam superioris. Unus librorum, 'et Dime patris Hecubæ et Ledæ:' alter, 'de Dime:' ut videatur scriptum fuisse, 'Agenoris quippe Phineum et Phœnicem, et inde patres Hecubæ et Ledæ consanguinitatis originem divisisse.' Phineum Agenoris adserit noster etiam l. III. 'Perhibebatur ex his qui a

Phineo Agenoris originem propriam memoria repetebant.' A quo per filiam Trojanos reges noster deducit l. III. et IV. Leda Thestii filia, Hecuba Dymantis Homero et nostro; aliis Cissei: sed ii an a Phineo ac Phœnice, mihi non liquet.

An pœnarum] Vulgo addebant, 'metu,' quod abest ab utroque Ms. nec desunt exempla in veteribus scriptoribus ejus locutionis, qua diversis enuntiationibus unica particula aptatur, quamvis alteri minus proprie congruat: notus est locus B. Pauli; κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, &c.

§ 10 *Bonum publicum materna gratia*] Ex Sallust. Jugurth. 'ita bonum publicum, uti in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum.'

§ 14 *Quæ ex Chirone dicebatur*] Ita diserte libri nostri. Thetidem Chironis etiam adserit l. VI. quod et plerique veterum crediderunt, et ab iis Joannes Tzetzes: Ὢν Ἀχιλλεὺς τῆς Θέτιδος καὶ τοῦ Πηλέως γόνος, Οὐ τῆς θαλάττης Θέτιδος, ἀλλὰ τινὸς γυναίου, Ἥπερ ἦν καὶ θυγάτριον Χείρωνος φιλοσόφου. Sed dixit, 'quæ dicebatur,' propter vulgatam famam, eam esse Nerei, ut supra de Helena, 'Tyndarei, ex qua ipsa genita videretur.'

Medicinæ artis] Ita diserte libri nostri, non 'medicæ.' Sic, terra Italia, mulier meretrix, senecta ætas, et alia ejusmodi.

Conditione prælii] Ita libri. Abutitur ubique noster vocibus belli et prælii, contra proprietates utriusque nominis et differentias vere notatas a grammaticis. Infra, 'Paucis clade belli ejus expertibus,' pro prælii. Item, 'dilato conditionibus in tempus bello.'

§ 15 *Thestoris*] Ita scribendum, non 'Nestoris,' quamvis reclamantibus imperite omnibus libris. Mox recte libri veteres, *Exectum*.

§ 17 *Contraxerat*] Ita recte libri, non construxerat. Porro ut in toto opere præcipue Homerum sequitur, adhibito judicio ea mutans quæ ferri non posse credidit, ita præcipue in catalogo navium et recensione auxiliorum Trojanorum ejus vestigiis insistit, exceptis quæ hic in fine de Thersandro, Epeo, Calchante, Mopso: nos hæc omnia antea corruptissima fidem Mss. secuti restituimus.

Elephenor ex Eubœa triginta] In libris: 'Mnestheus ex Athenis 61. Elephenor ex Eubœa, Ajax Telamonius Salamina 12.' Scribe, 'ex Athenis quinquaginta; quadraginta Elephenor ex Eubœa: Ajax T. 12.' Convenit cum Homero, ut diximus.

Prothous Magnes] Ita scribendum, non 'Manus,' quod est in omnibus editis et scriptis libris: non dicit e Magnesia, quia apud Homerum invenit Magnetes nominatos et designatos a vicinia Penei fluminis et Pelii montis, non appellatis civitatibus: Μαγνήτων δ' ἦρχε Πρόθοος Τενθρηδόνος υἱὸς, Οἳ περὶ Πηνειὸν καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον Ναίεσκον. Sed et veteribus ita solitus insigniri Prothous. Apollodorus apud Isacium: Μάγνης ὁ Πρόθοος ἐν Εὐβοίᾳ περὶ τὸν Καφηρέα σὺν πολλοῖς ἑτέροις διαφθείρονται.

Rhodo, aliisque circa eam insulis] Immo e Rhodo sola: nam ex insulis vicinis Antiphus et Phidippus Heraclidæ delectos milites duxere. Sed quia Homerus Lindum, Ialysum, et Camirum nominavit, quæ tres Rhodi tribus sive civitates, credidit Noster alias insulas recenseri. Mox pro octo, volui editum, novem, ut in Homero, et in utroque Ms.

Eurypylus Ormenius] Ita scripsi ex Homero. 'Orchomenius' erat in omnibus libris, ut et supra. Mox ex libris edidi, 'Guneus Perrhæbis.' Homerus: Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας· Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί.

Ex insulis congregatis] Ita libri: intelligit eas quæ in Homeri Catalogo, Nisyrum, Carpathum, Casum,

Con, et Calydnas; quas frustra hic intruserant correctores.

Thessandrus Polynicis] Hic deest in Catalogo Homeri. Noster, quia auctore suo deficitur, non sibi constat: nam hic ait Thebis venisse cum supra memoratis, hoc est Bœotis Arcesilao, Prothenore, Peneleo, Leite, Clonio. At paullo ante dixit venisse ex Ætolia; quod nulla ratione fulciri potest, cum Thersander per Epigonos restitutus sit in Thebarum regnum ante expeditionem Trojanam. At in Homero nulla ejus mentio, quia occisus ante τὴν Ἀχιλλέως μῆνιν. Addit etiam noster Calchantem, Mopsum, Epeum, quorum nulla mentio in Homeri Catalogo; nec verisimile Calchantem et Epeum tot naves instruxisse. Mopsi in Trojana expeditione non memini fieri alibi mentionem: contra, omnis antiquitas consentit in reditu Calchantem, cum aliis comitatus appulisset Colophona, ubi regnabat Mopsus Mantus filius, insignis vaticinandi solertia, victum a Mopso arguente ejus inscitiam, pudore an dolore confusum interiisse. 'Acarnania,' non 'Arcadia,' uterque Ms.

Necessariorum cibi] Ita liber uterque, 'cibi,' τοῦ σίτου. *Necessaria cibi*, ut in fine hujus libri: 'Frumenta, vinum, aliaque cibi necessaria Anius ejusque filiæ præbuerunt.' 'Aliis necessariorum,' τοῖς ἄλλοις τῶν ἐπιτηδείων. Ut supra; 'interea legatorum Palamedes.' Τῶν δὲ πρέσβεων ὁ Παλαμήδης. Sic 'reliqua prædæ,' IV. 'aurum atque reliqua prædæ inter se dispartiunt.'

§ 18 *Phalidis Sidoniorum regis*] Lectio hæc a correctoribus est, qui legerant infra lib. IV. Phalam Sidonium: sed is Sidonius quidem, at non Rex Sidonis, sed classis rector, Memnonis, ut videtur, mercenarius. Et alioqui a Phala non fit Phalidis. Librorum unus, 'frigio,' alter, 'frigie;' ut videatur, 'Phrygis.'

Illici quivit uti] Ita scripsi, cum invenissem in utroque Ms. 'inlectus qui virtutis societatem.'

§ 19 *Irane cœlesti, an ob mutationem aëris*] Egregie ex utroque codice restituimus priscam lectionem; quam male corruperant vulgo, 'ita Dianæ ob mutationem aëris.' Innuit veram causam fuisse mutationem aëris, creditam vulgo iram cœlestem. Eadem locutionis elegantia paullo post: 'Agamemnon affectione paternæ pietatis motus, an ne tam illicito immolationis sceleri interesset.' Et l. II. 'Pertinacia animi, an ob amorem captivæ.' Item, 'tædione an recordatione suorum domuitionem cupiebant.' Quam et ubique corruperant. L. III. 'in gratiamne impetrati funeris, an si quid Trojæ accideret, securus jam filiæ.' L. IV. 'Permoti querelis Rhodiorum, an cupidine diripiendarum rerum quas secum advexerant.' Ubi rescripserant, 'dein cupidine.' Frequens Tacito locutio.

Premisca] Ita libri veteres: in quibus etiam recte, 'per pecora atque exercitum grassari.'

Palamedem] At eum in Catalogo ne nominavit quidem, quia non invenerat in Homero, cujus recensio post mortem Palamedis; sed noster certe debuit non omisisse vel in enumeratione, vel in conventu principum qui habitus Argis.

§ 20 *Domuitionem*] Ita scripsi, quum in vulgatis esset, 'domum demigrationem,' in scriptis, 'domi mentionem.' Idem verbum corruptum infra lib. II. 'tædione an recordatione suorum domuitionem cupiebant.' Domuitio, νόστος. Pacuvius Hermiona: 'Nam solus Danais hic domuitionem dedit.' Philoxenus: 'Domuitionem, ἐπάνοδον.'

An ne tam illicito] Ita recte libri.

§ 21 *Corusca, fulmina*] Ita libri, non 'coruscationes.' Corusca, ἀστραπαί, tonitrua, βρονταί, fulmina, κεραυνοί. Hæc tria distincta et Varroni: 'Cognitio enim trium, fulgetræ, tonitrui,

fulguris, a fulmine orta.'

§ 23 *Aliaque cibi necessaria*] Ita libri, recte: diximus supra. Mox rescripsimus, 'quæ Œnotropæ et divinæ religionis antistites memorabantur.' Fabulam de Anio Deli rege et sacerdote, et ejus filiabus quæ vinum, oleum, et omne tritici genus ultro funderent, habes apud veteres Grammaticos, e quibus enarrator Lycophronis: Ἄνιον Ἀπόλλων ἤνεγκεν εἰς Δῆλον, ὃς Δωρίππην γήμας γεννᾷ τὰς οἰνοτρόπους, Οἰνὼ, Σπερμὼ, Ἐλαΐδα, αἷς ὁ Διόνυσος ἐχαρίσατο ὁπότε βούλοιντο οἶνον, σπέρματα, καὶ ἔλαιον λαμβάνειν κατὰ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις. Φερεκύδης δέ φησιν ὅτι Ἄνιος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας, παραγενομένους πρὸς αὐτὸν, αὐτοῦ μένειν τὰ ἐννέα ἔτη, δεδόσθαι δ' αὐτοῖς τῷ δεκάτῳ ἔτει ναυστολῆσαι ἐπὶ τὴν Ἴλιον καὶ πορθῆσαι αὐτήν· χρησμὸς γὰρ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόθη Τροίας κρατῆσαι τῷ δεκάτῳ χρόνῳ, ὑπέσχετο δ' αὐτοῖς καὶ ὑπὸ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τρέφεσθαι. Vide et quæ Grammatici ad III. Æneidos, ubi Anius hic vetus Anchisæ amicus: et ibi Servius Danielis: 'Anius Rex Deli, Apollinis sacerdos, cum trium filiarum esset parens, ne unius tantum Dei esset tutus auxilio, (ita scribendum), filias numini Liberi patris devovit, qui, parem ei gratiam referens, effecit ut quicquid una attigisset verteretur in fruges, altera in vinum, tertia in oleum: id cum comperisset Agamemnon dux Argivorum, cum mille navibus oppugnatum iret Trojam, misit qui eas accerserent, ut posset alere Græciæ exercitum.' Verisimile est Delum electam a Græcis ducibus, quo annonam ex omni Græcia comportarent ad necessarios usus exercitus transvehendam, ejusque curam datam Anio, qui singulis filiarum eam custodiam distribuerit.

LIB. II.

§ 1 *Ad Mœsiorum regionem*] Ita libri veteres. Scio Mysiam esse in Asia, Mœsiam in Europa Thraciæ vicinam: sed et hoc scio, posteriores Græcos et Latinos utrumque nomen confudisse. Itaque Mœsiam hanc Europæam passim videas in Constantinopolitana historia appellari Mysiam: Mœsiam contra Asiaticam in Latinis posterioris ævi scriptoribus. Hæc Mysia ad mare fuit proxima Troadi. Plinius v. 30. Mela.

§ 3 *Instar muri*] Ita recte libri: male edebatur, 'montis.'

Teutranius] Ita libri veteres, non 'Teutratius.' Finxit nomen noster a Teutrania urbe Mysiæ: nam de hoc in veteribus altum silentium: nec verisimile Teuthrantem Telepho relicturum fuisse Mysiæ regnum, si ex Auge liberos tulisset.

Ad eum convertit] Ita recte libri. Gellius I. 26. 'Convertit ad me qui interrogaveram.' Idem I. 8. 'Tali petulantia mulieris atque pecuniæ magnitudine ictus expavidusque Demosthenes avertit.' Tac. Ann. IV. 'cuncta tentanti promptissimum visum ad uxorem ejus Liviam convertere.'

Aciem invadit] Ita libri, non 'Ajacem.'

Quos adversum ierat] Sallust. Jugurth. 'Profligatis iis quos adversum ierat, rediens a latere Mauros incurrit.'

§ 4 *In aliquantum*] Ita libri nostri, familiari locutione nostro scriptori. Mox, 'debilitaverat,' scripsi e Petaviano: male, in altero, 'dubitaverat;' in vulgatis, 'exanimaverat.'

Mœsi ad se demum] Ita recte libri. Catullus: 'Ad se quisque vago passim pede discedebant.'

§ 7 *Ex his locis ad Trojam navigandi*] Hæc vero magna Geographiæ ignoratio. Mysia enim, in qua regnavit Telephus, proxima Troadi, ut diximus supra: nec navigio opus, ut ex ea illam attingerent; et si navigio uti vellent, ora tantum legenda. Sed hæc ita finxit, ut novennium expeditionis impleret, et decennium vulga-

tum belli Trojani ad novem annos τῆς παρασκευῆς redactum in decimum ipsius belli contraheret.

Exercere discordias vacuum fuit] Ex Sallust. Hist. I. 'postquam remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit.'

§ 8 *Auctoribus nuntii ejus Scythis Barbaris*] Ita scribendum. Scythæ jam tum nautica et mercatura clari. Inde mox eos duces navigationis adsumunt Græci.

§ 16 *Phorbanta*] Ita recte libri scripti. Homerus. Iliad. I. Τῷ δ' ἄρα παρκατέλεκτο γυνὴ, τὴν Λεσβόθεν ἦγε, Φόρβαντος θυγάτηρ, Διομήδη καλλιπάρηος. Vitiosissime edebatur, 'Forgaritam.'

Dein Phyrum] Ita libri nostri; credo, pro 'Scyrum,' quam eodem tempore captam ab Achille Homerus memorat: Σκῦρον ἑλὼν αἰπεῖαν, Ἐνυῆος πτολίεθρον.

§ 17 *Eetione*] Ita recte libri, non 'factione:' item *Cilicas*. Lyrnessus et Thebæ Cilicum istorum civitates ab Achille expugnatæ eodem tempore: in illa regnavit Mynes Briseidis maritus, in hac Eetion pater Andromachæ, maritus Chryseidis. Hom. Il. A. Ὠχόμεθ' εἰς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος, Τὴν δὲ διεπράθομέν τε καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα. Καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν, Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρεΐδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον. Et in catalogo: Λυρνησσὸν διαπορθήσας, καὶ τείχεα Θήβης. Et in Z. Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος· Ἠετίων, ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ, Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. Et mox, Ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὖ ναιετάουσαν, Θήβην ὑψίπυλον, κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα. Ex cujus spoliis citharam et equum Pedasum abductum idem Homerus scribit, Il. I. et Π. Dixi, istorum Cilicum; alii enim sunt Homero Cilices prope Idam, quos etiam recenset Plinius v. 30. longe ab iis Cilicibus, quos sequens ætas agnovit ad Taurum et Amanum.

Pedasum, Lelegum urbem] Ita scribendum. Hom. Il. Φ. Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει, Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ὑπὸ Σατνιόεντι. Sed Homerus Pedasum regnatam facit Alteo, non Brisei, et Briseida Lyrnesso captam, non Pedaso: quod noster immutavit, ut dissimularet unde accepisset.

§ 18 *Aliaque dona cujusquemodi*] Ita scripsi, quia in libris, 'hujuscemodi.' Vox proba et antiqua, sed fere ubique corrupta. Lucret. VI. 'In terra cujusquemodi rerum esse figuras.' Cic. I. Off. 'admittenda hominum cujusquemodi multitudo.' Et II. de Orat. 'Ut ad cujusquemodi genus ridiculi vultus etiam accommodetur.' Sallust. in Jugurth. 'Eo imponit vasa cujusquemodi.' Sæpe in libris sequentibus, sed ubique in mendo. Habes sæpe in Apuleio et aliis scriptoribus.

Teuthrantem] Libri scripti, 'Teuthandrum:' is est Sophocli 'Teleutas,' Ajace mastigophoro. Infra, ubi iterata ejus mentio, liber unus, 'Teutranti filiam,' alter, 'Teutanti.'

§ 20 *Græcorum, Menelaus*] Muta distinctionem: τῶν Ἑλλήνων ὁ Μενέλεως. Ut supra, legatorum Palamedes.

§ 21 *Ante consulta*] Vulgo, 'bene consulta.' Libri, a me consulta.

§ 22 *Cui virile negotium est*] Ita libri; hoc est, cui domi uxor. Virile ingenium rescripserant, quasi haberet a Sallustio, apud quem in Catilina: 'quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest illis divitias superare?' At hic virile ingenium minus quadrat, cum formido et suspicio mulierum sit potius quam virorum; et ut virorum, non certe τῆς ἀνδρίας.

Nati paucorum libidini] Ita libri veteres, elegantissime.

§ 25 *Ne quid tale commentæ finitimæ*] Ita est in Petaviano: at in altero, 'ne quid tale confinitimæ regiones:' scilicet scriptum fuit, 'ne item alim

confinitimæ regiones perniciosa consilia adversum Trojam molirentur.'

An solis qui e Græcia sunt] Imitatum ex illis Homeri notissimis: *Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι;* E quis et Virgilius: 'Nec solos tangit Atridas Iste dolor.'

§ 26 *Quippe Crete Europam quidem a Sidone*] Vetus querela Asiaticorum, relata sive conficta ab Herodoto ipso initio historiæ, de raptu Ius, Europæ, Medeæ, cujus *κακοήθειαν* notat Plutarchus. 'Iolchorum' bene libri, non, 'Colchorum.'

Io ex Sidoniorum] Contra est: nam Io Argis avecta a Phœnicibus: sed noster cum hæc invenisset apud Herodotum, putavit ex persona Trojanorum mutanda, ut causam suam approbarent, quam omnes Asiatici defendebant eodem modo, quasi Græcis *χειρῶν ἀδίκων ἀρξαμένοις.* Itaque et qui Daretis nomine Trojanum bellum scripsit, ab Argonautica expeditione injuriarum initium repetit, dein ab insecuta Hesionæ servitute.

§ 27 *Botiram Cillamque*] In Danielis libro 'Betiram:' de qua nihil inveni. At Cilla nota ex Homero: *Ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, Κίλλαν τε ζαθέην.* Ex eodem nota Arisba et Larissa; ex Geographis, Gargara et Scepsis. Pro 'Gergitham,' edebatur vulgo, 'genitem.' Libri, 'gentum:' quo feci 'Gergitham,' quam prope Scepsim locant veteres Geographi.

§ 30 *Adigit*] Ita optime libri.

§ 31 *Pertinacia animi, an ob amorem captivæ*] Ita recte libri. Similes elegantias notavimus supra. In iisdem recte, 'cuncta extrema ratus experiri.'

§ 32 *In aliquantum*] Ita libri, et sic sæpe Noster, a cujus sæculo non est exigenda Latini sermonis puritas.

§ 35 *Tædione, an recordatione suorum*] Totus hic locus misere turbatus erat tam in vulgatis quam in scriptis libris. Concinnavi lectionem quam editio hæc repræsentat. Corrumpendo loco duo fuerunt; primum quod non capiebant elegantiam hujus sermonis, 'tædione an recordatione,' quam ubique mali editores corruperant, ut diximus supra; alterum ignoratio antiquæ vocis, 'domuitionem,' quam et supra explicavimus. Non dubium est quin hæc sit genuina auctoris scriptura.

Adicere] Ita liber Danielis: antiqua scriptio, pro 'adjicere;' quam in omnibus optimæ notæ libris inventam viri docti testantur. Poterat tamen ferri cum vulgatis et altero manuscripto, 'edicere.'

Primus igitur] Et hic catalogus ab Homero, ut pleraque alia.

Pandarus Lycaone genitus, ex Lycia] At Homerus Zelia oriundum dicit, sub extremum Idæ pedem. Scilicet duplex Lycia Homero; altera proxima Cariæ, in qua Xanthus fluvius, e qua Sarpedonem et Glaucum emittit; altera sub Ida proxima Troadi: nam et de Pandaro Hom. Il. Ε. *Ἀπορνύμενον Λυκίηθεν. Οὔτε τις ἐν Λυκίῃ σέο γ' εὔχεται εἶναι ἀμείνων.* Ideo quum Lyciam Sarpedonis nominat, addit *τηλόθεν ἐκ Λυκίης*, quia ea longinquior.

Hippothous Pylei] Ita libri. Scilicet male legerat versum Homeri, in quo Hippothous et Pylæus filii Lethi Pelasgi: *Τῶν ἦρχ' Ἱππόθοός τε, Πύλαιός τ' ὄζος Ἄρηος, Υἷε δύω Λήθοιο Πελασγοῦ Τευταμίδαο.*

*Acamas ameriplem piros**] Hic Acamas Eussori filius Homero, diversus ab Acamante Antenoris, et altero Acamante Asii. Piros Imbrasi filius. Uterque Thraces duxere.

Odius et Epistrophus] Ita libri, non *Dius.* Errant qui in Catalogo rescribunt, *ὁ Δίος*: arguit ipse Hom. Il. Ε. *Ἀρχὸν Ἁλιζώνων Ὀδίον μέγαν ἔκβαλε δίφρου.* Mox scribe, 'Alizonum reges.'

Ex Solemo] Corruptissime hæc omnia in editis et scriptis. 'Ex sole monastes et Amphimachus Nomionis de Caria.' Solemum dicit pro Soly-

mis, qui vicini Lyciæ, et quos sæpe pugnasse cum Lyciis Homerus refert. Nastes et Amphimachus Cares Homero.

Genitore Pylæmene] Ita scribendum ex Homero. Vulgo, 'Telameneo:' librorum unus, 'Talimeno.'

Glaucus Hippolochi] Et hæc pessime edebantur, quæ nos secuti vestigia scripturæ veteris restituimus. Quod ait Glaucum adscitum a Sarpedone quasi inferiorem, cave credas: nam Glaucus Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, amitinus Sarpedonis, cui mater Laodamia soror Hippolochi: Hom. Il. Z.

Chromis Midonis] Ita scribendum, vel 'Chromius.' Utrumque habes apud Homerum: vulgo, 'Pronius Midionis:' libri, 'Prominus Midones ex Mœsia. Purechmus Aunii pœonius:' e quo feci, 'Pyræchmes Axii.' Credidit apud Homerum ἀπ' Ἀξίου esse filium Axii.

Ex Adrestina] Ita libri: vulgo, 'Agrestina:' scribe, 'Adrestia.' Homerus: Οἳ δ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον.

Asius Hyrtaci Sesto] Ita scribendum, non 'Asius Hyrtacus:' libri, 'Asius Hyrtacis esto.' Homerus: Ἄσιος Ὑρτακίδης, apud quem et alius Asius Dymantis filius, Hecubæ frater. Il. Π. Ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο, Αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος, Ὃς Φρυγίην ναίεσκε ῥοῇς ἐπὶ Σαγγαρίοιο.

§ 37 *Avidus ignara noscendi*] Ita libri, recte. Sallust. Jug. 'More humanæ cupidinis ignara visendi.' Item, 'mare magnum et ignara lingua commercium prohibebant.' Item, 'plerosque velocitas et regio hostibus ignara tuta sunt.' Virgilius: 'ignarum Laurens habet ora Mimanta.'

§ 39 *Armis atque animis*] Vox 'animis' deest in manuscriptis. Et sane non iidem animi Paridi, qui coactus a fratribus redibat ad pugnam pudore potius quam ferocia. Scribe 'paratos armis æque:' hoc est, paribus armis instructos; quod sane justo duello necessarium.

§ 42 *Atque audendi auctor*] Virg. Æn. XII. 'Auctor ego audendi.'

§ 43 *Glaucus Hippolochi*] Ita recte libri, ut distinguat a Glauco Antenoris, de quo infra. Iidem recte, 'Asteropæus,' non 'Steropus.' Et hic Lycius, quem una cum Sarpedone et Glauco Homerus præficit quintæ turmæ auxiliarium. Il. Α.

Pammon, Mestor] Ita scribendum. Vulgo, 'ac modo Nestor.' *Libri*, 'Ammon Nestorque.' Priamo filios quinquaginta assignavit antiquitas: in iis Antiphum. Hom. Il. Δ. et Λ. Politem, Il. Β. Ν. et Ω. ubi et Pammonis et Mestoris mentio: Πάμμονά τ', Ἀντίφονόν τε, βοὴν ἀγαθόν τε Πολίτην. Et mox: Μήστορά τ' ἀντίθεον, καὶ Τρώϊλον ἱππιοχάρμην.

§ 45 *Rhesus Eione genitus*] Ita scripsi, secutus Hom. Il. Κ. Ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεὺς, παῖς Ἠϊονῆος. At vulgo ediderant, 'Rhesus de Eioneo genitus:' libri, 'Rhesus sisione genitus.'

LIB. III.

§ 2 *Achilles ausus visere*] Vulgo, 'volens visere:' Ms. 'adveniens visere:' omnino scribendum, 'avens visere:' itaque editum volueram.

§ 4 *Pyræchmem regem Pæonum*] Pessime antea, 'Ciconum.' Libri, 'Pæanium.'

§ 5 *Diorem et Polyxenum Alios*] Id est, 'Elios.' Ita diserte optimus Danielis codex: 'alter et alios:' vulgo, 'aliosque,' utrumque male. Alius pro Elius Dorice: ut sæpe Captivis Plauti, quod item antea corruptum, restitutumque a viris doctis. In libris Græcis sæpe invenias πλείους corruptum pro Ἠλείους: quod notarunt et emendarunt eruditi. Mansit adhuc in Polybio lib. IV. ἔπεισαν δὲ καὶ τοὺς πλείους οἱ περὶ τὸν Μαχάταν παραπλήσια λέγοντες, ὥσπερ καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. Ubi legendum

Ἠλείους.

Pylæmenem] Ita recte libri, non 'Philemonem.' Mox ex iisdem scripsi, 'a Phineo Agenoris.' Sequitur alios auctores, ut dixi supra; nam plerique Phineum Beli dicunt, non Agenoris. In iisdem est 'Olizonem,' ut et infra IV. Apollodorus Bateam Teucri filiam jungit Dardano, e qua Erichthonius.

§ 6 *Clam atque ex occulto vulneratus*] Ita recte libri: antea edebant, 'extincti laniatique,' ineptissime.

§ 7 *Arsacum cum Deiopite*] Libri, 'Arsacum Deiopitheo.' Scribe, 'Arsacum, Deiopiteu.' At horum Priami filiorum mentio nulla in Homero, præterquam Dorycli, Il. Λ. et Hippothoi, Il. Ω. Apollodoro nominantur Δηϊόπτης, Ἀρχέμαχος, Φιλαίμων, Μήλιος, Δόρυκλος, Ἱππόθοος, Ἱπποδάμας. Ut videatur scribendum: 'Arsacum, Deiopiten, Archemachum, Laedocum, et Philemonem:' item, 'Melium, Astyochum, Doryclum, Hippothoum, Hippodamanta.' Δηϊοπίτην etiam habes in Il. Λ. occisum ab Ulysse: Mulium. Il. Π. occisum a Patroclo, et alium Mulium, lib. Υ. ab Achille.

§ 8 *Gorgithione*] Ita recte libri, non 'Gorgathione,' ut vulgo. Gorgithion filius Priami nothus. Il. Θ. Apollodorus.

Neque fortuna belli mutatur] Scripserat, 'nutat.'

§ 10 *Crissæorum*] Ita scribendum, non, ut in manuscriptis, 'tres eorum.' Schedius Phocenses ducebat, in quorum regione Crissa: Κρῖσσάν τε ζαθέην.

Alter Echinadibus imperator] Hæc addidimus e libris.

§ 14 *Fœde et vice imbellium*] Ita libri; optime.

Et cum Hippothoo Pyleus] Totum hunc locum corruptissimum e libris restituimus.

Isus et Evander, Priamidæ] Isus nothus Priami. Il. Λ. Evandri meminit Apollod. III.

Guneus rex Cyphius] Ita scribendum: libri, 'Cyneus rex Scyphus.' At quam male vulgo, 'Cæneus rex Scythiæ.' Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε.

§ 15 *Qua maxime visi poterat*] Recte ita in Petaviano. Danielis 'vi.' Vulgo, 'videri.' Visere antiquis idem quod videre. Lucretius: 'Visitque exortum lumina solis.' Tacit. Ann. 3. 'Sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso quod imagines eorum non visebantur.' Apuleius Apologia: 'Cum in eo visitur imago mire relata.' Infra IV. 'Omnia circum Trojam et ultra quæ visi poterant.' Ubi etiam rescripserant, 'qua visui patebant.'

§ 21 *Non tu mihi caussa*] Ex Il. Γ. Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν, Οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν.

§ 24 *Consiliatum*] Non mihi fuit religio recipere hanc dictionem in utroque manuscripto inventam; non magis quam viris doctis in Cæs. I. de B. Civ. 'multumque cum suis consiliandi causa secreto præter consuetudinem colloqueretur.' Item, 'Hæc consiliantibus eis nuntiatur æquatores ab equitatu premi nostro.' Et inde olim a consulendo consul; a consiliando 'consiliarius;' quod verbum habes apud Suetonium et alios posteriores; item consiliaris apud Paulum J. C. v. de offic. assessor.

§ 25 *Namque execrati facinus ejus*] Hom. Il. Γ. Ἦ δεῦρο μὲν ἕποντο νέεσσ' ἐνὶ ποντοπόροισι, Νῦν δ' αὖτ' οὐκ ἐθέλουσι μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν, Αἴσχεα δειδιότες καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἅ μοι ἐστίν;

LIB. IV.

§ 1 *Præclara pudicitia*] Ita disertim uterque Ms. Opponit pudicitiam Hectoris libidini Alexandri: quæ sane, ut in omnibus viris laudanda, ita in principibus maxime conspicua, eoque magis, quo rarior. Hectoris sane antiquitas nullos amores novit, ne-

que aliam sobolem quam ex Andromacha.

Per dies decem] Homerus, undecim: apud quem Achilles, Σχήσω γὰρ τόσσον πόλεμον χρόνον ὅσσον ἄνωγας. Ut hic, 'bellandi requies.' Sed sic solet bellum pro prœlio, ut diximus supra.

§ 3 *Placitumque*] Ut videatur scribendum, 'actumque,' hoc est, deliberatum; nondum enim id decretum erat, donec Diomedes rogatis ducum sententiis id fieri curavit.

§ 4 *Camirum et Ialysum*] Edebatur perverse 'Galisam:' libri, 'Calysum.' Scripsi 'Ialysum.' Homerus: Λίνδον, Ἰήλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

An cupidine] Ita diserte libri: quod inepti et imperiti correctores mutaverant, rescripserantque 'dein cupidine.'

§ 7 *Areius et Echemon*] 'Areius' est in utreque Ms. non Attreus: recte: in Apollodoro ita scripserim, non Ἄῤῥητος: at pro vulgato 'Echion' Danielis liber habuit 'Archemmon;' Petavianus, 'Echemmon:' e quo feci, 'Echemon:' qui notus Hom. Il. E. Ἐχήμονά τε Χρόμιόν τε. Et memoratus eidem Apollodoro.

Dryops, Bias, et Corython] Vulgo editum fuit, 'Drapsis bias et Corintha:' Mss. 'Dyraspia et Chorithon.' Dryops et Bias recensiti Apollodoro. Corythonem nusquam invenio: credoque rescribendum, 'Gorgithion:' nec me movet quod eum supra dicit occisum; nam et hic Philenorem nominat, quem necatum dixit l. III. et Antiphum, cujus cædem retulit l. II. Ilioneum etiam non inveni, nisi in Apollodoro scribendum sit Ἰλιονεὺς, pro Ἰδομενεύς. Telestes in eodem est, et Glaucus, et Agathon, quem etiam Homerus agnoscit, Il. Ω. ubi et Agavus. Thyestes nusquam mihi repertus.

§ 8 *Eorum humandi veniam*] Dudum monui probam et antiquam esse hanc lectionem, quam uterque manuscriptus agnoscit. Imperiti addiderant 'corpora,' ne solœcismum paterentur, scilicet. Plautus Captivis: 'Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia.' Tullius v. Philip. 'Agitur utrum M. Antonio facultas detur opprimendæ Reip. cædis faciendæ bonorum, diripiendæ urbis, agrorum suis latronibus condonandi.' Varr. II. de re rustica: 'sive enim aliquod fuit principium generandi animalium.' Gellius XVI. 8. 'Fecisse videtur eum librum sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia.'

§ 9 *Lycaon et Troilus Priamidæ*] Troilus satis notus. Lycaonis meminit Hom. Il. Υ. et Φ.

Ætatem ejus admodum immaturam] Quia legit in Virgilio: 'Infelix puer, atque impar congressus Achilli.' At Priamus, Il. Ω. ejus meminit tanquam fortissimi.

§ 12 *Nastes*] Libri, 'Rastes.' Vulgo, 'Jastes.' Homerus: Νάστης Ἀμφίμαχός τε, Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.

§ 18 *Helenum Priami*] Tzetzes in Lycophronem: Ἑλένου δὲ τοῦ Πριάμου παιδὸς μάντεως ὄντος, καὶ ἢ μόνου αὐτομολήσαντος τοῖς Ἕλλησι, καθά φησιν Ὀρφεύς τε καὶ Τρυφιόδωρος, ἢ, ὥς φησι Σοφοκλῆς, ἐνεδρευθέντος καὶ κατασχεθέντος ὑπ' Ὀδυσσέως.

§ 19 *Sinistram manum*] Tzetzes eodem loco: Φιλοκτήτης ἀντιστάντα αὐτῷ τὸν Ἀλέξανδρον πρὸς τοξείαν τοξεύσας, πρῶτον μὲν κατὰ τὴν λαιὰν χεῖρα, εἶτα τὸν δεξιὸν αὐτοῦ ἐκβαλὼν ὀφθαλμὸν, καὶ τρίτον τοὺς πόδας βαλὼν ἀνεῖλεν.

§ 21 *Per mærorem deficiente animo*] Hic locus indicat alium esse nostrum Dictym ab eo quem Græci habuere. Tzetzes in Lycophronem: τελευτήσαντος δ' ἐκείνου καὶ ἑαυτὴν συνανῃρεῖ, ἢ, κατὰ τὸν Κόϊντον, ἑαυτὴν ἐμβαλοῦσα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου πυρὰν, ἢ, κατὰ τὸν Δίκτυν, βρόχοις ἀπαχθεῖσα.

§ 22 *Pleionam quippe*] Constat sibi noster, secutus eosdem auctores quos L. I. et III. Contra plerique veterum

Pleionam Oceani filiam faciunt, uxorem Dardani Bateam Teucri filiam, non Olizonam Phinei. 'Hesionam' hoc loco libri scripti habent, non Pleionam, ut dixi supra.

Olizonæ Phinei] Libri, 'obzone:' dixit supra III. Deest vero particula. 'quæ,' quæ Ericthonium ei dederit.

Cleomestra] Ita libri nostri. Apollodoro est Cleopatra, cujus seriem non exsequitur tamen.

Hicetaonem] Hom. Il. Γ. Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, ἠδὲ Θυμοίτην, Λάμπον τε, Κλυτίον θ', Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος, Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ. Latet hoc nomen in mendo apud Apuleium de Deo Socratis: 'non secus etiam in Trojano exercitu quum divinatione res indigent, tacet ille sapiens senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hector, vel Lampo, vel Clytius, sed omnes silentio auscultant vel ingrata auguria Heleni, vel incredita vaticinia Cassandræ.' Quid Hectori cum Senatu? qui certe manu, sed non inter τοὺς Trojæ δημογέροντας. Libri optimi quos olim contuli habent uno consensu omnes, 'vel hic etiam, vel Lampo, vel Clytius:' nec dubito quin ii quos viri docti viderunt, et ex iis infinitas mendas correxerunt, eandem lectionem habuerint, sed ab iis aut minus animadversam, aut insuper habitam. At ea indicat legendum, 'vel Hicetaon.' Lampo illi est qui Homero Lampus: et certe Apollodoro est Λάμπων.

Bucolionem] Et hunc agnoscit Apollodorus. Homerus: Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος, Πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

Et Æsyete] Locus singularis de genere Antenoris; quem certe dolendum fuit corruptissimum vulgari: 'Rursusque ex Cleomestra et Soëte se genitum.' Scripsi, 'et Æsyete:' quem sane veteres Antenoris patrem memorant. Eustathius ad illud Iliad. B. Τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος· Ὁ δ' Αἰσυήτης δημογέρων ἀρχαῖος, παρώνυμος ἴσως τῷ ἐν τοῖς ἑξῆς που αἰσυητῆρι νεανίᾳ, Ἀντήνορός φασι πατὴρ καὶ Οὐκαλέγοντος.

LIB. V.

§ 2 *En unquam*] Ita scripsi, cum in vulgatis esset, 'quando;' in Mss. 'nunquam.' Terentius: 'En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?' Et alii sæpe, ut notavimus ad Nonium.

§ 5 *Corithus atque Idæus*] Ita scripsi e libris. Tzetzes in Lycophronem: Ἐκ δ' Ἀλεξάνδρου οἱ πλείονές φασι τέσσαρας τετοκέναι, Βούνικον, Κόρυθον, Ἀγαυὸν, καὶ Ἰδαῖον.

Exertius disserturum] Omnino ita scribendum: nam quod vulgo edebatur, 'exercitum deserturum,' prorsus absurdum est; nec melius in Danielis libro, 'exterius diserturum:' at in Petaviano, 'exercius dissertutum.' At paullo post diserte Danielis liber habet, 'quæ adversum eos pro patria exertius disseruisset.' Exerte, pro audacter, confidenter, cum altercatione; elegantia hujus sæculi.

§ 8 *Theano*] Ita scribendum cum libris, non 'Theanæ.' Theano sacerdos Minervæ Iliensis. Hom. Il. Z. Τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν. Sed eam Homerus ubique Antenoris uxorem facit. 'Precibus vi mixtis,' recte in libro Danielis.

§ 10 *Legatos viros*] Ita libri, optime; ut mulier meretrix, mulier præfica, et supra, senecta ætas.

§ 12 *Incensis omnium tabernaculis*] Ita recte libri: notus militiæ mos, incendere tabernacula discessuros milites. Homerus in eadem re, Od. Θ. Βάντες ἀπέπλειον πῦρ ἐν κλισίῃσι βαλόντες.

Multo vino atque somno] Virgilius: 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.'

Ad aram Jovis ante ædificiale] Sic li-

bri: 'ædificiale' pro ædificio, sive regia Priami, elegantia hujus sæculi. Aras ante fores domuum Græci habuere, ut notum ex Comicis. Helladius apud Photium: τὸν Λοξίαν γὰρ προσεκύνουν, ᾧ πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύοντο, καὶ πάλιν βωμὸν παρ' αὐτῷ στρογγύλον ποιοῦντες, καὶ μυῤῥίναις στέφοντες.

Atque inultos] Sic scribendum, non 'multos.' Ita sæpe veteres scriptores, qui fere semper in ea voce corrupti. Sallustius: 'Dedecores inultique terga ab hostibus cædebantur.'

Menelaus Deiphobum] Homerus Odyss. Θ. Virg. Æn. VI.

§ 15 *Clam Ismarum aufugit*] Ita recte libri. Homerus: Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν Ἰσμάρῳ.

LIB. VI.

§ 1 *Charadibus scopulis*] Lycophron: Διπλῶν μεταξὺ Χοιράδων σπαρούμενον.

§ 2 *Præterea addidere*] Scripserim, 'addere.'

Œneum multimodis afflictari] Ita scribendum: vulgo, 'eo nomine.' Œneus Tydei pater, avus Diomedis, rex Calydonis in Ætolia. *Multimodis* libri, ut supra, et sæpe in Lucretio et Apuleio.

§ 4 *Virile ac muliebre sexu*] Ita libri: habet a Sallust. II. 'At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria concurrentium undique virile ac muliebre sexu.'

CASPARIS BARTHII NOTÆ.

EX ADVERSS. XIV. 13.

Septimius Romanus, qui Dictyn de Bello Trojano loqui Latine fecit, Romanus sane scriptor est, nec refrager doctis, qui Q. Arcadio Ruffino nuncupasse conjectant ævo Theodosiano, aut præter propter. (L. lvii. 20.) De eo scriptore ita judicare possumus: videtur vir quispiam priscæ eloquentiæ; inclinantibus jam rebus Romanis cum cerneret multa diversis modis de bello illo famosissimo differri, statuisse ei confusioni medicinam facere, et omnem historiæ seriem, instar certæ narrationis, libellis complecti. Usus autem videtur titulo Dictys, ne flaccesceret autoritas. Eum autem librum postea in suam linguam Græculi videntur transduxisse, inscriptione ejusdem tituli et fabula addita, talem librum eum terræmotu patefacto sepulcro inventum, et Claudio Cæsari traditum, ejus jussu fuisse traductum. Eam fabulam recenset Suidas ex alio quopiam auctore. *Δίκτυς· ἐπὶ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεῳχθέντων, εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδωκε γράφεσθαι.* Apud Græcos quidem Dictyn extitisse auctores sunt ambo Tzetzæ, Joannes et Isacius, ut notat etiam doctissimus vir Jacobus Nicolaus Loënsis iv. Miscellan. 20. Daretis quidem Phrygii Iliadem ad sua tempora servatam fuisse scribit Ælianus xi. variæ Historiæ. Sed illa nihil ad Septimium, qui scriptor est Latinus, licet miris modis ab exscriptoribus variis seculis mutatus et interpolatus.

LIB. I.

§ 1 *Atreus namque ex Minoë postrema sua ordinans*] 'Postrema' ultimam voluntatem morituri jam hominis designant. Est namque talis sanctio postremum judicium hominis, ut appellatur a Diocletiano et Maximiano Impp. Leg. 2. Cod. Justin. qui testamenta facere possunt.

Quæ eo tempore Nestori denupta erat] 'Denupta' pulcrius ab eodem mulier dicitur, quam cum vulgo 'nupta.'

§ 4 *Regem ira atque indignatione stupefactum consilio excidisse*] Obstupefieri homines subitis casibus atque eventibus videmus, quales pulcre mente et corpore 'consilioque cecidisse' et excidisse ait idem elegantissimus auctor, l. i. 'Ast ubi animadvertit Palamedes, regem,' &c. iv. 'Sed fertur Œnonem viso Alexandri cadavere adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret, ac paulatim per mœrorem deficiente animo concideret.' v. 'Helenus, recordatus parentem Priamum residuosque fratres, fletum edit miserabilem, consternatusque per dolorem, atque obstupefactus, ruit.' Non poterat melius vel summus scriptor, et collatione talium facile apparet Latinum auctorem esse, quem cum summa animi voluptate legimus. Advers. lvii. 20.

§ 5 *Tum namque properatione navigii inconsulte usi ventis ad Cyprum appu-*

lere] Legendum arbitrer: 'Dum namque propera itione navigii inconsulte usi ventis, Cyprum appulere.' Advers. XXIV. 10.

Sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus] 'Delapsum' Alexandrum navigio, hoc est, prosperis ventis devectum, elegantissime etiam dixit libro eodem primo: 'tum namque properatione navigii inconsulte usi ventis, ad Cyprum appulere. Unde sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus, Sidoniorum regem, qui eum amice susceperat, noctu insidiis necat.' Quæ verba et superius prolata non carent suspicione apud nos maculæ. Quamquam scelere domus Menelai spoliatæ onusta navi properasse contra ventos etiam dicat Alexandrum, ne a persecuturis apprehenderetur. Est autem τὸ 'delapsus' Poëticum. Virg. X. Æn. 'Labitur alta secans fluctuque æstuque secundo.' Tamen aliquid mendosum est iis verbis, ut memoravimus.

Eademque qua apud Lacedæmoniam cupiditate] 'Lacedæmonia' est urbs ipsa Sparta, quomodo nescio an ullus Latinus Scriptor usurparit.

Universam domum ejus in scelus proprium convertit] 'Verti in scelus' dicitur quicquid vi contra fas et æquitatem patratur.

Cum obstinate hi regis necem defenderent] 'Defendere,' est vindicare. Rex autem erat jam insidiis Alexandri interemptus.

§ 6 *Ut taciti vultu tamen admissum facinus condemnarent*] Mos est hominum, cum rem quampiam minus probant, vultum contrahere, et eo eam velut aversari. Id 'vultu condemnare' pulcre dixit. Sic Auctor Moreti idem alludit: 'Sæpe viri nareis acer jaculatur apertas Spiritus, et simo damnat sua prandia vultu.' Advers. LVII. 20.'

§ 7 *Cum partim exemplo facinoris execraretur*] 'Exemplum' memini ab auctoribus dici dignam rem imitatione et laude perpetua. Claudianus de fratribus Catanæis: 'Ipse redundantem frenavit Mulciber Ætnam, Læderet exempli ne monumenta pii.' In veteri epitaphio: 'Exemplum periit, castæ lugete puellæ.' Dixi de bona, capitur autem et in malam partem. Ut 'exemplum unicum malitiæ' est apud Appuleium pag. 381. Sic 'gulæ exemplum' Apicium vocat Scholiastes priscus in Juvenalem. Ita 'exemplum facinoris' *facinus ipsum pessimum* Septimio *l. I. de Bello* Trojano. Advers. XXXV. 14.

Qui lingua moribusque barbari, nihil pensi, &c.] De Trojanis quod ait, præcipue autem de regulis, ut vocat Priami filios, longe aliter se eam rem habere persuadebitur qui Dionis Chrysostomi orationem Troicam leget. Quo sane libro mirum est nisi veritas totius belli Trojani aut nunquam gesti, aut magno Græcorum dedecore, aperitur, in pudorem omnino figmentorum levissimæ nationis. Advers. LVII. 20.

§ 14 *Hic in primis adolescentiæ annis, procerus, decora facie, studio rerum bellicarum, omnes jam tum virtute et gloria superabat*] Non audio virum doctum hæc mendi suspicientem; potius nos Sallustianum loquendi modum agnoscimus, ut jam sententia velut plena adjiciantur tamen alia, quæ rem ipsam penitius concernant. Sic hoc loco sufficere poterat dici Achillem proceritate, venustate formæ, et studio rerum bellicarum omnes superasse; ille vero etiam virtutem et gloriam adjecit. Observare poteris apud Sallustium, nec non uno atque altero loco Thucydidem.

Neque tamen aberat ab eo vis quædam inconsulta, et effera morum impatientia] Ex Homero adumbravit hæc omnia Septimius; et de eodem Achille Horatius notandorum morum summus artifex: 'Aut famam sequere aut sibi convenientia finge. Scriptor honora-

tum si forte reponis Achillem, Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.' Quod ad formam Achillis attinet, eandem pulcre nobis repræsentavit Isacius Porphyrogenitus, a summo viro Jano Rutgersio editus: ὁ 'Αχιλλεὺς, ait, εὔστηθος, μέγας τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, μακρόσκελος, πανὸς, ξανθὸς, εὐπρόσωπος, οἰνοπαὴς, (legam οἰνοβαρὴς,) γοργοὺς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, πολύθριξ, μακρόῤῥιν, τοὺς πόδας ὀξὺς, καὶ τοῖς ἅλμασι δόκιμος, δεινὸς πολεμιστὴς, εὐχαρὴς, φιλήδονος, μεγαλόψυχος, καὶ καλλίφωνος, &c. Morum autem impatientia illud 'iracundus' Horatianum designat. Sic contra 'patientes' pro probis et simplicibus quodammodo ponit lib. II. auctor idem hic noster. 'Eam seniores lamentationem immodicam cum lacrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebantur, tanquam injuriæ ejus patientes, annuere.' Tamen eo loco idem potius quod 'compatientes' designat hoc verbum. Advers. LVII. 7.

Vicaria morte conjugis fata propria protulerat] 'Vicariam mortem' eleganter Alcestidis vocat, quæ vice mariti occidit. 'Cujus pater Admetus quondam vicaria morte conjugis fata propria protulerat.' Ita legendum, cum inepte alioqui edatur, 'pertulerat.' Sic libro eodem, 'nec leniri, priusquam auctor tanti sceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolasset.' Sic 'vicarium munus' l. II. 'Nec quicquam deprecari amplius, modo in locum ejus Hippodamiam, quæ cum Achille degeret vicarium munus amissi honoris, acciperet.'

Comes Herculis post discessum ejus] 'Discessum' pro morte usurpatum, cui similia ex Festo, Vitruvio, Ammiano, aliis, alibi notavimus. Advers. XXVII. 10.

§ 15 *Porcum marem in forum medium afferri jubet, &c.*] Ritum concipiendi sacramenti sive juramenti et conjurationis in hostilitatem alicujus sanctum et inviolabilem indicat. Quod legenti mihi sane mirari subit hominum securitatem, qui tantum exercitum Græcorum ad muros Ilii admissum a dominatore illo Asiæ fingere sunt ausi. Tantus rex, tot populorum Imperator, tot Heroum pater, non potuit aditus regni sui munire, ne urbs imperii caput obsideretur a principibus angulum unum tenentibus Europæ, minime cum ipso omnibus unico comparandis. Porro morem istum vovendi inimicitias irrefutabiles nescio an supra etiam notarim: certe observatione est dignissimus, et mentio ejus est infra apud nostrum etiam l. II. et V. Execratur autem in populo Dei eandem hanc ceremoniam Hieremias Propheta XXXIV. qua se utique addixerant gentilium superstitioni, interpositis diris adjurationibus. Verba Prophetæ sunt: 'Et dabo viros qui prævaricantur fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus, Principes Judæ et Principes Hierusalem, Eunuchi et Sacerdotes, et omnis populus terræ, qui transierunt inter divisiones vituli, dabo eos in manus inimicorum suorum, et erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli.'

Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere] Scitum est quod ait, Deos sibi Martem et Concordiam velut hospitio conjunxisse Græcos principes, quod 'adhospitasse' dixisse priscos exinde apparet. Ut videlicet cum eis manerent duo ista numina, et inter eos habitarent. Non occurrit nunc adhospitationis hujus mentio in alio quopiam auctore. Advers. LVII. 7.

§ 16 *Ita consensu omnium secundo rumore, &c.*] 'Secundo rumore' valet auspicato. Virg. Æn. VIII. 'Ergo iter inceptum celerant rumore se-

mis, qui vicini Lyciæ, et quos sæpe pugnasse cum Lyciis Homerus refert. Nastes et Amphimachus Cares Homero.

Genitore Pylæmene] Ita scribendum ex Homero. Vulgo, 'Telameneo:' librorum unus, 'Talimeno.'

Glaucus Hippolochi] Et hæc pessime edebantur, quæ nos secuti vestigia scripturæ veteris restituimus. Quod ait Glaucum adscitum a Sarpedone quasi inferiorem, cave credas: nam Glaucus Hippolochi filius, Bellerophontis nepos, amitinus Sarpedonis, cui mater Laodamia soror Hippolochi: Hom. Il. Z.

Chromis Midonis] Ita scribendum, vel 'Chromius.' Utrumque habes apud Homerum: vulgo, 'Pronius Midionis:' libri, 'Prominus Midones ex Mœsia. Purechmus Aunii pœonius:' e quo feci, 'Pyræchmes Axii.' Credidit apud Homerum ἀπ' Ἀξίου esse filium Axii.

Ex Adrestina] Ita libri: vulgo, 'Agrestina:' scribe, 'Adrestia.' Homerus: Οἱ δ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον.

Asius Hyrtaci Sesto] Ita scribendum, non 'Asius Hyrtacus:' libri, 'Asius Hyrtacis esto.' Homerus: Ἄσιος Ὑρτακίδης, apud quem et alius Asius Dymantis filius, Hecubæ frater. Il. Π. Ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο, Αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος, Ὃς Φρυγίην ναίεσκε ῥοῇς ἐπὶ Σαγγαρίοιο.

§ 37 *Avidus ignara noscendi*] Ita libri, recte. Sallust. Jug. 'More humanæ cupidinis ignara visendi.' Item, 'mare magnum et ignara lingua commercium prohibebant.' Item, 'plerosque velocitas et regio hostibus ignara tuta sunt.' Virgilius: 'ignarum Laurens habet ora Mimanta.'

§ 39 *Armis atque animis*] Vox 'animis' deest in manuscriptis. Et sane non iidem animi Paridi, qui coactus a fratribus redibat ad pugnam pudore potius quam ferocia. Scribe 'paratos armis æque:' hoc est, paribus armis instructos; quod sane justo duello necessarium.

§ 42 *Atque audendi auctor*] Virg. Æn. XII. 'Auctor ego audendi.'

§ 43 *Glaucus Hippolochi*] Ita recte libri, ut distinguat a Glauco Antenoris, de quo infra. Iidem recte, 'Asteropæus,' non 'Steropus.' Et hic Lycius, quem una cum Sarpedone et Glauco Homerus præficit quintæ turmæ auxiliarium. Il. Λ.

Pammon, Mestor] Ita scribendum. Vulgo, 'ac modo Nestor.' *Libri*, 'Ammon Nestorque.' Priamo filios quinquaginta assignavit antiquitas: in iis Antiphum. Hom. Il. Δ. et Λ. Politem, Il. B. N. et Ω. ubi et Pammonis et Mestoris mentio: Πάμμονά τ', Ἀντίφονόν τε, βοὴν ἀγαθόν τε Πολίτην. Et mox: Μήστορά τ' ἀντίθεον, καὶ Τρώϊλον ἱππιοχάρμην.

§ 45 *Rhesus Eione genitus*] Ita scripsi, secutus Hom. Il. K. Ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεὺς, παῖς Ἠϊονῆος. At vulgo ediderant, 'Rhesus de Eioneo genitus:' libri, 'Rhesus sisione genitus.'

LIB. III.

§ 2 *Achilles ausus visere*] Vulgo, 'volens visere:' Ms. 'adveniens visere:' omnino scribendum, 'avens visere:' itaque editum volueram.

§ 4 *Pyræchmem regem Pæonum*] Pessime antea, 'Ciconum.' Libri, 'Pæanium.'

§ 5 *Diorem et Polyxenum Alios*] Id est, 'Elios.' Ita diserte optimus Danielis codex: 'alter et alios:' vulgo, 'aliosque,' utrumque male. *Alius* pro Elius Dorice: ut sæpe Captivis Plauti, quod item antea corruptum, restitutumque a viris doctis. In libris Græcis sæpe invenias πλείους corruptum pro Ἠλείους: quod notarunt et emendarunt eruditi. Mansit adhuc in Polybio lib. IV. ἔπεισαν δὲ καὶ τοὺς πλείους οἱ περὶ τὸν Μαχάταν παραπλήσια λέγοντες, ὥσπερ καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. Ubi legendum

Ἠλείους.

Pylamenem] Ita recte libri, non 'Philemonem.' Mox ex iisdem scripsi, 'a Phineo Agenoris.' Sequitur alios auctores, ut dixi supra; nam plerique Phineum Beli dicunt, non Agenoris. In iisdem est 'Olizonem,' ut et infra IV. Apollodorus Bateam Teucri filiam jungit Dardano, e qua Erichthonius.

§ 6 *Clam atque ex occulto vulneratus*] Ita recte libri: antea edebant, 'extincti laniatique,' ineptissime.

§ 7 *Arsacum cum Deiopite*] Libri, 'Arsacum Deiopitheo.' Scribe, 'Arsacum, Deiopiteu.' At horum Priami filiorum mentio nulla in Homero, præterquam Dorycli, Il. Λ. et Hippothoi, Il. Ω. Apollodoro nominantur Δηϊόπτης, Ἀρχέμαχος, Φιλαίμων, Μήλιος, Δόρυκλος, Ἱππόθοος, Ἱπποδάμας. Ut videatur scribendum: 'Arsacum, Deiopiten, Archemachum, Laodocum, et Philemonem:' item, 'Melium, Astyochum, Doryclum, Hippothoum, Hippodamanta.' Δηιοπίτην etiam habes in Il. Λ. occisum ab Ulysse: Mulium. Il. Π. occisum a Patroclo, et alium Mulium, lib. Υ. ab Achille.

§ 8 *Gorgithione*] Ita recte libri, non 'Gorgathione,' ut vulgo. Gorgithion filius Priami nothus. Il. Θ. Apollodorus.

Neque fortuna belli mutatur] Scripserat, 'nutat.'

§ 10 *Crissæorum*] Ita scribendum, non, ut in manuscriptis, 'tres eorum.' Schedius Phoceuses ducebat, in quorum regione Crissa: Κρίσσαν τε ζαθέην.

Alter Echinadibus imperator] Hæc addidimus e libris.

§ 14 *Fœde et vice imbellium*] Ita libri; optime.

Et cum Hippothoo Pyleus] Totum hunc locum corruptissimum e libris restituimus.

Isus et Evander, Priamidæ] Isus nothus Priami. Il. Λ. Evandri meminit Apollod. III.

Guneus rex Cyphius] Ita scribendum: libri, 'Cyneus rex Scyphus.' At quam male vulgo, 'Cæneus rex Scythiæ.' Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε.

§ 15 *Qua maxime visi poterat*] Recte ita in Petaviano. Danielis 'vi.' Vulgo, 'videri.' Visere antiquis idem quod videre. Lucretius: 'Visitque exortum lumina solis.' Tacit. Ann. 3. 'Sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso quod imagines eorum non visebantur.' Apuleius Apologia: 'Cum in eo visitur imago mire relata.' Infra IV. 'Omnia circum Trojam et ultra quæ visi poterant.' Ubi etiam rescripserant, 'qua visui patebant.'

§ 21 *Non tu mihi causa*] Ex Il. Γ. Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσὶ, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν, Οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν.

§ 24 *Consiliatum*] Non mihi fuit religio recipere hanc dictionem in utroque manuscripto inventam; non magis quam viris doctis in Cæs. I. de B. Civ. 'multumque cum suis consiliandi causa secreto præter consuetudinem colloqueretur.' Item, 'Hæc consiliantibus eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.' Et inde olim a consulendo consul; a consiliando 'consiliarius;' quod verbum habes apud Suetonium et alios posteriores; item consiliaris apud Paulum J. C. v. de offic. assessor.

§ 25 *Namque execrati facinus ejus*] Hom. Il. Γ. Ἢ δεῦρο μὲν ἕποντο νέεσσ' ἐνὶ ποντοπόροισι, Νῦν δ' αὐτ' οὐκ ἐθέλουσι μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν, Αἴσχεα δειδιότες καὶ ὀνείδεα πόλλ' ἅ μοι ἐστίν;

LIB. IV.

§ 1 *Præclara pudicitia*] Ita disertim uterque Ms. Opponit pudicitiam Hectoris libidini Alexandri: quæ sane, ut in omnibus viris laudanda, ita in principibus maxime conspicua, eoque magis, quo rarior. Hectoris sane antiquitas nullos amores novit, ne-

que aliam sobolem quam ex Andromacha.

Per dies decem] Homerus, undecim: apud quem Achilles, Σχήσω γὰρ τόσσον πόλεμον χρόνον ὅσσον ἄνωγας. Ut hic, 'bellandi requies.' Sed sic solet bellum pro prœlio, ut diximus supra.

§ 3 *Placitumque*] Ut videatur scribendum, 'actumque,' hoc est, deliberatum; nondum enim id decretum erat, donec Diomedes rogatis ducum sententiis id fieri curavit.

§ 4 *Camirum et Ialysum*] Edebatur perverse 'Galisam:' libri, 'Calysum.' Scripsi 'Ialysum.' Homerus: Λίνδον, Ἰήλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

An cupidine] Ita diserte libri: quod inepti et imperiti correctores mutaverant, rescripserantque 'dein cupidine.'

§ 7 *Areius et Echemon*] 'Areius' est in utreque Ms. non Attreus: recte: in Apollodoro ita scripserim, non Ἄῤῥητος: at pro vulgato 'Echion' Danielis liber habuit 'Archemmon;' Petavianus, 'Echemmon:' e quo feci, 'Echemon:' qui notus Hom. Il. E. Ἐχήμονά τε Χρόμιόν τε. Et memoratus eidem Apollodoro.

Dryops, Bias, et Corython] Vulgo editum fuit, 'Drapsis bias et Corintha:' Mss. 'Dyraspia et Chorithon.' Dryops et Bias recensiti Apollodoro. Corythonem nusquam invenio: credoque rescribendum, 'Gorgithion:' nec me movet quod eum supra dicit occisum; nam et hic Philenorem nominat, quem necatum dixit l. III. et Antiphum, cujus cædem retulit l. II. Ilioneum etiam non inveni, nisi in Apollodoro scribendum sit Ἰλιονεὺς, pro Ἰδομενεύς. Telestes in eodem est, et Glaucus, et Agathon, quem etiam Homerus agnoscit, Il. Ω. ubi et Agavus. Thyestes nusquam mihi repertus.

§ 8 *Eorum humandi veniam*] Dudum monui probam et antiquam esse hanc lectionem, quam uterque manuscriptus agnoscit. Imperiti addiderant 'corpora,' ne solœcismum pateretur, scilicet. Plautus Captivis: 'Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia.' Tullius v. Philip. 'Agitur utrum M. Antonio facultas detur opprimendæ Reip. cædis faciendæ bonorum, diripiendæ urbis, agrorum suis latronibus condonandi.' Varr. II. de re rustica: 'sive enim aliquod fuit principium generandi animalium.' Gellius XVI. 8. 'Fecisse videtur eum librum sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia.'

§ 9 *Lycaon et Troilus Priamidæ*] Troilus satis notus. Lycaonis meminit Hom. Il. Υ. et Φ.

Ætatem ejus admodum immaturam] Quia legit in Virgilio: 'Infelix puer, atque impar congressus Achilli.' At Priamus, Il. Ω. ejus meminit tanquam fortissimi.

§ 12 *Nastes*] Libri, 'Rastes.' Vulgo, 'Jastes.' Homerus: Νάστης Ἀμφίμαχός τε, Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.

§ 18 *Helenum Priami*] Tzetzes in Lycophronem: Ἑλένου δὲ τοῦ Πριάμου παιδὸς μάντεως ὄντος, καὶ ἢ μόνου αὐτομολήσαντος τοῖς Ἕλλησι, καθά φασιν Ὀρφεύς τε καὶ Τρυφιόδωρος, ἢ, ὡς φησι Σοφοκλῆς, ἐνεδρευθέντος καὶ κατασχεθέντος ὑπ' Ὀδυσσέως.

§ 19 *Sinistram manum*] Tzetzes eodem loco: Φιλοκτήτης ἀντιστάντα αὐτῷ τὸν Ἀλέξανδρον πρὸς τοξείαν τοξεύσας, πρῶτον μὲν κατὰ τὴν λαιὰν χεῖρα, εἶτα τὸν δεξιὸν αὐτοῦ ἐκβαλὼν ὀφθαλμὸν, καὶ τρίτον τοὺς πόδας βαλὼν ἀνεῖλεν.

§ 21 *Per mærorem deficiente animo*] Hic locus indicat alium esse nostrum Dictym ab eo quem Græci habuere. Tzetzes in Lycophronem: τελευτήσαντος δ' ἐκείνου καὶ ἑαυτὴν συνανῃρεῖ, ἢ, κατὰ τὸν Κόϊντον, ἑαυτὴν ἐμβαλοῦσα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου πυρὰν, ἢ, κατὰ τὸν Δίκτυν, βρόχοις ἀπαχθεῖσα.

§ 22 *Pleionem quippe*] Constat sibi noster, secutus eosdem auctores quos L. I. et III. Contra plerique veterum

Pleionam Oceani filiam faciunt, uxorem Dardani Bateam Teucri filiam, non Olizonam Phinei. 'Hesionam' hoc loco libri scripti habent, non Pleionam, ut dixi supra.

Olizonæ Phinei] Libri, 'obzone:' dixit supra III. Deest vero particula. 'quæ,' quæ Ericthonium ei dederit.

Cleomestra] Ita libri nostri. Apollodoro est Cleopatra, cujus seriem non exsequitur tamen.

Hicetaonem] Hom. Il. Γ. Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, ἠδὲ Θυμοίτην, Λάμπον τε, Κλυτίον θ', Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος, Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ. Latet hoc nomen in mendo apud Apuleium de Deo Socratis: 'non secus etiam in Trojano exercitu quum divinatione res indigent, tacet ille sapiens senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hector, vel Lampo, vel Clytius, sed omnes silentio auscultant vel ingrata auguria Heleni, vel incredita vaticinia Cassandræ.' Quid Hectori cum Senatu? qui certe manu, sed non inter τοὺς Trojæ δημογέροντας. Libri optimi quos olim contuli habent uno consensu omnes, 'vel hic etiam, vel Lampo, vel Clytias:' nec dubito quin ii quos viri docti viderunt, et ex iis infinitas mendas correxerunt, eandem lectionem habuerint, sed ab iis aut minus animadversam, aut insuper habitam. At ea indicat legendum, 'vel Hicetaon.' Lampo illi est qui Homero Lampus: et certe Apollodoro est Λάμπων.

Bucolionem] Et hunc agnoscit Apollodorus. Homerus: Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος, Πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

Et Æsyete] Locus singularis de genere Antenoris; quem certe dolendum fuit corruptissimum vulgari: 'Rursusque ex Cleomestra et Soëte se genitum.' Scripsi, 'et Æsyete:' quem sane veteres Antenoris patrem memorant. Eustathius ad illud Iliad. B. Τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος· Ὁ δ' Αἰσυήτης δημογέρων ἀρχαῖος, παρώνυμος ἴσως τῷ ἐν τοῖς ἑξῆς που αἰσυητῆρι νεανίᾳ, Ἀντήνορός φασι πατὴρ καὶ Οὐκαλέγοντος.

LIB. V.

§ 2 *En unquam*] Ita scripsi, cum in vulgatis esset, 'quando;' in Mss. 'nunquam.' Terentius: 'En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?' Et alii sæpe, ut notavimus ad Nonium.

§ 6 *Corithus atque Idæus*] Ita scripsi e libris. Tzetzes in Lycophronem: Ἐκ δ' Ἀλεξάνδρου οἱ πλείονές φασι τέσσαρας τετοκέναι, Βούνικον, Κόρυθον, Ἀγανὸν, καὶ Ἰδαῖον.

Exertius disserturum] Omnino ita scribendum: nam quod vulgo edebatur, 'exercitum deserturum,' prorsus absurdum est; nec melius in Danielis libro, 'exterius disserturum:' at in Petaviano, 'exercius dissertnrum.' At paullo post diserte Danielis liber habet, 'quæ adversum eos pro patria exertius disseruisset.' Exerte, pro audacter, confidenter, cum altercatione; elegantia hujus sæculi.

§ 8 *Theano*] Ita scribendum cum libris, non 'Theanæ.' Theano sacerdos Minervæ Iliensis. Hom. Il. Ζ. Τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν. Sed eam Homerus ubique Antenoris uxorem facit. 'Precibus vi mixtis,' recte in libro Danielis.

§ 10 *Legatos viros*] Ita libri, optime; ut mulier meretrix, mulier præfica, et supra, senecta ætas.

§ 12 *Incensis omnium tabernaculis*] Ita recte libri: notus militiæ mos, incendere tabernacula discessuros milites. Homerus in eadem re, Od. Θ. Βάντες ἀπέπλειον πῦρ ἐν κλισίῃσι βαλόντες.

Multo vino atque somno] Virgilius: 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.'

Ad aram Jovis ante ædificiale] Sic li-

bri: 'ædificiale' pro ædificio, sive regia Priami, elegantia hujus sæculi. Aras ante fores domuum Græci habuere, ut notum ex Comicis. Helladius apud Photium: τὸν Λοξίαν γὰρ προσεκύνουν, ᾧ πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύοντο, καὶ πάλιν βωμὸν παρ' αὐτῷ στρογγύλον ποιοῦντες, καὶ μυῤῥίναις στέφοντες.

Atque inultos] Sic scribendum, non 'multos.' Ita sæpe veteres scriptores, qui fere semper in ea voce corrupti. Sallustius: 'Dedecores inultique terga ab hostibus cædebantur.'

Menelaus Deiphobum] Homerus Odyss. Θ. Virg. Æn. VI.

§ 15 *Clam Ismarum aufugit*] Ita recte libri. Homerus: Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν Ἰσμάρῳ.

LIB. VI.

§ 1 *Chœradibus scopulis*] Lycophron: Διπλῶν μεταξὺ Χοιράδων σπαρούμενον.

§ 2 *Præterea addidere*] Scripserim, 'addere.'

Œneum multimodis afflictari] Ita scribendum: vulgo, 'eo nomine.' Œneus Tydei pater, avus Diomedis, rex Calydonis in Ætolia. *Multimodis* libri, ut supra, et sæpe in Lucretio et Apuleio.

§ 4 *Virile ac muliebre sexu*] Ita libri: habet a Sallust. II. 'At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria concurrentium undique virile ac muliebre sexu.'

CASPARIS BARTHII NOTÆ.

EX ADVERSS. XIV. 13.

SEPTIMIUS Romanus, qui Dictyn de Bello Trojano loqui Latine fecit, Romanus sane scriptor est, nec refrager doctis, qui Q. Arcadio Ruffino nuncupasse conjectant ævo Theodosiano, aut præter propter. (L. LVII. 20.) De eo scriptore ita judicare possumus: videtur vir quispiam priscæ eloquentiæ; inclinantibus jam rebus Romanis cum cerneret multa diversis modis de bello illo famosissimo differri, statuisse ei confusioni medicinam facere, et omnem historiæ seriem, instar certæ narrationis, libellis complecti. Usus autem videtur titulo Dictys, ne flaccesceret autoritas. Eum autem librum postea in suam linguam Græculi videntur transduxisse, inscriptione ejusdem tituli et fabula addita, talem librum eum terræmotu patefacto sepulcro inventum, et Claudio Cæsari traditum, ejus jussu fuisse traductum. Eam fabulam recenset Suidas ex alio quopiam auctore. *Δίκτυς· ἐπὶ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεῳχθέντων, εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδωκε γράφεσθαι.* Apud Græcos quidem Dictyn extitisse auctores sunt ambo Tzetzæ, Joannes et Isacius, ut notat etiam doctissimus vir Jacobus Nicolaus Loënsis IV. Miscellan. 20. Daretis quidem Phrygii Iliadem ad sua tempora servatam fuisse scribit Ælianus XI. variæ Historiæ. Sed illa nihil ad Septimium, qui scriptor est Latinus, licet miris modis ab exscriptoribus variis seculis mutatus et interpolatus.

LIB. I.

§ 1 *Atreus namque ex Minoë postrema sua ordinans*] 'Postrema' ultimam voluntatem morituri jam hominis designant. Est namque talis sanctio postremum judicium hominis, ut appellatur a Diocletiano et Maximiano Impp. Leg. 2. Cod. Justin. qui testamenta facere possunt.

Quæ eo tempore Nestori denupta erat] 'Denupta' pulcrius ab eodem mulier dicitur, quam cum vulgo 'nupta.'

§ 4 *Regem ira atque indignatione stupefactum consilio excidisse*] Obstupefieri homines subitis casibus atque eventibus videmus, quales pulcre mente et corpore 'consilioque cecidisse' et excidisse ait idem elegantissimus auctor, l. I. 'Ast ubi animadvertit Palamedes, regem,' &c. IV. 'Sed fertur Œnonem viso Alexandri cadavere adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret, ac paulatim per mœrorem deficiente animo concideret.' V. 'Helenus, recordatus parentem Priamum residuosque fratres, fletum edit miserabilem, consternatusque per dolorem, atque obstupefactus, ruit.' Non poterat melius vel summus scriptor, et collatione talium facile apparet Latinum auctorem esse, quem cum summa animi voluptate legimus. Advers. LVII. 20.

§ 5 *Tum namque properatione navigii inconsulte usi ventis ad Cyprum appu-*

lere] Legendum arbitrer: 'Dum namque propera itione navigii inconsulte usi ventis, Cyprum appulere.' Advers. XXIV. 10.

Sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus] 'Delapsum' Alexandrum navigio, hoc est, prosperis ventis devectum, elegantissime etiam dixit libro eodem primo: 'tum namque properatione navigii inconsulte usi ventis, ad Cyprum appulere. Unde sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus, Sidoniorum regem, qui eum amice susceperat, noctu insidiis necat.' Quæ verba et superius prolata non carent suspicione apud nos maculæ. Quamquam scelere domus Menelai spoliatæ onusta navi properasse contra ventos etiam dicat Alexandrum, ne a persecuturis apprehenderetur. Est autem τὸ 'delapsus' Poëticum. Virg. x. Æn. 'Labitur alta secans fluctuque æstuque secundo.' Tamen aliquid mendosum est iis verbis, ut memoravimus.

Eademque qua apud Lacedæmoniam cupiditate] 'Lacedæmonia' est urbs ipsa Sparta, quomodo nescio an ullus Latinus Scriptor usurparit.

Universam domum ejus in scelus proprium convertit] 'Verti in scelus' dicitur quicquid vi contra fas et æquitatem patratur.

Cum obstinate hi regis necem defenderent] 'Defendere,' est vindicare. Rex autem erat jam insidiis Alexandri interemptus.

§ 6 *Ut taciti vultu tamen admissum facinus condemnarent*] Mos est hominum, cum rem quampiam minus probant, vultum contrahere, et eo eam velut aversari. Id 'vultu condemnare' pulcre dixit. Sic Auctor Moreti idem alludit: 'Sæpe viri nareis acer jaculatur apertas Spiritus, et simo damnat sua prandia vultu.' Advers. LVII. 20.'

§ 7 *Cum partim exemplo facinoris execraretur*] 'Exemplum' memini ab auctoribus dici dignam rem imitatione et laude perpetua. Claudianus de fratribus Catanæis: 'Ipse redundantem frenavit Mulciber Ætnam, Læderet exempli ne monumenta pii.' In veteri epitaphio: 'Exemplum periit, castæ lugete puellæ.' Dixi de bona, capitur autem et in malam partem. Ut 'exemplum unicum malitiæ' est apud Appuleium pag. 381. Sic 'gulæ exemplum' Apicium vocat Scholiastes priscus in Juvenalem. Ita 'exemplum facinoris' facinus ipsum pessimum Septimio *l. I. de Bello* Trojano. Advers. XXXV. 14.

Qui lingua moribusque barbari, nihil pensi, &c.] De Trojanis quod ait, præcipue autem de regulis, ut vocat Priami filios, longe aliter se eam rem habere persuadebitur qui Dionis Chrysostomi orationem Troicam leget. Quo sane libro mirum est nisi veritas totius belli Trojani aut nunquam gesti, aut magno Græcorum dedecore, aperitur, in pudorem omnino figmentorum levissimæ nationis. Advers. LVII. 20.

§ 14 *Hic in primis adolescentiæ annis, procerus, decora facie, studio rerum bellicarum, omnes jam tum virtute et gloria superabat*] Non audio virum doctum hæc mendi suspicientem; potius nos Sallustianum loquendi modum agnoscimus, ut jam sententia velut plena adjiciantur tamen alia, quæ rem ipsam penitius concernant. Sic hoc loco sufficere poterat dici Achillem proceritate, venustate formæ, et studio rerum bellicarum omnes superasse; ille vero etiam virtutem et gloriam adjecit. Observare poteris apud Sallustium, nec non uno atque altero loco Thucydidem.

Neque tamen aberat ab eo vis quædam inconsulta, et effera morum impatientia] Ex Homero adumbravit hæc omnia Septimius; et de eodem Achille Horatius notandorum morum summus artifex: 'Aut famam sequere aut sibi convenientia finge. Scriptor honora-

tum si forte reponis Achillem, Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.' Quod ad formam Achillis attinet, eandem pulcre nobis repræsentavit Isacius Porphyrogenitus, a summo viro Jano Rutgersio editus: ὁ Ἀχιλλεὺς, ait, *εὔστηθος, μέγας τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, μακρόσκελος, πανὸς, ξανθὸς, εὐπρόσωπος, οἰνοπαὴς*, (legam *οἰνοβαρὴς*,) *γοργοὺς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, πολύθριξ, μακρόῤῥιν, τοὺς πόδας ὀξὺς, καὶ τοῖς ἅλμασι δόκιμος, δεινὸς πολεμιστὴς, εὐχαρὴς, φιλήδονος, μεγαλόψυχος, καὶ καλλίφωνες*, &c. Morum autem impatientia illud 'iracundus' Horatianum designat. Sic contra 'patientes' pro probis et simplicibus quodammodo ponit lib. II. auctor idem hic noster. 'Eam seniores lamentationem immodicam cum lacrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebantur, tanquam injuriæ ejus patientes, annuere.' Tamen eo loco idem potius quod 'compatientes' designat hoc verbum. Advers. LVII. 7.

Vicaria morte conjugis fata propria protulerat] 'Vicariam mortem' eleganter Alcestidis vocat, quæ vice mariti occidit. 'Cujus pater Admetus quondam vicaria morte conjugis fata propria protulerat.' Ita legendum, cum inepte alioqui edatur, 'pertulerat.' Sic libro eodem, 'nec leniri, priusquam auctor tanti sceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolasset.' Sic 'vicarium munus' l. II. 'Nec quicquam deprecari amplius, modo in locum ejus Hippodamiam, quæ cum Achille degeret vicarium munus amissi honoris, acciperet.'

Comes Herculis post discessum ejus] 'Discessum' pro morte usurpatum, cui similia ex Festo, Vitruvio, Ammiano, aliis, alibi notavimus. Advers. XXVII. 10.

§ 15 *Porcum marem in forum medium afferri jubet, &c.*] Ritum concipiendi sacramenti sive juramenti et conjurationis in hostilitatem alicujus sanctum et inviolabilem indicat. Quod legenti mihi sane mirari subit hominum securitatem, qui tantum exercitum Græcorum ad muros Ilii admissum a dominatore illo Asiæ fingere sunt ausi. Tantus rex, tot populorum Imperator, tot Heroum pater, non potuit aditus regni sui munire, ne urbs imperii caput obsideretur a principibus angulum unum tenentibus Europæ, minime cum ipse omnibus unico comparandis. Porro morem istum vovendi inimicitias irrefutabiles nescio an supra etiam notarim: certe observatione est dignissimus, et mentio ejus est infra apud nostrum etiam l. II. et V. Execratur autem in populo Dei eandem hanc ceremoniam Hieremias Propheta XXXIV. qua se utique addixerant gentilium superstitioni, interpositis diris adjurationibus. Verba Prophetæ sunt: 'Et dabo viros qui prævaricantur fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus, Principes Judæ et Principes Hierusalem, Eunuchi et Sacerdotes, et omnis populus terræ, qui transierunt inter divisiones vituli, dabo eos in manus inimicorum suorum, et erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli.'

Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere] Scitum est quod ait, Deos sibi Martem et Concordiam velut hospitio conjunxisse Græcos principes, quod 'adhospitasse' dixisse priscos exinde apparet. Ut videlicet cum eis manerent duo ista numina, et inter eos habitarent. Non occurrit nunc adhospitationis hujus mentio in alio quopiam auctore. Advers. LVII. 7.

§ 16 *Ita consensu omnium secundo rumore, &c.*] 'Secundo rumore' valet auspicato. Virg. Æn. VIII. 'Ergo iter inceptum celerant rumore se-

cundo.' Snevius vetus Poëta v. 'Redeunt, referunt rumore petita secundo.' Et hoc haud dubie a favore multitudinis descendit, obscuro quopiam rumore secundis rebus plaudentis et eas voventis.

Vigiliarumque vices dispartiant] 'Dispartire' sonat dividere.

§ 17 *Agamemnon ex Mycenis naves centum*] Illud observare velut aliud agentem licet, parum in catalogo navium Græcarum ad oppugnationem Ilii collectarum dissentire Septimium hunc a libello veteri qui Daretis nomine inscribitur, et multa a Græcis recensionibus universæ Trojanæ historiæ discrepat. Septimius enim noster numerum 1117. navium producit, Dares autem 1148. enumerat, ut diversissimi auctores vix triginta ipsis navibus discrepent.

§ 19 *Prorsus nullus funeri modus neque requies*] 'Funus,' pestilentiam, contagionem sive contagium notat Auctori nostro. Velut 'Funus' aliquod numen funestum et sæviens cadaveribus faciendis diceretur. Pariter autem 'Libitinam' pro tali aliquo dæmone accipit aliquot locis Horatius.

Mulier quædam Deo plena Dianæ iram fatur] Notandum his verbis, 'Fari' propheticum esse verbum, et edicere a numine instinctum denotare. 'Fata' enim sunt oracula. Lucan. IX. Pharsaliæ: 'Stabant ante fores populi quos miserat Eos, Cornigerique Jovis monitu nova fata petebant.' 'Plena Deo' instinctam notat, ut l. v. Septimius idem noster: 'inter quæ tam solicita Cassandra Deo plena victimas ad Hectoris tumulum transferri inferrique jubet.' Calpurnius Ecl. I. 'Jamdudum velut ipso numine plenum Me quatit et mistus subit inter gaudia terror.' Quod genus loquendi irrisit olim Seneca pater in nescio quo declamatore, non facturus si ea cognoscere potuisset, quæ nos docent sacræ litteræ, et ex iis Didymus l. I. de Spiritu Sancto. Pariter Arnobius v. 'ut vos plenos Dei numine ac potestate censeatis.' Et Julius Firmicus de erroribus profanarum Religionum. Vetus inscriptio: 'Templum in rupe Tagi superis et Cæsare plenum.' 'Saturum et potatum' torrente deliciarum Dei dixit Victor Uticensis fine l. I. de Persecutione Vandalica.

Ne tanta vis exercitus sine rectore effusius ac sine more militiæ vagaretur] 'Mos' idem est quod lex, effectu quidem, licet non origine; mos enim oritur ex consuetudine, lex vero ex sanctione: promiscue tamen usurpatur, ut a Septimio nostro.

Ita per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus] 'Quadripartiri' est in quatuor partes dividere. Æquum autem quaternarium numerum dicit ob perfectionem cubi, de quo consule Macrobium et Favonium in somnium Scipionis, Capellam et Isidorum in Arithmeticis Tractationibus.

§ 20 *Neque interim ullus finis vastitatis*] 'Vastitas' est pestilentia. Arnobius fine l. IV. 'Deos sæpe dicitis propter ceremonias non rite perfectas tremoribus infremuisse terrarum, et contagione pestilentiæ corrupisse auras temporum luctuosa cum populi vastitate.' Hoc est pestilentia et contagione morborum ab infecto aëre.

§ 21 *Quum ecce dies fœdari, et cœlum nubilo tegi cœpit*] 'Nubilum' est tenebrosa tempestas cœlo obducto nubibus. 'Præcipitatio' imbris eleganter magnam illam ruinam cœli, ut Maro loquitur, designat. Valerius Æditous de flamma amoris in se ardentissima: 'Istam non potis est vis sæva extinguere flammæ, Atque imber cœlo candida præcipitans.'

Dein cœpere venti atque fulmina consenescere] Elegantissime dicit 'consenescere' vim ventorum et tempestatum, pro remittere labefieri, defi-

cere. Egesippus I. 26. 'Excitus Herodes congregato exercitu petebat Hierosolymam, ut solveret omnem Hircani potestatem, ac pene effecerat, nisi a fratre infractus et patre, impetus ejus consenuisset.'

§ 22 *Ab inquietudine Iphigeniæ cohiberent sese*] 'Inquietudo' est molestia. Advers. LVII. 7.

Reformatoque jam die] 'Reformatus dies' cui nubilo pulso reddita serenitas. Quomodo animum atque ornatum 'reformare' l. II. dixit. Advers. XXVII. 10.

Reseratum est cœlum] 'Reseratum cœlum' pulcre pro reserenato ponit. Lucret. I. 'Et reserata viget genitabilis aura Favoni.' Advers. LVII. 7.

§ 23 *Ventorumque flatus navigandi prosperos*] 'Flatus ventorum' est commoda temperies. (Advers. LVII. 7.) Quam vocem ita elegantissime etiam ab aliis autoribus usurpari, alibi notavimus. Advers. XXVII. 10.

Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus, &c.] Eleganter nonnulla omittit, quod ego non minimum ornamentum Latini sermonis arbitror. 'Quæ res pergrata atque accepta per exercitum fuit. Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus quam parentem miles omnis percolebat.' Deest, 'putabant,' consultorem suum scilicet. Quæ et ipsa vox non vulgi. (Advers. XXVII. 10.) Vide quæ Indice Apuleiano, voce, Omissa, constipamus. Et sic emensi sumus primum hujus scriptoris librum, cæteros pariter examinaturi, cum otium erit, aut animus. Illud dicere cogor ex re ipsa, bona quamplurima esse in hoc auctore, pauca vero sequioris seculi indicia, quorum gratiam illi libenter facimus, præcipue cum constet nobis ab exscriptoribus miris modis interpolatum et contaminatum esse, quod se etiam usu expertum didicisse, collatione cum scriptis codicibus instituta, commemorat homo judicii et ingenii præstantissimus Josias Mercerus, Notis ad Nonium, qui et locum ex hoc eodem primo libello p. 25. 'nec multo post irane Dianæ ob mutationem aëris corporibus pertentatis lues invadit;' corrigit ex libris suis: 'neque multo post irane cœlesti an ob mutationem aëris.' Cui equidem assentimur merito volentes. Advers. LVII. 7.

LIB. II.

§ 6 *Eumque jactatum magnis doloribus*] Crebro jactationem a pelago deducunt scriptores ad animi aut fortunæ jactationem. Septimius II. 'ad Telephum perveniunt, eumque jactatum magnis doloribus consolati,' &c. Florus I. de populo Roman. 'tot laboribus periculisque jactatus est, ut ad constituendum ejus imperium virtus et fortuna contendisse videantur.' Propert. II. 'Scilicet alternum quoniam jactamur in unda, Nostraque non ullis permanet aura locis.' Gellius I. 5. 'maledictis appellationibusque præposteris jactatus est.' Advers. XX. 20.

§ 8 *Tempus profectionis antecipeperent*] 'Præcipere' est antecapere, primo loco priusque capere. Virgilius: 'Si lac præceperit æstas.' Ovid. Fast. IV. 'Et canis, Icarium dicunt, quo sidere moto Tosta sitit tellus, præcipiturque seges.' Livius XXXI. 'Nox, dieique insequentis pars, ad præcipiendum iter Philippo data est,' &c. Sic 'antecipere' Sallustius. 'Non sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiri, sed omnia luxu antecipere.' Q. Septimius I. de Bell. Troj. 'Tempus profectionis antecíperent.' Advers. XLVI. 8.

§ 29 *In ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat*] 'Lacerare contumeliis' est velut existimationem alicujus discerpere. Apuleius p. 259. Q. Septimius II. 'Cæterum Achilles in ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat.' Et mul-

que aliam sobolem quam ex Andromacha.

Per dies decem] Homerus, undecim: apud quem Achilles, Σχήσω γὰρ τόσσον πόλεμον χρόνον ὅσσον ἄνωγας. Ut hic, 'bellandi requies.' Sed sic solet bellum pro prœlio, ut diximus supra.

§ 3 *Placitumque*] Ut videatur scribendum, 'actumque,' hoc est, deliberatum; nondum enim id decretum erat, donec Diomedes rogatis ducum sententiis id fieri curavit.

§ 4 *Camirum et Ialysum*] Edebatur perverse 'Galisam:' libri, 'Calysum.' Scripsi 'Ialysum.' Homerus: Λίνδον, Ἰήλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

An cupidine] Ita diserte libri: quod inepti et imperiti correctores mutaverant, rescripserantque 'dein cupidine.'

§ 7 *Areius et Echemon*] 'Areius' est in utroque Ms. non Attreus: recte: in Apollodoro ita scripserim, non Ἄῤῥητος: at pro vulgato 'Echion' Danielis liber habuit 'Archemmon;' Petavianus, 'Echemmon:' e quo feci, 'Echemon:' qui notus Hom. Il. Ε. Ἐχήμονά τε Χρόμιόν τε. Et memoratus eidem Apollodoro.

Dryops, Bias, et Corython] Vulgo editum fuit, 'Drapsis bias et Corintha:' Mss. 'Dyraspia et Chorithon.' Dryops et Bias recensiti Apollodoro. Corythonem nusquam invenio: credoque rescribendum, 'Gorgithion:' nec me movet quod eum supra dicit occisum; nam et hic Philenorem nominat, quem necatum dixit l. III. et Antiphum, cujus cædem retulit l. II. Ilioneum etiam non inveni, nisi in Apollodoro scribendum sit Ἰλιονεὺς, pro Ἰδομενεύς. Telestes in eodem est, et Glaucus, et Agathon, quem etiam Homerus agnoscit, Il. Ω. ubi et Agavus. Thyestes nusquam mihi repertus.

§ 8 *Eorum humandi veniam*] Dudum monui probam et antiquam esse hanc lectionem, quam uterque manuscriptus agnoscit. Imperiti addiderant 'corpora,' ne solœcismum pateretur, scilicet. Plautus Captivis: 'Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia.' Tullius v. Philip. 'Agitur utrum M. Antonio facultas detur opprimendæ Reip. cædis faciendæ bonorum, diripiendæ urbis, agrorum suis latronibus condonandi.' Varr. II. de re rustica: 'sive enim aliquod fuit principium generandi animalium.' Gellius XVI. 8. 'Fecisse videtur eum librum sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia.'

§ 9 *Lycaon et Troilus Priamidæ*] Troilus satis notus. Lycaonis meminit Hom. Il. Υ. et Φ.

Ætatem ejus admodum immaturam] Quia legit in Virgilio: 'Infelix puer, atque impar congressus Achilli.' At Priamus, Il. Ω. ejus meminit tanquam fortissimi.

§ 12 *Nastes*] Libri, 'Rastes.' Vulgo, 'Jastes.' Homerus: Νάστης Ἀμφίμαχός τε, Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.

§ 18 *Helenum Priami*] Tzetzes in Lycophronem: Ἑλένου δὲ τοῦ Πριάμου παιδὸς μάντεως ὄντος, καὶ ἢ μόνου αὐτομολήσαντος τοῖς Ἕλλησι, καθά φησιν Ὀρφεύς τε καὶ Τρυφιόδωρος, ἢ, ὥς φησι Σοφοκλῆς, ἐνεδρευθέντος καὶ κατασχεθέντος ὑπ' Ὀδυσσέως.

§ 19 *Sinistram manum*] Tzetzes eodem loco: Φιλοκτήτης ἀντιστάντα αὐτῷ τὸν Ἀλέξανδρον πρὸς τοξείαν τοξεύσας, πρῶτον μὲν κατὰ τὴν λαιὰν χεῖρα, εἶτα τὸν δεξιὸν αὐτοῦ ἐκβαλὼν ὀφθαλμὸν, καὶ τρίτον τοὺς πόδας βαλὼν ἀνεῖλεν.

§ 21 *Per mœrorem deficiente animo*] Hic locus indicat alium esse nostrum Dictym ab eo quem Græci habuere. Tzetzes in Lycophronem: τελευτήσαντος δ' ἐκείνου καὶ ἑαυτὴν συναναιρεῖ, ἢ, κατὰ τὸν Κόϊντον, ἑαυτὴν ἐμβαλοῦσα εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου πυρὰν, ἢ, κατὰ τὸν Δίκτυν, βρόχοις ἀπαχθεῖσα.

§ 22 *Pleionam quippe*] Constat sibi noster, secutus eosdem auctores quos L. I. et III. Contra plerique veterum

Pleionam Oceani filiam faciunt, uxorem Dardani Bateam Teucri filiam, non Olizonam Phinei. 'Hesionam' hoc loco libri scripti habent, non Pleionam, ut dixi supra.

Olizonæ Phinei] Libri, 'obzone:' dixit supra III. Deest vero particula. 'quæ,' quæ Ericthonium ei dederit.

Cleomestra] Ita libri nostri. Apollodoro est Cleopatra, cujus seriem non exsequitur tamen.

Hicetaonem] Hom. Il. Γ. Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, ἠδὲ Θυμοίτην, Λάμπον τε, Κλυτιόν θ', Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος, Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ. Latet hoc nomen in mendo apud Apuleium de Deo Socratis: 'non secus etiam in Trojano exercitu quum divinatione res indigent, tacet ille sapiens senatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hector, vel Lampo, vel Clytius, sed omnes silentio auscultant vel ingrata auguria Heleni, vel incredita vaticinia Cassandræ.' Quid Hectori cum Senatu? qui certe manu, sed non inter τοὺς Trojæ δημογέροντας. Libri optimi quos olim contuli habent uno consensu omnes, 'vel hic etiam, vel Lampo, vel Clytius:' nec dubito quin ii quos viri docti viderunt, et ex iis infinitas mendas correxerunt, eandem lectionem habuerint, sed ab iis aut minus animadversam, aut insuper habitam. At ea indicat legendum, 'vel Hicetaon.' Lampo illi est qui Homero Lampus: et certe Apollodoro est Λάμπων.

Bucolionem] Et hunc agnoscit Apollodorus. Homerus: Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος, Πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

Et Æsyete] Locus singularis de genere Antenoris; quem certe dolendum fuit corruptissimum vulgari: 'Rursusque ex Cleomestra et Soëte se genitum.' Scripsi, 'et Æsyete:' quem sane veteres Antenoris patrem memorant. Eustathius ad illud Iliad. B. Τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος· Ὁ δ' Αἰσυήτης δημογέρων ἀρχαῖος, παρώνυμος ἴσως τῷ ἐν τοῖς ἑξῆς που αἰσυητῆρι νεανίᾳ, Ἀντήνορός φασι πατὴρ καὶ Οὐκαλέγοντος.

LIB. V.

§ 2 *En unquam*] Ita scripsi, cum in vulgatis esset, 'quando;' in Mss. 'nunquam.' Terentius: 'En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam?' Et alii sæpe, ut notavimus ad Nonium.

§ 5 *Corithus atque Idæus*] Ita scripsi e libris. Tzetzes in Lycophronem: Ἐκ δ' Ἀλεξάνδρου οἱ πλείονές φασι τέσσαρας τετοκέναι, Βούνικον, Κόρυθον, Ἀγαυὸν, καὶ Ἰδαῖον.

Exertius disserturum] Omnino ita scribendum: nam quod vulgo edebatur, 'exercitum deserturum,' prorsus absurdum est; nec melius in Danielis libro, 'exterius disserturum:' at in Petaviano, 'exercius disserturum.' At paullo post diserte Danielis liber habet, 'quæ adversum eos pro patria exertius disseruisset.' Exerte, pro audacter, confidenter, cum altercatione; elegantia hujus sæculi.

§ 8 *Theano*] Ita scribendum cum libris, non 'Theanæ.' Theano sacerdos Minervæ Iliensis. Hom. Il. Ζ. Τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν. Sed eam Homerus ubique Antenoris uxorem facit. 'Precibus vi mixtis,' recte in libro Danielis.

§ 10 *Legatos viros*] Ita libri, optime; ut mulier meretrix, mulier præfica, et supra, senecta ætas.

§ 12 *Incensis omnium tabernaculis*] Ita recte libri: notus militiæ mos, incendere tabernacula discessuros milites. Homerus in eadem re, Od. Θ. Βάντες ἀπέπλειον πῦρ ἐν κλισίῃσι βαλόντες.

Multo vino atque somno] Virgilius: 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.'

Ad aram Jovis ante ædificiale] Sic li-

bri: 'ædificiale' pro ædificio, sive regia Priami, elegantia hujus sæculi. Aras ante fores domuum Græci habuere, ut notum ex Comicis. Helladius apud Photium: τὸν Λοξίαν γὰρ προσεκύνουν, ῷ πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύοντο, καὶ πάλιν βωμὸν παρ' αὐτῷ στρογγύλον ποιοῦντες, καὶ μυῤῥίναις στέφοντες.

Atque inultos] Sic scribendum, non 'multos.' Ita sæpe veteres scriptores, qui fere semper in ea voce corrupti. Sallustius: 'Dedecores inultique terga ab hostibus cædebantur.'

Menelaus Deiphobum] Homerus Odyss. Θ. Virg. Æn. VI.

§ 15 *Clam Ismarum aufugit*] Ita recte libri. Homerus: Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν Ἰσμάρῳ.

LIB. VI.

§ 1 *Charadibus scopulis*] Lycophron: Δισπλῶν μεταξὺ Χοιράδων σπαρούμενον.

§ 2 *Præterea addidere*] Scripserim, 'addere.'

Œneum multimodis afflictari] Ita scribendum: vulgo, 'eo nomine.' Œneus Tydei pater, avus Diomedis, rex Calydonis in Ætolia. *Multimodis* libri, ut supra, et sæpe in Lucretio et Apuleio.

§ 4 *Virile ac muliebre sexu*] Ita libri: habet a Sallust. II. 'At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria concurrentium undique virile ac muliebre sexu.'

CASPARIS BARTHII NOTÆ.

EX ADVERSS. XIV. 13.

Septimius Romanus, qui Dictyn de Bello Trojano loqui Latine fecit, Romanus sane scriptor est, nec refrager doctis, qui Q. Arcadio Ruffino nuncupasse conjectant ævo Theodosiano, aut præter propter. (L. lvii. 20.) De eo scriptore ita judicare possumus: videtur vir quispiam priscæ eloquentiæ; inclinantibus jam rebus Romanis cum cerneret multa diversis modis de bello illo famosissimo differri, statuisse ei confusioni medicinam facere, et omnem historiæ seriem, instar certæ narrationis, libellis complecti. Usus autem videtur titulo Dictys, ne flaccesceret autoritas. Eum autem librum postea in suam linguam Græculi videntur transduxisse, inscriptione ejusdem tituli et fabula addita, talem librum eum terræmotu patefacto sepulcro inventum, et Claudio Cæsari traditum, ejus jussu fuisse traductum. Eam fabulam recenset Suidas ex alio quopiam auctore. *Δίκτυς· ἐπὶ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεῳχθέντων, εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδωκε γράφεσθαι.* Apud Græcos quidem Dictyn extitisse auctores sunt ambo Tzetzæ, Joannes et Isacius, ut notat etiam doctissimus vir Jacobus Nicolaus Loënsis iv. Miscellan. 20. Daretis quidem Phrygii Iliadem ad sua tempora servatam fuisse scribit Ælianus xi. variæ Historiæ. Sed illa nihil ad Septimium, qui scriptor est Latinus, licet miris modis ab exscriptoribus variis seculis mutatus et interpolatus.

LIB. I.

§ 1 *Atreus namque ex Minoë postrema sua ordinans*] 'Postrema' ultimam voluntatem morituri jam hominis designant. Est namque talis sanctio postremum judicium hominis, ut appellatur a Diocletiano et Maximiano Impp. Leg. 2. Cod. Justin. qui testamenta facere possunt.

Quæ eo tempore Nestori denupta erat] 'Denupta' pulcrius ab eodem mulier dicitur, quam cum vulgo 'nupta.'

§ 4 *Regem ira atque indignatione stupefactum consilio excidisse*] Obstupefieri homines subitis casibus atque eventibus videmus, quales pulcre mente et corpore 'consilioque cecidisse' et excidisse ait idem elegantissimus auctor, l. i. 'Ast ubi animadvertit Palamedes, regem,' &c. iv. 'Sed fertur Œnonem viso Alexandri cadavere adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret, ac paulatim per mœrorem deficiente animo concideret.' v. 'Helenus, recordatus parentem Priamum residuosque fratres, fletum edit miserabilem, consternatusque per dolorem, atque obstupefactus, ruit.' Non poterat melius vel summus scriptor, et collatione talium facile apparet Latinum auctorem esse, quem cum summa animi voluptate legimus. Advers. lvii. 20.

§ 5 *Tum namque properatione navigii inconsulte usi ventis ad Cyprum appu-*

lere] Legendum arbitrer: 'Dum namque propera itione navigii inconsulte usi ventis, Cyprum appulere.' Advers. XXIV. 10.

Sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus] 'Delapsum' Alexandrum navigio, hoc est, prosperis ventis devectum, elegantissime etiam dixit libro eodem primo: 'tum namque properatione navigii inconsulte usi ventis, ad Cyprum appulere. Unde sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus, Sidoniorum regem, qui eum amice susceperat, noctu insidiis necat.' Quæ verba et superius prolata non carent suspicione apud nos maculæ. Quamquam scelere domus Menelai spoliatæ onusta navi properasse contra ventos etiam dicat Alexandrum, ne a persecuturis apprehenderetur. Est autem τὸ 'delapsus' Poëticum. Virg. x. Æn. 'Labitur alta secans fluctuque æstuque secundo.' Tamen aliquid mendosum est iis verbis, ut memoravimus.

Eademque qua apud Lacedæmoniam cupiditate] 'Lacedæmonia' est urbs ipsa Sparta, quomodo nescio an ullus Latinus Scriptor usurparit.

Universam domum ejus in scelus proprium convertit] 'Verti in scelus' dicitur quicquid vi contra fas et æquitatem patratur.

Cum obstinate hi regis necem defenderent] 'Defendere,' est vindicare. Rex autem erat jam insidiis Alexandri interemptus.

§ 6 *Ut taciti vultu tamen admissum facinus condemnarent*] Mos est hominum, cum rem quampiam minus probant, vultum contrahere, et eo eam velut aversari. Id 'vultu condemnare' pulcre dixit. Sic Auctor Moreti idem alludit: 'Sæpe viri nareis acer jaculatur apertas Spiritus, et simo damnat sua prandia vultu.' Advers. LVII. 20.

§ 7 *Cum partim exemplo facinoris execraretur*] 'Exemplum' memini ab auctoribus dici dignam rem imitatione et laude perpetua. Claudianus de fratribus Catanæis: 'Ipse redundantem frenavit Mulciber Ætnam, Læderet exempli ne monumenta pii.' In veteri epitaphio: 'Exemplum periit, castæ lugete puellæ.' Dixi de bona, capitur autem et in malam partem. Ut 'exemplum unicum malitiæ' est apud Appuleium pag. 381. Sic 'gulæ exemplum' Apicium vocat Scholiastes priscus in Juvenalem. Ita 'exemplum facinoris' facinus ipsum pessimum Septimio l. I. de Bello Trojano. Advers. XXXV. 14.

Qui lingua moribusque barbari, nihil pensi, &c.] De Trojanis quod ait, præcipue autem de regulis, ut vocat Priami filios, longe aliter se eam rem habere persuadebitur qui Dionis Chrysostomi orationem Troicam leget. Quo sane libro mirum est nisi veritas totius belli Trojani aut nunquam gesti, aut magno Græcorum dedecore, aperitur, in pudorem omnino figmentorum levissimæ nationis. Advers. LVII. 20.

§ 14 *Hic in primis adolescentiæ annis, procerus, decora facie, studio rerum bellicarum, omnes jam tum virtute et gloria superabat*] Non audio virum doctum hæc mendi suspicientem; potius nos Sallustianum loquendi modum agnoscimus, ut jam sententia velut plena adjiciantur tamen alia, quæ rem ipsam penitius concernant. Sic hoc loco sufficere poterat dici Achillem proceritate, venustate formæ, et studio rerum bellicarum omnes superasse; ille vero etiam virtutem et gloriam adjecit. Observare poteris apud Sallustium, nec non uno atque altero loco Thucydidem.

Neque tamen aberat ab eo vis quædam inconsulta, et effera morum impatientia] Ex Homero adumbravit hæc omnia Septimius; et de eodem Achille Horatius notandorum morum summus artifex: 'Aut famam sequere aut sibi convenientia finge. Scriptor honora-

tum si forte reponis Achillem, Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.' Quod ad formam Achillis attinet, eandem pulcre nobis repræsentavit Isacius Porphyrogenitus, a summo viro Jano Rutgersio editus: ὁ Ἀχιλλεὺς, ait, εὔστηθος, μέγας τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, μακρόσκελος, πανὸς, ξανθὸς, εὐπρόσωπος, οἰνοπαὴς, (legam οἰνοβαρὴς,) γοργοὺς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, πολύθριξ, μακρόῤῥιν, τοὺς πόδας ὀξὺς, καὶ τοῖς ἅλμασι δόκιμος, δεινὸς πολεμιστὴς, εὐχαρὴς, φιλήδονος, μεγαλόψυχος, καὶ καλλίφωνος, &c. Morum autem impatientia illud 'iracundus' Horatianum designat. Sic contra 'patientes' pro probis et simplicibus quodammodo ponit lib. II. auctor idem hic noster. 'Eam seniores lamentationem immodicam cum lacrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebantur, tanquam injuriæ ejus patientes, annuere.' Tamen eo loco idem potius quod 'compatientes' designat hoc verbum. Advers. LVII. 7.

Vicaria morte conjugis fata propria protulerat] 'Vicariam mortem' eleganter Alcestidis vocat, quæ vice mariti occidit. 'Cujus pater Admetus quondam vicaria morte conjugis fata propria protulerat.' Ita legendum, cum inepte alioqui edatur, 'pertulerat.' Sic libro eodem, 'nec leniri, prinsquam auctor tanti sceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolasset.' Sic 'vicarium munus' l. II. 'Nec quicquam deprecari amplius, modo in locum ejus Hippodamiam, quæ cum Achille degeret vicarium munus amissi honoris, acciperet.'

Comes Herculis post discessum ejus] 'Discessum' pro morte usurpatum, cui similia ex Festo, Vitruvio, Ammiano, aliis, alibi notavimus. Advers. XXVII. 10.

§ 15 *Porcum marem in forum medium afferri jubet, &c.*] Ritum concipiendi sacramenti sive juramenti et conjurationis in hostilitatem alicujus sanctum et inviolabilem indicat. Quod legenti mihi sane mirari subit hominum securitatem, qui tantum exercitum Græcorum ad muros Ilii admissum a dominatore illo Asiæ fingere sunt ausi. Tantus rex, tot populorum Imperator, tot Heroum pater, non potuit aditus regni sui munire, ne urbs imperii caput obsideretur a principibus angulum unum tenentibus Europæ, minime cum ipso omnibus unico comparandis. Porro morem istum vovendi inimicitias irrefutabiles nescio an supra etiam notarim: certe observatione est dignissimus, et mentio ejus est infra apud nostrum etiam l. II. et V. Execratur autem in populo Dei eandem hanc ceremoniam Hieremias Propheta XXXIV. qua se utique addixerant gentilium superstitioni, interpositis diris adjurationibus. Verba Prophetæ sunt: 'Et dabo viros qui prævaricantur fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus, Principes Judæ et Principes Hierusalem, Eunuchi et Sacerdotes, et omnis populus terræ, qui transierunt inter divisiones vituli, dabo eos in manus inimicorum suorum, et erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli.'

Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere] Scitum est quod ait, Deos sibi Martem et Concordiam velut hospitio conjunxisse Græcos principes, quod 'adhospitasse' dixisse priscos exinde apparet. Ut videlicet cum eis manerent duo ista numina, et inter eos habitarent. Non occurrit nunc adhospitationis hujus mentio in alio quopiam auctore. Advers. LVII. 7.

§ 16 *Ita consensu omnium secundo rumore, &c.*] 'Secundo rumore' valet auspicato. Virg. Æn. VIII. 'Ergo iter inceptum celerant rumore se-

cundo.' Snevius vetus Poëta v. 'Redeunt, referunt rumore petita secundo.' Et hoc haud dubie a favore multitudinis descendit, obscuro quopiam rumore secundis rebus plaudentis et eas voventis.

Vigiliarumque vices dispartiant] 'Dispartire' sonat dividere.

§ 17 *Agamemnon ex Mycenis naves centum*] Illud observare velut aliud agentem licet, parum in catalogo navium Græcarum ad oppugnationem Ilii collectarum dissentire Septimium hunc a libello veteri qui Daretis nomine inscribitur, et multa a Græcis recensionibus universæ Trojanæ historiæ discrepat. Septimius enim noster numerum 1117. navium producit, Dares autem 1148. enumerat, ut diversissimi auctores vix triginta ipsis navibus discrepent.

§ 19 *Prorsus nullus funeri modus neque requies*] 'Funus,' pestilentiam, contagionem sive contagium notat Auctori nostro. Velut 'Funus' aliquod numen funestum et sæviens cadaveribus faciendis diceretur. Pariter autem 'Libitinam' pro tali aliquo dæmone accipit aliquot locis Horatius.

Mulier quædam Deo plena Dianæ iram fatur] Notandum his verbis, 'Fari' propheticum esse verbum, et edicere a numine instinctum denotare. 'Fata' enim sunt oracula. Lucan. IX. Pharsaliæ: 'Stabant ante fores populi quos miserat Eos, Cornigerique Jovis monitu nova fata petebant.' 'Plena Deo' instinctam notat, ut l. v. Septimius idem noster: 'inter quæ tam solicita Cassandra Deo plena victimas ad Hectoris tumulum transferri inferrique jubet.' Calpurnius Ecl. I. 'Jamdudum velut ipso numine plenum Me quatit et mistus subit inter gaudia terror.' Quod genus loquendi irrisit olim Seneca pater in nescio quo declamatore, non facturus si ea cognoscere potuisset, quæ nos docent sacræ litteræ, et ex iis Didymus l. I. de Spiritu Sancto. Pariter Arnobius v. 'ut vos plenos Dei numine ac potestate censeatis.' Et Julius Firmicus de erroribus profanarum Religionum. Vetus inscriptio: 'Templum in rupe Tagi superis et Cæsare plenum.' 'Saturum et potatum' torrente deliciarum Dei dixit Victor Uticensis fine l. I. de Persecutione Vandalica.

Ne tanta vis exercitus sine rectore effusius ac sine more militiæ vagaretur] 'Mos' idem est quod lex, effectu quidem, licet non origine; mos enim oritur ex consuetudine, lex vero ex sanctione: promiscue tamen usurpatur, ut a Septimio nostro.

Ita per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus] 'Quadripartiri' est in quatuor partes dividere. Æquum autem quaternarium numerum dicit ob perfectionem cubi, de quo consule Macrobium et Favonium in somnium Scipionis, Capellam et Isidorum in Arithmeticis Tractationibus.

§ 20 *Neque interim ullus finis vastitatis*] 'Vastitas' est pestilentia. Arnobius fine l. IV. 'Deos sæpe dicitis propter ceremonias non rite perfectas tremoribus infremuisse terrarum, et contagione pestilentiæ corrupisse auras temporum luctuosa cum populi vastitate.' Hoc est pestilentia et contagione morborum ab infecto aëre.

§ 21 *Quum ecce dies fœdari, et cœlum nubilo tegi cœpit*] 'Nubilum' est tenebrosa tempestas cœlo obducto nubibus. 'Præcipitatio' imbris eleganter magnam illam ruinam cœli, ut Maro loquitur, designat. Valerius Æditūus de flamma amoris in se ardentissima: 'Istam non potis est vis sæva extinguere flammæ, Atque imber cœlo candida præcipitans.'

Dein carpere venti atque fulmina consenescere] Elegantissime dicit 'consenescere' vim ventorum et tempestatum, pro remittere labefieri, defi-

cere. Egesippus I. 26. 'Excitus Herodes congregato exercitu petebat Hierosolymam, ut solveret omnem Hircani potestatem, ac pene effecerat, nisi a fratre infractus et patre, impetus ejus consenuisset.'

§ 22 *Ab inquietudine Iphigeniæ cohiberent sese*] 'Inquietudo' est molestia. Advers. LVII. 7.

Reformatoque jam die] 'Reformatus dies' cui nubilo pulso reddita serenitas. Quomodo animum atque ornatum 'reformare' l. II. dixit. Advers. XXVII. 10.

Reseratum est cœlum] 'Reseratum cœlum' pulcre pro reserenato ponit. Lucret. I. 'Et reserata viget genitabilis aura Favoni.' Advers. LVII. 7.

§ 23 *Ventorumque flatus navigandi prosperos*] 'Flatus ventorum' est commoda temperies. (Advers. LVII. 7.) Quam vocem ita elegantissime etiam ab aliis autoribus usurpari, alibi notavimus. Advers. XXVII. 10.

Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus, &c.] Eleganter nonnulla omittit, quod ego non minimum ornamentum Latini sermonis arbitror. 'Quæ res pergrata atque accepta per exercitum fuit. Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus quam parentem miles omnis percolebat.' Deest, 'putabant,' consultorem suum scilicet. Quæ et ipsa vox non vulgi. (Advers. XXVII. 10.) Vide quæ Indice Apuleiano, voce, Omissa, constipamus. Et sic emensi sumus primum hujus scriptoris librum, cæteros pariter examinaturi, cum otium erit, aut animus. Illud dicere cogor ex re ipsa, bona quamplurima esse in hoc auctore, pauca vero sequioris seculi indicia, quorum gratiam illi libenter facimus, præcipue cum constet nobis ab exscriptoribus miris modis interpolatum et contaminatum esse, quod se etiam usu expertum didicisse, collatione cum scriptis codicibus instituta, commemorat homo judicii et ingenii præstantissimus Josias Mercerus, Notis ad Nonium, qui et locum ex hoc eodem primo libello p. 25. 'nec multo post irane Dianæ ob mutationem aëris corporibus pertentatis lues invadit;' corrigit ex libris suis: 'neque multo post irane cœlesti an ob mutationem aëris.' Cui equidem assentimur merito volentes. Advers. LVII. 7.

LIB. II.

§ 6 *Eumque jactatum magnis doloribus*] Crebro jactationem a pelago deducunt scriptores ad animi aut fortunæ jactationem. Septimius II. 'ad Telephum perveniunt, eumque jactatum magnis doloribus consolati,' &c. Florus I. de populo Roman. 'tot laboribus periculisque jactatus est, ut ad constituendum ejus imperium virtus et fortuna contendisse videantur.' Propert. II. 'Scilicet alternum quoniam jactamur in unda, Nostraque non ullis permanet aura locis.' Gellius I. 5. 'maledictis appellationibusque præposteris jactatus est.' Advers. XX. 20.

§ 8 *Tempus profectionis anteceperent*] 'Præcipere' est antecapere, primo loco priusque capere. Virgilius: 'Si lac præceperit æstas.' Ovid. Fast. IV. 'Et canis, Icarium dicunt, quo sidere moto Tosta sitit tellus, præcipiturque seges.' Livius XXXI. 'Nox, dieique insequentis pars, ad præcipiendum iter Philippo data est,' &c. Sic 'antecipere' Sallustius. 'Non sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiri, sed omnia luxu antecipere.' Q. Septimius I. de Bell. Troj. 'Tempus profectionis anteciperent.' Advers. XLVI. 8.

§ 29 *In ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat*] 'Lacerare contumeliis' est velut existimationem alicujus discerpere. Apuleius p. 259. Q. Septimius II. 'Cæterum Achilles in ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat.' Et mul-

ta sunt quibus conveniunt hi duo scriptores. Advers. XXXIV. 15.

LIB. III.

§ 1 *More optimo divisis ad sua officia quibusque*] 'More optimo' est laudabili consuetudine. Sic infra: 'sed Barbari more pessimo nihil aliud quam turbata atque insidiosa cupientes prœlium prævertere.'

Neque dubium quin inter hosjam præcellerit Philoctetes] Legendum est, 'inter hos etiam.' Videtur trajectum fuisse: 'hos inter etiam.' Unde omissio literarum.

Neque circa exercitum solliciti] Lege, *circa exercitium*. Nam Græcis exercitiis occupatis, cessante bello, opponit desidiam barbarorum.

§ 2 *Polyxena et Cassandra, Minervæ atque Apollinis antistes*] Clarum est inserendam voculam 'hæc.' 'Polyxena et Cassandra, Minervæ hæc atque Apollinis antistes.'

Auctoque in horas desiderio] 'Desiderium' pro intensiore amore non inerudite dixit. Catullus: 'Cum desiderio meo nitenti Carum nescio quid lubet jocari.' Desiderii poculum pro philtro Horatio Epodo 17. Sic et Propertius III. Eleg. 21.

Daturum se in matrimonium sororem mandat] 'Mandare' est nuntio indicare. 'Mandatus' pro misso, 'mandator' pro missore apud Tertullianum III. in Marcionem c. 2. Advers. XIV. 13.

§ 3 *Animi jactatione saucius*] 'Saucium animi jactatione' hominem tristem dixit. 'Saucium vecordia' Apuleius, ut et fatigatione. Advers. X. 16.

Cum rege commorantur] Cum rege commoratos Ajaces et Patroclum, ejus tuendi ab amatoris aliquo subito incursu, dicit; ne id aliquem turbet.

§ 4 *Igitur ubi utrinque instructæ acies adversum processere*] Adversum eleganter usurpat hic scriptor. Mox: 'mox telis adversum jactis ubi uterque intactus est,' &c.

Hector situs in parte alia] 'Situm' in parte alia Hectorem pro ibi degentem et rem gerentem dicit. 'Sed ubi Hector situs in parte alia medios suorum fundi accepit, dispositis satis strenuis, ubi pugnabat, accurrit auxilio laborantibus.' Quæ verba eo lubentius adscripsi, ut eorum auxilio duo menda sequentibus abstergam. Legitur: 'ita Græci, prohibiti cæde reliquorum, represso gradu adversus eos qui superfuerant constitere.' Legendum, 'qui supervenerant.' Nam Hectorem, Deiphobum, Glaucum, Polydamanta dicit. Continuo: 'ac mox cognito per universum exercitum prœlio in ea parte reliqui duces confirmati, ubi quisque pugnaverat, undique eo confluunt.' Ex eadem periodo reponendum aio, 'confirmatis.' Non enim aliter quam Hector apud Trojanos, hi apud Græcos deserturi loca, quæ primum pugnantes ceperant, muniunt illa præclaris viris.

§ 5 *Philemonem Paphlagonum regem impedimento sibi oppositum cominus fundit, &c.*] Non habeo extra suspicionem ista. Philemon enim prime nomen Græcum quomodo Paphlagonum regi sit nescio. Deinde in illud 'propriam' aliquid correpsisse puto. Mirum enim ni alienæ potius quam suæ originis memoriam repetierint. Sed de nomine largior: valde enim incautæ in talibus Homericæ fabulæ; quas certe huic etiam cuicunque etiam Dictyi vel interpreti cum solo nomine originem dedisse autumo, utcunque alia affectet.

§ 7 *Ubi uterque intactus est, curru desiliunt, atque arreptis gladiis pergunt obviam*] Notandum 'intactum,' non tactum, valere. 'Obviam' etiam absolute posuit, pro sibi mutuo obviam.

Colligit in arma sese] Eleganter 'colligere se in arma' Patroclum, et

'in armis compositum,' dixit. Virg. x. Æn. 'Sed bellis acer Halesus Tendit in adversos, seque in sua colligit arma.' Ejusdem alteram quoque phrasin esse puto, sed locus excidit: neque nostrum est ignavis indicibus uti.

§ 8 *Neque fortuna belli mutatur*] 'Fortuna belli' est ambiguus ejus status, sive et numen aliquod, ut alibi monuimus. Infra: 'Patroclus fortunam belli vincere aggressus dum hortatur suos,' &c.

§ 9 *Circa Sarpedonis cadaver cunctis deflentibus*] 'Deflere' enixe flere est. Virg. VI. Æn. 'Tum membra toro defleta reponunt.'

§ 10 *Meges, &c.*] Legendum, 'Meges et Elpenor Arcadæ,' non 'Arcadiæ,' ut excusum. 'Indignatio' rei ibidem indignitatem denotat. Sic 'dignatio' sæpe dignitatem in libris ævi cadentis.

Patroclus fortunam belli vincere aggressus] 'Fortuna belli' est Bellona. Quam Fortunam belli vocat Lucan. VI. 'Te precor, ut certum liceat mihi noscere finem, Quem belli Fortuna paret.' Et IV. 'Non eadem belli totum Fortuna per orbem Constitit.' Q. Septimius III. 'Patroclus Fortunam belli vincere aggressus telo Euphorbi ruit.' Sic aliarum magnarum rerum Fortuna dicebatur. Ut 'Fortuna populi Romani' apud Cic. Philipp. II. ubi de cæde Cæsaris. Cicero pro Marcello: 'Cum esset incertus exitus et Fortuna belli.' Ausonius Periocha II. XV. 'Jupiter monet pro Phrygibus belli instaurare Fortunam.' Advers. XIV. 19.

Insolentia gentis suæ illudere cupiens] Τὸ 'suæ' ab aliena manu est: delendum ergo protenus.

§ 11 *Ob tegenda vulnera, quæ multis, &c.*] Bardos librarios! non viderunt legendum, 'quæ occultis locis impressa.' Supra dixerat: 'Patrocli vero mors non tantum gemitum illum cunctis incusserat, sed præcipue recordatio vulnerum per loca corporis pudibunda.' Advers. XIV. 18.

§ 20 *Priamus lugubri veste miserabile tectus*] Ablativos in *i* pro *e* vulgato exeuntes usurpat Apuleius, et contra. Sic l. IV. 'Imo etiam paratus non fusti tantum, sed machæra percussus occumbere.' Valerius Maximus lib. VI. cap. 3. 'Fusti percussam interemit.' Ita veteres libri eo loco habent, ubi Pighius restituit 'fustim.' Contrarium in Apuleio IX. 'At dum fodiens, dum irrigans, cæteroque incurvus labore deservit.' Erat enim 'labori' dicendum. Sic Septim. III. 'Priamus lugubri veste miserabile tectus.' Venantius II. de rebus Martini: 'Effosas trajecto missile costas, Unde cruentati pariunt baptismata rivi.' Propertius: 'illa meo caros donasset funere crines.' Lucilius: 'esuriente leoni ex ore exsculpere prædam.' Advers. XXV. 5.

§ 26 *Renovato fletu quam miserabili*] Apuleius, 'cum quam misella,' dicit de Charite, p. 311. miserrima intelligenda est. Septim. III. 'Ad ea Priamus renovato fletu quam miserabili, non sine decreto divum hominibus adversa irruere ait.' Idem IV. 'Apud Trojanos lætitia atque gratulatio interfecto quam metuendo hoste.' Eam vim particulæ 'quam' nemo puto hactenus agnovit. Advers. XXXIII. 12.

LIB. IV.

§ 1 *Cæterum viso Hectoris funere*] 'Funus' cadaver sonat apud Q. Septimium IV. de Bello Trojano. 'Cæterum viso Hectoris funere, cuncti cives sociique accurrentes fletum tollunt,' &c. Seneca Satyrico de morte seu potius apotheosi Claudii: 'Claudius ut vidit funus suum, intellexit se mortuum esse,' &c. Magis autem ridiculum Senecæ dictum facit, si perpendamus 'funus' non pompam funebrem intelligere, quæ fingi a petulantibus et male feriatis hominibus poterat in ludibrium etiam tum vi-

ventis principis, ut spectator ipse videlicet suarum fieret exequiarum; sed vero tantumdem esse ac si dixisset: 'ut vidit cadaver suum.' Advers. VII. 1.

§ 17 *Maxime quod in suis indies deficientibus auxiliis*] Est abundans positum τὸ in, ut apud plures scriptores. Tertullianus de Testim. Anim. v. 'Judæos, in quorum oleastro insiti sumus.' Septim. IV. 'Interim Trojani vehementer pavere, maxime quod in suis indies deficientibus auxiliis novus adversus se miles pararetur.' Optatus Afer v. 'Insectamini in personas hominum.' Virg. Ecl. 7. 'Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.' His locis superest ea vocula, aliis deesse potest. Vitruv. VIII. 13. 'Quod legitur Ponto et Asia est atrum.' Par est quod idem Apuleius alibi dicit, 'in verba fidere,' p. 139. Quomodo legitur apud Hieronymum ad Sabinianum: 'Angelorum strepitu desuper concinente in eadem verba testaris.' Advers. XXXIV. 15.

ULRICI OBRECHTI NOTÆ.

In Prolog. *Dictys Cretensis*] Prologus iste, ut in Codice Bibliothecæ Argentinensis inscribitur, Græce et ad Dictyn Græcum compositus videtur: inde nec versionis de Græco in Latinum factæ meminit, et textui, ut appellat, statim connectitur. Pleraque autem, quæ continet, apud Græcos pervulgata fuisse, plenius apparebit, cum integra Joannis Antiocheni Historia, quæ in Angliæ Bibliothecis latet, publici juris facta erit.

Tertio decimo anno Neronis] Aliqui ad Claudium Imper. referunt, adoptivo Neronis nomine decepti. Suidas: Ἐπὶ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεῳχθέντων, εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδωκε γράφεσθαι. Factus est autem hic terræ motus anno Neronis penultimo ineunte; post Id. Octobr. scilicet, C. Suetonio Paulino, L. Pontio Telesino Coss. cum, ex dicto Apollonii Tyanei, qui eo tempore in Creta morabatur, ἡ θάλαττα γῆν ἔτεκε, nata subito inter Theram et Cretam insula. Philostratus de vit. Apollonii IV. 2. Σεισμὸς ἀθρόως τῇ Κρήτῃ προσέβαλε. βροντὴ δὲ οὐκ ἐκ νεφελῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς ὑπήχησεν, κ. τ. λ.

Rutilio Rufo illius insulæ tunc consulari] Quocumque nomine, sive Rutilii sive Julii, Rufus hic notandus sit, eundem esse censeo, qui cum C. Fonteio Capitone itidem tertio decimo Neronis anno Consul fuit. Fasti antiqui Græci Latinique Rufum duntaxat, primus autem quod sciam Onuphrius Panvinius C. Julium Rufum, nominavit. Sed uterque parte tantum anni consulatum gessit, a Nerone, qui in utriusque locum solus iniit, ante tempus honore privati: atque eodem adhuc anno Capitoni Germania inferior, Rufo, ut opinor, Cyrenaica et Creta provincia obtigit. Vere is itaque, et Augustei ævi stylo, Consularis, sc. Legatus: ἀνθύπατος ἐκ τῶν ὑπατευκότων, de quibus videndus Dio LIII.

Ad Neronem transmisit] Ex Achaica peregrinatione reducem, quæ Eupraxidem sive alium quempiam Cretensium ἀεὶ ψευστῶν invitasse videtur, ut e copia scriptorum, qui de Bello Trojano jam tum extabant, aliquem pro Dicty obtruderet, atque Principem eo argumento demereri contenderet, quod non æstimatum saltem illi, sed excultum magnopere constabat; scriptis quippe 'Troicis,' ac decantata subinde Ilii 'Αλώσει.

Muneribus et Romana civitate donatum] Msc. Arg. *muneribus e Romana civitate:* male. Ita sub idem plane tempus Judices quoque suorum certaminum remuneratus fuerat Nero. Sueton. 29. 'Decedens Achaia provinciam universam libertate donavit: simulque judices civitate Romana, et pecunia grandi.'

In Græcam Bibliothecam recepit] De hac Sueton. Aug. 29. 'Templum Apollinis in parte Palatinæ domus excitavit. Addidit porticus cum Bibliotheca Latina Græcaque.'

lere] Legendum arbitrer: 'Dum namque propera itione navigii inconsulte usi ventis, Cyprum appulere.' Advers. XXIV. 10.

Sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus] 'Delapsum' Alexandrum navigio, hoc est, prosperis ventis devectum, elegantissime etiam dixit libro eodem primo: 'tum namque properatione navigii inconsulte usi ventis, ad Cyprum appulere. Unde sumptis aliquot navibus Alexander Phœnicem delapsus, Sidoniorum regem, qui eum amice susceperat, noctu insidiis necat.' Quæ verba et superius prolata non carent suspicione apud nos maculæ. Quamquam scelere domus Menelai spoliatæ onusta navi properasse contra ventos etiam dicat Alexandrum, ne a persecuturis apprehenderetur. Est autem τὸ 'delapsus' Poëticum. Virg. X. Æn. 'Labitur alta secans fluctuque æstuque secundo.' Tamen aliquid mendosum est iis verbis, ut memoravimus.

Eademque qua apud Lacedæmoniam cupiditate] 'Lacedæmonia' est urbs ipsa Sparta, quomodo nescio an ullus Latinus Scriptor usurparit.

Universam domum ejus in scelus proprium convertit] 'Verti in scelus' dicitur quicquid vi contra fas et æquitatem patratur.

Cum obstinate hi regis necem defenderent] 'Defendere,' est vindicare. Rex autem erat jam insidiis Alexandri interemptus.

§ 6 *Ut taciti vultu tamen admissum facinus condemnarent*] Mos est hominum, cum rem quampiam minus probant, vultum contrahere, et eo eam velut aversari. Id 'vultu condemnare' pulcre dixit. Sic Auctor Moreti idem alludit: 'Sæpe viri nareis acer jaculatur apertas Spiritus, et simo damnat sua prandia vultu.' Advers. LVII. 20.

§ 7 *Cum partim exemplo facinoris execraretur*] 'Exemplum' memini ab auctoribus dici dignam rem imitatione et laude perpetua. Claudianus de fratribus Catanæis: 'Ipse redundantem frenavit Mulciber Ætnam, Læderet exempli ne monumenta pii.' In veteri epitaphio: 'Exemplum periit, castæ lugete puellæ.' Dixi de bona, capitur autem et in malam partem. Ut 'exemplum unicum malitiæ' est apud Appuleium pag. 381. Sic 'gulæ exemplum' Apicium vocat Scholiastes priscus in Juvenalem. Ita 'exemplum facinoris' facinus ipsum pessimum Septimio l. 1. de Bello Trojano. Advers. XXXV. 14.

Qui lingua moribusque barbari, nihil pensi, &c.] De Trojanis quod ait, præcipue autem de regulis, ut vocat Priami filios, longe aliter se eam rem habere persuadebitur qui Dionis Chrysostomi orationem Troicam leget. Quo sane libro mirum est nisi veritas totius belli Trojani aut nunquam gesti, aut magno Græcorum dedecore, aperitur, in pudorem omnino figmentorum levissimæ nationis. Advers. LVII. 20.

§ 14 *Hic in primis adolescentiæ annis, procerus, decora facie, studio rerum bellicarum, omnes jam tum virtute et gloria superabat*] Non audio virum doctum hæc mendi suspicientem; potius nos Sallustianum loquendi modum agnoscimus, ut jam sententia velut plena adjiciantur tamen alia, quæ rem ipsam penitius concernant. Sic hoc loco sufficere poterat dici Achillem proceritate, venustate formæ, et studio rerum bellicarum omnes superasse; ille vero etiam virtutem et gloriam adjecit. Observare poteris apud Sallustium, nec non uno atque altero loco Thucydidem.

Neque tamen aberat ab eo vis quædam inconsulta, et effera morum impatientia] Ex Homero adumbravit hæc omnia Septimius; et de eodem Achille Horatius notandorum morum summus artifex: 'Aut famam sequere aut sibi convenientia finge. Scriptor honora-

tum si forte reponis Achillem, Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.' Quod ad formam Achillis attinet, eandem pulcre nobis repræsentavit Isacius Porphyrogenitus, a summo viro Jano Rutgersio editus: ὁ Ἀχιλλεὺς, ait, *εὔστηθος, μέγας τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, μακρόσκελος, πανὸς, ξανθὸς, εὐπρόσωπος, οἰνοπαὴς*, (legam *οἰνοβαρὴς*,) *γοργοὺς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, πολύθριξ, μακρόῤῥιν, τοὺς πόδας ὀξὺς, καὶ τοῖς ἅλμασι δόκιμος, δεινὸς πολεμιστὴς, εὐχαρὴς, φιλήδονος, μεγαλόψυχος, καὶ καλλίφωνος*, &c. Morum autem impatientia illud 'iracundus' Horatianum designat. Sic contra 'patientes' pro probis et simplicibus quodammodo ponit lib. II. auctor idem hic noster. 'Eam seniores lamentationem immodicam cum lacrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebantur, tanquam injuriæ ejus patientes, annuere.' Tamen eo loco idem potius quod 'compatientes' designat hoc verbum. Advers. LVII. 7.

Vicaria morte conjugis fata propria protulerat] 'Vicariam mortem' eleganter Alcestidis vocat, quæ vice mariti occidit. 'Cujus pater Admetus quondam vicaria morte conjugis fata propria protulerat.' Ita legendum, cum inepte alioqui edatur, 'pertulerat.' Sic libro eodem, 'nec leniri, priusquam auctor tanti sceleris filiam natu maximam vicariam victimam immolasset.' Sic 'vicarium munus' l. II. 'Nec quicquam deprecari amplius, modo in locum ejus Hippodamiam, quæ cum Achille degeret vicarium munus amissi honoris, acciperet.'

Comes Herculis post discessum ejus] 'Discessum' pro morte usurpatum, cui similia ex Festo, Vitruvio, Ammiano, aliis, alibi notavimus. Advers. XXVII. 10.

§ 15 *Porcum marem in forum medium afferri jubet, &c.*] Ritum concipiendi sacramenti sive juramenti et conjurationis in hostilitatem alicujus sanctum et inviolabilem indicat. Quod legenti mihi sane mirari subit hominum securitatem, qui tantum exercitum Græcorum ad muros Ilii admissum a dominatore illo Asiæ fingere sunt ausi. Tantus rex, tot populorum Imperator, tot Heroum pater, non potuit aditus regni sui munire, ne urbs imperii caput obsideretur a principibus angulum unum tenentibus Europæ, minime cum ipso omnibus unico comparandis. Porro morem istum vovendi inimicitias irrefutabiles nescio an supra etiam notarim: certe observatione est dignissimus, et mentio ejus est infra apud nostrum etiam l. II. et V. Execratur autem in populo Dei eandem hanc ceremoniam Hieremias Propheta XXXIV. qua se utique addixerant gentilium superstitioni, interpositis diris adjurationibus. Verba Prophetæ sunt: 'Et dabo viros qui prævaricantur fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus, Principes Judæ et Principes Hierusalem, Eunuchi et Sacerdotes, et omnis populus terræ, qui transierunt inter divisiones vituli, dabo eos in manus inimicorum suorum, et erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli.'

Martem atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere] Scitum est quod ait, Deos sibi Martem et Concordiam velut hospitio conjunxisse Græcos principes, quod 'adhospitasse' dixisse priscos exinde apparet. Ut videlicet cum eis manerent duo ista numina, et inter eos habitarent. Non occurrit nunc adhospitationis hujus mentio in alio quopiam auctore. Advers. LVII. 7.

§ 16 *Ita consensu omnium secundo rumore, &c.*] 'Secundo rumore' valet auspicato. Virg. Æn. VIII. 'Ergo iter inceptum celerant rumore se-

cundo.' Suevius vetus Poëta v. 'Redeunt, referunt rumore petita secundo.' Et hoc haud dubie a favore multitudinis descendit, obscuro quopiam rumore secundis rebus plaudentis et eas voventis.

Vigiliarumque vices dispartiant] 'Dispartire' sonat dividere.

§ 17 *Agamemnon ex Mycenis naves centum*] Illud observare velut aliud agentem licet, parum in catalogo navium Græcarum ad oppugnationem Ilii collectarum dissentire Septimium hunc a libello veteri qui Daretis nomine inscribitur, et multa a Græcis recensionibus universæ Trojanæ historiæ discrepat. Septimius enim noster numerum 1117. navium producit, Dares autem 1148. enumerat, ut diversissimi auctores vix triginta ipsis navibus discrepent.

§ 19 *Prorsus nullus funeri modus neque requies*] 'Funus,' pestilentiam, contagionem sive contagium notat Auctori nostro. Velut 'Funus' aliquod numen funestum et sæviens cadaveribus faciendis diceretur. Pariter autem 'Libitinam' pro tali aliquo dæmone accipit aliquot locis Horatius.

Mulier quædam Deo plena Dianæ iram fatur] Notandum his verbis, 'Fari' propheticum esse verbum, et edicere a numine instinctum denotare. 'Fata' enim sunt oracula. Lucan. IX. Pharsaliæ: 'Stabant ante fores populi quos miserat Eos, Cornigerique Jovis monitu nova fata petebant.' 'Plena Deo' instinctam notat, ut l. v. Septimius idem noster: 'inter quæ tam solicita Cassandra Deo plena victimas ad Hectoris tumulum transferri inferrique jubet.' Calpurnius Ecl. I. 'Jamdudum velut ipso numine plenum Me quatit et mistus subit inter gaudia terror.' Quod genus loquendi irrisit olim Seneca pater in nescio quo declamatore, non facturus si ea cognoscere potuisset, quæ nos docent sacræ litteræ, et ex iis Didymus l. I. de Spiritu Sancto. Pariter Arnobius v. 'ut vos plenos Dei numine ac potestate censentis.' Et Julius Firmicus de erroribus profanarum Religionum. Vetus inscriptio: 'Templum in rupe Tagi superis et Cæsare plenum.' 'Saturum et potatum' torrente deliciarum Dei dixit Victor Uticensis fine l. I. de Persecutione Vandalica.

Ne tanta vis exercitus sine rectore effusius ac sine more militiæ vagaretur] 'Mos' idem est quod lex, effectu quidem, licet non origine; mos enim oritur ex consuetudine, lex vero ex sanctione: promiscue tamen usurpatur, ut a Septimio nostro.

Ita per æquationem numeri atque partium quadripartitur exercitus] 'Quadripartiri' est in quatuor partes dividere. Æquum autem quaternarium numerum dicit ob perfectionem cubi, de quo consule Macrobium et Favonium in somnium Scipionis, Capellam et Isidorum in Arithmeticis Tractationibus.

§ 20 *Neque interim ullus finis vastitatis*] 'Vastitas' est pestilentia. Arnobius fine l. IV. 'Deos sæpe dicitis propter ceremonias non rite perfectas tremoribus infremuisse terrarum, et contagione pestilentiæ corrupisse auras temporum luctuosa cum populi vastitate.' Hoc est pestilentia et contagione morborum ab infecto aëre.

§ 21 *Quum ecce dies fœdari, et cœlum nubilo tegi cœpit*] 'Nubilum' est tenebrosa tempestas cœlo obducto nubibus. 'Præcipitatio' imbris eleganter magnam illam ruinam cœli, ut Maro loquitur, designat. Valerius Æditiuus de flamma amoris in se ardentissima: 'Istam non potis est vis sæva extinguere flammæ, Atque imber cœlo candida præcipitans.'

Dein cœpere venti atque fulmina consenescere] Elegantissime dicit 'consenescere' vim ventorum et tempestatum, pro remittere labefieri, defi-

cere. Egesippus I. 26. 'Excitus Herodes congregato exercitu petebat Hierosolymam, ut solveret omnem Hircani potestatem, ac pene effecerat, nisi a fratre infractus et patre, impetus ejus consenuisset.'

§ 22 *Ab inquietudine Iphigeniæ cohiberent sese*] 'Inquietudo' est molestia. Advers. LVII. 7.

Reformatoque jam die] 'Reformatus dies' cui nubilo pulso reddita serenitas. Quomodo animum atque ornatum 'reformare' l. II. dixit. Advers. XXVII. 10.

Reseratum est cœlum] 'Reseratum cœlum' pulcre pro reserenato ponit. Lucret. I. 'Et reserata viget genitabilis aura Favoni.' Advers. LVII. 7.

§ 23 *Ventorumque flatus navigandi prosperos*] 'Flatus ventorum' est commoda temperies. (Advers. LVII. 7.) Quam vocem ita elegantissime etiam ab aliis autoribus usurpari, alibi notavimus. Advers. XXVII. 10.

Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus, &c.] Eleganter nonnulla omittit, quod ego non minimum ornamentum Latini sermonis arbitror. 'Quæ res pergrata atque accepta per exercitum fuit. Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus quam parentem miles omnis percolebat.' Deest, 'putabant,' consultorem suum scilicet. Quæ et ipsa vox non vulgi. (Advers. XXVII. 10.) Vide quæ Indice Apuleiano, voce, Omissa, constipamus. Et sic emensi sumus primum hujus scriptoris librum, cæteros pariter examinaturi, cum otium erit, aut animus. Illud dicere cogor ex re ipsa, bona quamplurima esse in hoc auctore, pauca vero sequioris seculi indicia, quorum gratiam illi libenter facimus, præcipue cum constet nobis ab exscriptoribus miris modis interpolatum et contaminatum esse, quod se etiam usu expertum didicisse, collatione cum scriptis codicibus instituta, commemorat homo judicii et ingenii præstantissimus Josias Mercerus, Notis ad Nonium, qui et locum ex hoc eodem primo libello p. 25. 'nec multo post irane Dianæ ob mutationem aëris corporibus pertentatis lues invadit;' corrigit ex libris suis: 'neque multo post irane cœlesti an ob mutationem aëris.' Cui equidem assentimur merito volentes. Advers. LVII. 7.

LIB. II.

§ 6 *Eumque jactatum magnis doloribus*] Crebro jactationem a pelago deducunt scriptores ad animi aut fortunæ jactationem. Septimius II. 'ad Telephum perveniunt, eumque jactatum magnis doloribus consolati,' &c. Florus I. de populo Roman. 'tot laboribus periculisque jactatus est, ut ad constituendum ejus imperium virtus et fortuna contendisse videantur.' Propert. II. 'Scilicet alternum quoniam jactamur in unda, Nostraque non ullis permanet aura locis.' Gellius I. 5. 'maledictis appellationibusque præposteris jactatus est.' Advers. XX. 20.

§ 8 *Tempus profectionis antecipere͏nt*] 'Præcipere' est antecapere, primo loco priusque capere. Virgilius: 'Si lac præceperit æstas.' Ovid. Fast. IV. 'Et canis, Icarium dicunt, quo sidere moto Tosta sitit tellus, præcipiturque seges.' Livius XXXI. 'Nox, dieique insequentis pars, ad præcipiendum iter Philippo data est,' &c. Sic 'antecipere' Sallustius. 'Non sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiri, sed omnia luxu antecipere.' Q. Septimius I. de Bell. Troj. 'Tempus profectionis antecipere͏nt.' Advers. XLVI. 8.

§ 20 *In ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat*] 'Lacerare contumeliis' est velut existimationem alicujus discerpere. Apuleius p. 259. Q. Septimius II. 'Cæterum Achilles in ore omnium ipsumque et Menelaum contumeliis lacerabat.' Et mul-

ta sunt quibus conveniunt hi duo scriptores. Advers. XXXIV. 15.

LIB. III.

§ 1 *More optimo divisis ad sua officia quibusque*] 'More optimo' est laudabili consuetudine. Sic infra: 'sed Barbari more pessimo nihil aliud quam turbata atque insidiosa cupientes prœlium prævertere.'

Neque dubium quin inter hos jam præcellerit Philoctetes] Legendum est, 'inter hos etiam.' Videtur trajectum fuisse: 'hos inter etiam.' Unde omissio literarum.

Neque circa exercitum solliciti] Lege, *circa exercitium*. Nam Græcis exercitiis occupatis, cessante bello, opponit desidiam barbarorum.

§ 2 *Polyxena et Cassandra, Minervæ atque Apollinis antistes*] Clarum est inserendam voculam 'hæc.' 'Polyxena et Cassandra, Minervæ hæc atque Apollinis antistes.'

Auctoque in horas desiderio] 'Desiderium' pro intensiore amore non inerudite dixit. Catullus: 'Cum desiderio meo nitenti Carum nescio quid lubet jocari.' Desiderii poculum pro philtro Horatio Epodo 17. Sic et Propertius III. Eleg. 21.

Daturum se in matrimonium sororem mandat] 'Mandare' est nuntio indicare. 'Mandatus' pro misso, 'mandator' pro missore apud Tertullianum III. in Marcionem c. 2. Advers. XIV. 13.

§ 3 *Animi jactatione saucius*] 'Saucium animi jactatione' hominem tristem dixit. 'Saucium vecordia' Apuleius, ut et fatigatione. Advers. X. 16.

Cum rege commorantur] Cum rege commoratos Ajaces et Patroclum, ejus tuendi ab amatoris aliquo subito incursu, dicit; ne id aliquem turbet.

§ 4 *Igitur ubi utrinque instructæ acies adversum processere*] Adversum eleganter usurpat hic scriptor. Mox: 'mox telis adversum jactis ubi uterque intactus est,' &c.

Hector situs in parte alia] 'Situm' in parte alia Hectorem pro ibi degentem et rem gerentem dicit. 'Sed ubi Hector situs in parte alia medios suorum fundi accepit, dispositis satis strenuis, ubi pugnabat, accurrit auxilio laborantibus.' Quæ verba eo lubentius adscripsi, ut eorum auxilio duo menda sequentibus abstergam. Legitur: 'ita Græci, prohibiti cæde reliquorum, represso gradu adversus eos qui superfuerant constitere.' Legendum, 'qui supervenerant.' Nam Hectorem, Deiphobum, Glaucum, Polydamanta dicit. Continuo: 'ac mox cognito per universum exercitum prœlio in ea parte reliqui duces confirmati, ubi quisque pugnaverat, undique eo confluunt.' Ex eodem periodo reponendum aio, 'confirmatis.' Non enim aliter quam Hector apud Trojanos, hi apud Græcos deserturi loca, quæ primum pugnantes ceperant, muniunt illa præclaris viris.

§ 5 *Philemonem Paphlagonum regem impedimento sibi oppositum cominus fundit, &c.*] Non habeo extra suspicionem ista. Philemon enim primo nomen Græcum quomodo Paphlagonum regi sit nescio. Deinde in illud 'propriam' aliquid correpsisse puto. Mirum enim ni alienæ potius quam suæ originis memoriam repetierint. Sed de nomine largior: valde enim incantæ in talibus Homericæ fabulæ; quas certe huic etiam cuicunque etiam Dictyi vel interpreti cum solo nomine originem dedisse autumo, utcunque alia affectet.

§ 7 *Ubi uterque intactus est, curru desiliunt, atque arreptis gladiis pergunt obviam*] Notandum 'intactum,' non tactum, valere. 'Obviam' etiam absolute posuit, pro sibi mutuo obviam.

Colligit in arma sese] Eleganter 'colligere se in arma' Patroclum, et

'in armis compositum,' dixit. Virg. x. Æn. 'Sed bellis acer Halesus Tendit in adversos, seque in sua colligit arma.' Ejusdem alteram quoque phrasin esse puto, sed locus excidit: neque nostrum est ignavis iudicibus uti.

§ 8 *Neque fortuna belli mutatur*] 'Fortuna belli' est ambiguus ejus status, sive et numen aliquod, ut alibi monuimus. Infra: 'Patroclus fortunam belli vincere aggressus dum hortatur suos,' &c.

§ 9 *Circa Sarpedonis cadaver cunctis deflentibus*] 'Deflere' enixe flere est. Virg. vi. Æn. 'Tum membra toro defleta reponunt.'

§ 10 *Meges, &c.*] Legendum, 'Meges et Elpenor Arcadæ,' non 'Arcadiæ,' ut excusum. 'Indignatio' rei ibidem indignitatem denotat. Sic 'dignatio' sæpe dignitatem in libris ævi cadentis.

Patroclus fortunam belli vincere aggressus] 'Fortuna belli' est Bellona. Quam Fortunam belli vocat Lucan. vi. 'Te precor, ut certum liceat mihi noscere finem, Quem belli Fortuna paret.' Et iv. 'Non eadem belli totum Fortuna per orbem Constitit.' Q. Septimius iii. 'Patroclus Fortunam belli vincere aggressus telo Euphorbi ruit.' Sic aliarum magnarum rerum Fortuna dicebatur. Ut 'Fortuna populi Romani' apud Cic. Philipp. ii. ubi de cæde Cæsaris. Cicero pro Marcello: 'Cum esset incertus exitus et Fortuna belli.' Ausonius Periocha Il. xv. 'Jupiter monet pro Phrygibus belli instaurare Fortunam.' Advers. xiv. 19.

Insolentia gentis suæ illudere cupiens] Τὸ 'suæ' ab aliena manu est: delendum ergo protenus.

§ 11 *Ob tegenda vulnera, quæ multis, &c.*] Bardos librarios! non viderunt legendum, 'quæ occultis locis impressa.' Supra dixerat: 'Patrocli vero mors non tantum gemitum illum cunctis incusserat, sed præcipue recordatio vulnerum per loca corporis pudibunda.' Advers. xiv. 18.

§ 20 *Priamus lugubri veste miserabile tectus*] Ablativos in *i* pro *e* vulgato exeuntes usurpat Apuleius, et contra. Sic l. iv. 'Imo etiam paratus non fusti tantum, sed machæra percussus occumbere.' Valerius Maximus lib. vi. cap. 3. 'Fusti percussam interemit.' Ita veteres libri eo loco habent, ubi Pighius restituit 'fustim.' Contrarium in Apuleio ix. 'At dum fodiens, dum irrigans, cæteroque incurvus labore deservit.' Erat enim 'labori' dicendum. Sic Septim. iii. 'Priamus lugubri veste miserabile tectus.' Venantius ii. de rebus Martini: 'Effosas trajecto missile costas, Unde cruentati pariunt baptismata rivi.' Propertius: 'illa meo caros donasset funere crines.' Lucilius: 'esuriente leoni ex ore exsculpere prædam.' Advers. xxv. 5.

§ 26 *Renovato fletu quam miserabili*] Apuleius, 'cum quam misella,' dicit de Charite, p. 311. miserrima intelligenda est. Septim. iii. 'Ad ea Priamus renovato fletu quam miserabili, non sine decreto divum hominibus adversa irruere ait.' Idem iv. 'Apud Trojanos lætitia atque gratulatio interfecto quam metuendo hoste.' Eam vim particulæ 'quam' nemo puto hactenus agnovit. Advers. xxxiii. 12.

LIB. IV.

§ 1 *Cæterum viso Hectoris funere*] 'Funus' cadaver sonat apud Q. Septimium iv. de Bello Trojano. 'Cæterum viso Hectoris funere, cuncti cives sociique accurrentes fletum tollunt,' &c. Seneca Satyrico de morte seu potius apotheosi Claudii: 'Claudius ut vidit funus suum, intellexit se mortuum esse,' &c. Magis autem ridiculum Senecæ dictum facit, si perpendamus 'funus' non pompam funebrem intelligere, quæ fingi a petulantibus et male feriatis hominibus poterat in ludibrium etiam tum vi-

ventis principis, ut spectator ipse videlicet suarum fieret exequiarum; sed vero tantumdem esse ac si dixisset: 'ut vidit cadaver suum.' Advers. VII. 1.

§ 17 *Maxime quod in suis indies deficientibus auxiliis*] Est abundans positum τὸ in, ut apud plures scriptores. Tertullianus de Testim. Anim. v. 'Judæos, in quorum oleastro insiti sumus.' Septim. IV. 'Interim Trojani vehementer pavere, maxime quod in suis indies deficientibus auxiliis novus adversus se miles parare- tur.' Optatus Afer v. 'Insectamini in personas hominum.' Virg. Ecl. 7. 'Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.' His locis superest ea vocula, aliis deesse potest. Vitruv. VIII. 13. 'Quod legitur Ponto et Asia est atrum.' Par est quod idem Apuleius alibi dicit, 'in verba fidere,' p. 189. Quomodo legitur apud Hieronymum ad Sabinianum: 'Angelorum strepitu desuper concinente in eadem verba testaris.' Advers. XXXIV. 15.

ULRICI OBRECHTI NOTÆ.

In Prolog. *Dictys Cretensis*] Prologus iste, ut in Codice Bibliothecæ Argentinensis inscribitur, Græce et ad Dictyn Græcum compositus videtur: inde nec versionis de Græco in Latinum factæ meminit, et textui, ut appellat, statim connectitur. Pleraque autem, quæ continet, apud Græcos pervulgata fuisse, plenius apparebit, cum integra Joannis Antiocheni Historia, quæ in Angliæ Bibliothecis latet, publici juris facta erit.

Tertio decimo anno Neronis] Aliqui ad Claudium Imper. referunt, adoptivo Neronis nomine decepti. Suidas: Ἐπὶ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεῳχθέντων, εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδωκε γράφεσθαι. Factus est autem hic terræ motus anno Neronis penultimo ineunte; post Id. Octobr. scilicet, C. Suetonio Paulino, L. Pontio Telesino Coss. cum, ex dicto Apollonii Tyanei, qui eo tempore in Creta morabatur, ἡ θάλαττα γῆν ἔτεκε, nata subito inter Theram et Cretam insula. Philostratus de vit. Apollonii IV. 2. Σεισμὸς ἀθρόως τῇ Κρήτῃ προσέβαλε. βροντὴ δὲ οὐκ ἐκ νεφελῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς ὑπήχησεν, κ. τ. λ.

Rutilio Rufo illius insulæ tunc consulari] Quocumque nomine, sive Rutilii sive Julii, Rufus hic notandus sit, eundem esse censeo, qui cum C. Fonteio Capitone itidem tertio decimo Neronis anno Consul fuit. Fasti antiqui Græci Latinique Rufum duntaxat, primus autem quod sciam Onuphrius Panvinius C. Julium Rufum, nominavit. Sed uterque parte tantum anni consulatum gessit, a Nerone, qui in utriusque locum solus iniit, ante tempus honore privati: atque eodem adhuc anno Capitoni Germania inferior, Rufo, ut opinor, Cyrenaica et Creta provincia obtigit. Vere is itaque, et Augustei ævi style, Consularis, sc. Legatus: ἀνθύπατος ἐκ τῶν ὑπατευκότων, de quibus videndus Dio LIII.

Ad Neronem transmisit] Ex Achaica peregrinatione reducem, quæ Eupraxidem sive alium quempiam Cretensium ἀεὶ ψεύστων invitasse videtur, ut e copia scriptorum, qui de Bello Trojano jam tum extabant, aliquem pro Dicty obtruderet, atque Principem eo argumento demereri contenderet, quod non æstimatum saltem illi, sed excultum magnopere constabat; scriptis quippe 'Troicis,' ac decantata subinde Ilii Ἁλώσει.

Muneribus et Romana civitate donatum] Msc. Arg. *muneribus e Romana civitate:* male. Ita sub idem plane tempus Judices quoque suorum certaminum remuneratus fuerat Nero. Sueton. 29. 'Decedens Achaia provinciam universam libertate donavit: simulque judices civitate Romana, et pecunia grandi.'

In Græcam Bibliothecam recepit] De hac Sueton. Aug. 29. 'Templum Apollinis in parte Palatinæ domus excitavit. Addidit porticus cum Bibliotheca Latina Græcaque.'

In L. Septimii Epist. *L. Septimius Q. Aradio*] Prima editio quæ A. C. 1477. Mediolani prodiit, et cui debetur hæc epistola, sub isthac inscriptione illam exhibet: 'Septimius Q. Aradio S. D.' ea vero quam 22. post annis Franciscus Faragonius Venetiis procuravit: 'Septimius Q. Aradio S. D.' ipse vero Faragonius in iis quæ de suo adjecit, 'virum Romanum eloquentissimum' vocat: unde in ceteras editiones labes fluxit, ut 'Septimius Romanus' diceretur. 'Lucii' prænomen ex Arg. Cod. restituimus, in quo 'Epistola' quidem deest, sed 'libro quinto' præscriptum legitur: 'L. Septimii Ephemerides liber quartus explicit: incipit liber quintus.' Itemque VI. 'L. Septimii Ephemeridos Dictys liber quintus explicit: incipit sextus.' Q. Aradio Rufino coævum Epistola indicat, quam adolescenti et in liberalibus studiis adhuc versanti scriptam conjicio. Sed is quidem inde a Diocletiano usque ad Julianum per aliquot Imperatorum tempora vitam produxit, sicut vel ex Epigrammate Symmachi constat: 'Princeps ingenio, fortunæ munere princeps Ætatis, Rufine, tuæ, cui prospera, cuique Tristia mirandis æquavit gloria rebus: Unus amor cunctis, et præsidium trepidorum: Principibus, quorum viguisti tempore, doctus Aut calcaria ferre bonis, aut fræna tyrannis.' De eodem Libellus de præfectis urbis a Panvinio editus: 'Diocletiano IX. et Maximiano VIII. Coss. prid. non. Jan. Aradius Rufinus Pr. Urb. fuit.' Itemque anno post Consulatum IV. Constantini M. 'Sabino et Rufino Coss. prid. non. Aug. Ovinius Gallicanus Pr. Urb. fuit.' Idque consentientibus Fastis. Inscripto apud Gruterum.

D. D. CRISPO. ET. CONSTANTINO. JVNIORE
NOBILISSIMIS. CAESS. COSS. IV. KAL. SEPT.
MVNICIPES. MVNICIPI. T. AELI. HADRIANI. AVG. CIVI
LITANI. Q. ARADIVM. RVFINVM VALERIVM. PROCVLVM
C. V. LIBEROS. POSTEROSQVE. EJVS. SIBI. LIBERIS. POSTE
RISQVE. SVIS. PATRONOS. COOPTAVERVNT. TESSERAM
QVE. HOSPITALEM. CVM. EO. FECERVNT, &c.

Ammianus Marcellinus XXIII. de Juliano Imp. 'Rufinum Aradium Comitem Orientis in locum avunculi sui Juliani recens defuncti provexit.'

Ephemerida belli Trojani] Mediol. edit. lectio hæc est, quam firmat Suidas: Δίκτυς ἱστορικὸς, inquit, ἔγραψεν ἐφημερίδα. ἔστι δὲ τὰ μεθ' Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ'. Ἰταλικά. Τρωϊκοῦ διακόσμου. οὗτος ἔγραψε τὰ περὶ τῆς ἁρπαγῆς καὶ περὶ Μενελάου καὶ πάσης Ἰλιακῆς ὑποθέσεως. Locus male a descriptoribus, sed pejus ab interprete habitus: vertit enim: 'Dictys Historicus scripsit Ephemeridem. Novem autem libris res ab Homero prætermissas est complexus. Res Italicas. De Trojana Republica. Hic etiam scripsit de raptu Helenæ et Menelao et universa Iliaca sive Trojana Historia.' Ἰταλικὰ mutare debuit in Ἰλιακὰ, ut jam ad oram Codicis sui Hieronymus Wolffius annotavit, ac porro locum interpunctione sanatum vertere: 'Dictys Historicus scripsit commentarios rerum Trojanarum, quibus Ilias post Homerum prosa oratione in novem libros relata continetur. Dictys iste scripsit de raptu Helenæ et de Menelao et de omnibus quæ ad Trojam gesta sunt.' Non unius Authoris hæc esse, sed ex pluribus consarcinata, uti apud Suidam plurima, conjicio, et ista quidem, ἔστι δὲ τὰ μεθ' Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ'. Ἰλιακά· ἐν παρενθέσεως μοίρᾳ interjecta esse. Τρωϊκὸς διάκοσμος est rerum Trojanarum digestus, si cum Papinio loqui licet, vel Digestum aut Digesta Trojana, si

cum Tertulliano et Jureconsultis. Διακοσμεῖν digerere, acta, res, tempora: quod Historici præsertim solent: etiam illi qui non nisi ἐφημερίδας dare se profitentur. Nam si hunc operum titulum ad actus diurnos tantum referre velis, quid fiet Cæsaris commentariis, quos utique Ἐφημερίδας vocavit Plutarchus? Sed notum est de iis Ciceronis testimonium in Bruto. Et quanquam olim Commentarii, non diurni saltem, sed et Annales, ab Historia distinguerentur, postea tamen usus permiscuit. vid. Gellius N. A. v. 18. Est et Poëtarum διάκοσμος. Atque inter hos alius Epicorum, alius Tragicorum, qui cum res vere gestas, ut Troicas, Romanas, alias, juxta legem operis sui contexunt, quid aliud quam Historiam scribunt, poëtice digestam? Ceterum aliquos ante Homerum excoluisse τὴν ὑπόθεσιν Ἰλιακὴν satis constat, atque imprimis Daretem πρὸ Ὁμήρου τὴν Ἰλιάδα scripsisse testatur Antipater Acanthius apud Ptolemæum initio τῆς εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας. Sed Ephemeridem, quæ Dictys nomen præferebat, Iliadem esse post Homerum scriptam non potuit ignorare Suidas. Homero autem prætermissa, nempe τὰ περὶ τῆς ἁρπαγῆς, κ. τ. λ. multi executi sunt, atque inter Latinos etiam Macer: ad quem Ovid. de Ponto: 'Tu canis æterno quicquid restabat Homero, Ne careant summa Troica bella manu.'

LIB. I.

§ 1 *Ad dividendas inter se Atrei opes*] Verum Regis hujus nomen apud Cretenses 'Catreus.' Testes, Diodorus Siculus v. 60. Ἀλθαιμένης ὁ Κατρέως υἱὸς, τοῦ Κρητῶν βασιλέως. Pausanias in Arcadicis de Tegeatis: λέγουσιν ὡς Τεγεάτου τῶν παίδων ἔδει τὸν τόπον μετοικῆσαι ἐς Κρήτην Κύδωνα, Κατρέα, Ἀρχίδιον, καὶ Γόρτυνα. Καὶ ἀπὸ τούτων φασὶν ὀνομασθῆναι τὰς πόλεις Κυδωνίαν, Γόρτυνα, Κατρέα. Κρῆτες δὲ οὐχ ὁμολογοῦντες τῷ Τεγεατῶν λόγῳ, Κύδωνα μὲν Ἀκακάλλιδος θυγατρὸς Μίνω καὶ Ἑρμοῦ, Κατρέα δέ φασιν εἶναι Μίνω, τὸν δὲ Γόρτυνα Ῥαδαμάνθυος. Sed per aphæresin haud inusitatam invaluit ut Atreus diceretur: a quibus haud dubie sumpsit Noster. Apollodorus Bibliothecæ II. de Nauplio: πρὶν δὲ τελευτῆσαι ἔγημεν, ὡς μὲν οἱ τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην τὴν Ἀτρέως.

Dictus ex Cretæ Ida] Ita Merceri Cod. nec multo aliter Arg. 'dictis ex Cretæ Ida.' Cretenses nimirum dialecto sua colles præruptos ὄξους vocarunt: inde Ὄαξις, et, quod idem est, Οἴαξις, χωρίον Κρητικὸν ὑψηλὸν, apud Etymologum, ac κατ' ἐξοχὴν præcipuos Cretæ montes Dictam atque Idam notavit. A quorum altero Œacis nomen derivat Septimius, sive, quod potius reor, Scholiastes quidam Septimii. Pertinent huc Apollonii illa ex Argonauticorum lib. I. de Dactylis Idæis: Οὓς ποτε νύμφη Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος, ἀμφοτέρῃσιν Δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος, ἐβλάστησε. Addatur Stephanus de Urbibus in Ὄαξος: itemque Servius in Virg. Ecl. I. ubi versus Apollonii Latine a Varrone Atacino conversos, sed in fine mutilos, exhibet. Idem qui in Æn. III. 'Idæumque nemus,' annotat, ostendere voluisse Poëtam, 'Idæum montem, qui sit in Troja, de Cretæ Ida cognomen indeptum.'

Admodum parvis] Ita rescripsi pro eo quod est in vulgg. 'admodum parvus.' Agamemnon nimirum et Menelaus parvi admodum erant, cum Plisthenes, ipse quoque agens in primis annis virilis ætatis, vita fungeretur. *Parvis*, id est, κομιδῇ νέοις. Livius I. 39. de Servio: 'Tantus illi honos habitus credere prohibet serva natum eum, parvumque servisse.' Noster infra 4. 22. de Priamo: 'qua tempestate Priamus parvulus admodum regno impositus est.' Eosdem autem cum Græcis Homeri Commentatoribus fontes hausit. Sic enim ad Il. B.

249. Anonymus pariter et Enstathius annotant: *ἀλλ' ἐπειδὴ Πλεισθένης Νέος τελευτᾷ, μηδὲν καταλήψας μνήμης ἄξιον, νέοι πάνυ ἀνατραφέντες ὑπ' Ἀτρέως, αὐτοῦ παῖδες ἐκλήθησαν.*

§ 2 *Itemque insecutis diebus. At Reges Græciæ*] Ex corrupta Ms. Arg. lectione, pronum fuit hanc probam concinnare: habet enim, 'itemque insecutis diebus Atrei gratia.'

§ 3 *Ænea aliisque ex consanguinitate comitibus*] Sic Arg. Ms. et ed. Mediol. sed Mercerus suorum Codd. auctoritate 'Æneam' expungit, non convenire cum sequenti historia hunc Æneæ comitatum ratus: at qui orationem legerit quam Æneæ contra Menelaum tribuit Septim. II. 26. vix mirabitur raptori comitem fuisse, qui raptum tam acriter propugnat. Scriptum tamen hic forte fuerat: 'Per idem tempus Alexander Phrygius Priami, fratribus aliisque ex consanguinitate comitibus.'

Æthram etiam et Clymenam Menelai affines] Joannes Antiochenus in Excerptis Peirescianis, ex Dicty Græco: *συνῆσαν δὲ Ἑλένῃ Αἴθρα τε καὶ Κλυμένη, ἐκ τοῦ γένους καταγόμεναι Πέλοπος καὶ Εὐρώπης.* Noster VI. 2. 'Interim Mnestheus cum Æthra et Clymena filia ejus ab Atheniensibus recipitur.'

§ 5 *Properatione navigii, inconsulte usum venti ad Cyprum appulere*] Ita Mediol. et Venet. 'inconsulte usum,' subint. 'ventis:' Ovid. Met. XIII. 419. 'jubet uti navita ventis.' Porro autem, ut hic, 'venti ad Cyprum appulere, sic II. 1.' postquam ad Mœsiorum regionem universas classes venti appulere.' 'Navigium' antem pro 'navigatione...' passim. II. 10. 'At ubi instructæ omnino classes, et mare navigii patiens.' V. 16. 'Urgente navigii tempore.' VI. 9. 'Neoptolemum in spelunca fatigatum navigio somnoque jacere.' Ita etiam Scævola in l. 121. D. de Verb. Oblig. 'Idque creditum esse in omnes navigii dies.' et mox: 'redderet universam continuo pecuniam, quasi perfecto navigio.' Forte et Lucretii illud referri huc queat e l. V. 'Nec poterat quenquam placidi pellacia Ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis: Improba navigii ratio tum cœca jacebat.'

Universam domum ejus in scelus proprium convertit] Sceleris sui prædam sive materiam fecit. *μετωνυμικῶς.* prorsus ut in illo Lucani Phars. II. 266. 'Quis nolet ab isto Ense mori, quamvis alieno vulnere labens, Et scelus esse tuum?' Itemque Ovid. *Heroid.* XVI. 294. 'Casta tamen tum sis cum te mea Troja tenebit: Et tua sim, quæso, crimina solus ego.' Sensum hausit ex Sallust. Jug. XIV. 'ex improviso Jugurtha, intoleranda audacia, scelere, atque superbia sese efferens, fratre meo atque eodem propinquo suo interfecto, regnum ejus sceleris sui prædam fecit.' Imitator Sallustii, Sulpitius Severus Hist. Eccles. I. 'Joas Amasiæ civile bellum intulit, victoriaque potitus, multam prædam in regnum suum convertit.' Cæterum sententia etiam in vulgus nota, opes materia scelerum. Justin. III. 2. de Lycurgo: 'Auri atque argenti usum, velut omnium scelerum materiam, sustulit.'

Reliqui prædæ] Sic Arg. vulgo 'reliquæ prædæ.'

Cum obstinate hi Regis necem defenderent] Id est, pro vindicanda Regis nece pugnarent. Noster infra VI. 2. 'Teucer prohibitus Salamina a Telamone, quod fratrem insidiis circumventum non defendisset.' Pro quo Velleius, I. 1. 'Teucer non receptus, ob segnitiam non vindicatæ fratris injuriæ.' Legionis 13. milites apud Cæs. de B. Civ. I. 7. 'Sese paratos esse, conclamant, Imperatoris sui Tribunorumque plebis injurias defendere.'

§ 6 *Interjaciens memoriam discordiarum Ili et Pelopis*] Cœptæ hæ discordiæ inter Troëm et Tantalum; illum

Ili, hunc Pelopis patrem, ob raptum Ganymedis; quem Tros armis vindicare aggressus, cum decederet, bellum Ilo peragendum reliquit: a quo Tantalus Paphlagonia ejectus. Sed detrimenta patri illata, magnis invicem damnis Pelops ultus est. Præter Diodorum Siculum et Lycophronis Scholiastem, videatur Orosius I. 12.

§ 7 *Cujus adventu in tota civitate*] Hæc est Arg. Cod. lectio: 'cujus adventum tota civitas cum partim exemplo facinoris execraretur.'

Nihil pensi aut consulti patientes] Med. 'facientes,' Sallustius subinde 'habentes.' sed Arg. Cod. lectio quam repræsentavimus, vera est. Hic enim παρῳδιάζει, non exscribit Sallustium Septimius, ita ut vim phraseos haud parum intendat. Nam si Barbari, qui 'nihil pensi aut consulti habent,' quanto magis qui nec 'patiuntur.' Liv. XXII. 29. 'eum' inquit, 'primum esse virum, qui ipse consulat quod in rem sit: secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi esse ingenii.'

§ 8 *Ita infectis rebus, populus contemtui habitus*] Sallust. Jug. 34. 'Tametsi multitudo terrebat eum, vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex concione discedit.'

§ 9 *Namque ex Hesiona Danai filia et Atlante Electram natam*] Vulg. 'ex Plejona:' Mercer. Codd. 'Jona. et Ona.' Arg. 'Sona.' Med. 'Plesione.' infra IV. 22. 'Hesionam quippe Danai filiam Electram genuisse.' Scholiastes Apollonii l. I. Ἡσιόνης δὲ τῆς Δαναοῦ καὶ Διὸς γίνεται Ὀρχομενός.

Argalum patrem Œbali, quem Tyndari patrem constaret] Apollodorus Biblioth. lib. III. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες Οἰβάλου καὶ Νηΐδος νύμφης Βατείας γενέσθαι παῖδα Τυνδάρεων. Pausanias in Laconicis: ἀποθανόντος δὲ Ἀμύκλα ἐς Ἄργαλον, καὶ ὕστερον ἐς Κυνόρταν, ἀφίκετο ἡ ἀρχή, Κυνόρτα δὲ ἐγένετο Οἴβαλος. οὗτος παῖδα ἔσχε Τυνδάρεων.

Agenoris quippe Phineum] Vulg. 'Agenoris quippe filium Phœnicem.' Sed de Phineo Mercerus jam admonuit. Septimius infra III. 5. 'Perhibebatur quippe hic etiam ex iis qui a Phineo Agenoris originem propriam repetebant.'

Et Dymæ patris Hecubæ] Ita Med. et ex Mercerianis Codd. quidam. Arg. 'deinde patris Hecubæ.' Phineus itaque Agenoris filius, juxta Septimium, Olizonæ pater. III. 5. Olizona uxor Dardani. ibid. et IV. 22. Dardanus autem e Dionysii Halicarnass. recensione Antiq. I. pater Dymæ. Porro Leda Thestio Ætolo nata juxta Strabonem, Apollodorum, alios: Thestius Agenore, Pausaniæ relatu in Laconicis. Sed Agenor iste Pleuronis, ab Agenore Neptuni, quem Septimius innuit, patria et ætate longe diversus, solo nomine scriptores induxit, ut alterum cum altero subinde permutarent.

An pœnarum quas ob desertam domum a conjuge metuebat, ita sibi consulere maluerit] Sallustiana Ellipsis. 'Pœnarum,' subint. 'causa.' Catil. 6. 'Regium imperium initio conservandæ libertatis atque augendæ Reip. fuerat.' 51. 'ne quis divitiarum magis, quam injuriæ bellum incœptum diceret.' Hist. I. 'Omnia retinendæ dominationis honesta existimat.' Et paulo post: 'Exercitum opprimundæ libertatis habet.' De eadem Virgilius II. Æn. 571. 'Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros, Et pœnas Danaum, et deserti conjugis iras Permetuens.' Noster, V. 'iram derelictæ domus metuens.'

§ 10 *Quæ ob id in conspectu popularium venerat*] Sic Arg. pro quo vulgatæ editiones, 'in conspectum.' Cæs. de Bell. Civ. II. 32. 'Hæc acta diebus quadraginta, quibus in conspectu adversariorum venerit.'

§ 13 *Eos Peneleus insecutus cum Clo-*

nio et Arcesilao consanguineis] Peneleum, Clonium, Arcesilaum, Prothoënorem, Leitum fratres partim germanos, partim patrueles fuisse discas ex Diodoro Siculo IV. 69. Βοιωτοῦ δὲ Ἴτωνος γενόμενος ἐτέκνωσεν υἱοὺς τέσσαρας, Ἱππάλκιμον, Ἠλεκτρύονα, Ἀρχίλυκον, καὶ Ἀλεγήνορα. τούτων δὲ Ἱππάλκιμος μὲν ἐγέννησε Πηνέλεον, Ἠλεκτρύων δὲ Λήϊτον, Ἀλεγήνωρ δὲ Κλόνιον, Ἀρχίλυκος δὲ Προθοήνορα καὶ Ἀρκεσίλαον, τοὺς ἐπὶ Τροίαν στρατεύσαντας ἡγεμόνας τῶν ἁπάντων Βοιωτῶν. Postrema hæc firmat Septimius infra, 17. 'item ex omni Bœotia Arcesilaus, Prothenor, Peneleus, Leitus, Clonius, naves quinquaginta:' ac præcipue Homerus: Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον, Ἀρκεσίλαός τε, Προθοήνωρ τε, Κλόνιός τε.

§ 14 *Vicaria morte*] Alcestis nimirum Admeto ἀντίψυχος facta. Hyginus Fab. 243. 'Alcestis Pelei filia propter Admetum conjugem vicaria morte obiit.'

Sagittas divinas industriæ præmium consecutus est] Hyginus Fab. 102. 'Ob id beneficium Hercules suas sagittas divinas ei donavit.'

Ex Ætolia Thessandrus] Usus ibi hospitio Œnei: cujus auspiciis cœptum inter Tydeum et Polynicem societatis jus, utroque ad Thebas interfecto, cum Diomede Œnei nepote coli perseveravit. infra II. 2. Nam cum conventus Græcorum Argis institueretur, Œnei utique regnum Ætolia fuit. VI. 2. Thessandri Thebæ. I. 17.

Martem atque concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere] Si Septimius ita scriptum reliquit, non immerito forte hanc locutionem inter τὰς ἅπαξ ῥηθέντας retuleris: cujus sensum idem extulit II. 10. 'Cæterum Græci multis immolationibus Deos adjutores incœpto invocantes.' Neque aliud fuerit 'Deos adhospitare sibi,' quam illos precari ut adventent, præsentesque ac propitii sacrificio, ac deinceps cœptis adsint: iis potissimum formulis quas l. I. verborum solennium collegit Brissonius. 'Vos precor Dii, ut nobis volentes, propitii adsitis.' 'Adsis o tandem et propius tua Numina firmes.' Traditum enim veteribus, Deos hominibus piis et bonam causam foventibus ἐπιξενοῦσθαι, hospites fieri, sive ut Glossæ Græco-Latinæ interpretantur 'hospitari.' Palæphatus de Orione: Ζεὺς δὲ, καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἑρμῆς ἐπιξενωθέντες, αὐτῷ, κ. τ. λ. Statius in Hercule Surrentino: '*Sed felix simplexque domus, fraudumque malarum* Inscia, et hospitibus Superis dignissima sedes.' Et paulo post: 'Da templum, dignasque tuis conatibus aras, Quo Pater ætherius, mensisque accita Deorum Turba, et ab excelso veniat soror hospita templo.' Quem locum etiam Catullus excoluit de Nuptiis Pelei: 'Præsentes namque ante domos invisere castas Sæpius, et sese mortali ostendere cœtu Cœlicolæ nondum spreta pietate solebant,' &c. Apud Romanos peculiari elogio gens Potitia 'hospitio Deorum immortalium sacra' habebatur, teste Livio IX. 34. Græcis autem Θεοὺς ἐπὶ ξένια καλεῖν, itemque Θεοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ ξενίαν familiare fuit: inde Θεοξένια et Θεῶν παρουσία passim obvia. Nisi tamen hic editorum pariter atque scriptorum exemplarium obstaret authoritas, pro 'adhospitaverunt' substituendum censerem 'adhostiaverunt.' Placare enim Deos et propitiare, sacrificulorum stylo, 'ostiare et hostiare' dicebatur, quod Servio præcipue notatum ad Æn. II. 'Hostia, victima; dicta quod Dii per illam ostientur, id est, æqui et propitii reddantur.' A significatu genuino, ad novum, sed vicinum tamen, ut plura alia, deflexit Plautus, Rudent. I. sc. ult. sacerdotem Veneris inducens, ad eas quæ vacuis manibus aræ appropinquabant, dicentem: 'vos æquius erat candidatas venire hostiatasque

ad hoc fanum, ad isthunc modum non veniri solet.' Quod autem apud Servium sequitur: 'unde hostimentum æquationem;' non recte habet: 'hostimentum' enim non ab 'hostiare,' sed ab 'hostire' dictum est, quod 'ferire' significat: inde 'redhostimentum,' talio: cujus præcipue in referiendo jus consistebat: juxta illud 'oculum pro oculo, dentem pro dente.'

§ 17 *Aliisque sexaginta*] Sic Arg. in quo tamen male pro 'naves,' 'navibus:' non enim nisi sexaginta navibus Agapenorem præfecit Agamemnon. Hom. Il. B. Τῶν ἦρχ' Ἀγκαίοιο πάϊς κρείων Ἀγαπήνωρ Ἑξήκοντα νεῶν.

Elephenor ex Eubœa quadraginta] Arg. 'quadraginta Flenus ex Euboia.' Med. 'Eupherus ex Eubœa 40.' vulg. 'Elephenor ex Eubœa triginta.' Hom. Il. B. de Elephenore: Τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο.

Tlepolemus Rhodo, aliisque circa eam insulis, novem] Arg. 'Propolemus Rhodo aliisque circa eam insulis IX.' Med. 'Nepolemus Rhodo aliisque insulis quæ circa eam erant, novem.' Quod iterum Homerus contra vulg. ubi 'octo,' firmat: Τληπόλεμος δ' Ἡρακλείδης, ἠΰς τε μέγας τε, Ἐκ Ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν Ῥοδίων ἀγερώχων. Insulas autem circa Rhodum Septimio Chelidonias intelligi puto, de quibus Dionysius in περιηγήσει: Ῥόδος ἐστὶν Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν. Τὴν δὲ μέτ', ἀντολίηνδε, Χελιδόνιαι γεγάασι Τρεῖς νῆσοι. Nam 'Lindum, Jalysum, Camirum' non insulas circa Rhodum, sed 'opulentas Rhodi urbes' fuisse ipse inferius profitetur IV. 4. Si qui aliquando hic decepti sunt, oportet eos apud Homerum legisse, Οἱ Ῥόδον ἀμφ' ἐνέμοντο, pro Οἱ Ῥόδον ἀμφενέμοντο. Res de cætero plana est. Nimirum Lindus, Jalysus, Camirus urbes unius insulæ diversam quæque initio et peculiarem rempublicam constituerant; postea in unius civitatis corpus juris ac imperii communione coalnere; nomine communi insulæ in qua sitæ erant assumpto: ita ut conjunctim Rhodus, nec tres civitates, sed unius civitatis tres veluti tribus dicerentur. Homerus: Οἱ Ῥόδον ἀμφενέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες, Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. Et paulo post: Τριχθὰ δὲ ᾤκηθεν καταφυλαδόν. Denique bello Peloponnesiaco, ut se facilius adversus Atheniensium insultus tuerentur in unam urbem commigraverunt, cui nomen Rhodi mansit. Conon Narrat. 47. Αἱ δὲ τρεῖς πόλεις εἰς μίαν ἀποκλεισθεῖσαι μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, ταὐτὸν ὄνομα τῇ νήσῳ Ῥόδον ἔδοσαν καλεῖσθαι. Add. Eustathius in Homeri locum superius adductum, Thucydides, Diodorus, Strabo. Νᾶσος τρίπολις vocatur Pindaro Olymp. 7. et Scylaci Caryandensi in Periplo, ut Νῆσος τρίπολις describitur. Quod argumenta eorum augere potest, qui scriptorem hunc Darii Nothi temporibus non esse recentiorem, contendunt.

Triginta ex insulis Co, Carpatho, et aliis] Merceri Codd. 'Triginta ex insulis congregatis.' Arg. 'Triginta ex insulis congregatas.' Med. 'ex insulis Entaphrates 30.' Venet. 'ex insulis Nisyro Caprate Coo Eutraphrates.' E quibus omnibus non quam genuinam præstaremus, sed quam minimum a genuina abhorrentem putabamus, lectionem exhiberi curavimus.

Thessandrus quem Polynicis supra memoravimus, Thebis naves quinquaginta] Thebas Epigoni, decem annis post patrum cladem, septem et viginti ante raptum Helenæ, ceperant mœnibusque nudaverant, atque ita Thessandro Polynicis tradiderant. Apollodorus III. Ἀργεῖοι δὲ τὸν δρασμὸν τῶν Θηβαίων μαθόντες εἰσίασιν εἰς τὴν πόλιν, καὶ συναθροίζουσι τὴν λείαν καὶ καθαιροῦσι τὰ τείχη. Pausanias in Bœoticis: Τὰς δὲ Θήβας ἑλόντες οἱ Ἀργεῖοι παραδιδόασι Θερσάνδρῳ Πολυνείκους παιδί. Sed Homerus in Catalogo nec

Thessandri meminit, quia in ipsa expeditione occisus antequam ad Trojam veniretur; nec Thebanæ classis, quia Veteribus Thebæ æque ac Corinthus Trojani belli exsortes habebantur. Scholiastes Lycophronis: Λοιμοῦ κατασχόντος τὴν Ἑλλάδα, ἔχρησεν ὁ Θεὸς, τὰ τοῦ Ἕκτορος ὀστᾶ κείμενα ἐν ὀφρυνῷ τόπῳ τῆς Τροίας μετενεγκεῖν ἐπί τινα πόλιν Ἑλληνίδα ἐν τιμῇ μὴ μετασχοῦσαν τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας. οἱ δὲ Ἕλληνες εὑρόντες τοὺς ἐν Βοιωτίας Θήβαις μὴ στρατευσαμένους ἐπὶ Ἴλιον, ἐνεγκόντες τὰ τοῦ ἥρωος λείψανα ἔθεντο περὶ τὴν Οἰδιποδείαν κρήνην. De Cadmeis haud dubie intelligendum hoc est qui Thessandro interfecto Thebas remigrarunt. Vid. Diodorus Sicul. Bibl. IV. 68. et 69.

Neque pretio, neque gratia] Sallustius Cat. 49. 'Sed iisdem temporibus Q. Catulus et Cn. Piso neque precibus, neque gratia, neque pretio Ciceronem impellere potuere,' &c. utrumque ex L. Attio sumptum, qui apud Diomedem I. de Anomalis: 'Nam neque pretio, Neque amicitia, neque vi impelli neque prece quitu' sum.'

Phalidis Sidoniorum Regis] Merceriani Codd. 'Frigio,' et 'Frigie,' Arg. 'Phrygii.' Glossema id puto, sed quod ad veram lectionem viam monstrat. Scriptum scilicet fuerat: 'Balidis Sidoniorum regis,' et sive inter lineas, sive in margine annotatum: 'Balis Rex Phrygie,' quo scholio, Græcis certe Glossographis non incognito, Balidem Phrygia lingua regem notare significabatur. Nimirum indidem Glossæ author, unde Hesychius sumsit: Βαλὴν· βασιλεύς. Φρυγιστί. Plutarch. de Fluminibus, ubi de Sagari Phrygiæ loquitur: παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Βαλληναῖον καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον βασιλικόν. Referas hue et Euphorionis testimonium, sed levi mendo expurgatum, apud Æschyli Scholiasten in Pers. 606. βαλὴν ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον. pro Θουρίων leg. Θυρίων. Et apud Tyrios quidem, Sidonios, atque in universum Phœnices, itemque apud Pœnos, et Phrygas, promiscuo in usu, quanquam varie inflexa, videas nomina Baal, Βαλὴν, Βαλλὴν, Βάλις, unde Abibal Tyriorum Rex, et in Sacris Ithobal Sidoniorum, Jezebelis pater. Ut autem a Βαλλὴν Βαλληναῖος, sic et Βαλλώνυμος apud Diodorum XVII. 46. in Abdolonimum a Latinis scriptoribus conversus.

Magnum atque insperabile cunctis remedium excogitavit] Scipio Africanus ad Quirites apud Gellium N. A. IV. 18. 'Pacem et victoriam vobis peperi insperabilem.'

Quæ in magno cœli motu oriri solent consenescere] Sallust. Jug. 35. 'Avidus Consul belli gerundi, moveri quam senescere omnia malebat.' Idem apud Priscianum X. 'nisi cum ira belli desenuisset.'

§ 22 *Reseratum est cœlum*] Arg. 'serenatum:' quod a Glossatoris manu est. Lucret. I. 'Tibi rident æquora ponti, Placatumque nitet diffuso lumine cœlum: Nam simulac species patefacta est verna diei, Et reserata viget genitalis aura Favoni,' &c. Agamemnon ad Calchantem apud Senec. in Troad. hanc tempestatem spectans: 'Tu qui Pelasgæ vincla solvisti rati, Morasque bellis, arte qui referas Polum.'

LIB. II.

§ 3 *Interim Teutranius ex Teutrante et Auge genitus*] Postquam Telephus jam a Teutrante in familiam et spem regni adoptatus fuisset. Stephanus de Urbibus in Teuthrania: ὁ Τεύθρας δὲ τὴν Αὔγην ἔγημε, καὶ τὸν Τήλεφον ἐπαιδοποιήσατο. Add. Strabo XIII.

Inter vineas] Pindarus Isthm. 8. de Achille: ὁ καὶ Μύσιον ἀμπελόεν αἵμαξε Τηλέφου μέλανι ῥαίνων φόνῳ πεδίον.

Utraque acie] Sic Arg. rectius quam vulg. 'utraque acies.' 'Cum utraque

acie fatigaretur:' subint. 'miles:' sumtum ex Homerico illo: περὶ δ' ἔγχεϊ χεῖρα καμεῖται. Ubi Scholiastes: ἀντρεσώπως. male: rectius quod sequitur: ἢ καμεῖταί τις, καμεῖται στρατιώτης.

§ 6 *Inspecto crure*] Ita Vindingius, εὐστόχως. vulg. 'inspecta cura.' Livius I. 41. 'inspectum vulnus abterso cruore.'

Metus atque mœror universos invasere] Ex Sallust. Jug. 39. 'Metus atque mœror civitatem invasere.'

In communem perniciem præcipitatum iri] Arg. 'in commune.' Apparet scriptum fuisse: 'commune in perniciem præcipitatum iri.' *Commune*, Κοινὸν, sæpe in nummis et inscriptionibus antiquis de tota populi universitate. Sed et apud Ciceronem in Verrem: 'quomodo ille commune Miliadum vexaverit.' Ovid. Metam. XII. 'Conjurateque sequuntur Mille rates gentisque simul Commune Pelasgæ.'

Apollinis oraculo monitus] 'Ο τρώσας ἰάσεται, quod in proverbium abiisse notat Apostolius XIII. 26. et colligas etiam ex Suetonio in Claud. 48.

Dux Telephus ob acceptam gratiam factus] Malim: 'ob accepti gratiam.' Ut Achilli sanati vulneris gratiam referret. Eodem haud dubie loci reperit Septimius, quo Apostolius ea quæ ad proverb. Μυσῶν λείαν annotavit. ubi inter cætera apposite prorsus ad hunc locum: ὁ δ' Ἀχιλλεὺς μόνος ἐκ τοῦ τρωθέντος ζητῆσαι μαθεῖν τὴν πρὸς Τροΐαν ὁδὸν, καὶ ταύτην μαθὼν ἐξ αὐτοῦ, ἠρκέσθη ταύτῃ τῇ χάριτι. Eustathius ad Il. A. τῇ τῶν νεωτέρων ἱστορίᾳ attribuit, et exinde itidem τὴν εἰς Τροΐαν ὁδηγίαν μισθὸν τῆς ὑγείας Achilli abs Telepho obtigisse, refert.

§ 12 *Per latera atque cornua distribuentes*] 'Εκ παραλλήλου hic ponuntur latera atque cornua exercitus. Pollux Onomast. I. 10. τὰ τῶν μαχομένων ἑκατέρωθεν ἄκρα, πλευρὰ, κέρατα, δεξιὸν καὶ εὐώνυμον.

Cygnus, cujus haud procul a Troja regnum erat] Βασιλέα Τρωάδος vocat Conon Narrat. 28. Κολωνῶν Strab. XIII. nimirum Colonas intelligit τὰς ἐπὶ τῇ ἐκτὸς Ἑλλησποντίᾳ θαλάττῃ, quæ urbs non nisi 140. stadiis Ilio distabat. Unde Pausanias in Phocicis: αἱ δὲ ᾤκοῦντο ἐν τῇ γῇ τῇ Τρωάδι αἱ Κολῶναι. Nepos in vit. Pausan. 3. 'Colonas, qui locus in agro Troade est, se contulerat.'

Mentorensium civitatem] Arg. '[M]entorensium:' Med. 'Mentoriensium,' Venet. 'Methoriensium.' Methone urbs passim Geographis atque Poëtarum interpretibus celebrata, sed in Thracia sita; e qua regione Cygnus oriundus. Ac pleræque insuper Thraciæ atque Troadis Urbes cognomines, ut Straboni jam observatum; ut hic non immerito 'Methonensium,' quo editionis Venetæ lectio ducit, scriptum fuisse suspiceris.

§ 15 *Cujus neque consilium unquam neque virtus frustra fuit*] Ex Sallustio sumtum Jug. 7. 'quippe cujus neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat.'

§ 16 *Lesbum aggreditur*] Parthenius Nicæensis in Eroticis 21. λέγεται καὶ ὅτε Ἀχιλλεὺς πλέων τὰς προσεχεῖς τῇ ἠπείρῳ νήσους ἐπόρθει, προσχεῖν αὐτὸν Λέσβῳ, κ.τ.λ. Adde eundem cap. 26.

Dein Phyrum] Arg. 'Phryram.' Med. 'Pyrram.' L. 'Pyrrham.' Quo nomine inter Lesbi urbes una 'Scylaci' memoratur, et inter insulas Troadi prætentas, Plin. v. 31. Scyrus ea demum expeditione, quam in Cilicas instituit Achilles, expugnata videtur. Add. Strabo.

§17 *Interfecto dein Eetione qui his locis imperitabat*] Non de Lyrnesso hæc intelligenda sunt, sed in universum de Cilicibus, quibus utique imperitabat Eetion. Inde Hom. Il. Z. 397. dicitur Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. Regni sedes, Thebe. Schol. Homer. in Il. A. 366. Κίλικες ἔθνος βάρβαρον τῆς

ὑπὸ τὸ Πλάκιον ὄρος Θήβης. τούτων ἦρχε τῶν Κιλίκων Ἠετίων, κ. τ. λ. Lyrnessi autem regulus sub Eetione Mynes Hippodamiæ maritus.

Sed eorum Rex Brises] Alten Lelegum Regem, Pedaso imperantem, refert Homerus, Il. Φ. 87. Sed hoc de reliquiis Lelegum et Pedasi accipiendum recte monuit. Strab. XIII. Nam qui tum Pedasi Rex fuit, cum urbs ab Achille caperetur, cladi publicæ haud dubie superstes non mansit.

§ 18 *Quem Rex recens natum clam omnes alendum ei transmiserat*] Ita Med. Al. 'quem rex recens natum alendum homini transmiserat.' Arg. 'quem rex recens natum ominis causa alendum ei transmiserat.' Mediolanensi lectioni favet Euripides in Hecuba, ubi Polydorus de Priamo: ὅς μ', ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν Κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ, Δείσας, ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονὸς Πολυμήστορος πρὸς δῶμα. Virgilius Æneid. III. 49. 'Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix Priamus furtim mandarat alendum Threicio Regi; quum jam diffideret armis Dardaniæ, cingique urbem obsidione videret.' Ovidius Met. XIII. 2. 'Polymestoris illic Regia dives erat, cui te commisit alendum Clam, Polydore, pater.'

§ 21 *Et ut ante consulta omittam*] Ita rescribendum, ex Arg. et Mercer. ubi 'ameconsulta.' 'Præterita,' quod est in vulgatis, explicationis causa a Scholiaste adjectum. Cicero ad Attic. 9. 9. 'Oblivisci me scripsi antefacta et delicta nostri amici.' Virgil. Æn. I. 'O socii, neque enim obliti sumus antemalorum.'

Hoc jam licet re cognoscere] Non, ut vulgo, 'recognoscere:' quod sphalma obvium apud scriptores. Etiam apud Sallustium in illis, Cat. cap. 25. 'Egregia tua voluntas recognita grata mihi,' pro, 're cognita grata mihi.'

Ne sic quidem prælium adversum vos inire consilium fuit] Ita solet Sallustius. Cat. IV. 1. 'non fuit consilium socordia otium conterere.'

Iterato ad vos ob eandem causam oratum venimus] Etiam hoc ex Sallustio sumptum Jug. 24. 'Non mea culpa sæpe ad vos oratum mitto, P. C.'

§ 22 *Quis enim posthac cui virile negotium est*] Sic Arg. etiam. Med. 'ingenium, cui virile negotium est,' recte Mercerus explicavit, 'cui domi uxor.' Notus Plauti jocus in Pœnulo I. 2. 'Negotii sibi qui volet vim parare, navem et mulierem Hæc duo sibi comparato, nam nullæ magis duæ Plus negotii habent.' Addi meretur Laberii illud in Necyomantia, apud Gellium N. A. XVI. 7. 'Duas uxores! hoc hercle plus negotii est.' Afranius rem uxoriam pro matrimonio videtur posuisse in Emancipato: Ut abs te seorsus sentiam de uxoria re. Possis cui virile negotium est simplicius interpretari, qui vir est, sicut negotia hominum pro hominibus; et apud Ciceronem negotium Callisthenis pro Callisthene dictum Critici observant. Locus Sallustii quem respexit Septimius extat in Cat. cap. 20. 'Etenim quis mortalium, cui virile ingenium inest, tolerare potest illis divitias superare?'

§ 23 *Cunctis, ut in tali negotio fieri solet, alienam sententiam expectantibus*] Sallust. Hist. I. 'ne alius alium principem expectantes antecapiamini. Cato apud eundem Cat. cap. 52. inertia et mollitia animi alius alium expectantes cunctamini.'

Cum se quisque minus idoneum auctorem crederet] Liv. IX. 'Cum alterum quisque magis mentis compotem et consilii ducerent.'

Panthus clara voce: Apud eos, ait, Ulysse verba facis] Ita visum est interpungere hunc locum, cum vulgo ederetur: 'Panthus clara voce apud eos ait:' et pejus ab aliis: 'Panthus apud eos clara voce ait.'

§ 25 *Nam is inter regulos cum vir-*

tute, tum consilio bonus credebatur] Ad Hectorem transtulit Jugurthæ elogium, ex Sallust. Jug. 7. 'quod difficillimum in primis est, et prœlio strenuus erat, et bonus consilio.'

Ne qua et aliæ conjunctæ ac finitimæ regiones] Arg. 'ne quid tale commentæ finitimæ regiones.' Noster supra II. 22. 'An vos soli ignoratis, ut affectæ sint vicinæ atque amicæ vobis civitates.' Et mox II. 27. 'Ne quid quietum finitimis Trojæ regionibus atque amicis relinqueretur.'

Neque fidei jus] Arg. 'neque fidum.' Petav. 'namque fidei jus.' Non fore procedente obsidione fidei jus, inquit, id est, neque pactis vim suam, neque fœderibus auctoritatem constitutam esse: sed perfidiæ et defectionibus locum et jus datum iri. Sic Lucanus Pharsal. initio: 'Jusque datum sceleri.' Hoc est, scelus auctoritate juris munitum, dixit: Statius Thebaid. III. 'Incertusque animi, daret armis jura, novosque Gentibus incuteret stimulos.'

Domi quippe juventus perita belli abunde nobis est] Vera haud dubie lectio, quam ex Arg. Cod. restituimus. Antea edebatur, 'deorum quippe auxilio juventus perita belli:' itemque, 'deorum quippe ope et auxilio.' Sed in propatulo ratio est, qua domesticam juventutem externis auxiliis adjungit Septimius.

§ 27 *Gergitham*] Ex Merceri conjectura. Sed Mss. habent 'Gentum:' etiam Arg. In editis est 'Geniten.' Ortelius 'Gentinum' Stephano memoratam, innui suspicatur. Sed illa demum ab Æneæ posteris condita est, κτίσμα τινὸς τοῦ Αἰνείου παίδων, quod tamen de restauratione possis accipere. Nam et de Arisba idem Stephanus: ἧς οἰκισταὶ Σκαμάνδριος καὶ Ἀσκάνιος υἱὸς Αἰνείου.

Cujuscunquemodi pecora] Sic in Arg. et in vulgatis Sallustii editionibus Cat. 39. 'neque solum civis, sed cujuscunque modi genus hominum sollicitabat.' Al. 'cujusque modi:' ἀρχαίως. Nam veteres pro quicunque, quisque, dicebant ut Noster II. 14. 'quisque partium ad eum venerat.' Lex ad antiquam formulam scripta apud Ciceronem de Legg. II. 2. 'quæque quoique divo decoræ gratæque sint hostiæ providento,' &c.

§ 28 *Obsecrans uti magnificarent præsentiam dei*] Id est revererentur, suspicerent. Plautus in Menæchm. II. 3. 'Pol te unum ex omnibus Venus voluit me magnificare.' Idem Sticho I. 2. ubi uxores de maritis: 'pudicitia est, Eos magnificare qui nos socias sumpserunt sibi.' Nonius IV. 'observare, suspicere, magnificare.'

§ 33 *Cum manu auxiliari*] Arg. 'auxiliaria.' Plautus in Truc. II. 1. 'magisque Adeo ei consiliarius hic amicus est quam auxiliarius.'

Simplicis formæ aciem composuere] Arg. 'simplici forma.' Med. 'simplici fronte.' Nimirum Græci hic simplicis formæ aciem bipartito Barbarorum exercitui opposuere. Præcedit enim de Trojanis: 'ac dein per campos exercitu bipartito.' Pertinet huc Tibulli locus ex elogio Messalæ, uti a Scaligero et Lipsio emendatus legitur: 'Tunc tibi non desit faciem componere pugnæ, Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen, Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo.' Hæc simplicis formæ acies; sequitur de bipartita: 'Seu libeat duplicem, sejunctum cernere martem, Dexter uti lævum teneat, dextrumque sinister Miles, sitque duplex gemini victoria casus.' Sive libeat, ut acies bipartita sejunctim de alea belli decernat, ita ut duo cornua a media acie distracta hostium cornua opposita invadant, atque adeo duobus præliis velut diversis victoriam quærant. 'Cernere Martem' dixit, ut Ennius apud Cic. Off. I. et apud Nonium, 'cernere vitam.' De hac aciei forma, Veget. III. 20. 'Mediam aciem suam, qui sic dimi-

cat, nudare compellitur, et in duas partes exercitum separare.' Et mox: 'sic de dextro cornu suo illius sinistrum, et de sinistro cornu suo illius dextrum aggreditur.'

§ 35 *Dein Hippothous Pylei*] Scriptum haud dubie fuit, 'dein Hippothous et Pyleus.' Pyleum enim non patrem Hippothoi, sed socium duntaxat in hac expeditione fuisse non ignoravit utique Septimius. Sic enim de iisdem III. 'In queis Asius Hirtaco genitus et cum Hippothoo Pyleus; hi Larissæis, Asius Sesto regnantes.'

Acamas et Piros, ex Thracia] Arg. 'Acamas Ameripleripiros.' Mercer. Acamas Ameriplempiros.' Conjicio istud Ameripleri ex marginali Glossa conflatum. Hom. Il. β. (eo enim libro Acamas et Piros Homero memorantur:) Αὐτὰρ Θρήϊκας ἦγ' Ἀκάμας καὶ Πείρως ἥρως.

Magistro ac præceptore componendi Mnestheo] Τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ, Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. Ex Homeri elogio Il. β. 553. e quo ipsi Homero laus parta, ut veluti author ac parens τῆς τακτικῆς θεωρίας haberetur. Vid. Ælianus, Tact. I.

Ordinant autem per gentes atque regiones singulas] Cæsar uno verbo reddidit 'generatim.' Bell. Gall. I. 51. 'Germani suas copias e castris eduxerunt generatimque constituerunt, paribusque intervallis, Harudes, Marcomannos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Suevos.' Græcus Cæsaris interpres: κατὰ φυλάς τε διέταξαν ἐξ ἴσου ἀλλήλων. Credas Nestorem disciplinæ hujus authorem habuisse: cujus illa sunt apud Homerum Il. B. 362. ad Agamemnonem: Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον, Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις. Εἰ δέ κεν ὧς ἔρξῃς καί τοι πείθωνται Ἀχαιοὶ, Γνώσῃ ἔπειθ' ὅς θ' ἡγεμόνων κακὸς, ὅς τέ νυ λαῶν, Ἠδ' ὅς κ' ἐσθλὸς ἔῃσι, κατὰ σφέας γὰρ μαχέσονται.

Eadem huc Germanos ratio duxit: nempe 'ut discretus labor fortes ignavosque distingueret, atque ipsa contentione decoris accenderentur,' quæ Taciti sententia est, Hist. III. 27. Testis idem Germ. 7. 'Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ et propinquitates.'

§ 38 *Compositis Græcis, ac singulis per distributionem imperia ducum exequentibus*] Ita distinguere visum, cum antea ederetur, 'conflixere acies compositæ, Græcis ac singulis.' Itemque: 'conflixere acies compositæ a Græcis, ac singulis,' &c. Græci ita conflixere ut composite omnes in universa acie, et per distributionem in suis quisque turmis, imperia ducum exequerentur. Utrumque τακτικόν: imo τῶν τακτικῶν in his duobus fere summa. Vid. Xenoph. Cyrop. 8.

§ 39 *Paratos armis atque animis*] Arg. 'paratos armis.' Animi tamen Paridi etiam objurgatione fratrum redditi videntur. Noster inferius de Pyrrho IV. 15. 'Myrmidonas, gentem fortissimam et inclytam bellandi, armis atque animis confirmat.' Virgil. XII. Æn. 'Olli sublimes armis animisque refecti.' *Livius* VI. 24. 'Eunt insignes armis animisque,' et VI. 29. 'At tu fretus armis animisque, concitatis equis, invade mediam aciem.'

§ 41 *Utraque pars arutri insistere, serere frumenta*] Leg. ex Med. 'dein serere frumenta.'

§ 42 *Incuriosique ab armis*] Liv. XXIX. 3. 'Omnibus pacis modo incuriose agentibus, magna clades illata.'

§ 43 *Ac dein mole sua urgens hostem*] Etsi quicquam immutare nisi præeuntibus libris religio est, non potui tamen quin hic 'mole sua' edi curarem pro 'molestia,' ut edita manuque exarata exemplaria exhibent, quæ vidi, omnia. Ut hic 'mole sua' Hectorem Ajax urget, sic apud Virgilium

Æneid. lib. x. Mezentius contra Æneam 'mole sua stat.' Infra iv. 6. Noster de eodem: 'gravis atque summis viribus ingruens.'

§ 45 *Apud peninsulam quæ anteposita civitati*] Med. editioni debetur hæc lectio. In cæteris est, 'quæ ante positam civitatem.' Serv. Æn. iii. 'Sicanio prætenta sinu jacet insula) Prætenta, anteposita.'

§ 46 *Raptim ac sine ullis ordinibus*] Arg. 'rapiunt.' Med. 'rapiunt arma.' Liv. xxiii. 20. 'vicit tamen ea pars, quæ nihil raptim nec temere agendum censuit.'

§ 47 *Cum interim Trojani ex muris respectantes*] Iidem Trojani apud Q. Ennium referente Macrobio Saturn. vi. 2. 'O lux Trojæ germane Hector, Quid ita cum tuo lacerato corpore miser, Aut qui te sic respectantibus tractavere nobis?'

§ 49 *Neque cupiditate ulla aut desiderio lapsum*] Ita Med. in Arg. est 'læsam:' vulg. 'læsum.' Plaut. Cistel. ii. 'Ita me amor lapsum animi ludificat.'

§ 52 *Interea reliquis ducibus favorem attollentibus*] Μετὰ βοῆς αὐτὸν εὐφημούντων, ut recte hunc locum Casaubonus explicat ad Vopisci Aurelianum 48. Inferius iii. 18. 'Quibus cum a reliquis favor attolleretur.' Livius xxiii. 46. 'Nolanis per clamorem favoris indicem accedentibus ad ardorem pugnæ.' Favor itaque pro applausu sive acclamatione: quia clamor favoris index. Ovid. Metam. x. 'Adjiciunt animos juveni clamorque favorque.' Et xv. 'piumque Æneadæ præstant et mente et voce favorem.'

Cum læti inter se invitarent] Forte fuit: 'Cum læti vino se invitarent,' ex Sallustio Histor. iv. 'Reversi postero die, cum se cibo vinoque læti invitarent.' Noster iii. 25. 'Ipseque et qui cum eo venerant cibo invitantur.' Plautus suo more ad jocum transtulit in Rudent. ii. 3. de Naufrago: 'Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit.' Inde invitatio vini apud Gellium xv. 2. 'Sed hanc largiorem paulo jucundioremque vini invitationem non improbavit Plato.' Ellipsis tamen etiam usu firmata. Plautus eodem loco: 'Si invitare nobis paulisper pergeret, Ibidem obdormissemus.' Et in Amphitruone: 'Mira sunt nisi invitavit sese in cœna plusculum.' Liv. i. 57. 'Victor maritus, comiter invitat regios juvenes.' Cæs. Bell. Civ. i. 74. 'Interim alii suos in castra, invitandi causa adducunt.' Sueton. Aug. 77. 'Quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit.' Invitare autem non repleri significat, ut Nonius interpretatur: sed ad edendum bibendumque provocare: quod præsertim de iis dicitur, qui erga alios hoc comitatis genere officiosi sunt, quique se invicem mutua exhortatione lacessunt: habet tamen etiam in iis locum qui pro se genio suo hilarius indulgent.

LIB. III.

§ 1 *Dilato conditionibus in tempus bello*] Sallustius apud Servium: 'Bellum quibus posset conditionibus desineret.' Idem, Jug. 'sibi per Dabarem ex Sulla cognitum posse conditionibus bellum poni.'

Namque facinoris exemplum] Sic Arg. et Med. at Venet. et al. 'namque facinoris exemplo.' mox Arg. 'omnibus prœliis Græcos victores cognito,' ubi Med. et Venet. 'omnibus prœliis Græcos victores cognitum,' sc. in animis hæserat. Noster paulo inferius, 'Jamque crebris adversum se ictibus congressi, neque vulneratus quisquam, multum diei consumserant.' Livius iv. Ante omnia refellit falsum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne tribunis Collegam cooptare liceret.' Idem vi. 'tantum Camillus auditus Imperator terroris intulerat.' Et

XXVII. 'Liberatas religione mentes turbavit rursus nuntiatum Frusinone infantem natum esse quadrimo parem.'

Rogaturæ supplicabant] Med. 'Supplicaturæque;' tolerabilius quam supplicabant, quod a Glossatoris manu esse nemo non videt.

§ 4 *Ascito sibi quisque auriga*] Sallust. Jug. 18. 'multis sibi quisque imperium petentibus.'

§ 6 *Ac prostratos, cum alios invaderet desuper, proculcans obterere*] Ita Arg. Sallust. Jug. 94. 'Eo acrius Romani instare, fundere, ac plerosque tantummodo sauciare, dein super occisorum corpora vadere.'

§ 7 *Ingressusque, hostem complectitur, manu dextra poplitem succidens*] Gallice *coup de Jarnac* hunc ictum vocari in proverbium abiit, cui originem dedit singularis inter Vidum Cabotium Jarnacium, et Franciscum Vivonum Castaneum dimicatio, Thuano etiam memorata Histor. lib. III. ad A. 1547. Cæterum 'ingredi' hic est sub gladium succedere, ut veteres loquebantur. 'Quadrigarius' apud Gellium IX. 13. de pugna Manlii Torquati cum Gallo, 'eique sub Gallicum gladium successit.'

§ 16 *Ut aves consternatæ vocibus alto decidisse crederentur*] Majori asseveratione de Græcis cum in Isthmico spectaculo libertas et immunitas illis promulgata esset, Valerius Maximus IV. 8. 'Iterata pronuntiatione præconis, tanta cœlum clamoris alacritate compleverunt, ut certo constet, aves quæ supervolabant attonitas paventesque decidisse.' Et Romæ in concione, cum de Pompeio ad piraticum bellum imperatore eligendo tractaretur, *ὁ ὅμιλος μέγα καὶ ἀπειλητικὸν ἀνέκραγεν*, scribit Dio XXXVI. *ὥστε κόρακά τινα ὑπερπετόμενον σφῶν ἐκπλαγῆναι, καὶ πεσεῖν ὥσπερ ἐμβρόντητον.* Add. Plutarch. in Flaminio et Pompeio.

Fortior quam felicior] Hæc ex Med. ed. addita, cui tamen detraximus Glossatoris assumentum, 'cunctis ducibus nostris.' Iterum hic Sallustium imitatur Septimius: sic enim ille de Sulla Jug. 95. 'atque felicissumo omnium ante civilem victoriam, nunquam super industriam fortuna fuit, multique dubitavere, fortior an felicior esset.'

§ 18 *Media columba sparto dependebat*] Arg. Cod. scriptura hæc est. Al. 'Media columba parte dependebat.' Scio apud Gellium XVII. 3. ex Varrone disputari, 'sparti usum in terra Græcia diu incognitum fuisse, multisque post Ilium captum tempestatibus ex terra Hispania advectum.' Sed Nostro licuerit hac voce uti communi significatione, qua Græcis *σπάρτα* denotasse funes ex cannabe et stupa cæterisque sativis rebus, Varro fatetur. Ita certe Eustath. Hom. Il. B. 135. *Εἰώθασι σπάρτων φυτοῖς χρᾶσθαι οἱ παλαιοὶ εἰς πλοκὴν σχοινίων.*

Cursu longo certantibus Oilei Ajax victor] *Στάδιον ἠρίστευσεν εὐθύτερον.*

§ 19 *Duplici campo Machaon*] *Δίαυλον ἐνίκησε. Ἀγωνιζόμενος τὸ διαυλὸν στάδιον, καὶ γυμνὸς καὶ μετὰ τῆς ἀσπίδος.* vid. Pausanias in Corinthiacis, ubi victorias Graniani *Sicyonii* statuæ subscriptas, itemque in Eliacis prioribus, ubi figuram τοῦ διαύλου exhibet.

Pedibus ejus circumvertitur atque ita præpedito obligatoque nixu] Arg. Cod. et Med. ed. consensum hic secuti sumus, raro quippe in vitiosam lectionem conspirantium. in al. edd. est, 'pedibus ejus circumnectitur atque ita præpedito obligatoque nexu.' Cui scripturæ firmandæ sunt quæ disserit Gronovius Diatrib. ad Statium cap. 24.

§ 20 *Quo cum Andromacha non minor quam in Priamo miseratio*] Ovid. Metam. I. 654. 'Tu non inventa reperta Luctus eras levior.' Et IV. 603. 'Sed tamen ambobus versæ solatia formæ Magna nepos fuerat.'

§ 21 *Adsum en ultro*] Ita rescripsi Med. ed. vestigia secutus. Apparet autem, Nostro in oculis fuisse orationem Cottæ apud Sallustium: 'Atque ego cujus ætati mors propior est, non deprecor. Adsum en C. Cotta consul.' Sic Mithridates apud Tacit. Ann. XII. 18. 'Mithridates, terra marique Romanis per tot annos quæsitus, sponte adsum.'

§ 24 *Ut delutaretur*] Med. ed. debetur hæc emendatio. vulg. *delectaretur*. Præcesserat de Priamo, 'protinus in os ruit, pulverem atque alia humi purgamenta capiti aspergens.' Mox vero sequitur, 'Igitur ubi excussus comis pulvis totusque lautus est.'

§ 26 *In Idam tradidisse*] Sequitur in vulg. 'in id dextram dedisse:' quod abest ab Arg. Cod. et Med. atque ex vitiosa verborum præcedentium scriptura irrepsisse palam est.

LIB. IV.

§ 2 *Ac restantes detrudere umbonibus*] Arg. 'resistentes.' Sallustius Hist. I. 'validam urbem multos dies restantem pugnando vicit.' Liv. VI. 30. 'dum iniquo loco sola virtute militum restantes cæduntur cæduntque.' VI. 32. 'Aliquandiu æqua virtute fortunaque Latinæ legiones restabant.'

§ 8 *Summæ rerum desperatio*] Ex Liv. XXIV. 9. 'Tempus ac necessitas belli, ac discrimen summæ rerum faciebant.' In Med. est, 'summæ rei.'

§ 9 *Quo viso Ulysses, non temere est inquit*] Ita Med. non 'quos visos,' ut est in aliis. Virg. Æn. IX. 'Haud temere est visum, conclamat ab agmine Volscens.'

§ 14 *Addiderat etiam vitem quandam auro effectam*] Refer huc quæ de vite aurea, quam Pompeio Aristobulus dono misit, commentatur Seldenus de Jur. Nat. et Gent. II. 8. ubi Athenæi, Herodoti, Plinii testimoniis, Persarum etiam cæterisque Orientis Regibus ejusmodi cimelia fuisse in usu docet.

Masiacis modo Ceteiisque instructus legionibus] Vulg. 'ceterisque.' at Arg. 'Citisque,' unde et dubitandi de vulgata, et ad veram lectionem perveniendi occasio nobis nata est. Hom. Od. Λ. 519. de Eurypylo: Πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Κήτειοι κτείνοντο.

§ 19 *Egresso utrinque milite ad bellandum*] Ope Med. restituimus hunc locum, cum vulgo ederetur, 'egresso utrinque milite, ab Alexandro cadunt ad solis partem maximam.'

§ 22 *Cunctos sanguinis sui injuriis insectari solitum*] Ita Med. pro quo al. 'cunctos sanguine et injuriis insectari solitum.' Noster paulo post in hac eadem oratione, 'Ceterum Priamum, cuncta jura affinitatis proculcantem, magis in suos superbiam atque odium exercuisse.'

Parcum in suo atque appetentem alieni] Hæc quoque Med. ed. correctio debetur. Vulg. 'pravum insuetum atque appetentem alieni:' παρῳδία ad Sallustianum illud in Cat. V. 'alieni appetens, sui profusus.' Parsimonia in suo mox iterum exprobratur Priamo V. 2. 'Solus suas opes intus custodiat Priamus; solus divitias potiores civibus teneat.'

LIB. V.

§ 2 *Tendentes ad cœlum manus annuere; tot adversis rebus*] Hoc quoque loco dux ad veram lectionem Med. ed. cum in cæteris sit, 'Tendentes ad cœlum manus abnuere tot adversis rebus Priamum.' Supra II. 20. 'Ea Seniores lamentatione immodica cum lacrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebantur, tanquam injuriæ ejus participes, annuere.'

Non solum jam se, ait, hostibus, odio] Vulg. 'odio diis.' Leg. ex Med. 'hostibus odiosum,' Cæcilius apud Nonium: 'In senectute hoc deputo

miserrimum, Sentire ea ætate, esse odiosum se alteri.'

§ 5 *Insidias tentatas solito a regulis*] Med. 'more' addit e Glossa. Supra IV. 16. 'Solito ad Agamemnonem cœnatum veniunt.' Auctor de origine gentis Rom. ex C. Fabii Pictoris Annalibus, itemque ex antiquissimo scriptore Vennonio: 'Solito institutoque egressam virginem in usum sacrorum aquam petitum.'

§ 11 *Scilicet quo attractu motus facilius foret*] Sallust. Jug. 94. 'Uti prospectus nisusque per saxa facilius foret.' Livius XXV. 11. 'munitumque iter, quo faciliora plaustra minorque moles in transitu esset.'

Nullo dilectu, civium manibus dissolvuntur] Med. 'Nullo delicto,' al. 'multo dilectu.' Inferius: 'sine ullo ætatis atque honoris delectu.' et, 'nullo dilectu virorum fortium.'

Semirutisque mœnibus] Sic Arg. Vulg. 'semiruptisque.' Sallustius apud S. Hieronymum in Habacuc, de Saguntinis, 'quippe quis etiam tum semiruta mœnia.'

§ 12 *Ad aram Jovis anteædificialis confugit*] Ita diserte Med. ed. nec longe abit Arg. Ms. in quo 'anteædificiales,' Scioppius legit 'ædificialis.' Vulg. 'ante ædificiale. Jupiter anteædificialis ἑρκεῖος Ζεὺς, ᾧ βωμοὶ, ut scribit Harpocration, ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ βουλῇ ἵδρυνται. τὸ γὰρ περίβολον ἕρκος ἔλεγον. pro ἐν τῇ βουλῇ legendum haud dubie ἐν τῇ αὐλῇ. Pausanias in Corinthiacis: τοῦτον τὸν Δία Πριάμῳ φασὶν εἶναι πατρῷον, ἐν ὑπαίθρῳ τῆς αὐλῆς ἱδρυμένον. Hesychius, Ἑρκείου Διὸς τοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν. et mox, ἕρκιον. κύκλος αὐλῆς. Eustathius, τοῦ ἕρκους. ὅ ἐστι τοῦ περὶ αὐλὴν τειχίου. dictus autem anteædificialis non tantum quod in aula ante ædificium coleretur, sed etiam quod septo ædificii præpositus esset. Idem Eustathius ad Hom. Od. X. βωμὸς ἑρκείου Διὸς, ἔξω που περὶ τὴν αὐλὴν αἴθριος εἶναι δοκεῖ, ὁποῖοι πολλοὶ φαίνονται. ἐν ᾧ ἔθυον Διῒ ἐφόρῳ τοῦ ἕρκους. Simulacrum ejus describit Pausanias, quod duos oculos eo loco quo homines, tertium in fronte habuerit. Aram ad Alexandri M. ætatem mansisse superstitem discas ex Arriano I.

§ 16 *Hecuba quo servitium morte solveret, multa ingerere maledicta*] Plautus in Menæchm. V. 1. 'Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem Graii esse prædicabant?...Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis: Omnia mala ingerebat quemque aspexerat; Itaque adeo jure cœpta appellari est canis.'

§ 17 *Æneas apud Trojam manet*] Scholiastes Lycophronis: Ὁ Αἰνείας μόνος φυγὼν ἐκ τῆς ἁλώσεως, πάλιν ᾤκησεν τὴν Τροίαν.

Cum ne nos quidem unius ejusdemque insulæ, simili lingua, sed varia permixtaque utamur] Hom. Od. T. de Cretæ incolis: Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη. ἐν μὲν Ἀχαιοὶ, Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες, Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί. Adde Strabonem X.

LIB. VI.

§ 1 *Solutis ancheralibus navigant*] Liv. XXII. 19. 'Vixdum omnes conscenderant, cum alii resolutis oris in anchoras evehuntur; alii ne quid teneat anchoralia incidunt; raptimque omnia præpropere agendo, militum apparatu nautica ministeria impediuntur, trepidatione nautarum capere et aptare arma miles prohibetur.' Nimirum 'anchoralia solvere' hic idem significat, quod apud Ovid. Metam. XV. 696. 'retinacula puppis Solvere.' Et apud Euripidem in Hecuba: Λῦσαι χαλινωτήρια νεῶν.

Et ob id sæviente mari] Med. 'et obsæviente mari.'

Per noctem igni elato ad ea loca deflectere tanquam ad portum coëgerat] Seneca in Agamem. III. 1. 'hanc arcem occupat Palamedis ille genitor,

et clarum manu Lumen nefanda vertice e summo efferens In saxa ducit perfida classem face.' Ex Euripide translata, qui de eadem re in Helena: *Πολλοὺς δὲ πυρσεύσας φλογερὸν σέλας ἀμφὶ ῥυτὰν Εὔβοιαν εἷλ' Ἀχαιῶν Μονόκωπος ἀνὴρ πέτραις Καφηρίαις ἐμβαλὼν Αἰγαίαις τ' ἐναλίοις ἀκταῖς Δόλιον ἀστέρα λάμψας.* Sophocles integram Tragœdiam scripsit, cujus titulus *Ναύπλιος πυρκαεὺς*, indicante Hesychio in *πεσσά.* Retulit autem et Apollodorus II. facinus istud, ac simul pœnam quam talionis jure Nauplius subiit. Sed librariorum incuria locus in alium plane sensum detortus est: *Οὗτος μακρόβιος γενόμενος, πλέων τὴν θάλασσαν τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει. συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνῳ τῷ θανάτῳ ᾧπερ ἄλλων τελευτησάντων ἐδυσφόρει.* Utrobique pro *ἐδυσφόρει* legendum *ἐπυρφόρει* vel *ἐφρυκτώρει.* Nauplius nimirum provecta jam ætate eos qui sibi in mari obviam facti essent face elata ad mortem illexerat: inde justa numinis vindicta contigit, ut ipse etiam naufragio interiret, adeoque id mortis genus subiret quo alii face ipsius illecti perierant.

§ 2 *Œneum multimodis afflictari*] Poëta vetus apud Cic. Orat. 'Multimodis sum circumventus morbo, exsulio atque inopia.' Apollodorus Biblioth. lib. I. *Οἱ δὲ Ἀγρίου παῖδες ἀφελόμενοι τὴν Οἰνέως βασιλείαν τῷ πατρὶ ἔδωκαν, καὶ προσέτι ζῶντα τὸν Οἰνέα καθείρξαντες ᾐκίζοντο.*

§ 3 *Cujus filia in matrimonium Ægisthi denupserat*] Ovid. Metam. XII. 'Nec Cænis in ullos Denupsit thalamos.' *Ἐμφατικώτερον* Taciti illud Ann. VI. 27. 'Pars mœroris fuit quod Julia Drusi filia denupsit in domum Rubellii Blandi.'

§ 4 *Multi undique virile ac muliebre sexu confluunt*] Veteres 'secus' scribebant, et, ut ait Sosipater, per omnes casus integra forma declinabant. Ita Sallust. Hist. 2. 'Undique virile ac muliebre secus per vias et tecta omnium visebatur. Petronius: 'quibus si nil aliud virile secus esset quod auxiliaretur.' Livius XXVI. 47. 'Liberorum capitum virile secus ad decem millia capta.' Interdum tamen et sexus eodem modo usurpabant. Sisenna Hist. 4. apud Nonium: 'tum in muro virile ac muliebre sexus populi multitudine omni collocata.' Plaut. Rud. I. 1. 'Filiolam ego unam habui, eamque unam perdidi, Virile sexus nunquam ullum habui.'

§ 5 *Inter Scyllam et Charybdim mare sævissimum et illata sorbere solitum*] Ex Sallustio sumtum, cujus testimonium Servio debemus ad III. Æn. ubi de Charybdi, 'Sorbet universa quæ prehendit, et secundum Sallustium ea circa Tauromenitanum egerit littus.' Sequitur paulo inferius ipse Sallustii locus, 'quod forte inlata (naufragia) sorbens gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad littora trahit.'

§ 7 *Neoptolemus apud Molossos naves quassatas tempestatibus reficit*] Utcunque longus ac difficilis a Molossis ad Magnetes fuerit *περίπλους*, non possunt tamen hic alii Molossi intelligi quam quos Neoptolemo ejusque posteris in Epiro paruisse scribit Strabo VII. et ad quos post mortem Neoptolemi Andromacham remissam esse inferius 13. Septimius memorat. de iisdem Virgilius Æn. III. 'Priamiden Helenum Graias regnare per urbes Conjugio Æacidæ Pyrrhi sceptrisque potitum.' Et deinceps: 'Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit Pars Heleno:' ibidem de erroribus Neoptolemi, Andromacha: 'Nos, patria incensa, diversa per æquora vectæ, Stirpis Achilleæ fastus juvenemque superbum Servitio enixæ tulimus.' Refer huc et ad sequentia e Pindari Nemeis Od. 4. ubi inter cætera: *Θέτις δὲ κρατεῖ Φθίᾳ, Νεοπτόλεμος δ' Ἀπείρῳ.* Pausanias in Atticis de eodem: *τὴν μὲν ἐς Θεσσαλίαν*

ὑπερεῖδεν ἀναχώρησιν, ἐς δὲ τὴν Ἤπειρον κατάρας...ἐνταῦθα ᾤκησε.

Ab Acasto expulsum regno Pelea] Eodem regno ante Trojanum bellum Peleus Acastum expulerat Jasonis et Tyndaridarum auxilio, teste Pherecyde in Scholiis Pindari ad Nem. Od. 3. Itemque Apollodoro Bibl. 3. et Nicolao Damasceno in Excerptis Peirescianis.

Convivium illud deorum appellatum] Referatur huc cœna *δωδεκάθεος* Augusti ex Sueton. 70.

Sepiadum littus quod propter saxorum difficultatem nomen ejusmodi quæsiverat] Sepia nimirum piscis, *κυφόνωτος, ἡ δὲ Σηπιὰς ἀκτὴ* Strabonis testimonio IX. *πετρώδης*. Unde ratio nominis sponte se obtulit naturam rei potius quam Poëtarum fabulas sectanti. Sic aras in quas Æneæ naves impactæ sunt *Ἵππου νῶτα* vocatas Servius annotavit ad illa Virgilii I. Æn. 'Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras Dorsum immane.' In Ed Veneta legitur 'Sepianum littus.' Sed Noster *τὴν Σηπιάδα ἀκτὴν* Sepiadum littus eadem licentia transtulisse videtur qua in aliis etiam nominibus e Græca in Latinam terminationem convertendis usus est, nisi ipsa forte saxa quibus Sepias asperatur, a Sepiarum similitudine Sepiades nuncupavit. Sicut Echinades Insulas aliqui dictas tradiderunt *διὰ τὸ τραχὺ τοῦ τόπου καὶ οἷον ἀκανθῶδες κατὰ τοὺς ἐχίνους*, Eustathio recensente ad Dionysium Periegetem. Præcipua autem celebritas Sepiadum littori postea demum Persicæ classis naufragio parta est, de quo videndus Herodot. in Polymn. 188. et seqq. Add. Pausan. in Arcadicis.

Ibi Pelea avum reperit occultatum spelunca abdita et tenebrosa] Ex Euripidis Andromacha, ubi Thetis ad Peleum: *Παλαιᾶς χοιράδος κοῖλον μυχὸν Σηπιάδος ἵζου.*

Itaque mutata veste Iolcium simulans] Ita rescripsi ex Arg. Cod. ubi 'Iolcicum,' et ed. Med. ubi 'Jocum.' Nam 'Locrum' quod est in vulgatis, locum utique hic non habet, cum ad Iolcum hæc sint gesta.

§ 10 *Nusquam repente comparuerit*] *Οὐχ εὑρίσκετο*, 'non apparuit,' si profanis sacra miscere, solennemque formulam, qua Henochi ad Deum excessus notatur, huc transferre fas est. Sic Serv. Æn. III. de Scamandro, 'Victor in Xantho flumine non comparuit.' Gellius l. XIX. 'Sed eam mulierem tunc a Tarquinio degressam, postea nusquam loci visam constitit.' Apollodorus, de Europa, *ἀφανοῦς δὲ Εὐρώπης γενομένης*.

PAULI VINDINGII NOTÆ.

LIB. I.

§ 1 *Cretam convenere*] Hoc Authori nostro familiare est, nomina regionum et insularum sine adjecta præpositione construere. Ita VI. 2. 'Cretam patrium solum remeavimus;' pro 'in Cretam.' II. 14. 'Lemnum insulam mittitur.' I. 'patriam regredi,' &c.

Alter Moli] Merionem Moli filium cum Idomeneo hæredem constitutum indignatur vir doctus in notis ad h. l. eo quod Molus νόθος Deucalionis fuerit. Idomeneo adeo non displicuit, teste Authore I. 13. 'Idomeneus et Meriones summa inter se concordia juncti.' Neque illa ætate νόθοι eadem severitate ab successione, qua hodie, excludebantur; unde Eustathius ad hanc ipsam vocem, νόθος, Odyss. Γ. Εἰ δὲ σκοτίους τινὰς καὶ παρθενίους παῖδας ἡ ποίησις περιφέρει σεμνόν τε ἔχοντας, καὶ τῷ Πριάμῳ δὲ πλείους τῶν γνησίων οἱ νόθοι, ἔχει τε καλὸν, &c. sc. natalium iniquitatem virtute corrigere licebat. Molus hic alibi apud Eustathium Κρητικὸς appellatur, ad Il. K. 722.

Sed hi non Plisthenis, ut erant] Parentis obscuritas, et res forte domi angusta, liberos in aliam familiam transmiserat, unde apud Nostrum V. 16. 'Exinde contumeliis Agamemnonem fratremque agere, eosque non Atridas, sed Plisthenidas, et ob id ignobiles appellare.' Nam nihil dignum ad memoriam nominis reliquerat Pater; et liberi in nullam sortem bonorum nati.

§ 2 *Multarum hostiarum*] Ἑκατόμβην intelligit: vid. hujus libri 15. et alibi.

Exhibitisque epulis] In ipso templo, ut puto. Scilicet in more apud antiquos fuit, peractis sacrificiorum mysteriis, in ædibus ipsis Deorum epulari, et ipsis carnibus sacrificialibus vesci. De Potitiis Pinariisque apud Liv. I. res manifesta est. Et Sueton. in Claud. 33. 'Victus nidore prandii, quod in maxima Martis æde Saliis apparabatur, deserto Tribunali, ascendit ad sacerdotes, unaque discubuit.' Ita suas, peracto tremendo mysterio, Agapas Christiani habuere. Et ex I. Sam. IX. 13. et 19. institutum et celebratum fuisse convivium post sacrificia constat.

Magnifice eos habuere] Ad eundem fere modum Sallust. Cat. 14. 'Parum honeste pudicitiam habuisse.'

§ 3 *A Phœnice patre ejus*] Sic 'Conon' Europam filiam Phœnicis vocat, neptem Agenoris.

Præter cæteras] Hoc est, supra cæteras: infra 20. de Nestore: 'Præter cæteros Græciæ viros jucundus acceptusque.' Vide VI. 13.

Ætram etiam et Clymenam Menelai affines] Quæ postea Helenæ ancillabantur, ab Homero Il. Γ. ἀμφίπολοι dictæ, quod δουλίδας Eustathius interpretatur. Ætra Pitthei filia, et apud quosdam Theseos mater. Ætram vero et Clymenam, quæ Homero memorantur, nonnulli, teste Eustathio, non affines istas Menelai putant, sed alias his cognomines, ὁμω-

νόμους τοῖς εὐγενέσιν Ἑλληνικοῖς, ut de Ætra et Pittheo loquitur. Clymenam idem Eustathius, μόνην κατανοήσασαν, ait, τὴν ἐσομένην τῆς Ἑλένης ἁρπαγὴν, ὅτι Ἀλέξανδρος ἦλθεν εἰς Λακεδαίμονα.

Sicut in tali re fieri amat] Hoc est, solet. Sallust. Jugurth. 3. 'Quæ ira fieri amat,' et 41. Quintil. IX. 3. ex Græco inquit translata Sallustii plurima, quale est, 'vulgus amat fieri.'

§ 4 *Indignatione stupefactum*] Infra IV. 'amissa mente obstupefieret.' Virgil. 'Obstupui, steteruntque comæ, vox faucibus hæsit.' Ita 'stupet' apud Senecam, si recte memini, eleganter scio sumi, ubi ita doloribus obruitur animus, ut ne lacrimæ quidem extorqueri possint.

Positis ex divisione] Ut VI. 'Impositis.'

Pro tempore] Ut paulo infra, 'pro tempore armati,' et II. 3. 'Pro tempore cohortati suos.' Hoc est, ut res postulabat, et tempus permittebat.

Quæ in tali negotio patiebantur] Placet magis, 'Partiebantur.'

Uti conquesti injurias Helenam repeterent] Liv. I. ad eundem fere sensum: 'injurias et non redditas res ex fœdere, quæ repetitæ sunt.'

Legantur prius] Eadem consilii sententia Romæ pervicit, obsessa Sagunto, mittendos prius legatos ad res sociorum inspiciendas.

§ 5 *Apud Lacedæmonam*] Ita 12. 'Lacedæmonam redeunt,' et 17. 'ex omni Lacedæmona.' Barthius in adversar. 'Lacedæmoniam:' ubi dubitare se ait, an urbs ipsa a Latino Auctore ullo ita sit usurpata. Sed observare debuit vir doctissimus, Lacedæmonam apud Anthorem, non pro urbe, quæ et Sparta, sed pro Laconia, et regione ipsa sumi, ut ex 17. evidens est: 'Ex omni Lacedæmona naves sexaginta:' quis hæc de urbe dicta crediturus est? In eo v. Homerum noster secutus est, qui Il. B. Λακεδαίμονα expresse distinguit ἀπὸ τῆς Σπάρτης: Οἳ δ' εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν, Φάρην τε, Σπάρτην τε.

In scelus proprium convertit] Hoc est, contra æquitatem et jura hospitii; ut illud Lucani I. Pharsal. 'Jusque datum sceleri.' Cum v. hoc loco 'proprium' idem est ac 'suum,' in scelus suum convertit, licebit ne hunc sensum eruere? Universam domum Regis, ob atrocitatem facti, in scelus suum puniendum convertit: ita Florus I. 17. 'Omnium mentes in se converterat.'

Proprium] Hoc loco pro 'suo' sumitur. Ut et 14. 'Admetus vicaria morte conjugis fata propria protulerat,' II. 4. 'propriam gloriam æquiparaverat,' et III. 'Originem propriam memoria repetebat.' Male hic Barthius putat propriam irrepsisse. 'Mirum,' inquit, 'ni alienæ potius, quam suæ originis memoriam repetierit.' Sed eleganter satis proprium pro suo ponitur, ut et ἴδιος pro αὑτοῦ vel αὐτοῦ, ut Act. I. vs. penult. εἰς τόπον τὸν ἴδιον, quod quidam per αὑτοῦ, alii v. per αὐτοῦ exponunt.

Reliqui prædæ] Hoc est, ex præda relicti: qui prædatorum manus effugerant. Et hæc lectio convenientior, quam 'reliquæ prædæ.'

Cadunt utrinque plurimi] Cæs. Bell. Gall. I. 15. 'Pauci de nostris cadunt.'

Hi Regis necem defenderent] Hoc est, vindicarent, ulciscerentur. Ita Dares Phrygius: 'ut quam primum injurias suas defenderent.'

§ 6 *Ad Priamum adit*] Ita 9. 'ad Helenam adit,' et VI. 3. 'ad oraculum adit.'

Conductoque Consilio] Convocato concilio. Ita infra: 'Priamus senes conducit,' et II. 'conductis militibus.' Sallust. Bell. Jugurth. 51. 'Metellus ubi videt Numidas minus instare, paulatim milites in unum conducit.' Et Tacitus Ann. IV. et XV. 'auxilia in

unum conducta.'

Consilio] Constanter hanc lectionem retinendam censeo, et non 'Concilio.' Exempla apud nostrum obvia.

Quantis mortalibus] Quot mortalibus, ut et alibi 'quantis' apud Authorem pro 'quot' invenies, II. 6. 'Et quanti Pelopidæ in ea militia essent.' Si 'quantam' pro 'quantis' legeris, nihil inde incommodi erit. Quantam scilicet indignationem tam atrox facinus incuteret.

§ 7 *Alexander cum supradictis comitibus venit*] Joannes Antiochenus Ms. in Bibliotheca Bodleiana, qui lib. v. Χρόνων Τρωϊκῶν multa ex Dicty recitat, alias circumstantias addit; scilicet Alexandrum, post 22. annorum in agro Amandra moram, Trojam ingressum fuisse μηνὶ Ξανθικῷ τῷ καὶ Ἀπριλλίῳ.

Exemplum facinoris] Egregium illud Livii est XXVI. 'Ad plures exemplum, quam calamitas pertinet;' et alibi, 'diutius durant exempla, quam mores;' et II. 'Neque huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quæsita sunt.'

§ 8 *Reguli repente consilium irrumpunt*] Ubique apud authorem Priamidæ sunt Reguli; ut II. 14. de Priamo: 'ire in consilium cupiens ab regulis cohibitus est. Ipsi namque pro relicto patre conventum irrumpunt;' et v. 'Priamus cum residuis regulis venit; nam cæteros bello amiserat.' Scio et regulos pro Magnatibus sive regio sanguine ortis sumi: ita vulgata versio.

§ 9 *Dardanum genuisse ex quo Tros, &c.*] Tros hic non filius Dardani est, sed ejus ex Erichthonio et Olizona nepos; unde Noster IV. 'Electram genuisse, ex qua ortum Dardanum Olizonæ Phinei junctum, Erichthonium ei dedisse: ejus Tros.' Et Arrianus de Dardano: Δάρδανος ἐκ Σάμου τῆς Θρᾳκίας ἐλθὼν τὰς τοῦ Τεύκρου βασιλέως θυγατέρας ἔγημε, Νησὼ καὶ Βάτειαν. καὶ ἐκ μὲν τῆς Νησοῦς ἦν αὐτῷ θυγάτηρ Σίβυλλα, &c. ἐκ Βατείας δὲ Ἐριχθόνιος καὶ Ἶλος. Sed hic omnia Apolline egent; nam Olizonam matrem Erichthonii Dictys statuit, Arrianus Batian; Ilum ille Erichthonii nepotem, hic fratrem. Sed hæc omnia fere sunt, ut Strabo alibi, μύθων ἀνασκευαί.

§ 10 *Tyndari, ex quo ipsa genita*] Unde consobrinam Penelopis fuisse constat: Icarus quippe Penelopis pater, Tyndari frater erat.

Traduxit] Retineo lectionem, pro 'transduxit.' Et ita ubique fere in Cod. Ms. Julii Cæsaris ex Bibliotheca Ampliss. Dn. Obrechti 'traducere' pro 'transducere,' ut impressi libri habent.

Inter Regulos medius adstans] Verba scilicet facturus. Ita de Ulysse II. 'Ulysses medius adstans hujusmodi orationem habuit.' Et hoc honoris gratia factum, sive ut auditores, instar coronæ, perorantem attenderent.

§ 13 *Eorum ego secutus comitatum*] De Dicty Joh. Antiochenus Ms. v. Χρόνων Τρωϊκῶν· Καθὼς ὁ σοφώτατος Δίκτυς, ὃς ἐκ τῆς Κρήτης, &c. ἦν γὰρ μετὰ τοῦ Ἰδομενέως τοῦ προμάχου τῶν Δαναῶν τοῦ κατελθόντος εἰς τὸν πόλεμον ἅμα τοῖς ἄλλοις Ἀχαιοῖς, συγγραφεὺς γὰρ τοῦ αὐτοῦ τοῦ Ἰδομενέως ἐτύγχανεν ὁ αὐτὸς Δίκτυς, καὶ ἑωρακὼς ἀκριβῶς τὰ τοῦ πολέμου, καὶ συγγραψάμενος ὡς παρών. Circa finem IV. Author ipse de se plenius: 'Hæc ego Gnosius Dictys, comes Idomenei, conscripsi,' &c.

Ab Ulysse cognita] Leg. 'postea ab Ulysse cognita.'

Eurypylus Evemonis, Ormenius] Commata tollenda hic sunt: ex Ormenio quippe Eurypylus fuit, ut infra 17. et ex Homero constat.

§ 14 *Quæ ex Chirone dicebatur*] Ut I. 'dictus ex Cretæ Ida.'

In primis adolescentiæ annis] IV. 9. 'In primis pueritiæ annis.' Sunt qui in hac periodo tota mendum sus-

picantur, indicante Barthio, qui hic Sallustianum stilum defendit.

Rector ejus] Idem II. 34. 'vocatur morum Magister.'

Vicaria morte] Sic alibi noster dixit, 'Vicariam victimam,' et 'vicarium munus' II.

Fata propria protulerat] Hoc est, vitam prolongaverat: nec assentior Barthio, qui, 'Emacula,' inquit, '*protulerat*; leg. *pertulerat*.' Fata propria, hoc est mortem sibi destinatam: ita Justinian. Institut. tit. de pub. jud. § 'Alia deinde,' dum ait, 'lege Pompeia de parricidio cavetur, ut si quis parentis, aut filii, aut omnino affinitatis ejus quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparaverit,' &c.

Morte Conjugis] Illa Alcestis fuit teste Homer. Il. B. Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη.

Tricenses] Ex urbe Tricca sive Trica, in parte Thessaliæ Estioti sive Hestiæoti dicta, urbe celebri templo Æsculapii, et tabulis ibidem morborum expugnatorum indicibus.

Medicinæ artis] Sic mulieris ancillæ tugurium Sallust. dixit in Jugurth. et Augustin. Confess. IV. 3. 'Erat eo tempore vir sagax, medicinæ artis peritissimus, atque in ea nobilissimus.' Et Noster v. 7. 'avis aquila.'

Pæantis Philoctetа, qui comes Herculis, post discessum ejus a diis] Leg. 'ad deos,' vel 'ab eo,' sc. Hercul. Discessum recte mortem interpretatur Barthius, sive ἀποθέωσιν. Inclytus certe sagittandi arte fuit Philoctetes apud Homer. Il. B. et Nostrum III. 1. 'Neque dubium, quin inter hos jam præcelleret Philoctetes, quippe Herculis sagittarum dominus et destinata arte feriendi mirabilis.' Ideoque sagittas divinas vocavit, quod adeo feliciter objecta transfigeret: excedetque fidem, quod Noster III. 18. Philoctetem refert sagitta excidisse vinculum, quo religata columba fuerat. Sagittas ejus Hydræ sanguine infectas fuisse Dictys lib. IV. author est; inque Thurinorum urbe conspici Justin. XX. 1. Thurinorum urbem condidisse Philoctetem ferunt, ibique adhuc monumentum ejus visitur, et Herculis sagittæ in Apollinis templo, quæ fatum Trojæ fuere.

§ 15 *Porcum marem in forum adferri jubet*] Apud Romanos in fœderibus etiam porci usus. Liv. I. p. 15. Id ubi dixit, porcum saxo silice percussit.

Orienti occidentique dividit] Et ita Augurem apud Livium fecisse invenimus I. 'Augur Deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinavit.' Ortumne respexit hic sacerdos, more solito, ut Virg. XII. Æneid. 'Illi ad surgentis conversi lumina solis Dant fruges manibus salsas.' Conjecturæ hic liceat indulgere. Cum Argos convenerant Duces, mox inde Aulida petituri, iter, via publica ingredientibus, tale fuit, ut occasum medii inter et ortum pergerent; Aulis quippe Bœotiæ, orientalis est Argis in Argolide.

Per medium transire jubet] Similiter lib. V. 10. 'Excisis in partes duas hostiis per medium transeunt.' Notissima historia Xerxis est apud Herodotum, per medium filii Hospitis liberalissimi in duas dissecti partes exercitum traducentis. Quin graviter Judæos increpat Jeremias XXXIV. 8. quod per dissecti vituli medium transire consueverant.

Pure lauti] Hoc est decenter præparati, ut solenne istud exigebat. Infra IV. 8. 'Græci lautum bene cadaver Antilochi Nestori tradunt.'

Sibi adhospitavere] Barth. explicat: Deos sibi velut hospitio conjunxisse. Melius, Deos sibi propitios reddidisse, vel, Deos istos pro hospitalibus Deis elegisse: erant enim Deos inter, quos veteres ξενίους appellabant, hospitales; ob intimiorem eorum præsentiam et familiaritatem; ut

'Jupiter Xenius' apud Plautum, et 'Jupiter Hospitalis' apud Cic. Epist. Famil.'

§ 16 *Punicis litteris nomen Agamemnonis designant*] Mirum igitur, unde Josepho, I. contra Apionem, in mentem venerit, quod dixerit Homeri carmina ne quidem conscripta fuisse, nec litteras tum notas. Hic quippe Punicarum literarum mentio fit, et scio me aliquo in loco apud ipsum Homerum legisse [Il. Z. 168.]: Ἔπορεν δ' ὅγε σήματα λυγρά, Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

Punicis litteris] Græcas literas Punicas vocat, utpote a Cadmo Danaoque invectas, ut ipse ait v. 'Conscripsi literis Punicis, ab Cadmo Danaoque traditis;' suamque ibi vernaculam a Græca distinguit. Græci quippe, ut multa alia, ita et litteras a Phœnicibus habuere. Consule Bocharti Phaleg. et Scalig. not. ad Euseb. Chronol. Clem. Alexandr. I. Stromat. 224. Cadmus, inquit, literas invenit. Hinc literas 'Phœnicias' vocatas esse ait Herodotus.

Propter magnam opum vim] Vulgatum illud: 'Crœsus Halym penetrans, magnam pervertet opum vim.'

Ad munia militiæ festinarent] Deleo voculam 'ad,' et ita Noster initio III. 'Græci cuncta, quæ in tali negotio militia exposcebat, intenti animo, summis studiis festinabant.' Iniqua est censura Catonis apud Gell. Noct. Att. XVI. 14. 'Qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat.'

§ 17 *Aulidam*] Melius 'Aulida.' Sed monitum supra id Authori nostro freqûens esse, ut 'Lacedæmonam.'

Naves centum, aliasque sexaginta] Lege, 'aliisque sexaginta Agapenorem præfecit,' adeo ut centum naves duxerit Agamemnon, sexaginta Agapenor, quas tamen ab Agamemnone acceperat; sed ipse ex Arcadia milites et remiges imposuerat, teste Hom. Il. B. Αὐτὸς γάρ σφιν δῶκεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων Νῆας ἐϋσσέλμους, περάαν ἐπὶ οἴνοπα πόντον, Ἀτρείδης, ἐπεὶ οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει. Inde etiam apud Daretem Phrygium est; 'Agamemnon ex Mycenis navibus numero centum.' Et postea, 'Agapenor ex Arcadia navibus 60.'

Tlepolemus Rhodo octo] Restitui novem ex Homero et Darete.

CATALOGUS NAVIUM GRÆCARUM.

	Ex Dict.	Dar.	Hom.
Agamemn. ex Mycenis, cum aliis, quibus Agapenorem præfecit	100 60	100 60	100 60
Nestor	90	80	90
Menelaus	60	60	60
Mnestheus	50	50	50
Elepenor	30	—	40
Ajax Telamonius	12	—	12
Diomedes	80	80	80
Ascalaph. et Ialmen.	30	30	30
Oileus Ajax	40	37	40
Arcesilaus, &c.	50	50	50
Sched. et Epistroph.	40	40	40
Thalpius et Diores	40	40	40
Thoas	40	40	40
Meges	40	40	40
Idomeneus	80	80	80
Ulysses	12	12	12
Prothous Magnes	40	12	40
Error librarii XI. pro XL.			
Tlepolemus	8	9	9
Eumelus	11	10	11
Achilles	50	50	50
Nireus	3	—	3
Podarces	40	40	40
Podalir. et Machaon	30	32	30
Philocteta	7	7	7
Eurypylus Ormenius	40	40	40
Leg. *ex Ormenio*, pro *Orchomeno*.			
Guneus	22	21	22
Leonteus	40	40	40
Phidippus	30	30	30
Thessandrus	50	—	—
Calchas	20	—	—
Mopsus	20	—	—
Epios	—	—	—
	1265	1090	1186

NB. In Darete vitiosissimi sunt numeri, 'qui adduxere naves numero 1202.' Deesse itaque nomina Ducum cum suis Classibus oportet, ut hi numeri sibi constent.

§ 18 *Toto quinquennio*] Excidit hic Authori, quod supra retulerat 16. 'hæc omnia toto biennio præparantur.'

§ 19 *Irane cœlesti, an ob mutationem aëris*] Phrasis Authori nostro familiariter usurpata. sic II. 'Incertum alione casu, an uti omnibus videbatur,' &c.

Corporibus pertentatis] II. 30. 'Sed regum nullus ex hoc malo attentatus est.' III. 11. de luctu Achillis 'adeo reliquorum animos pertentaverat.'

Promisce] Idem ac promiscue. Gell. Noct. Att. VI. 14. 'Sed ita ut promisce dici solet,' et XIII. 9. 'de variis atque promiscis quæstionibus composuit;' et alibi.

Deo plena] V. 16. 'Cassandra Deo plena;' Justino; 'divino spiritu impleta.'

Iram fatur] Justin. XLIII. 1. 'Fauno fuit uxor nomine fatua, quæ assidue divino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.'

Sine modo militiæ] II. 38. 'Sine modo atque ordine Barbaris ruentibus.' Hoc est: sine legibus et institutis militaribus.

Quadripartitur exercitus] Barthius ait, 'ob perfectionem cubi de quo consulendus Macrobius et Favonius.' Sed ad cubos confugere opus non est, cum et hodie in 4. partes dividere castra, juxta 4. cardines mundi, mos sit.

§ 20 *Domuitionem confirmans*] II. 35. 'Domuitionem cupiebant.' Ex Pacuvio et Philoxeno vir doctus exempla attulit.

Desponsam Achilli] Æque scite ac desponsatam, ut et apud Sueton. in Cæs.

Tum propter gratiam Helenæ] Quam reversuram sperabat: si enim Dareti Phrygio credendum, invita rapta fuerat Helena; dum de Paride ait, 'Helenam mœstam alloquio mitigavit.'

An ne] Leg. 'Ac ne.'

§ 21 *Venti atque fulmina cœpere consenescere*] Florus III. 3. 'Donec invicta illa rabies et impetus consenesceret:' et IV. 2. 'Ut ardentissimi Ducis consenesceret impetus.'

§ 22 *Reseratum est cœlum*] Barthius, quasi reserenatum. Val. Flac. I. 'Emicuit reserata dies cœlumque resolvit.'

§ 23 *Ventorumque flatus navigandi prosperos*] Leg. 'navigando,' sc. faventes, neque opus hic est cum Barthio 'flatus' in 'status' mutare; illud quippe magis Latium sapit.

Eum quippe optimum] Barthius advers. p. 2692. 'Eleganter,' inquit, 'omittitur verbum, putabant, habebant, ut apud Septimium, Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus,' &c. At vero supervacuum fuerit pronomen 'quem' hic intrudere; cum melius impressi libri, 'Eum non secus quam parentem miles omnis percolebat.' Sic Livius II. de Bruto, 'Matronæ annum ut parentem eum luxerunt.'

Eorum, quæ praecesserant satis prudens] E contra hoc lib. XVI. 'Imprudens religionis.'

Frumenta, vinum, aliaque cibi necessaria] Leg. 'oleumque, cibi necessaria:' 17. 'aliis quoque necessariorum cibi replent.' Retinuissem 'alia' cum libris impressis, nisi 'Oleum' convenientius fuerat; quippe cum ex Lycophrone, Servio, aliisque constat, datam filiabus Anii facultatem convertendi, quicquid attigerant, 1. in fruges, 2. in vinum, 3. in oleum, non video rationem cur frumenta et vinum memoraret author, excluso oleo.

Œnotropæ] Licet unica saltem Œ-

notropa fuerit, reliquæ v. Spermatropa et Elæotropa, tamen omnes Œnotropæ audiunt, sc. quod a Libero patre hoc privilegio donatæ fuerant: *αἷς ὁ Διόνυσος ἐχαρίσατο, ὁπότε βούλοιντο οἶνον, σπέρματα, καὶ ἔλαιον λαμβάνειν κατὰ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις*, ut inquit Enarrator Lycophronis.

LIB. II.

§ 1 *Ad Mæsorum regionem*] Τὴν Μυσῶν ἀρχὴν vocat Strabo lib. XII. de Telepho loquens, et Homer. Ἰλ. Β. Μυσῶν δὲ Χρόμις ἦρχε, quod Noster dixit II. 'Chromis Midonis ex Mœsia.' Mœsia quippe et Mysia, ut illa Europæ, hæc Asiæ præcipue competit, ita nomina sæpissime inter se commutantur, ut hic apud Nostrum, et alios. Ita Retaria Mysorum dicitur quæ apud Antonin. est Regio 14. in Europa. Et Florus de populis a Crasso in Europa devictis, IV. 12. Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatæ, Mysi, &c. ubi Mœsi in Europa intelliguntur.

Telephus, qui tum Mæsiæ Imperator] A Teuthrante Cilicum et Mysorum rege adoptatus, cui etiam in regnum successit.

Neque versis his atque in fuga parcere] Lege, 'Neque versis his in fugam.'

§ 2 *Ob industriam virium atque ingenii*] 'Industriam' Donatus interpretatur, 'scientiam et providentiam.' Florus II. 12. expresse industriam viribus opponit: 'Industriam,' inquit, 'Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum disciplina Macedonum temperaverunt.'

Societatis jus] Sic 'jus familiaritatis.' Justin. VII. cap. 3. et XVI. 5. 'Jure familiaritatis admissi.'

More patrio] Infra de more colligendi cineres quædam adnotabimus.

Sepelivit] Hanc sepulturæ curam a Majoribus Diomedes hauserat; refert quippe Justin. III. 5. de militibus Lacedæmoniorum, 'Tantum,' inquit, 'ardorem militibus injecit, ut non de salute, sed de sepultura solliciti, tesseras, insculptis suis et patrum nominibus, dextro brachio deligarent, ut si omnes adversum prœlium consumsisset, et temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturæ possent.'

§ 3 *Ipsi Duces Principes certaminis*] Scilicet ipsi Duces primipili quasi fuerunt, qui primi hostium aciem infringere tentabant.

Teutranius ex Teutrante et Auge genitus, frater Telephi uterinus] Uterinum apprime Noster addidit. Auge quippe patrem Aleam habuit, qui eandem ab Hercule compressam deprehendens cistæ una cum filio Telepho incluserat. Teuthras corporibus inventis Augen uxorem duxit, ex qua Teutranium suscepit, Telephum vero sibi adoptavit, Hercule genitum, ut Noster infra, 4.

Quos adversum ierat] Sic. 'Militiam Priamum adversum recusare,' pro adversus Priamum.

Ab instanti pernicie] Ita II. 33. 'Instantem perniciem.' Instans, hoc est, præsens. Sic apud optimum anthorem, (nomen mihi excidit) scio me legisse, 'Tempus præteritum, instans, et futurum.'

§ 4 *Quum utraque acie*] Totam periodum ita lego: 'cum utraque acies intenta in prœlium (vel, intenta prœlio, ut 'bello intentus' III.) sine ulla requie, jugi certamine, ac strenuis adversum se ducibus fatigaretur.'

Multorum dierum navigio] 'Mare navigii patiens.' 'Navigium' pro 'navigatione.'

Mœsi ad se domum] Locum ex Catullo vir doctus adscripsit: 'Ad se quisque vago passim pede discedebant.'

Multi mortales] Et hoc Sallustianum est, pro 'hominibus,' 'mortales' ponere.

§ 6 *Jactatum magnis doloribus*] Ita

Florus I. in proœm. 'Nam tot laboribus periculisque jactatus est.'

Deprecabantur] Hoc est, valde precabantur. Gell. Noct. Att. lib. VI. de versu quodam Catulli: 'Deprecor hoc in loco vir bonus ita dictum esse putabat, ut plerumque a vulgo dicitur, quod significat valde precor, et oro, et supplico, in quo 'de' præpositio ad augendum et cumulandum valet.' Justin. VII. 6. 'Adeo ut interjectis diebus pacem deprecantibus dederit:' et XII. cap. 2. 'auxilia adversus Bruttios deprecantibus.'

Ex numero navium] Hoc est, pro numero navium. Ita Sallust. fere locutus Cat. 26. 'sperans facile se ex voluntate Antonio usurum,' hoc est, pro voluntate.

Qui inspecta cura] Omnino legendum puto: 'inspecto crure:' sequitur quippe; 'propere apta dolori medicamina imponunt.' Achilles quippe femur sinistrum Regi telo transfixerat.

§ 8 *Authoribus nuntiis*] Superfluum hic est, 'Authoribus.'

Tempus profectionis antecaperent] Sall. Catil. 'omnia luxu antecapere,' et 32. 'priusquam legiones scriberentur, multa antecapere.' Vid. cap. 55. et al.

§ 12 *Tuto collocant*] Leg. 'in tuto.'

Cygnus, cujus haud procul a Troja regnum] Hic est ille quem Strabo Κύκνον, Θρᾷκα τὸ γένος, πατέρα τοῦ Τέννου, βασιλέα δὲ Κολωνῶν, vocat I. p. 604. Per 'regnum Cygni' apud Nostrum intellige Colonas, Achæo contiguas; (alias Colonas coloniam Milesiorum supra Lampsacum in agri Lampsaceni mediterraneis in Phocide, et in Thessalia Strabo recenset 589.) sed Colonæ Cygni ad exterum Hellesponti mare fuere ab Ilio distantes stadia 140.

§ 13 *Paulo post fidam sibi*] Addendum 'futuram.'

Cum pace ad Græcos conveniunt] Ita 16. 'Cum pace accurrere.'

§ 14 *Centum victimarum*] Ἑκατόμβη.

Præeunte Chryse] Ut apud Livium, 'præeunte verba' Pontifice, vel augure.

Quisque partium ad eum venerat] Leg. 'ut quisque partium venerat.'

§ 15 *Invidiæ plenum, &c.*] Insita quippe mortalibus natura recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere, modumque fortunæ a nullis magis exigere, quam quos in æquo vident.

Arreptis saxis obruunt] Dares Phrygius Palamedem a Paride sagitta ictum narrat.

Acceptusque in exercitu] Leg. 'acceptus exercitu,' pro exercitui, quo modo hunc casum optimi Authores veteres expresserunt: ita *magistratu* apud Cæs. Bell. Gall. I. 6.

Veluti publicum funus] Publicis sumtibus, ut apud Romanos.

Aureo vasculo sepultum] Et v. 15. 'Reliquiasque urnæ aureæ conditas in Rheteo sepeliendas procurat.' Hom. Il. Ψ. Ὀστέα Πατρόκλοιο...Καὶ τὰ μὲν ἐν χρυσέῃ φιάλῃ καὶ δίπλακι δημῷ θείομεν.

§ 16 *Phyrum*] Legend. 'Pyrrham,' πύῤῥα Straboni, quæ tempore ipsius eversa erat.

§ 17 *Interfecto Eetione, qui his locis imperitabat*] Strabo XIII. διῄρηντο εἰς δύο δυναστείας οἱ Κίλικες, καθάπερ εἴπομεν, τήν τε ὑπὸ τῷ Ἠετίωνι, καὶ τὴν ὑπὸ τῷ Μύνητι.

§ 18 *Multis execrationibus*] Leg. 'multisque.'

Teuthrantem dominum locorum] Scilicet Phrygiæ. At Historiæ aliæ ferunt, Teuthrantem Cilicum et Mysorum regem fuisse.

§ 19 *Ramis oleæ coronavere*] Et hoc ingentis præmii: sic apud Plinium XV. 14. 'Oleæ honorem Romana Majestas magnum præbuit, turmas equitum idibus Juliis ex ea coronando.'

Ex omni præda, &c.] Totam periodum ita restituo: 'Ex omni præda, quam Achilles apportaverat, exceptam Eetionis conjugem Astynomen,

&c. Agamemnoni obtulere.' Cap. quippe 28. Noster Chrysem cognovisse ait, filiam suam Astynomencum Agamemnone degere. Voce, 'Excepta,' eodem modo Noster usus est, 13. de Glauce: 'Quam nostri Ajaci, ob fortia facta ejus, exceptam reliquæ prædæ habendam concedunt.'

Ejusdem alimonii] Ejusdem educationis et convictus.

Genibus obvolutæ] Qs. advolutæ, ut infra, 'genibus Achillis obvolvebantur.'

In medios] Leg. 'in medio.'

§ 20 *Traditumque Polydorum refert*] Deest Ajax, cujus erat pacis tractatus, se auctore, cum Polymestore factos referre.

Ea seniores lamentatione immodica cum lacrymis accipientes] Leg. 'Eam seniores lamentationem immodicis cum lacrymis accipientes.'

Et ut præterita antea consulta omittam] Leg. 'Et ut præterita consulto omittam.'

§ 21 *Quod amice impetrare nequitum est*] Sallust. Jugurth. 31. 'Quod sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum est.' Sext. Pomp. 'Nequitum,' inquit, 'et nequitur, pro non posse, dixerunt.' Cato Origin. I. 'Quod termino fanum fuit, id nequitum exaugurari.'

Priora male consulta corrigere] Livius: 'Præterita corrigere, emendare non licet.' Quo loco Livii putavi semper legendum 'corripere;' nam 'corrigere' et 'emendare' ejusdem fere valoris sunt.

§ 22 *Aut quis frater fratri aditum patefaciet*] Ita apud Liv. XL. 'de fratre frater, Perseus de Demetrio. Aperienda nimirum nocte janua fuit,' &c.

Apud Barbaros et Græcos] Trojanos etiam Noster 'lingua moribusque Barbaros' vocat. 'Barbari' hic opponuntur 'Græcis,' ut apud Latinos aliæ nationes Romanis. Strabo XIV. originem appellationis istius eleganter descripsit: *ἐκείνους*, inquit, *οὖν ἰδίως ἐκάλεσαν βαρβάρους, ἐν ἀρχαῖς μὲν κατὰ τὸ λοίδορον, ὡς ἂν παχυστόμους ἢ τραχυστόμους· εἶτα κατεχρησάμεθα, ὡς ἐθνικῷ κοινῷ ὀνόματι, ἀντιδιαιροῦντες πρὸς τοὺς Ἕλληνας.* Hinc in Senatu Ætolorum facturus verba Macedonum orator Romanos Barbaros vocat. 'Ætolos,' inquit, 'Acarnanas, Macedonas ejusdem linguæ homines leves ad tempus ortæ causæ disjungunt, conjunguntque cum alienigenis; cum Barbaris æternum omnibus Græcis bellum est eritque.' Ubi per alienigenas et Barbaros Romani intelliguntur. Quin Plautus diserte ait: 'Marcus vertit Barbare,' hoc est, Latine.

In dies residuis] Leg. 'Residuos.'

§ 23 *Patiemur*] Leg. 'patimur.'

§ 25 *Et Helena cum gratia remissa*] Delendum omnino 'Et.'

§ 26 *Siquidem proprio spoliatus*] Leg. 'Propria scilicet conjuge.'

Juventus perita belli abunde nobis est] Ita locutus Sallust. Cat. 21. 'quibus mala abunde omnia erant;' et Jugurth. 14. 'Abunde magna præsidia nobis in vestra amicitia fore.'

Haud integrum vobis] Hoc est, 'vix licet.' Ita Cicero alicubi: 'haud integrum mihi.'

Date igitur belli signum] Liv. XXI. 'Tum Romanus, sinu ex toga facto, 'Hic,' (leg. hoc,) inquit, 'vobis bellum et pacem portamus, utrum placet, sumite:' sub hanc vocem haud minus ferociter, daret utrum vellet, succlamatum est,' &c.

Adversum legatos Æneas dixerat] Cum tamen postea Æneas reddendæ Helenæ pertinax author fuit; cumque addit Author, odio regni ejus, constat Æneam in Græcos adeo acerbe invectum, saltem ut contra Trojanos majus excitaret incendium.

§ 27 *Gargarum*] Leg. 'Gargarin.' Græce enim est Γαργάρις in Troade.

Gergitham] Leg. 'Gergetham,' un-

de 'Gergethii' *ἐν τῇ Τρῳάδι*, quos Attalus in pagum Gergetham prope Caici fontes transduxit, oppido, de quo nobis hic sermo est, sublato.

§ 28 *Præferens Dei vultus*] Simulacra Apollinis.

Magnificarent] Magni facerent. Vox Latinis Patribus usurpata.

§ 30 *Sed regum omnino nullus*] Scilicet, 'Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.'

Perspicere se] Aut hic addendum, 'ait,' aut delendum 'se.'

§ 33 *Tanquam sperato*] Eradatur 'tanquam.'

§ 35 *Pandarus Lycaone genitus*] Duo hujus nominis videntur fuisse, Lycius alter, alter Trojanus: Strabo quippe XIV. 665. in hunc modum ait: *ὑπόκειται τῷ Κράγῳ Πίναρα ἐν μεσογαίᾳ, τῶν μεγίστων οὖσα πόλεων ἐν τῇ Λυκίᾳ· ἐνταῦθα δὲ Πάνδαρος τιμᾶται, τυχὸν ἴσως ὁμώνυμος τῷ Τρωϊκῷ,...καὶ γὰρ τοῦτον ἐκ Λυκίας φασίν.* Verum cum Strabo XIII. ex Hom. Il. B. Lycios appellari Troas ait, et apud Eustathium, *σημειοῦνται οἱ παλαιοὶ, ὅτι ἡ μὲν κατὰ Πάνδαρον χώρα ὁμώνυμος τῇ ἐν τῷ Ξάνθῳ Λυκίᾳ καλεῖται*, Pandari duo non temere statuendi sunt, cum Priamus ex Altæ Lelegum Imperatoris filia Lycaonem genuerit, patrem Pandari nostri.

Larissam Pelasgidarum] Ut ab illa quæ in Thessalia est distingueretur; quamvis et illa Pelasgidarum vocari possit, cum olim inter Æoles Thessaliæ incolas gens clarissima fuerit Pelasgi.

Pylæmenes Paphlagoniæ] Non omittenda sunt, quæ de nomine Pylæmenis Eustathius habet, ad Il. B. *ὁ Πυλαιμένης παράγεται κατὰ τὸν μεσαιπόλιον. ὡς γὰρ τοῦτο γίνεται ἀπὸ τοῦ μεσοπόλιος, καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς α, μεσαπόλιος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι μησαιπόλιος, οὕτω καὶ Πυλομένης, Πυλαμένης, Πυλαιμένης.* Vide nuperam Sebastiani Fæschii dissertationem de nummo Pylæmenis Evergetæ Regis Paphlagoniæ, qui familiare nomen Pylæmenis Regibus Paphlagoniæ fuisse asserit, et a primo illo, quem laudat Homerus, ad ultimum usque descendisse, ut apud Cappadocas nomen Ariarathis, apud Ægyptios Ptolemæi, &c.

Odius Azanorum] Leg. Alizonum, quos Strabo Allazonas vocat. Male in quibusdam libris impressis Homer. Il. B. *ὁ Διὸς*, quasi esset Dius; nam expresse Eustathius ait: *Ἀλιζώνων δ' τε Ὀδίος ἦρχον καὶ ὁ Ἐπίστροφος.*

Nastes et Amphimachus de Caria] Insere 'Nomionis;' hujus enim filii teste Homero erant. Il. B. *Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα.*

§ 38 *Densatis frontibus*] Ut supra 2. 'condensatis utrimque frontibus.'

§ 39 *Græcis ac singulis*] Leg. 'Græcorum singulis.'

At ubi procul] Leg. 'Id ubi procul.'

Ad postremum cogunt] Melius 'Cogere.'

§ 40 *Adversum cedens*] Leg. 'Adversum vadens.' Non enim cedo, quando in aliquem infestus ruo.

§ 41 *Militem frequentem in arma habuere*] Leg. 'In armis,' hoc est, armatos. Aut 'frequentem apud arma' legere licet, ut 45.

Qui reliquus] Leg. 'quia reliquus.'

§ 45 *Rhesus*] Strabo XIII. *Ῥῆσος ποταμὸς ἐν Τροίᾳ, Ῥῆσος δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Θρᾳκῶν.*

§ 49 *In utramque sacri partem*] Leg. 'Inter utramque.'

LIB. III.

§ 1 *More optimo*] Barthius exponit. 'Laudabili consuetudine.'

Quin inter hos jam præcelleret] Barthius: 'Quin hos inter etiam præcelleret:' sed nihil mutandum censeo; 'Jam tum' ita ubique Author usurpat: nemo quippe dubitabat, quin jamdudum inter hos præcelleret Philoctetes, sc. ob divinas sagittas.

Suspectis] Leg. 'exemplo facinoris suspecto.'

§ 2 *Reliquæ tali obtentu*] Leg. 'alio obtentu.'

Etiam Hecubæ filia innuptæ] Barthius locum plane mutat, Polyxenam dignitate sacerdotii privans: scil. 'antistes' pro 'antistites,' 'redimita' pro 'redimitæ,' 'precabatur' pro 'precabantur:' it. 'Minervæ hæc et Apollinis antistes.' Ego nihil immutandum censeo. Ambæ antistites erant: Cassandra quidem Minervæ, Polyxena Apollinis: cum vero sacra hic facta sunt Thymbræo Apollini, Polyxena ut templi antistes apparatum Cassandræ, quæ hic Hospita fuit, suggessit, unde Noster, 'suggerente sibi' (hoc est ei, Cassandræ) 'Polyxena apparatum sacri ejus.'

Suggerente] Ultro offerente. Flor. II. 8. 'Ultro se suggerentibus causis imperium procederet.'

Mandat] Jubet Achilli nuntiandum. Ita locutus Justinus XXIV. 2. 'Itaque non credenti mandat velle se cum filiis ejus regni consortium jungere.' Et sic Gallice hodie dicitur, 'Mander.' *Vous me mandez des nouvelles.*

§ 3 *Quæ res eo habere fidem videbatur*] Leg. 'ideo.'

§ 4 *Ascensis curribus bellum ineunt*] De curruum usu in prœliis leg. Curtium III. 11. et Scheffer. de re vehicul. veterum.

Hector situs in parte alia] Consimiliter IV. 20. 'Multi eorum, qui primi evaserant, super muros siti.'

Reliqui duces confirmati] Leg. 'confirmatis.' Ut apud suos Hector laborantibus auxilio fuerat, ita Græci suos, ubi opus erat, confirmant, et in alteram partem exercitus transgrediuntur.

§ 5 *Alios*] Leg. 'aliosque satis impigre pugnantes vulnerat.'

At ubi eum Achilles ita in hostem promptum animadvertit] Leg. 'in hos promtum;' sc. Diorem, Polyxenum, et suorum alios, contra quos irruebat Hector.

A quo Olizonem genitam] Ut IV. 22. fusius narrat. Olizona quippe filia Phinei, neptis Agenoris, Dardani conjux, Erichtonii mater fuit: nescio unde suam Amalixo habet Fæschius de nummo Pylæmenis, quam Agenoris filiam, Dardani conjugem facit.

§ 6 *Vulneri locum ubi nactus est*] II. 40. 'Ratus locum vulneri inventurum;' hoc est, occasionem vulnerandi hostem.

§ 7 *Colligit sese in arma*] Virg. X. Æn. 'Sed bellis acer Halesus Tendit in adversos, seque in sua colligit arma.'

§ 8 *Ita præsentia ejus animi tolluntur*] Multum enim valet præsentia Turni.

Diei vesper erat] Sallust. Jugurth. 52. 'Et jam diei vesper erat.'

§ 10 *Alter Echinadibus Imperator*] Leg. 'Echinadum.'

Inclinatione rerum] Barthius legit, 'Indignatione rerum.'

Fortunam belli vincere aggressus] Lucan Phars. IV. 'Non eadem belli totum fortuna per orbem Constitit.'

Insolentia gentis suæ] Barthius in Adversar. eradit pronomen, suæ.

§ 11 *Omni supplicio*] Leg. 'omnique supplicio.'

Nunquam autem a Græcis solitum] Forte 'cognitum.'

Multis modis impressa] Alii legunt, 'occultis in locis,' ut respiciatur ad antecedentia, 'recordatio vulnerum per loca corporis pudibunda.'

§ 13 *Neque multo post ex alio*] Leg. 'alia' sc. parte.

§ 14 *Isque vino sopita jam favilla relliquias in urnam collegerat*] Mos quippe Græcorum fuit, cineres vino et unguento inspergere, οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ καὶ ἀλείφατι, ut ait Hom. Od. 24.

§ 15 *Et ob id ad finitimos*] Leg. 'apud finitimos.'

§ 16 *Ex incerto*] Hæc ex glossis irrepsisse videntur.

Nunquam tamen vires consilio super-

fuerant] Aut leg. 'defuerant,' aut intellige per 'superfuerant,' nunquam supra consilium vires fuerant.

§ 18 *Philocteta non columbam se*] Quæ de Philoctete hic Noster, ea Homerus Il. Ψ. de Merione narrat, eumque solum cum Teucro certasse.

Destinatum] Leg. 'destinatam' sc. columbam.

§ 19 *Cursu longo certantibus*] Hoc Græce ita Homerus: Τοῖσι δ' ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος, Certabant currendo, τὰ τῆς ταχυτῆτος ἄεθλα habitur. Homerus Ajacem, Antilochum, et Ulyssem certasse ait, hunc v. victorem, inde Antilochum ultimum abstulisse præmium.

Disco Antilochus] Homero Polypœtes.

Præmia luctandi intacta permansere] Achille litem dirimente Homer. Il. Ψ. Ἀέθλια δ' ἶσ' ἀνελόντες.

Donum ad necessarios eorum perferrent] Leg. 'domum.'

§ 20 *Lugubri veste miserabile tectus*] 'Miserabile' pro 'miserabili' ex sententia Barth. Adversar. xxv. 25. sed perperam. 'Miserabile' hic pro 'miserabiliter' positum est, uti alibi apud optimos Latinæ linguæ authores.

§ 21 *Quam in Priamo miseratio*] Leg. 'quam Priamus.'

Rex genua Achilli] Leg. 'Achillis.'

An solum in Priamum circumscribitur] Supra 17. 'dolor nece metuendi hostis circumscribitur.'

§ 25 *Cibo invitantur*] II. 52. 'Inter epulas cum læti inter se invitarent.'

§ 26 *Deum quippe auctorem singulis mortalibus malique esse*] Vox Ethnico digna. Nec hic opus est adnotare quæ de fato Latini, et περὶ τῆς πεπρωμένης sive εἱμαρμένης Græci scripserunt.

Tantum se in Hecubæ filiarumque recordatione] Tolle particulam 'in.'

LIB. IV.

§ 1 *Quis animo ita hæserat nulla spe impetrandi*] Leg. 'Quis animo inhæserat nulla spes impetrandi.'

Cæterum viso Hectoris funere] Hoc est, 'cadavere,' ut explicat Barthius ex loco Senecæ in Satyrico de morte Claudii Imperat. Sed et paulo supra quod Noster dixit, 'nulla spes impetrandi cadaveris,' jam viso funere interpretatur. Sic apud Danos funebris pompa et cadaver eadem voce, *ent liig*, exprimuntur. Apud Livium, locus est II. p. 63. 'Victoria egregie parta tristis tamen duobus tam claris funeribus;' et II. Noster, 'funus ejus crematum.'

Inclyta per gentes fama] Leg. 'Inclytus.'

Hinc reclamantibus Trojanis] Leg. 'Illinc.'

§ 3 *Clausisque*] Leg. 'Classis.'

Atque amentiæ] Adde 'luituram,' scilicet, præcipitat Penthesileam postremæ desperationis atque amentiæ pœnam luituram.

§ 4 *Memnon Tithoni filius*] Is scilicet de cujus tumulo Strabo loquitur XIII. 587.

Ingentibus Indorum atque Æthiopum millibus] Æthiopas divisit Homerus in τοὺς τοῦ δυσομένου ἡλίου, et in τοὺς τοῦ ἀνατέλλοντος, Od. A. Hoc loco Orientales intelligo Æthiopas, sive Asiaticos Indis confinitimos; quin ipsi Æthiopes Indi vocati sunt. Ludolph. in nupera Hist. Æthiopica II. 3. 'Duplex fuit veterum Æthiopia: Asiatica et Africana, sive Orientalis et Occidentalis.' Æthiopes Authoris nostri prope sinum Arabicum incoluerunt, ab Habassenis hodiernis, qui interiora Africæ incolunt, distinguendi. Et Æthiopas etiam in Asia fuisse testis est Eustathius: οἱ δίχα, inquit, διῄρηνται φυσικῶς τῷ Ἀραβίῳ ἤτοι Ἐρυθραίῳ κόλπῳ, οἱ μὲν ἔνθεν κείμενοι τοῦ κόλπου, οἱ δὲ ἐκεῖθεν. Unde et Phalas cum Asiaticis Æthiopibus facile mari Rhodum venit; in quo ex-

ercitu etiam Phœnices erant.

Camiram et Jalysum] Strab. xiv. Κάμειρος, εἶτ' Ἰάλυσος κώμη. et Diodor. Sicul. οἱ τὴν Ῥόδον νῆσον κατοικοῦντες, καὶ Ἰάλυσον, καὶ Λίνδον, καὶ Κάμειρον. Jalysum hanc non esse eandem cum Rhodo urbe apud Plinium Casaubonus in suis ad Strabon. comment. demonstravit.

Permoti querelis Rhodiorum] Leg. 'permotine querelis Rhodiorum, an cupidine,' &c.

§ 5 *In ordinem*] 'Inque ordinem reformatæ.'

§ 7 *Impeditosque dissolvere*] Dele particulam 'que.'

§ 8 *Qui peterent eorum*] Forte leg. 'eos:' 'qui peterent eos, qui in bello ceciderant, humandi veniam.' Sed et alii priori modo loquendi usi sunt.

Seorsum ab cæteris cremato Memnone] Quippe apud Indos et Ægyptios mos fuit, funebres Principum tunicas ex licio quod igni non absumitur conficere, eisque defunctam induere, quo cineres cremati a reliqua favilla discriminati forent. Et ad hunc morem respexit forte Strabo x. 446. 'Apud Caristum,' inquit, 'lapis nascitur, qui plectitur et texitur, atque ex eo mantilia conficiuntur, (ὑφάσματα χειρόμακτρα,) quæ ubi sordem contraxerunt, in flammam injecta purgantur, perinde atque lotione linteorum maculæ eluuntur.'

Justisque factis] Dele 'que,' ut et paulo infra, 'ferre æquo animo fortunæ bellique adversa;' omnino ibi tollenda enclitica. Sic iii. 10. 'Fortunam belli vincere aggressus.'

Non jam dolor in casu Memnonis] Leg. 'ex casu.'

§ 9 *Indignatus nondum sibi a Priamo super his quæ secum tractaverat mandatum*] 'Mandatum' ejusdem hic valoris est ac mandat. iii. 2. Stomachabatur quippe Achilles nullum tractatuum priorum effectum productum. Hinc tandem 10. 'Priamus tempus nactus, Idæum ad Achillem super Polyxena cum mandatis mittit.'

§ 10 *Rumorem proditionis clementer ortum*] 'Clementer,' levibus initiis et auctoribus ortum. Ita Sallust. Jugurth. 28. 'Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ, dum proficisci parant, de prœlio facto et oppugnatione Cirtæ audiebatur. Sed is rumor clemens erat.' Hoc est vero major. Vide Priscianum.

§ 11 *Quos visos*] Leg. 'Queis visis Ulysses, Non temere est, inquit.'

Geminato ictu transfigit] Sunt qui a Penthesilea occisum Achillem tradunt, ut Telles; alii sagitta in ventre ictum ab Alexandro, ut Sostratus.

Exosculati postremum salutant] Catull. Epigram. 816. 'Accipe fraterno multum manantia fletu, Atque in perpetuum frater ave atque vale.' Virgil. xi. Æneid. 'Salve æternum mihi maxime Palla, Æternumque vale.' Ovid. x. Metam. 'Supremumque vale, quod jam vix auribus ille Acciperet, dixit.'

§ 13 *Summam militiæ orbatam*] Leg. 'orbitatem,' ut et 'licuisse' pro 'licuerit:' ut subintelligatur, 'Dolebant.'

Per triduum continuatis vigiliis] Ita v. 16. 'Per triduum funus Ajacis publice suscipiunt.' Quod tempus more antiquo contractius fuit. Servius, 'Est,' inquit, 'sciendum, quia apud majores, ubicunque quis fuisset exstinctus, ad domum suam referebatur, et illic 7. reservabatur diebus, octavo die incendebatur, nono sepeliebatur.' Virg. Æneid. v. 'Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.' Etiam per dies 10. funebria durasse Noster testis est iv. 1.

Quam reliquiæ coadunarentur] Hoc est, quam ossa a reliquo cinere collecta et in urnam congesta fuerant. Hoc indicat Virg. vi. Æn. 'Ossaque lecta cado texit Choryneus aheno.' Et Homer. Il. 24. Ὀστέα λευκὰ λέγοντο

κασίγνητοι.

Coadunare] Ita 'adunare' apud Justin. 'classes adunatæ,' si recte memini. vid. ampliss. Borrich. nostrum, contra Scioppium.

§ 14 *Alexandri commentum*] Hoc est, Facinus. Ita Justin. xxi. 3. 'Cum rapinæ occasio deesset, universam civitatem callido commento circumvenit.'

Quidem] Leg. 'Quidam.'

Inter cætera, quæ ei pulcherrima miserat] Hæc sunt illa γυναῖα δῶρα, quæ Strabo xiii. de Eurypylo et Cetejis loquens ignorare se ait, cum Hom. Od. Λ. γυναίων ἕνεκα δώρων, secutos ait Cetejos. γυναῖα δῶρα, forte ob oblationem Cassandræ, aliarumque nympharum.

Vitem quandam auro effectam] Et hoc splendidum inter cætera munus. Legi et alibi Aristobulum Romæ in Capitolio auream vitem dedisse. Et de vite Judæorum sub aureo cœlo (si hæc lectio sibi constat) apud Florum viii. 6. et Lipsium ad eundem locum.

§ 15 *Qui in eo loco habebant*] Leg. habitabant.

Genitus Achille] Leg. 'Achilli.'

Forti pectore patienda] Μόχθειν ἀνάγκη τὰς δὲ δαιμόνων τύχας. Ὅστις φέρει κάλλιστ' ἀνὴρ οὗτος σοφός.

Sibi eo leviorem dolorem esse] Mihi videtur substituendum 'graviorem.' Indignabatur quippe Achillem, gloriosa morte privatum, honestam mortem (ut supra cap. 13.) non contigisse, nec aliter quam in obscuro loco oppetiisse.

§ 16 *Ne indignus Patris meritis existeret*] Egregia vox Scipionis apud Liv. xxvi. 'Brevi faciam, ut quemadmodum nunc noscitatis in me patris patruique similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis, ita ingenii, fidei, virtitutisque exemplum expressam ad effigiem vobis reddam, ut revixisse aut renatum sibi quisque Scipionem Imperatorem dicat.'

Ut solitis viribus agerent] Leg. 'Solidis.'

§ 18 *Ad naves revertere Græci*] Pro 'reverti.' Sic Sallust. Cat. 37. 'Id adeo malum multos post annos in civitatem reverteret.'

De cujus oraculo imminentia] Interpone, 'de cujus oraculo postquam imminentia Trojanis mala cognovisset,' &c.

Congruentiaque] Tolle voculam 'que.'

§ 19 *Ab Alexandro cadunt ad solis partem maximam*] Hoc est, qui ab Alexandro stabant, sive milites Alexandrini. Sic 'a silva' pro silvestris. Florus iv. 2. 'Ejus elephanti bellorum rudes et nuper a silva.'

Ad solis partem maximam] Ad tenebras fere: hinc 20. 'Nisi nox jam ingruens nostros ab incepto cohibuisset.'

§ 21 *Comas sepulcro deponit*] Et v. 16. 'Cuncti reges comam apud tumulum deponunt.' et de Achill. Hom. Il. Ψ. Ἐν χερσὶ κόμην ἑτάροιο φίλοιο θῆκεν. Mortuum capillis totum conspergere mos fuit, ut egregie descripsit Hom. Il. Ψ. Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον Κειρόμενοι. Etiam jumentis et bestiis pilos abradere in tali luctu consueverant, ut apud Herodotum est, ὡς ἐπὶ τῷ Μασιστίῳ Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς ἐπένθησαν σφέας τε αὐτοὺς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους, καὶ τὰ ὑποζύγια. Sed de his satis, ne adversaria scribere videamur.

Eodem funere cum Alexandro contegitur] Scilicet in Cebrenia, teste Strabone xiii.

§ 22 *Famosa perjuria*] Ἕνεκ' ἵππων, ut apud Strabonem est, xiii.

Junctum Erichtonium ei dederit] Leg. 'Ex qua ortum Dardanum, Olizonæ Phinei junctum, Erichthonium edidisse.'

LIB. V.

§ 1 *Inter epulas Talthybius interesset*] Leg. 'Esset' pro 'interesset.'

§ 2 *Admiratus*] Leg. 'admiratur.'

Quidquam prius temeratum ab his] Leg. 'tentatum,' aut, si mavis, 'temere actum.'

§ 3 *Hac atque alia*] Leg. 'Hæc atque alia.'

Haberet] Leg. 'habeat.'

§ 4 *Itaque cum quibus antea*] Forte leg. 'cum quibusdam.'

§ 5 *Palladium, quod in templo Minervæ esset*] Id hic notandum, Pherecydem dicere, omnia simulacra humana, manu non facta, et quicquid e cœlo in terram devolvitur, Palladia vocari. Palladium Troja ab Ænea advectum Macrob. III. 4. Apollinem et Neptunum fuisse asserit. Fuit et Athenis *δικαστήριον* quod teste Pausania *Παλλάδιον* dicebatur, ubi *ἐδίκαζον τοὺς ἀκουσίους φόνους*. Hinc apud Aristoph. *Κτενῶ σε, τέκνον. ὁ δὲ ὑπεκρίνατο, ἐπὶ Παλλαδίῳ, παρ' ᾧ, πάτερ, δώσεις δίκην.*

Cœlo sullapsum] Vel delapsum, ut Ovid. in Fastis: 'Delapsa ancilia cœlo.'

Exertius disseruisset] Violentius, quasi exerta voce, ut exertis manibus, et 8. 'Exertius disseruisset.'

§ 10 *In honore Ducum*] Leg. 'in honorem.'

In quibus] Leg. 'quibus.'

Permansuros se in eo, quod sibi cum Antenore convenisset] Egerat de prodenda patria; sed aliter Trojani actum credebant; unde Ulysses in juramento sensum verborum suorum sibi servatum habuit. Vide Grot. de jur. B. et Pac. c. de verbor. interpret.

Ita uti pars ad solem, residuum ad naves spectaret] Ad solem, hoc est, ortum. Trojæ quippe situs Orientalis erat stationi navium Græcarum.

§ 11 *Motus facilius foret*] Leg. 'facilior.'

Donum Minervæ maxime] Leg. 'maximum.'

Cum summa religione] Leg. 'Eum summa religione susciperent.'

§ 12 *Jovis ante ædificiale*] Forte leg. 'antædificialis.'

Retinentem utraque manu ad aram jugulat] Præpositio 'ad' plane delenda. Aram enim supplices, sive postes altarium, quasi in asylo futuri, amplectebantur, nec se avelli patiebantur. Ita de Joabo in sacris legimus I. Reg. 2. 28. Cornua altaris amplexum, Regis jussu mactatum. Ita apud Molossos, Samothracas, Crotoniatas, Messenios, &c. ad Deorum aras confugisse pro asylo habitum; unde et Ithacenses Jovis aram habuere. Vide Alex. ab Alexandr. Sic apud Nostrum: 'deliberatio inita super his, qui ab Deorum aris auxilium vitæ imploraverant;' qui tamen nullo dilectu trucidati fuerunt.

§ 13 *Vice pecorum*] Hoc est, instar pecorum, ut III. 14. 'Vice imbellium.' In fragm. Sallust. 'Ruuntque pars maxima suismet aut proxumorum telis, cæteri vice pecorum obtruncabantur.' Et Tacit. lib. VI. 'Qui omnia facta dictaque vice legis observans.' 'Vice pecorum,' idem est ac apud Liv. XL. 'Modo pecorum fugientes per saltus avios.'

Et alii ob pretiosam vestem] Leg. 'ad pretiosam vestem.'

Per Neoptolemum Achilli inferias missa] *Ἔδει γὰρ νεκροῖς οἰκεῖόν τι φέρεσθαι.* Vid. Eustath. ad Il. Ψ.

Aut ex captivis] Dele 'aut.'

§ 14 *Jamque approbantibus multis bonis*] Sic Liv. XXI. 'Pauci, ac ferme optimus quisque assentiebatur.'

§ 15 *Cum ante jam*] 'Jam' eradendum est.

In Rhæteo] Strabo *Ῥοίτειον, πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη, καὶ τῷ Ῥοιτείῳ συνεχὴς ἠϊὼν ἀλιτενὴς Αἰάντειον, ἐφ' ᾗ μνῆμα καὶ ἱερὸν Αἴαντος.*

§ 16 *Appellaturque Cynossema*] Strab. XIII. de Fl. Rodio: *Καθ' ὃν ἐν τῇ Χεῤῥονήσῳ τὸ Κυνὸς σῆμά ἐστιν, ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον.* Et hic corrigendus Brietius Parall. Geogr. tom. 2. de Thracica Chersoneso. 'Cynossema,' inquit, 'hoc est, tumulus Hele-

næ in canem conversæ, lapidibus obrutæ a Græcis ob convicia.' Non enim Helenæ, sed Hecubæ est.

§ 17 *Civitatem condit appellatam Corcyram Melenam*] Leg. 'Melænam.' Μέλαινα Κέρκυρα καλουμένη καὶ πόλις. Strab. VII.

LIB. VI.

§ 1 *Ascendere ipsi*] Delendum 'Ipsi.'

Dispalantur] Uti apud Livium: 'Palati per agros.'

Postquam ad Eubœam devenere] Omnino dele 'postquam;' ut et supra, 'est,' ut sensus sit, postquam Ajax enisus aliique fluitantes ad Eubœam devenere, tunc Chæradibus scopulis appulsi pereunt.

§ 2 *Muliebre ingenium*] Liv. I. 'Quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.'

Et Teucer prohibitus] Vid. Justin. XLIV. 3. et Horat. 'Teucer Salamina patremque Cum fugeret.'

§ 3 *Hujusmodi numine armatus*] Leg. 'animatus.'

Ægisthi] Leg. 'Ægistho.'

§ 4 *Multi undique virile ac muliebre sexu confluunt*] Leg. ita: 'Multi undique, virile ac muliebre sexus confluunt.' Nam et 'Sexus' in Neutro, apud Nonium legitur; et Plautum in Rudente: 'Virile sexus nullum unquam habui:' quod et notavit ex Plauto Priscianus.

Quæ ad oblivionem hujusmodi facinoris] 'Αμνηστίαν innuit.

§ 5 *In quo exhibitis quibusdam sacris*] Illa sacra apud Hom. Od. Λ. talia fuere: ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ Βόθρον ὄρυξα, ὅσον τε πυγούσιον, ἔνθα καὶ ἔνθα· 'Αμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χέομεν πᾶσι νεκύεσσιν, Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ, Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον.

§ 6 *Telemacho ex Nausica natum filium Ulysses Ptoliporthum appellat*] Ipse Ulysses Epitheton τοῦ πτολιπόρθου habuit, apud Homer. Il. B. 'Ανὰ δ' ὁ πτολίπορθος 'Οδυσσεὺς 'Έστη σκῆπτρον ἔχων. Unde Eustath. in Il. Α. 'Οδυσσέα ὁ ποιητὴς, διὰ μίας πόλεως ἅλωσιν, πτολίπορθον πολλαχοῦ λέγει. Vid. etiam ad vs. 2. Od. Α.

§ 8 *Ad Sepiadum littus quod propter saxorum difficultatem nomen ejusmodi quæsiverat*] Sed quid saxis cum Sepia? Egregia sane Etymologia. Fuit quidem Sepiadum littus saxosum, unde Strabo: ἔστι δ' αὐτὴ μὲν ἀκτὴ πετρώδης, sed a Sepia pisce nomen obtinuit: Eustath. ἡ Σηπιὰς ἄκρα διὰ τὰς αὐτόθι σηπίας. Refertque Apollonii Scholiastes ita dictum Thessaliæ promontorium a Thetide, quam dum sequitur Peleus, in Sepiam mutata est; et Strabo IX. ἡ μέν τοι Σηπιὰς ἀκτὴ καὶ τετραγῳδῆται.

§ 9 *Ut ne*] Dele 'ut.'

§ 11 *Responso editur*] Melius, 'Responsum.'

§ 13 *Ad inquisitionem viri profectus*] Leg. 'proficisci.'

§ 15 *Cui summitas marinæ turturis osse armabatur*] Fuit forte Turtur marina in Ææa insula signum militare, ut apud Persas aquila, Athenienses noctua, &c. Et ex hoc loco Autheris nostri habuisse puto Alex. ab Alex. dier. genial. IV. 2. quæ in recensione signorum militarium inquit, 'Thebanis Sphyngis effigies: Æææ insulæ marina turtur.' Turtur marina ex Græco est, τρυγὼν θαλασσίη, unde et Plinio IX. 48. Trygon dicitur, pestiferum animal: cui radius super caudam eminens admodum execrabilis est: hinc Oppianus: 'Nascitur extrema cauda impenetrabile telum Trygoni.' Sed eandem optime more suo descripsit Phile de animalibus, cujus de illa versus cum in editis exemplaribus desint, ut et in Ms. Th. Roe, quo Oxonii usus sum, adscribam ex Ms. alio Oxoniensi, quo nihil splendidius unquam oculis meis usurpavi; et meretur certe Phile lucem publicam splendidiori ornatu quam hactenus, studio Georgii Bersmanni,

cum auctario Camerarii, adorare. In eum ex utroque Ms. Bibliothecæ Bodleianæ observationes et lectiones adeo facundas collegi, ut duplo auctior et correctior, si tempus permittat, aliquando prodire possit. De turture v. ille, περὶ τῆς θαλασσίας τρυγόνος, post 4. versus, qui in codice impresso sunt:

Καὶ τοὺς ἁλιεῖς φασὶν ἐκτόπως τρέμειν
Τὰ δυσχερῆ μὲν ταῦτα τοῦ ζώου βέλη·
Ἂν γάρ τις αὐτοῖς τοῖς κακίστοις κεντρίοις
Πληγῇ, μόλις τε τῶν ἰατρῶν ἡ τέχνη
Ῥύσαιτ' ἂν αὐτὸν τῆς φθορᾶς τοῦ κινδύνου.

Quos ita Latine reddidi:

Piscatores ferunt vehementer timere
Exitialia hæc animalis hujus tela:
Si enim quis pessimis istis aculeis
Læsus fuerit, vix illum medicorum ars
Liberabit exitii periculo.

Ita creditum] Leg. 'ita credito.'

Infelicissimum casum vulneri contemplatus] Leg. 'Infelicissimum casum vulnerati (scilicet patris Ulyssis) contemplatus.' E vestigio enim sequitur, 'At ubi ictu eo Ulysses concidit.'

FINIS NOTARUM VARIORUM.

NOTITIA LITERARIA

DE

DICTYE CRETENSI, DARETE PHRYGIO,

ET

JOSEPHO ISCANO,

EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA, A JO. AUG. ERNESTI AUCTIUS EDITA, LIPS. 1773. LIB. I. CAP. 6. p. 111. sqq.

DARETIS PHRYGII Historia Excidii Trojæ, quæ Latine circumfertur cum Pseudo-Dictye, sive L. Septimii [1] Romani libris VI. Ephemeridos belli Trojani,[2] etsi præfixam habet sub Nepotis nomine Epistolam ad Sallustium Crispum, qua affirmat, se Daretem e Græca in Latinam linguam Athenis transtulisse, communi tamen eruditorum suffragio tam eleganti ac terso scriptore indigna existimatur. Daretis [3] librum de Bello Trojano ex perantiqua editione

[1] Alii Quintum Septimium vocant, ut Barthius LVII. 7. LVIII. 11. Vossius de Hist. Lat. p. 742. et Tho. Bartholinus de legendis libris p. 93. Notas in Septimium hunc promisit idem Barthius, quem videsis ad Gratii Cyneget. vs. 21. Prosper vero Mandosis T. II. Bibl. Romanæ a. 1692. edito, p. 26. laudat 'editionem nuperam juxta Mss. codices emendatam, quæ Lutetiæ prodiit apud Rob. Stephanum.'

[2] Auctor eas inscripsit Q. Aradio Rufino, qui sub Imp. Constantino consulatum gessit A.C. 316. aitque Dictym opus suum conscripsisse primum literis Punicis, oratione Græca. Postea a nescio quo Praxi sive Eupraxide literis Atticis transcriptum, oblatumque esse Neroni Imp. atque inde a se versum Latine. Ceterum S. Ambrosio æqualem vel supparem esse hunc scriptorem sive interpretem, verisimilis est Vossii conjectura IV. 50. de Idololatria, quanquam Scioppius et alii longe antiquiorem esse putaverint. At enim vel propter styli nævos sequiorem redolere ætatem demonstrarunt viri doctissimi Jo. Frid. Gronovius c. 25. Obs. Ecclesiast. et Jac. Perizonius in diss. de Dictye c. 38. [supra p. 53.]

[3] De aliis Daretibus Reinesius ad Inscriptiones veteres p. 852. Hoc loco ille innuitur scilicet, de quo Homerus Il. E. 9. Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δάρης, ἀφνειὸς, ἀμύμων, Ἱρεὺς Ἡφαίστοιο, κ. τ. λ. Vide lib. I. Biblioth. Gr. c. 5. ubi etiam de Dictye. Citatur Dares antiquis in scholiis ineditis ad Persii I. 51. Vide Josephi Wasse Biblioth. Literariam Anglice editam Lond. 1724. 4. num. VI. p. 5.

sine anni et loci notatione in 4. cum tribus carminibus Prudentii servat Bibl. Paulina Lipsiensis, ut me monuit clariss. Schœtgenius, qui etiam de Dictye Casp. Barthii judicium jubet consulere ad Gratii Cynegeticum vs. 21. Antiquissima editio horum scriptorum Latina (Græca enim pridem periere) est Mediolanensis anno 1477. Inde commemoranda venit Veneta Francisci Faragonii anno 1499. Prodiere etiam Vitebergæ 1512. apud Jo. Gruneбergium sive Viridimontanum, apud Augustinianos; et cum tribus Libanii declamationibus consimilis argumenti, Lugdun. ap. Gryphium 1552. 12mo. Prætereo editionem Daretis Dictyisque Parisiensem a. 1560. 8. et Lugdunensem anno 1569. 8. nec minus versionem Gallicam Joannis de la Lande Paris. 1556. 8. et Italicam Tho. Porcacchino auctore excusam Venet. 1543. 8. Gallice ex versione Caroli Bourguille prodiit Dares Cadomi 1573. Dictyn Gallica veste donare molitus Burdelinus. Vide Diarium Londinense, The History of the Works of the learned a. 1703. p. 222. Dares Germanice ex interpretatione Marci Tatii, Augustæ Vindel. 1536. fol. cum iconibus. Novissime Parisiis vidit lucem Mythologia sive Historia Deorum[4] cum versione Gallica Daretis a Puteano (par M. Dupuy) Paris. 1731. 12. Dictys Germanice redditus a Joanne Heroldo. Basil. 1554. fol. Etiam Russice Dictys et Dares excusus Moscuæ a. 1712. 8. Vide Acta Erud. 1714. p. 488. Prodiit etiam Dares cum Homero Spondani, adjuncta Pseudo-Pindari[5] Thebani Epitoma Iliados, Latino carmine hexametro scripta, Basil. 1583. fol. Dares item *Dictysque subjectus* Diodoro Siculo ex Poggii versione edito Latine ibid. 1578. fol. Ab eo tempore Josias Mercerus, elegantissimi vir ingenii, et exquisitæ doctrinæ, Darete cum Dictye ad binos Mss. codices Petri Danielis et Pauli Petavii castigato, notisque illustrato, emendatius in lucem dedit Paris. 1618. 12. Mercerianam editionem secuta

[4] Journal des Sav. 1732. Mars p. 291. Lettres serieuses et badines T. VI. p. 191.

[5] Allegatur a Lutatio ad Statii Theb. VI. 120. ubi vide, si juvat, Lindenbrogium, itemque Barthium T. III. p. 393. sq. qui auctorem vetustum bonique ingenii appellat LVIII. 14. et LIX. 1. et 15. Adversar. ubi integrum recenset, nec dubitat Josepho Iscano Devonio præferre. A Laurentio Valla inepte antelatus est ipsi Virgilio, ut notavit Jovianus Pontanus lib. I. de Sermone cap. 18. Primus edidit Laurentius Abstemius teste Vossio. Antiquam Florentinam editionem in 4. memorat Joannes Cinellus in Bibl. volante T. VII. p. 66. sub tit. 'Homerus de Bello Trojano.' In Ms. Bibl. Annæbergensis inscribitur: 'Homerus per Pindarum insignem Oratorem de Græco in Latinum traductus.' Vide Christiani Gotthold Willischii arcana Bibl. Annæbergensis p. 18.

Amstelodamensis anno 1631. forma minore. Digni quoque hi duo scriptores habiti sunt, qui in usum Delphini illustrarentur, uti factum est haud infeliciter ab Anna Tan. Fabri filia Paris. 1680. 4. Hinc cum Josiæ Merceri, Casp. Barthii, Ulrici Obrechti Prætoris Regii, qui vetus Ms. Argentoratense contulit, Paulique Vindingii ad Dictyn notis, Dares recensitus est a V. C. Samuele Artopœo, cujus diligentia index etiam insignis accessit, Argentorat. 1691. 8vo. Denique Amstelodamenses an. 1701. in quarta et octava forma Daretem et Dictyn, utinam satis emendate, recuderunt ex editione in usum Delphini, cui, præter notas universas ex editione Argentoratensi repetitas, adjunxere nunquam prius editam Jac. Perizonii viri eruditissimi dissertationem de Dictye, [in hac ed. recusam supra p. 19. sqq.] in cujus extrema parte varia hujus scriptoris loca illustrantur; tum nummos quosdam gemmasque veteres ad illustrandum Dictyn a Ludovico Smids V. C. collectas, denique Josephi Iscani[6] Devonii, Excestrensis, poëtæ, pro ætate illa, non inelegantis, poëma heroicum in sex libros distinctum de Bello Trojano, cum notis Samuelis Dresemii, Dithmarsi, per singulas paginas substratis. Indicem quoque Dareti et Dictyi subjunxerunt, non qualem locutionum minus obviarum, ususque vocabulorum singularis adornavit clariss. Artopœus, sed qualis in editione Delphini occurrit, Index omnium vocabulorum. Josephi quoque Iscani poëma exhiberi poterat ex emendatiore et integriore Joannis Mori editione Londinensi† a. 1675. 8. Dresemius enim, qui hoc poëma recte Josepho Iscano restituit, et eruditis notis illustravit, Francof. 1623. 4. nullis codicibus Mss. sed tantum

[6] Josephus Iscanus poëma suum de bello Trojano dicavit Thomæ Balduino, Archiepiscopo Cantiorum sive Cantuariensi. De Iscani porro nugis amatoriis vide Menagii anti-Bailletum,T.II. p. 325. De Bello ejus Antiocheno, sive Antiocheide, et aliis scriptis, Jo. Lelandum de scriptoribus Britannicis editum nuper ab Antonio Hall, Oxon. 1709. 8. p. 237. Alia de eo Christianus Daumius notis ad Bernardum Geystensem p. 73. [Scripsit Iscanus: De Bello Trojano libb. VI.—De Bello Antiocheno lib. I.—De Institutione Cyri lib. I.—Panegyricum ad Henricum, lib. I.—Nugas Amatorias, lib. I.—Epigrammata, lib. I.—Diversi generis Carmina, lib. I. In Antiocheide fortis et magnanimi Regis nostri Ricardi I. quem, cum Balduino, in expeditione ad Terram Sanctam comitatus est, gesta celebravit.]

[† Mori editioni, nunc minus obviæ, hæc inscriptio præfixa est: 'Daretis Phrygii, Historicorum omnium primi, de Bello Trojano libri sex. Latino carmine a Josepho Exoniensi elegantissime redditi. Recogniti ac emendati cura et studio Joannis Mori, J. U. D. qui eosdem Argumentis illustravit, totumque opus vero auctori restituit. Londini. Impensis Thomæ Helder sub signo Angeli in vico vulgo dicto Little-Brittain. 1675.']

tribus editionibus anterioribus[7] usus fuerat, quibus hi libri, majore adhuc inscitia, quam prosarius Dares, Cornelii Nepotis tanquam auctoris nomen gerunt præfixum. In omnibus vero istis editionibus omissi sunt post libri I. vs. 32. hi versus, quibus continetur encomium Balduini, cui poëma hoc suum, pro illa temporum suorum barbarie facundum et comtum, auctor dicavit, Archiepiscopi Cantuariensis, sub finem sæculi a nato Ch. duodecimi. Versus illos primus, quod sciam, e Msto codice produxit Tan. Faber in notis ad Longinum p. 169. edit. præclaræ Tollianæ:

In numerum jam crescit honos, te tertia poscit
Infula, jam meminit Wigornia, Cantia discit,
Romanus meditatur apex, et naufraga Petri
Ductorem in mediis expectat cymba procellis.
Tu tamen occiduo degis contentus ovili,
Tertius a Thoma, (*Cantauriensi,*) Thomasque secundus et alter,
Sol oriens, rebus successor, moribus hæres.
Felices quos non trahit ambitus, &c.†

Pseudo-Daretis duos codices Mss. unum Canonicorum Lateranensium Patavii, alterum Aloysii Corradini, laudat Jo. Rhodius in notis ad Scribonium Largum p. 60. Citatur Dares a Freculfo lib. II. Chronici, cap. 17.

Præter novam Gallicam Daretis versionem obviam in libro edito Paris. 1731. 12. Mythologie et l'histoire *des Dieux, des demi*

[7] Prima ed. est ab Albano Torino Basil. 1541. 8. cum Pseudo-Pindari Epitome Iliadis, Darete prosario, et Homeri Iliade ex Latina Nicolai Vallæ et Vinc, Obsopœi versione. Tam corrupte autem vulgata est, notante Jo. Lelando p. 239. de scriptoribus Britannicis, ' ut si pater ipse in prolem redivivus oculos converteret tam informem, cognosceret plane nunquam.' Hanc secuta est editio Henischii. Basil. 1573. 8. Altera extat ad calcem Homeri Græce et Latine editi et illustrati a Johanne Spondano, Basil. 1583. 8. et 1603. fol. Tertiam denique ab Alexandro Carolo Trognesio editam Dresemius memorat, quam non vidi. Ceterum non videtur esse dubitandum, quod Josephus Iscanus argumentum sive periocham poëmatis sui asciverit Daretem Latinum prosarium, unde deinde factum est ut, quemadmodum liber ipse Pseudo-Daretis, ita etiam Iscani poëma Cornelio Nepoti tribueretur. Scripsit et alia iste Iscanus Devonius, [v. not. 6. p. 639.] sed, quod sciam, nondum edita, præter Antiocheidem, cujus in Britannia meminit Cambdenus, magni eum cum viveret inter suos habitum testatus. Vide Joannem Prince in Anglico opere de illus tribus Devoniis, vel, si liber ille ad manus non sit, consulantur Acta Eruditorum anni 1702. p. 289.

[† Hos ipsos versus Morus, in præf. ad ed. Josephi Iscani de Bello Trojano librorum, ex ejusdem Antiocheide citat. Sed tamen vs. *Felices quos non trahit, &c.* est in poëmate de Bello Troj. I. 33.]

dieux, et des plus illustres Heros de l'Antiquité payenne per M. Dupuy, où l'on fait voir que le Culte, les Mysteres, les Sacrifices, et les autres Ceremonies du Paganisme ne sont que des copies imparfaites de l'Histoire sainte, Daretem Gallica prosa verterat sæculo jam tertiodecimo Gotofredus de Waterfordia, Hibernus, Ord. Prædicatorum. Vide Jac. Echardum de scriptoribus Ordinis Dominicani T. I. p. 467. Non omittendum, quod Dares Gallico etiam metro astrictus extat in codice sæculi XII. membranaceo Bibliothecæ Ambrosianæ Mediolanensis. Vide V. C. Bernhardi de Montfaucon Diarium Italicum p. 19. et Palæographiam Græcam p. 138. ubi habes versus quosdam metaphrasi illi præmissos. Conferenda itidem Historia Trojana scripta a Guidone de Columna, Messanensi, a. C. 1287. atque edita Argentinæ 1486. et 1489. fol. Utraque editio ad manus mihi est. Incipit: 'Licet cotidie vetera recentibus obruantur.' In ejus prologo hæc verba leguntur, in quibus Latinus Dictyos interpres multa Græci omisisse arguitur: 'Ea quæ per Ditem (lege *Dictyn*) Græcum et Phrygium Daretem, qui tempore Trojani Belli continue in eorum exercitibus fuere præsentes, et horum, quæ viderunt, sunt fidelissimi relatores, et in præsentem libellum per me judicem Guidonem de Columna Messana transumta legentur, prout in duobus libris eorum inscriptum quasi una vocis consonantia inventum est Athenis. Quanquam autem hos libellos quidam Romanus, Cornelius nomine, Sallustii magni nepos, in Latinum transferre curaverit, tamen dum laboraret nimium brevis esse, particularia historiæ ipsius, quæ magis possunt allicere animos auditorum, præ nimia brevitate indecenter omisit. In hac igitur serie libelli totum invenitur inscriptum, quod de tota historia universaliter et particulariter gestum fuit.' Idem scriptor ad calcem operis: 'Et ego Guido de Columna judex de Messâna prædictum Ditem (Dictyn) Græcum in omnibus sum secutus, pro eo quod ipse Dites (Dictys) perfectum et completum fecit in omnibus opus suum, ad literarum videlicet solatium, ut veram notitiam habeant præsentis historiæ, et ut magis delectentur in ipsa. Et ego historiam ipsam ornassem dictamine pulchriori per ampliores metaphoras et colores, et per transgressiones occurrentes, quæ ipsius dictaminis sunt picturæ. Sed territus ex magnitudine operis,' &c. Non intermisit tamen Guido varia ex suo sæculique sui ingenio attexere, ut lectori attento facile patebit. Italice lucem vidit Venetiis 1481. fol. Germanicæ ver-

sionis Ms. in Bibl. Cæsarea, meminit Lambecius T. II. p. 948. Latinos codices Mss. laudat Mongitor T. I. Bibl. Siculæ p. 266.

HACTENUS Fabricius. Editionibus ab eo breviter memoratis manet ut recentiores, vel ab eo omissæ, addantur.

Dictys Cretensis et Dares Phrygius, 'per Guillelmum Schonberger de Frankfordia Alamannum' impress. Messan. 1498. 4to. Cf. Maitt. Annal. Typogr. p. 667. et Panzer. Annal. Typogr. T. II. p. 110.

Dictys Cretensis, absque ulla nota, charact. Goth. sine signaturis, custodibus, et paginarum numeris, 4to. Coloniæ, ut videtur, impress. circa finem sæc. XV. Cf. Panzeri Annal. Typogr. T. I. p. 348. De Bure, Bibliographie Instructive, T. V. p. 475. 9. et T. F. Dibdini Biblioth. Spencer. T. II. p. 14-16.

Dares Phrygius, absque ulla nota, charact. Goth. 4to. ab Ulrico Zell, Colon. impress. ut putat Dibdinus in Biblioth. T. II. pp. 8. 9. Cf. Braun. Not. Hist. Lit. T. I. p. 65. et Panzer. Annal. Typogr. T. IV. p. 281. Editio Princeps, ut videtur.

Dares Phrygius, absque ulla nota, *charact. Rom. 4to.* Ed. antiqua, sine signaturis, custodibus, et paginarum numeris. Cf. Cat. Bibl. Pinell. T. II. p. 384. et T. IV. p. 305. Panzer. Annal. Typogr. T. IV. p. 7. et Biblioth. Spencer. T. II. pp. 9. 10.

Dares Phrygius, absque ulla nota, charact. Goth. 4to. sine signaturis, custodibus, et paginarum numeris, foll. 18. Cf. Braun. Not. Hist. Lit. T. I. p. 65. 'ubi editio, ut videtur, diversa excitatur, Coloniensis tamen, iisdemque typis.' Panzer. Annal. Typogr. T. I. p. 348.

Dares Phrygius, absque ulla nota, 4to. 'charact. Lat. Gerhardi de Flandria.' Panzer. Annal. Typogr. T. III. p. 43.

Dares Phrygius, Paris. 1520. 4to. cum figuris. 'In officina Nicolai de Pratis, pro Petro Goudaul.'

Dictys Cretensis et Dares Phrygius, quibus adjiciuntur tres Declamationes ejusdem fere argumenti, prima Libanii sophistæ, reliquæ incerti auctoris, ab Erasmo Roterodamensi Latine redditæ, Basil. 1529. 8vo. et ibid. 1573. 8vo.

Dictys Cretensis Italice redditus, Ven. 1543. 8vo. a Battista Roscio, Veneto, cum aliis item Italice versis. 'Con Privilegio del illustrissimo Senato.'

Prologue to, and Translation of, Dares Phrygius's History of the Warres betwixte the Grecians and the Troyans. By John Lydgate. Lond. 1555. fol.

A faithful and true Story of the Destruction of Troy, by Dares Phrygius, Lond. 1555. 8vo. a T. Paynell.

In Biblioth. Hist. Diodori Siculi, 1559. fol. a Poggio Latine reddita, extant Dictys Cretensis, p. 164. et Dares Phrygius, p. 209.

Dares Phrygius, Antverp. 1608. 12mo.

Josephi Iscani, poëtæ elegantissimi, de Bello Trojano Libri sex, hactenus Cornelii Nepotis nomine aliquoties editi, nunc auctori restituti, et notis explicati, &c. Francof. 1620.

Daretis Phrygii de Excidio Trojano Historia Latino carmine reddita a Josepho Iscano. Mediol. 12mo. 1669.

Daretis Phrygii Hist. Anglice versa a Thoma Marshe. Lond. 1755. fol.

Histoire de la guerre de Troie, attribuée à Dictys de Crète, trad. du Latin, par N.-L. Achaintre, avec Notes; suivie de l'hist. de la ruine de Troie, attribuée à Dares de Phrygie, trad. par Ant. Caillot; avec les textes. Paris. 1813. 12mo. 2 voll.

RECENSUS CODICUM MSS.

DICTYOS CRETENSIS, DARETIS PHRYGII, ET JOSEPHI ISCANI,

QUI IN BIBLIOTHECIS BRITANNICIS ASSERVANTUR.

Codices in Museo Britannico.

IN *Biblioth. Reg.* 6 C VIII. cod. membran. sæc. XIII. olim S. Mariæ Ryevallensis, continet, cum Paulo Orosio, Daretis Phrygii de Bello Trojano Hist. Cornelio Nepote (ut falso fertur) interprete.

10 A. x. 6. Est codex chartaceus sæc. XVI. complexus, cum aliis variis, Daretis Phrygii Hist. Nepotis nomen jactantem.

13 A. v. Cod. membran. sæc. XIV. complexus, inter alia multa, Daretis Phrygii Historiam.

15 A. XXII. Cod. membran. sæc. XII. continet, una cum Prophetia Sibyllarum, et aliis quibusdam, Daretis Phrygii Historiam.

In *Biblioth. Harl.* N. 65. Daretis Phrygii Hist. Belli Trojani, cum aliis multis. Præfigitur Epistola Cornelii Nepotis. Cod. membran. charact. Goth. sæc. XIII.

N. 3114. Cod. membran. sæc. XV. Dictyos Cretensis de Bello Trojano; sine annotationibus, sed nitide scriptus charact. Italico.

In *Biblioth. Cotton.* Claudius, B. VII. est cod. partim membran. partim chartac. complexus, cum aliis plurimis,

Hist. Daretis ex Lingua Græca versam. Similiter Vitellius A. XIII. cod. membran. Vitellius C. VIII. membran. et Vespasian. B. 25. membran. Ex his quædam sunt fragmenta tantum, sed valde antiqua.

Inter *Codices Burneianos* N. 28. est codex membran. sæc. XII. complexus, cum Historia Alexandri, Daretis Phrygii Historiam. Deficit sub finem.

Codices Oxonienses.

In *Biblioth. Bodl.* inter Kenelmi Digbii codices restant duo; quorum unus (1758. 157.) continet, inter alia, Josephi Exoniensis de Bello Trojano libros; alter (1767. 166.) Daretis Phrygii Historiam. Sed nullus hic Daretis codex Laudianus, ut in Corn. Nep. p. 746. dictum est.

Ibid. 3362. 32. cod. Seldeni complectitur, inter alia, Historiam Daretis Phrygii: (de hoc, et Epistola ad Sallustium jam supra sub Cornelio Nepote:) et inter Collectanea Lelandi de Illustribus Scriptoribus, vol. V. est, De Josepho Iscano, qui scripsit de Bello Trojano. Codex hic Seldeni est membran. fol. circiter XIII. aut XIV. sæc. In fronte Hist. scripsit vir illustris sua manu, ut in aliis suis Libris, sententiam illam quam in deliciis habuit, Περὶ πάντων ἐλευθερία.

Canonici Lat. N. 158. Daretis Phrygii Hist. cod. membran. cum quibusdam scholiis manuscriptis. Præfigitur Epistola Nepotis, quæ vocatur. Sexti Rufi Dictatoris Breviarium Historiæ Romanæ subjungitur. Circiter sæc. XIV.

Canonici Lat. N. 267. Dictyos Cretensis cod. membran. sæc. XV. eleganter scriptus, sine scholiis aut glossis. Sub finem legitur: 'Antonio Ballo Genuensis Magnifico Joanni bene merenti dono dedit.'

In Biblioth. *Coll. Magd.* est cod. Daretis Phrygii Hist. una cum Julii Solini Polyhist. Subsequitur 'Pulchra et admirabilis Historia Apollonii Tyrii (Tyanei) Uxoris et Filiæ.'

Biblioth. *Coll. Omnium Animarum* tenet antiquum codicem membran. qui, cum aliis Historicis, complectitur Daretis Phrygii Historiam.

Codices Cantabrigienses.

Biblioth. Publ. nullos præbet Codices vel Dictyos Cretensis vel Daretis Phrygii.

Biblioth. *Collegii Corp. Christi* et *B. Mariæ Virginis* (S. Benedicti) duos codices manuscriptos membran. 4to. servat: unum, (CCCCVI.) qui continet Frigii Daretis *Iliados* Lib. sæc. XIII. alium etiam, (CCCCXIV.) qui cum multis aliis complectitur Daretis Phrygii de Excidio Trojæ Historiam, sæc. XIV.

Biblioth. etiam *Trin. Coll.* codicem antiquum servat, qui, cum aliis historicis et miscellaneis, exhibet Daretem Phrygium de Bello Trojano.

In Biblioth. *Gonv. et Caii* est codex antiquus, qui, cum aliis multis generis miscellanei, continet Historiam Daretis Phrygii de Trojano Bello, a Cornelio Nepote, ut dicitur, ex Græco in Sermonem Latinum versam. Catal. Mss. Angliæ et Hiberniæ.

Codices Dublinienses.

In Biblioth. *Coll. S. Trinitatis* duo restant codices manuscripti, quorum unus, (407. 267.) inter alia Historica, exhibet (art. 4.) Daretis Phrygii Historiam de Vastatione Trojæ a Cornelio Nepote, ut fertur, ex Græco in Latinum sermonem translatam, 489. 349. alter, inter alia, eandem Historiam (art. 1.), cui præfigitur Nepotis Epistola ad Sallustium de eadem. De Hibernicis quibusdam Bibliothecis, p. 28. et p. 33. sub fin. Catal. Manuscriptorum Angliæ et Hiberniæ.

Codices Edinenses.

Bibliotheca Advocatorum apud Edinburgum duos retinet Codices Daretis Phrygii, unum membran. alterum

chartac. ambos in 4to. inter codices manuscriptos et libros olim Jacobi Balfourii, Baronis de Kinaird, qui multa historica ipse scripsit, et multos codices collegit. Memoria Balfouriana, p. 22.

Codices Eboracenses.

In Biblioth. S. Petri apud Eboracum, No. 407. codex est, qui, inter alia, Daretis Phrygii Historiam continet, ut jam dictum est sub Cornelio Nepote, cujus nomen præfert; et No. 489. alius codex est, eandem Historiam, inter alia, complexus. Catal. Mss. Angliæ et Hiberniæ.

INDEX

IN

DICTYM CRETENSEM.

Abdicandum iii, 26
Abdita vi, 8. 14
Abducens ii, 17. 18
Abducit ii, 16. 27. iv, 18
Abducta ii, 17. 26. 34
Abductam ii, 36
Abductas ii, 44
Abducti ii, 46
Aberat i, 14. ii, 13. vi, 3
Abesse i, 3. ii, 6
Abesset iii, 17
Abest ii, 23
Abeunt ii, 26. 41. iii, 19. iv, 16. v, 5. 6. 8. 10
Abhorrentem ii, 25
Abhorrentes ii, 23
Abibo v, 2
Abire v, 3. 16
Ablata iii, 9. iv, 22. vi, 5. 10
Ablatas iii, 16
Ablatis v, 12
Ablato v, 9
Ablatum i, 9. iv, 17. v, 8. 14
Abnuentibus iii, 13
Abnuere iv, 15
Abolito ii, 34
Abrepta i, 4. 10
Abreptis i, 12. ii, 20. 22
Abscessum v, 16. vi, 12
Absentia i, 18
Absentiam ii, 20. v, 16. vi, 2
Absit i, 6
Absolvitur vi, 4
Absolutione iii, 24
Absolutum vi, 4
Abstinendum i, 21. ii, 34
Abstinentes iv, 3
Abstinuisse iv, 22
Abstractio i, 4
Abstrahere iii, 10
Abstraheretur ii, 33
Abstrahit v, 12
Abstulisse v, 14
Abstulisset iv, 8
Abunde ii, 26
Abydum v, 16
Acamanta iii, 4
Acamas ii, 35
Acarnania i, 17
Acasti vi, 8
Acasto vi, 7
Acastum vi, 7. 8
Acastus vi, 9
Accensura iv, 4
Accensus iv, 16
Acceperant i, 16. 17
Acceperat ii, 10
Accepere i, 12. ii, 6. 10. 28. 32. 49
Accepit i, 20. 22. ii, 23. 25. 28. iii, 3
Accepta i, 23
Acceptæ v, 10
Acceptam ii, 10
Acceptis iii, 24. v, 5. vi, 5
Accepto iv, 22
Acceptum ii, 29
Acceptus i, 20. ii, 15. iv, 9, vi, 6
Accidant v, 2
Acciderant iii, 8
Acciderat i, 16. 23
Accidere v, 15

Accideret ii, 30. iii, 27
Accidit ii, 31
Acciendos ii, 6
Accinctus iv, 11
Acciperet ii, 33. iv, 22
Accipiendum ii, 28
Accipientes ii, 20
Accipit iii, 4
Accipiunt ii, 16. vi, 2
Acciti vi, 7
Accito iii, 2. iv, 22
Accitu vi, 4
Accitum v, 6. vi, 12
Accitus ii, 11. v, 9. vi, 10
Acclamatione iii, 18
Accolis ii, 8. 14
Accurrens ii, 14
Accurrentes iv, 1
Accurrentibus iii, 8
Accurrere iv, 6
Accurrit iii, 10
Accurrunt ii, 11
Acerbissimi iii, 9
Acerbus v, 2
Achille ii, 30. 31. 33. 36. iii, 24. iv, 2. 7. 15
Achillem i, 16. ii, 10. 12. 33. 48. 49. iii, 9. 11. 16. 20. 22. iv, 8. 10. 11. 12. 13. v, 4
Achilles i, 14. 17. 22. ii, 3. 6. 9. 10. 12. 16. 17. 19. 29. 30. 31. 32. 34. 37. 51. iii, 2. 3. 5. 6. 9. 15. 17. 18. 19. 23. 24. 25. 27. iv, 3. 6. 9. 10. 11. 15
Achilli i, 20. iii, 14. v, 13
Achillis ii, 19. 37. 41. 42. 52. iii, 6. 27. iv, 13. 15. 21. vi, 9
Acie ii, 4. 32. 41. iii, 6. 8. iv, 7. 17
Aciem ii, 3. 32. 36. 39. iii, 5. 7. 8. iv, 6
Acies ii, 38. 39. iii, 4. 5. 6. 8. 11. iv, 5. 9
Acri i, 5
Acrior ii, 43
Acrioribus ii, 39
Acriter ii, 11
Acrius ii, 3. 5. vi, 15
Acta ii, 49
Actis i, 11. ii, 18. 20. 49. iii, 12
Actitata v, 1
Actum ii, 8. 26. 47. iv, 6. vi, 15
Addere vi, 2
Addiderat iv, 14
Addit ii, 49. iv, 15. v, 9
Additis vi, 14
Addunt vi, 14
Adduxerant ii, 35
Adduxerat ii, 41
Adeant ii, 13
Ademta iv, 9
Ademtum iv, 13
Adeptus iv, 1. vi, 9
Aderant i, 6. 10. iii, 22. iv, 4. vi, 14
Aderat i, 22. iii, 20. v, 15
Adesse iii, 5
Adessent iii, 17
Adeunt i, 19. 22. ii, 7. 29. v, 10
Adhibendam v, 3
Adhibentes ii, 10
Adhiberet ii, 10. 48
Adhiberi vi, 4
Adhibitis i, 15. v, 10
Adhibito i, 11. iii, 4. iv, 5
Adhospitavere i, 15
Adhuc ii, 22. iii, 25. iv, 3. 11. v, 13
Adigit ii, 30
Adjicientes ii, 2
Adit i, 6. 9. v, 17. vi, 3
Aditu ii, 34. iv, 20. v, 17. vi, 2. 9. 15
Aditum ii, 22. vi, 2
Aditus ii, 37
Adjumentum iii, 20
Adjuncta iv, 15
Adjunctæ ii, 3
Adjuncti iv, 12
Adjunctis iii, 15. iv, 17. 20. v, 13
Adjunctum ii, 14
Adjunctus v, 4
Adjungit ii, 49. iv, 22
Adjungitur ii, 45
Adjunxisse iii, 16
Adjutores ii, 10
Admetus i, 14
Adminiculo ii, 15
Administris iv, 18
Admiranda i, 22
Admirantibus ii, 10. iii, 18
Admirari ii, 49. iv, 3
Admirati iv, 1
Admiratione iii, 20
Admiratus v, 1
Admiserint iii, 23
Admissa ii, 20
Admissam i, 8
Admissas i, 7
Admissi ii, 25. iii, 23
Admissum i, 6
Admodum i, 1. iii, 20. iv, 9. 22
Admonere ii, 51
Admota ii, 11. v, 7
Admotæ v, 10
Admotam ii, 11
Admovent ii, 1
Admovet v, 8
Adnectit iii, 15
Adolendo v, 8
Adolescebat iv, 9

Adolescentiæ i, 14. iii, 21
Adolescentis ii, 33
Adoleverit iii, 5
Adolevit iv, 12
Adornant i, 21
Adosculari ii, 51
Adrastus ii, 35
Adrestina ii, 35
Adriaticum v, 17
Adsum iii, 21
Advecta iii, 12. v, 9. 15
Advectæ i, 7
Advectam ii, 33
Advectaverat iii, 27
Adveheret iii, 14
Adveniens ii, 48. vi, 13
Advenientem v, 10. vi, 2
Advenienti vi, 13
Advenisse i, 4. v, 9
Advenit i, 13
Adventabat ii, 11. 16. 41. 45
Adventante ii, 4. 44
Adventarat iii, 15
Adventare ii, 41. iv, 14. vi, 3. 15
Adventasse ii, 20. vi, 6
Adventu i, 7. ii, 12. 16. 44. iii, 4. 8. iv, 15. vi, 13
Adventus ii, 6. 10. iii, 20
Adversa ii, 7. 25. 33. iii, 10. 26. iv, 8. v, 16. vi, 5
Adversæ iv, 5
Adversante ii, 27. iii, 26
Adversantibus ii, 7
Adversis ii, 33. 47. iv, 8. v, 3. vi, 14
Adverso vi, 8
Adversum ii, 26. 31. iii, 4
Adversus i, 3. 18. 22. ii, 8. 16. 34. 43. iv, 22. v, 6
Advertere iv, 4
Advexerant iv, 4
Advexerat v, 14
Adulta v, 15
Adulterio vi, 2
Adultero vi, 2
Adultum iii, 26
Advolans iii, 10
Advolat iv, 17
Adusque iv, 20
Ædem v, 6. 10. 11. 12
Ædificiis v, 6
Ægæum vi, 1
Ægiale vi, 2
Ægialem vi, 2
Ægisthi vi, 2. 3
Ægistho vi, 4
Ægisthum vi, 2. 3
Ægisthus vi, 3
Ægritudine ii, 30
Ægyptum vi, 4
Ænea i, 3. iv, 18. 22. v, 4
Æneæ ii, 11. iv, 22. v, 12. 16
Æneam iv, 18. v, 11
Æneas ii, 26. 38. iv, 17. v, 1. 4. 17
Æoli vi, 5
Æqualium i, 16
Æquationem i, 19
Æquiparare ii, 38
Æquiparaverat ii, 4
Æquissimum iii, 23
Æquo i, 1
Æquum iv, 15
Æris i, 19. 21
Æropa i, 1
Ærumnarum v, 10
Ærumnas ii, 51. iii, 21
Ærumnis iii, 21. 25. v, 2. 3
Æsculapii ii, 6. 10
Æsculapio i, 14
Æstivam i, 22
Æstivi i, 22
Æstuare iii, 3
Æsyete iv, 22
Ætatem iii, 20. iv, 9
Ætatis i, 1. ii, 19. iii, 25. v, 12. vi, 15
Æthiopas iv, 7
Æthiopum iv, 4. 7
Æthra vi, 2
Æthram i, 3. v, 13
Ætolia i, 14. vi, 2
Affabre v, 11
Affatim ii, 6. 18
Affecta vi, 10
Affectæ ii, 22
Affectione i, 20. vi, 10
Affectis v, 6
Afferre ii, 49
Afferri i, 15
Afficiebantur i, 2
Afficit vi, 6
Affinem i, 9
Affines ii, 26
Affinitate ii, 5
Affinitatem i, 9
Affinitatis ii, 5. iv, 17. 22. v, 2
Affinium i, 4. ii, 50
Affirmare v, 14
Affirmaretur ii, 49
Afflictabatur ii, 5
Afflictari vi, 2
Afflictatus ii, 10
Affore ii, 45. vi, 8
Affuisset v, 9
Affuit i, 14
Agamemnon i, 1. 4. 15. 17. 19. 20. 22. ii, 28. 31. 33. 48. 49. 50. iii, 7. iv, 2. 6. 22. v, 15
Agamemnone i, 17. 20. ii, 28. 30. 36. 44. 52. iii, 3. v, 14. vi, 3

Agamemnonem i, 19. 22. ii, 5. 6. 15. 31. 51. iv, 16. v, 16. vi, 2. 3
Agamemnoni i, 21. ii, 5. 7. 9. 19. 47. iii, 19
Agamemnonis i, 16. 20. ii, 34. iv, 7. vi, 2
Agapenor iii, 10
Agapenorem i, 17
Agathon iv, 7
Agavus iv, 7
Agebant iv, 15. vi, 9
Agebantur i, 7
Agebat vi, 2
Agebatur i, 22. iii, 4
Agendam v, 3
Agendo ii, 48
Agendum i, 7. 8
Agenorem i, 9
Agenoris i, 9. iii, 5
Agens i, 1
Agentes ii, 37
Agentibus ii, 48
Agere ii, 32. 45. iii, 9. 12. iv, 10. 18. v, 6. 10. 16
Agerent iv, 16. v, 6
Ageret iii, 3. vi, 15
Ageretur i, 12. iv, 18
Aggrediebatur iv, 17
Aggrediendi vi, 8
Aggreditur ii, 16. 17
Aggrediuntur v, 12
Aggressi ii, 13
Aggressus ii, 2. 16. 51. iii, 10. iv, 17
Agi iv, 6. v, 3. 6. 13
Agitabatur v, 11
Agitare iii, 1
Agitavere v, 11
Agmine ii, 27. iii, 6. 8
Agri ii, 16. vi, 15
Agris vi, 11. 14
Agunt v, 17
Aguntur i, 12. 22. vi, 7
Ajace ii, 6. iii, 10. 14. iv, 6. 7. 13. v, 4. 14
Ajacem i, 16. 19. ii, 3. 12. 33. 48. 50. iii, 3. iv, 6. 8. 17. v, 9. 15
Ajaces ii, 14. 37. 46. iii, 7. iv, 2
Ajaci ii, 13. 19. iii, 3. 10. iv, 21. v, 14
Ajacis ii, 43. 44. iii, 8. iv, 20. v, 14. 15. 16
Ajax i, 13. 14. 17. ii, 3. 9. 12. 18. 19. 27. 32. 41. 43. 44. 48. 50. iii, 7. 11. 12. 19. iv, 6. 10. 11. 12. 15. 16. 20. v, 10. 12. 14. 15. vi, 1
Aiebat ii, 24
Ais v, 6
Ait i, 6. ii, 5. 23. 48. 50. iii, 22. 23. 24. 26. iv, 15. 22. v, 6
Ala iv, 18
Alcinoi vi, 6
Alcinoum vi, 5
Alendum ii, 18. iii, 26
Alexander i, 3. 5. 7. 8. ii, 14. 39. 46. iv, 9. 11. 19
Alexandri i, 6. 9. ii, 8. 21. 22. 23. iii, 26. iv, 14. 17. 18. 21. v, 4. 5. 12
Alexandro i, 3. 11. ii, 5. 8. 25. 26. 28. 39. iv, 2. 4. 21. v, 2. 3
Alexandrum i, 5. 10. ii, 39. 40. iv, 19. 20. vi, 12
Alia i, 3. 8. 21. 23. ii, 6. 18. 20. iii, 4. 7. iv, 11. 20. 22. v, 3. vi, 14
Aliam iii, 6. iv, 21
Alias i, 17. iii, 3
Alienam ii, 23
Alienarum iii, 23
Alienati iv, 10
Alieni ii, 22. iv, 23
Alienis ii, 48
Alieno v, 6. vi, 7
Alienos ii, 5
Alienum iii, 5
Alienus ii, 45
Alii i, 14. 16. iii, 1. 9. v, 13. vi, 1
Aliis i, 3. 15. 17. ii, 2. 8. iv, 5. 10. 18. 22. v, 2. vi, 11
Alimoniæ ii, 19
Alio ii, 30. iii, 13. vi, 1
Alioquin ii, 22
Aliorum i, 6
Alios iii, 4. 5. 6. vi, 3
Aliove iii, 26
Aliquam iv, 18
Aliquantum ii, 4. 6. 25. 32. iii, 14. iv, 5
Aliquid i, 11
Aliquot i, 5. ii, 7. 16. 41. iii, 9. iv, 2. 5
Aliter i, 8. 10. ii, 48. iii, 21. iv, 13
Aliud ii, 48. iii, 10. 27. v, 12
Alium ii, 43. iii, 27. iv, 5
Alius ii, 35. 43
Alizonum ii, 35
Allata iii, 24
Allici i, 18
Alter i, 1. 14. iii, 10. 12
Alteri iv, 21
Alterius vi, 14
Altero ii, 43. iii, 10. iv, 2. 7
Alterum ii, 32. 34. vi, 14. 15
Alto iii, 16
Amabilis iv, 9
Amazonum iii, 15. iv, 2. 3
Ambiendo v, 14

Ambo ii, 19
Amborum ii, 32. v, 14
Amentiæ iv, 3
Ameriplem ii, 35
Amice i, 5. ii, 5. 21. 22. v, 10
Amici ii, 26. 35. 50. v, 2
Amicis ii, 10. 27. iv, 22
Amicissima ii, 22
Amicissimi ii, 13
Amicissimis ii, 25
Amicissimos ii, 5. v, 2
Amicissimum iv, 13
Amicitia ii, 25
Amicitiæ i, 14. ii, 25. 34. iv, 18. v, 10. 14. 17
Amicitiam ii, 18. iii, 1. 3. iv, 21. v, 1. 11. vi, 5
Amico ii, 20
Amicorum ii, 34
Amicum ii, 16
Amicus ii, 28. v, 3
Amiserant iv, 6. 8
Amiserat vi, 5
Amisere ii, 43
Amiserint iii, 23
Amiserit iii, 23. vi, 5
Amisimus v, 2
Amissa iv, 21
Amissi ii, 33. v, 2
Amissione v, 2
Amissionem iv, 15
Amissis ii, 46. v, 2
Amisso ii, 26
Amitterent i, 5. 7
Amitteret ii, 33
Amittit vi, 8
Amor ii, 33. iii, 2. v, 17
Amore i, 3. 9. ii, 34. vi, 5
Amorem ii, 15. 25. 29. 31. v, 14. vi, 5. 9
Amphiarai i, 14
Amphilochus i, 14
Amphimacho i, 17
Amphimachus ii, 35. iv, 12
Amplexi iv, 11
Amplexus iii, 27. iv, 11
Amplioribus i, 18
Amplius i, 4. 10. ii, 12. 33. 46. iii, 7
Amyclam i, 9
Anaxibia i, 1. 13
Anchisæ iii, 26
Anchoralibus vi, 1
Ancipiti ii, 12. 41
Andræmone i, 13
Andromacha iii, 20. 22. v, 13. vi, 12
Animadvertentes ii, 32
Animadvertere ii, 3. 19. 20. 36. 45. 46. iii, 8. 16. iv, 9. 11. 17. 20. v, 10. 11. 15
Animadverterent i, 21
Animadverteret iv, 15
Animadvertit i, 3. 4. ii, 3. 6. 11. 17. 31. 39. iii, 3. 5. iv, 15. vi, 9
Animadvertunt i, 23. iii, 13. iv, 11. 18
Animalia vi, 11
Animam iii, 21
Animi i, 8. 21. ii, 15. 31. 36. iii, 2. 3. 8. 21. iv, 7. v, 9. 15. vi, 12
Animis ii, 22. 39. iii, 1. 26. iv, 7. 8. 15. v, 7. vi, 5. 13
Animo i, 23. ii, 23. 25. 33. 50. iii, 1. 3. 14. 16. 22. iv, 1. 13. 19. 20. 21. 22. v, 6. 14. vi, 14. 15
Animorum ii, 42. vi, 3
Animos ii, 18. 30. 51. iii, 5. 11. 21. 23. iv, 4. 5. v, 4. 10. vi, 2. 5
Animum i, 4. 9. ii, 9. iii, 21. 22. v, 7. 9
Animus iii, 2. iv, 10. v, 14
Anius i, 23
Annectebatur iii, 18
Anni ii, 18. 41
Annis i, 1. 14. iv, 9. vi, 3
Annitebatur i, 10
Annitente v, 9
Annitentibus v, 14
Anniterentur i, 5
Anno ii, 9
Annorum v, 17
Annos v, 6
Annuere ii, 20. v, 3
Antea i, 13. iii, 13. iv, 10. 13. 14. v, 3. 4. 7. 9. vi, 13
Anteædificialis v, 12
Antecedentem iv, 13
Anteibant iii, 1
Anteiret ii, 48
Anteiri ii, 15
Antenor i, 6. 11. ii, 24. iv, 22. v, 1. 4. 5. 6. 8. 10. 16
Antenore i, 8. iii, 26. iv, 18. v, 1. 5. 9. 10. 17
Antenorem iv, 18. 22. v, 4. 5. 6. 8. 10. 14. 17
Antenori iv, 22. v, 3. 17
Antenoris i, 12. iii, 26. iv, 7. 22. v, 12
Antilochi iv, 8
Antilocho i, 13. ii, 32
Antilochus iii, 19. iv, 6
Antimachi iv, 21
Antimacho ii, 23
Antimachum ii, 24. v, 4
Antimachus ii, 24. v, 2

Antiphate vi, 5
Antipho ii, 5
Antiphus i, 14. ii, 35. 43. iv, 7
Antiquissimam v, 1
Antiquissimum v, 5
Antistites i, 23. ii, 14. iii, 2
Anxiis ii, 18
Anxius i, 7. ii, 31. 33. 51. vi, 9
Aperiens ii, 9
Aperit i, 8. 11. ii, 37. iii, 2. 3
Aperuere ii, 15
Aperuit i, 3
Apollinem iv, 17. v, 8. vi, 7. 12
Apollini ii, 14. iii, 2
Apollinis ii, 10. 14. 28. 30. 33. 47. 52. iii, 2. iv, 10. 11. v, 11. vi, 11
Apparatu i, 12. v, 7
Apparatui i, 18
Apparatum i, 18. ii, 6. iii, 2
Apparuit ii, 43
Appellabant vi, 10
Appellans iii, 5
Appellant iii, 20
Appellare ii, 23. v, 16
Appellat vi, 6
Appellatam v, 17
Appellatum vi, 7
Appellatur v, 16
Appetentem iv, 22
Appetitum iv, 22
Applicat i, 4
Apportans ii, 16
Apportata i, 9. iii, 14. iv, 13
Apportatis v, 8
Apportatum i, 15
Apportatur iii, 1
Apportaverat ii, 19
Apprehensos ii, 43
Approbante i, 7
Approbantibus v, 14
Appropinquare iii, 26
Appropinquaret ii, 14
Appulerant ii, 10
Appulere i, 5
Appulsi vi, 1. 8
Appulsos ii, 5
Appulsus vi, 3. 5. 8
Aquila v, 7
Ara ii, 14
Aræ v, 2
Aram i, 22. iv, 11. v, 7. 12
Aras v, 10
Arato vi, 7
Aratui ii, 41
Aratum vi, 7
Arbitrio ii, 26. v, 6
Arcadiæ iii, 10
Arce v, 5
Arcesilao i, 13
Arcesilaus i, 17. ii, 10
Archemachum iii, 7
Arctissimum ii, 5
Arctius ii, 25
Arcto ii, 43
Ardebat i, 16
Ardorem iii, 2
Areius iv, 7
Arenen vi, 5
Areopagitarum vi, 4
Argalum i, 9
Argenti i, 1. ii, 19. 28. iii, 20. 27. v, 6. 8. 11. 13. 16
Argento iv, 2
Argi i, 12
Argis i, 14. 17. v, 6
Argivæ i, 16
Argivorum vi, 3
Argos i, 15. ii, 9. 10. 26. vi, 2
Argumento i, 20
Aris v, 7. 8. 13
Arisbam ii, 27
Arma i, 16. ii, 11. 21. 32. 35. 37. 41. 42. 45. 46. iii, 7. 8. 9. iv, 17
Armabatur vi, 15
Armandi ii, 11
Armare v, 12
Armat vi, 2
Armati i, 5. ii, 32. iii, 13. iv, 6
Armatis i, 8. iv, 4
Armatorum ii, 11. 14
Armatus iv, 19
Armis ii, 1. 11. 31. 35. 37. 38. 39. 42. 43. 45. iii, 4. 8. 12. 13. 14. 15. 17. 19. iv, 2. 3. 7. 9. 12. 15
Armorum i, 14. ii, 43
Arreptis ii, 1. 11. 15. 37. 45. iii, 7. iv, 12
Arripiens iii, 19
Arsacum iii, 7
Arte iii, 1. 18. iv, 5
Artifices v, 11
Artis i, 14. 18
Aruspices iii, 26
Ascalaphus i, 13. 17. iv, 2
Ascanius ii, 35
Ascendere i, 4
Ascendit i, 23. iii, 15. vi, 8
Ascendunt vi, 11
Ascensionem i, 5
Ascensis ii, 10. iii, 4
Ascenso iii, 27
Asciti i, 14
Ascito iii, 4
Asciverat ii, 35
Asiæ iii, 1. 3
Asium iv, 12
Asius ii, 35. iii, 14

Aspergens iii, 20
Aspernandum ii, 48
Aspernaretur ii, 50
Aspernari i, 21. v, 7. 8
Assandro vi, 7
Assandrus vi, 7
Assaracus iv, 22
Assenso i, 10
Assiduam ii, 32
Assidue vi, 8
Assistit iv, 11
Assolet iii, 16
Assuefecerat iv, 5
Assumtis ii, 43
Astans i, 10. ii, 14. 20. 41. iv, 7
Asteropæus iv, 7
Astiterat iii, 11
Astruens i, 6
Astyanacta iii, 20
Astynome ii, 33
Astynomen ii, 17. 19. 28. 33. 47
Astyochen ii, 5
Athamas v, 13. vi, 2
Athenas vi, 3
Athenienses vi, 4
Atheniensi ii, 36
Atheniensibus vi, 2
Athenis i, 14. 17
Atlante i, 9
Atrei i, 1. iii, 23
Atreus i, 1
Atridas v, 16
Atroci i, 11
Atrocia ii, 23
Atrocitas i, 4
Atrox i, 6. ii, 23. 26. 33
Attentari ii, 33
Attentis ii, 17
Attingere v, 2
Attinuere v, 2
Attollentibus ii, 52
Attolleretur iii, 18
Attonitis i, 22. v, 7
Attractam iv, 3
Attractu v, 11
Attrahere v, 11
Avaritia v, 6
Aucta iv, 7
Aucto iii, 2
Auctor i, 19. ii, 7. 42. iii, 10
Auctore ii, 31
Auctorem ii, 23. iii, 14. 26. iv, 21. v, 4. 10. vi, 12
Auctores i, 6. 9. v, 2. 6. vi, 2
Auctoribus ii, 8. 19
Auctus ii, 41
Audacia ii, 13
Audaciam iv, 3
Audendi ii, 42
Audendum ii, 45. iii, 7
Audentius iii, 8
Auderent iv, 9
Auderet iv, 14. 19
Audet ii, 36
Audieram v, 17
Audierant iii, 3
Audierat ii, 50. iv, 18. v, 2
Audire iii, 25. v, 1
Auditurum iii, 3
Aventes vi, 4
Aversione iv, 18
Aversus iv, 11
Aves iii, 16
Auferes iii, 21
Auferre iv, 12
Aufert i, 3
Aufugerant i, 5
Aufugerat iii, 6
Aufugeritis ii, 26
Aufugit v, 15
Auge ii, 3
Augendæ ii, 37
Auguriis vi, 14
Avi vi, 7
Avidi iii, 20
Avidus ii, 37
Avis v, 7
Aulida i, 17. 18. ii, 10
Aulide i, 22
Avo i, 14. vi, 9
Aureæ v, 15
Aureo ii, 15
Auri i, 1. 15. 22. ii, 19. 28. iii, 20. 27. v, 6. 8. 11. 13. 16
Auribus v, 12
Auriga iii, 4
Aurigæ iii, 6
Aurigam ii, 34. iii, 6
Auro iv, 2. 14. 22. v, 2
Auroræ iv, 4
Aurum ii, 18. iv, 4
Ausa iv, 3
Ausi vi, 3
Auso ii, 42
Ausos iii, 4
Auspicio v, 7
Ausum ii, 45. iii, 23
Ausuros ii, 44
Ausus ii, 39. iii, 6. vi, 15
Autem i, 1. 18. ii, 36. 50. iii, 25
Automedon iii, 3
Automedonte iii, 2
Automedontem ii, 34. iii, 20
Automedonti iii, 15
Avulsi v, 13
Avum vi, 8
Auxilia ii, 8. v, 6. 11
Auxiliarem ii, 23

Auxiliares ii, 35
Auxiliari ii, 32
Auxiliaribus ii, 32. iii, 1
Auxiliatum iii, 15. iv, 3
Auxilio iii, 4. 16. iv, 22. vi, 12
Auxiliorum ii, 26. iii, 3
Auxilium ii, 5. 42. iii, 3. iv, 4. v, 13. vi, 3
Axii ii, 35

B.

Barbaras v, 17
Barbari i, 7. ii, 41. 42. 43. 47. iii, 10. 13. 23. iv, 6. 9. 17. v, 4. 7. 10
Barbaris ii, 8. 38. iii, 13. iv, 6. 14. v, 12. 13
Barbaro iii, 2. v, 6
Barbarorum ii, 32. 38. 40. 43. iii, 13. 14. iv, 4. 21. v, 10. 11
Barbaros ii, 22. 45. v, 5. 10
Beatissimum iii, 26
Beatum iii, 26
Bella ii, 48
Bellabat iii, 5
Bellandi ii, 22. 38. 41. iii, 1. 3. 6. 10. 16. iv, 1. 5. 10. 15. 17
Bellando ii, 11
Bellandum iv, 9
Bellantes ii, 3
Bellare v, 6
Bellatoribus iv, 2
Bellaverant vi, 2
Bellatrix iii, 15
Bellatum iv, 2
Bellaturi iv, 6
Belli i, 6. 12. 16. ii, 2. 3. 4. 6. 9. 16. 26. 44. iii, 3. 4. 7. 8. 10. 23. iv, 5. 8. 15. 22. v, 4. 13
Bellicarum i, 14. 35
Bellici i, 18
Bellis iii, 23
Bello ii, 4. 9. 38. 43. 51. iii, 1. 8. 9. 19. iv, 3. 6. 8. v, 2. 10. 15. 17. vi, 1. 2. 15
Bellorum ii, 34
Bellum i, 12. 14. 15. 16. ii, 8. 22. 39. 40. 41. iii, 3. 4. 20. iv, 5. 19. 20. v, 2. 6. 14. vi, 4. 5
Bene ii, 51. iv, 8. v, 8
Beneficiorum ii, 51. iv, 18
Benevolentiæ iv, 22. v, 2
Benigne i, 2. 9. ii, 5. 47. 50. iii, 3. iv, 15. 22. vi, 6. 9
Bias iv, 7
Biduum iv, 17
Biennio i, 16. 17
Bifariam ii, 49
Bigarum iii, 17
Bini ii, 46
Binis v, 8
Bipartito ii, 32
Bipertito ii, 41
Bœotia i, 17
Bœotiæ i, 13. 17
Bœotiam ii, 7
Bœotius iii, 10
Bonæ iv, 1
Boni i, 6. iii, 26
Bonis v, 14
Bono ii, 23. iii, 3
Bonorum iv, 22
Bonum i, 9. 10. ii, 22. v, 7. 9
Bonus ii, 25
Botyram ii, 27
Brachiisque v, 12
Brevi i, 11. ii, 10. 23. 44. iii, 3. iv, 3. 12. v, 7. 8. 15. 17. vi, 2. 9. 11
Breviter i, 4
Brises ii, 17
Brisi ii, 19
Bucolionem iv, 22
Bunomus v, 5
Busto iii, 12
Bustum iii, 12. 14. iv, 13

C.

Cadaver iii, 9. 10. 12. 17. 21. 23. 25. 27. iv, 8. 17. vi, 10
Cadavera iii, 14
Cadavere iii, 27. iv, 12. 13. 21
Cadaveri iii, 11. iv, 12
Cadaveribus iv, 7
Cadaveris iii, 24. iv, 1
Cadere iv, 7
Cadit ii, 2. 40. iv, 7
Cadmo v, 17
Cadunt i, 5. ii, 32. iii, 8. iv, 5. 6. 17. 19
Cæde ii, 45. iii, 4. 15
Cædem v, 16
Cædendi iv, 13
Cædere ii, 1. 46. iv, 2. 7. v, 12
Cædis ii, 46. iv, 21. vi, 12
Cædunt iv, 7
Cærimoniarum iii, 2
Cæsa ii, 43. iv, 20
Cæsi ii, 42. iii, 10. iv, 9
Cæsis ii, 2. iv, 12

Cæsum iii, 12
Cæteras i, 3
Calamitatibus iii, 25. v, 2
Calamitates v, 2
Calchanta ii, 30
Calchante i, 21
Calchas i, 15. 17. ii, 30. v, 7
Calypso vi, 5
Cameræ v, 5
Campestri i, 16
Campi ii, 41. iv, 7. v, 10
Campis iii, 4
Campo ii, 38. 41. iii, 19
Campos ii, 32. 46
Campum ii, 26. iii, 13. iv, 7. 9
Camirum iv, 4
Canibus iii, 14. iv, 3
Canitur ii, 36
Canopi vi, 4
Capanei i, 14
Capere ii, 11. 21. v, 12
Caperent ii, 42
Capit ii, 16. 20. 27. 39. 41. vi, 2
Capiti iii, 18. 20
Capitur iii, 2
Capiunt ii, 32. iv, 17. v, 11. 13
Capiuntur iii, 14
Capreæ i, 19
Capream i, 19
Capta ii, 17
Capti iii, 14. iv, 9
Captivæ ii, 29. 31. vi, 12. 13
Captivam v, 12
Captivis v, 13
Captivitatis iii, 21
Captivos iii, 14
Captivus vi, 9
Capto ii, 22. iii, 23
Captum ii, 22. v, 14. 15
Captus i, 3. v, 18
Caput ii, 13. iii, 22. v, 3. vi, 15
Capys iv, 22
Carens iii, 23
Caria ii, 35
Cariæ iv, 12
Carissimo iii, 14
Carissimorum v, 2. 12
Carissimum v, 10. vi, 15
Carminum vi, 7
Carum ii, 34
Casibus ii, 33
Cassandra iii, 2. v, 8. 12. 13. 16
Cassandræ iv, 14
Cassandram ii, 25. v, 12
Castra iii, 9. iv, 8
Castris ii, 46. iv, 5. 16
Casu ii, 2. 3. 30. 40. iv, 8. v, 5. vi, 15
Casum i, 5. ii, 24. iii, 14. iv, 9. 13. vi, 15
Casus iii, 9
Caucasi iv, 4
Cavebit ii, 22
Cavendum ii, 40
Cavent vi, 2
Caveret vi, 14
Causa ii, 7. 27. iii, 2. 13. 21. v, 2. vi, 4. 11
Causæ iii, 25. iv, 16
Causam i, 1. 18. ii, 10. 20. 21. 25. 27. iii, 23. 25. vi, 4. 14
Causas iii, 6. 20
Causis i, 6. vi, 5
Cautius iii, 7
Cebrenorum v, 17
Ceciderant ii, 4. iv, 8
Cedentibus ii, 28. iii, 2
Cedere ii, 38
Celeberrimi i, 20
Celebrant iv, 8. 20
Celebraretur iii, 17
Celebrata i, 2
Celebraverant vi, 7
Celebritate i, 1
Celebritatem vi, 6
Celeritate ii, 9. 27
Censuerant v, 15
Centena v, 6
Centum i, 17. ii, 14
Ceperant iii, 14
Ceperat ii, 46
Cephalenia vi, 14
Cepisse iii, 26
Cepit ii, 17
Cernebantur iii, 11
Cernendo ii, 19
Cerneres iv, 7
Cerneret iii, 26
Cerneretis iii, 25
Certa iii, 16. vi, 11
Certam v, 4
Certamen iii, 13. 17. 18. iv, 16. v, 14
Certamine ii, 4. 18. 32. iii, 18. iv, 5. 14. 15. 17. 19. v, 14
Certaminis ii, 3. 41. iii, 7. 18. 19. iv, 6. 19
Certandi iii, 19
Certandum iii, 18
Certantes iii, 1
Certantibus iii, 19
Certatim iii, 18. v, 11
Certaturi iii, 17
Certaverat iii, 16
Certior ii, 9
Certo ii, 43. iv, 12. 17
Cerva i, 22
Cessere v, 13

Cestibus iii, 19
Ceteiisque iv, 14
Cetera ii, 21. 23. v, 4. vi, 4. 7. 14
Ceteram iii, 7
Ceteri v, 6
Ceteris ii, 17. iv, 6. 8. vi, 8
Cetero iv, 10
Ceteros i, 6. 16. 20. iv, 13. v, 10
Cherronesum ii, 18
Charybdim vi, 5
Chirona vi, 7
Chirone i, 14
Chironis vi, 7
Chœradibus vi, 1
Choro vi, 7
Chromis ii, 35
Chryse ii, 14
Chryses ii, 14. 28. 30. 47. iv, 18
Chrysi ii, 17. 19
Chrysippo vi, 7
Chrysippum vi, 7
Cibi i, 17. 23
Cibo ii, 37. iv, 6
Cibum iii, 24
Ciconis ii, 35
Ciconum ii, 43
Cillam ii, 13
Cineres iii, 26
Circiter ii, 45
Circe vi, 15
Circen vi, 5
Circum ii, 2. 13. 15. iv, 7. 17. vi, 2
Circumcursans ii, 37
Circumeunt iii, 9
Circumscribitur iii, 17
Circumspicientes ii, 15. iv, 11. v, 7
Circumstantes ii, 51. iv, 3
Circumstantibus ii, 24. iv, 15
Circumstreperent v, 14
Circumtrahens iii, 15
Circumvenere iv, 11
Circumveniant i, 11
Circumvenit iii, 15
Circumveniunt vi, 3
Circumventa vi, 10
Circumventos v, 15
Circumventum ii, 29. vi, 2. 13
Circumventus ii, 15. iii, 10. iv, 7
Circumvortitur iii, 19
Cito ii, 27
Citroque ii, 8
Cives ii, 13. iv, 1. v, 4. vi, 9
Civibus v, 2
Civis v, 3
Civitas ii, 13. 17. v, 2
Civitate i, 7. ii, 18. iii, 16. 25. v, 2. 4. 13
Civitatem ii, 13. iii, 15. 16. 25. 26. iv, 11. 20. 22. v, 1. 6. 12. 17. vi, 4. 6. 19
Civitates ii, 13. 16. 22. 27. 41. 44. 51
Civitati ii, 45. v, 5. 6
Civitatibus i, 17. ii, 25
Civitatis ii, 13. iii, 16. iv, 3. v, 7. 9. 11. 12. 17
Civitatum i, 1. iii, 1
Civium iii, 26. v, 4. 11. vi, 2
Clade ii, 4. 13
Cladem ii, 50. iii, 8. v, 17
Clades ii, 22. iv, 8
Cladis ii, 12. 32
Clamant v, 3
Clamare vi, 15
Clamor ii, 37. iii, 16. v, 5
Clamore ii, 14. 37. 40. iii, 5. 8. iv, 5
Clamorem iii, 10
Clara ii, 23
Clari ii, 19
Clarus i, 16. iv, 14
Classe ii, 26. v, 11
Classem i, 17. ii, 9. vi, 8
Classes i, 17. ii, 1. 10. 44
Classis vi, 1
Classium i, 18. ii, 11. 12
Clauditur iii, 16
Clausa ii, 22
Clausere iii, 14
Clausi v, 15
Clausis iv, 3. 13. v, 6
Clementer iv, 10
Cleomestra iv, 22
Clonio i, 13
Clonius i, 17
Clymena vi, 2
Clymenæ i, 1
Clymenam i, 3. v, 13
Clypeo ii, 40
Clypeum iv, 20
Clytæmnestra i, 20. 22. vi, 2
Clytæmnestram i, 20. vi, 2. 3
Clytium iv, 22
Co i, 17
Coacervandum v, 13
Coacti ii, 38. v, 16
Coactum iv, 18
Coactus ii, 35. v, 8. 17. vi, 8. 13
Coadunarentur iv, 13
Coalesceret ii, 25
Coalita v, 17
Cobin ii, 13
Coëgerat vi, 1
Coëgit ii, 12
Cœlesti i, 19
Cœli i, 21
Cœlo v, 5
Cœlum i, 21. 22. ii, 48. iv, 1. 8. 14. v, 3
Cœnam ii, 36
Cœnatum ii, 44. iv, 16
Cœperat iii, 4. vi, 4

Cœpere i, 21. ii, 13. 41. iv, 5. 9
Cœpit i, 21. vi, 3
Cœpta iv, 6. v, 2. 13. vi, 13
Cœptum ii, 2. 19. v, 4. 6
Coeunt i, 4
Cogemini ii, 22
Cogere i, 19
Cogetur ii, 22
Cogit iii, 8
Cognatione ii, 48
Cognationis ii, 5
Cognatum ii, 22
Cognita i, 2. 10. 13. 20. ii, 2. 9. 11. 12. 14. iv, 4. 10. 12. 17. v, 1. 8. 12. 17. vi, 1. 9. 10. 12. 15
Cognitis i, 4. 20. ii, 16. vi, 13
Cognito ii, 5. 12. 16. 28. 37. 43. 49. iii, 5. iv, 15. vi, 2. 13
Cognitum ii, 22. iii, 1. 10. v, 11. vi, 2. 3. 6. 7. 10
Cognominaverunt vi, 7
Cognoscit v, 8. vi, 2. 3. 6. 8. 13
Cognoscitur iv, 18. v, 5. 7
Cognoscunt v, 5. vi, 7. 13
Cognoverat ii, 47
Cognovere ii, 32. vi, 8
Cognoveritis iii, 25
Cognovisset iv, 18
Cognovit ii, 18. iv, 2. 22
Cogor ii, 26
Cogunt ii, 39. iv, 12
Cohibere iii, 23
Cohiberent i, 22
Cohibito v, 4
Cohibitus ii, 24. vi, 4
Cohibuisset iii, 4. iv, 5. 20
Cohibuit i, 20
Cohortati ii, 3. 32. iii, 4
Colchis ii, 26
Colitur i, 2
Collapsam iii, 26
Collaudare ii, 48
Collaudatus ii, 44
Collecta i, 16. ii, 4. iii, 9. iv, 20
Collectis iii, 27
Collecto vi, 3
Collectos iv, 8
Collectum v, 9
Collegerat iii, 14
Colligi ii, 31
Colligit iii, 7
Collocant ii, 12
Collocat ii, 49
Colloquio iv, 10
Colophona i, 17
Columba iii, 18
Columbam iii, 18
Coma iv, 3
Comam iv, 1. v, 16
Comas iv, 21
Comes i, 14. v, 17
Cominus ii, 41. iii, 5. 8. iv, 17
Comis iii, 25
Comitati iii, 27
Comitatu iv, 1
Comitatum i, 13. iii, 20. 26. v, 2
Comitem ii, 2
Comites iv, 6
Comitibus i, 3. 7. 14. iii, 2
Commemorando iv, 16. v, 1
Commemorare iii, 20
Commemorat ii, 28. iii, 22
Commemorationem v, 4
Commendare v, 10
Commendaverat i, 22
Commendavere i, 22
Commentum iv, 14
Comminatus i, 22. ii, 29
Comminutam vi, 1
Commissa i, 3. 11. ii, 5
Commissum iv, 17. v, 8
Committam iii, 25. v, 2
Committendum vi, 2
Committere ii, 36
Committit i, 20
Commoda i, 6
Commodum ii, 5
Commotam iv, 21
Commoti ii, 31
Commotus ii, 31. iii, 24
Commoveri i, 21. iv, 13
Commune ii, 48. 51. v, 16
Communem ii, 8
Communi i, 15
Communiere ii, 41
Communis i, 6. ii, 5. 32. v, 14
Commutantur iv, 7
Commutare ii, 8. 26
Compactum v, 11
Comparatum i, 21
Comparuerit vi, 10
Comperit ii, 37
Comperta vi, 10
Compertum ii, 8. 21. vi, 15
Compingunt ii, 9
Complanata v, 13
Complecti vi, 14
Complectitur iii, 7
Complent v, 17
Complere ii, 37
Compleri ii, 41
Completa ii, 52. iii, 9. iv, 7
Complexa i, 10
Complexu i, 10. vi, 15
Complexus iii, 21
Complurimum iv, 13
Componendi ii, 36
Componunt iv, 22

Composita iv, 22. v, 4. 7. 11
Compositam v, 16
Compositas i, 4
Composite ii, 38
Compositis iii, 13. iv, 11
Composito ii, 32. iv, 22. v, 5
Compositum iii, 10
Compositus iii, 8
Composuere ii, 32
Comprehendimus iv, 3
Comprehenderat ii, 1
Comprehendere i, 22. ii, 29. v, 17
Comprehensi iv, 21. v, 19
Comprehensum iii, 16
Comprehensus ii, 37. vi, 8
Conata ii, 37
Conatus vi, 5
Concedant v, 16
Concede iii, 21
Concedendo iii, 23
Concedendum ii, 14
Concedens v, 14
Concedentibus v, 2
Concedentur ii, 26
Concederent iv, 18
Concederet ii, 40. iii, 24
Concederetur ii, 23. iii, 22. iv, 22
Concedit v, 16. vi, 13
Conceditur v, 13
Concedunt ii, 13. 19. v, 5. 14
Concelebrant i, 26
Concessa ii, 33. iii, 24. iv, 1
Concessam iv, 15
Concessere iv, 5
Concessum ii, 34. v, 3. vi, 4
Concidere iii, 21. v, 2
Concideret iv, 21
Concidit vi, 15
Conciliandos ii, 18
Conciliatus vi, 4
Conciliavit ii, 30
Concilio i, 6. ii, 31. 33
Concione i, 10
Concionem i, 10
Concitaretur i, 11
Concitatura i, 6
Concitatus iv, 10
Concito iii, 4. 15
Concitus iii, 3
Concordia i, 13. ii, 48
Concordiam i, 15. ii, 5
Concremari iii, 26
Concurrens ii, 29
Concurrentes ii, 43
Concurrit i, 5
Concurritur ii, 2. iv, 16
Concurrunt v, 1
Concursu ii, 3
Concursum iv, 3
Condemnarent i, 6
Condensatis ii, 2
Condidisse vi, 4
Condit v, 17
Condita iv, 15. 18
Conditas v, 15
Conditione i, 15. v, 4
Conditionem i, 18. ii, 42. 47. iv, 3. 15
Conditionibus iii, 1. v, 10
Conditionis iii, 23
Conduci ii, 2
Conducit i, 8. v, 11. vi, 14
Conducta v, 6
Conducti ii, 28. 36
Conductis ii, 19. v, 8
Conducto i, 6
Conductos ii, 10
Confecta ii, 31
Confectam iii, 21
Confecto i, 20. iii, 21
Conferti ii, 46
Conficeret iii, 25
Conficit iii, 25
Conficiuntur ii, 49
Confidendum iii, 17
Confidens ii, 39
Confidentius iii, 5
Confierent iv, 15
Configit ii, 41
Confirmanda v, 4
Confirmandam iii, 3
Confirmans i, 20
Confirmant i, 11. 12. 15. v, 4
Confirmantibus v, 11
Confirmare ii, 33. iii, 22. 24. iv, 4
Confirmarent ii, 30
Confirmat iii, 14. iv, 15. v, 10. vi, 9
Confirmati ii, 11. iii, 5. iv, 5
Confirmato iii, 8. 16. vi, 12
Confirmator iv, 11
Confirmatum iv, 11
Confirmaverat iv, 14
Confirmavit iii, 18
Confiteri vi, 15
Confixere iii, 18
Confixum v, 11
Conflagrationem ii, 32
Conflagravisse iii, 26
Conflatum ii, 40
Confligit iv, 6
Confligunt iii, 8
Conflixere ii, 32. 38. iv, 2
Confluentibus iv, 8
Confluunt i, 2. 18. iii, 5. v, 7. 17. vi, 4
Confluxerant i, 4
Confodere iv, 7
Confore ii, 22
Confugit v, 12
Confugiunt ii, 46

Confusione i, 21
Congestam iv, 20
Conglobatos iii, 4
Conglobaverat ii, 46
Congredi (non Progredi) iii, 4
Congregata ii, 14
Congregati ii, 6. 46
Congressi iii, 7
Congressis iii, 4
Congressus ii, 2. 12
Congruentia iv, 18
Conjectans ii, 31
Conjiciunt iii, 10
Conjuge i, 9. 21
Conjugem i, 10
Conjuges iii, 2
Conjugio iii, 26. vi, 3
Conjugis i, 4. 14. ii, 20. iii, 22
Conjuncti v, 2
Conjunctionem i, 10. 14. vi, 14
Conjunctum iv, 13. 22
Conjuratione ii, 8
Conjurationem i, 11
Conjuraverunt iii, 25
Connivente ii, 33
Conqueritur i, 6. 11
Conquesta vi, 12
Conquesti i, 4
Conquiescentibus ii, 39
Consanguineis i, 13. ii, 28
Consanguineo iii, 26
Consanguinitate i, 3
Consanguinitatem ii, 5
Consanguinitatis i, 9
Conscripsi v, 17
Consecrat v, 15
Consecutus i, 14. iv, 19
Consenescere i, 21
Consenserat vi, 7
Consensisse ii, 21
Consensissent iv, 11
Consensu i, 16. ii, 23. iv, 3. v, 16
Consentientem v, 3
Consequens ii, 21
Consequi iv, 22. v, 17
Conserant ii, 22
Conserunt ii, 41. iii, 4. iv, 17
Consideratum v, 6
Considero ii, 22
Consilia ii, 25. iv, 13
Consiliatum iii, 24
Consilii i, 4. 20. ii, 6. 15. 21. 37. iv, 18
Consilio i, 4. 10. 15. ii, 25. 26. 29. 34. 35. 49. 50. iii, 16. 20. iv, 22. v, 5. 16
Consilium i, 6. 22. ii, 9. 15. 19. 20. 21. 24. 37. 48. 49. iv, 6. v, 6. 14. vi, 8
Consistit i, 22
Consolati i, 23. ii, 6
Consolationis iii, 11
Consolatus i, 4
Conspecti v, 4
Conspectu ii, 19. 27. 40. v, 3. 16. vi, 10
Conspectum iii, 27. iv, 21
Conspicatus ii, 39
Conspicit i, 19
Conspicitur i, 20
Conspirato vi, 3
Conspiravisset vi, 4
Constabat i, 9
Constaret i, 9
Consternabatur i, 4
Consternatæ iii, 16
Consternatum ii, 43
Consternatus ii, 23. iv, 13. v, 9
Constitere iii, 4
Constrictis iii, 15
Consuerat vi, 8
Consueta v, 7
Consueverat vi, 15
Consulamus v, 2
Consulendi ii, 23
Consulendum ii, 48. v, 2
Consulentibus ii, 37
Consulere i, 9. v, 6
Consulerent v, 16
Consulimus ii, 26
Consulit i, 7. 8
Consulta ii, 21. iii, 21
Consultare iii, 3
Consulti i, 7
Consulto v, 11
Consultorem i, 23
Consultoribus ii, 8
Consulunt ii, 7
Consumere v, 7
Consumitur iii, 9
Consumserant iii, 7
Consumserat ii, 44
Consumta ii, 5. 24
Consumtis ii, 26. v, 13
Consumto ii, 9
Consumuntur v, 8
Contagio ii, 22
Contagione iv, 22
Contagionem iii, 25
Contectus iii, 7
Contegi iii, 14
Contegitur iv, 21
Contemplatione iii, 25. v, 14
Contemplatus vi, 15
Contemtum ii, 51
Contemtui ii, 29. 36. iii, 21. vi, 11
Contendere v, 14
Contendit iv, 15. 19
Contentus ii, 17. 27

Contestandi i, 11
Contigerat v, 13
Continenti ii, 45
Contingunt ii, 13
Contingendæ iii, 18
Contingere ii, 51
Contingitur ii, 14
Continuante iii, 26
Continuatis iv, 13
Contractam ii, 9
Contractum i, 18
Contradicente ii, 26
Contrahenda ii, 8
Contraheret ii, 30
Contraxerat i, 17
Contraxisse ii, 5
Contumeliam ii, 24. 51
Contumelias ii, 34
Contumeliis ii, 21. 29. v, 16. vi, 12
Convenerant iii, 17
Convenerat vi, 4
Convenere i, 1
Conveniendum i, 12
Convenire i, 10
Convenisset v, 10
Convenit i, 11. ii, 9
Convenitur ii, 9
Conveniunt i, 12. ii, 45. iii, 11. v, 10. vi, 2
Conventu ii, 29. 39. v, 1
Conventum ii, 24
Conversam iii, 8
Conversis ii, 12
Converso ii, 30
Converterat iv, 14
Convertit i, 5. ii, 3. 27
Convertunt iv, 19
Conviciis i, 19
Convivio v, 1. vi, 7
Convivium i, 23. v, 10. vi, 7
Convocat i, 7
Convocatis iii, 3
Copia ii, 33. iii, 12
Copiæ iv, 2. 12
Copiarum iii, 3
Copias ii, 35. 42. iv, 2. 17
Copiis ii, 36. 45. iii, 25. iv, 3. 4
Corcyram v, 17
Cordi ii, 33. 48. 49. iii, 9. 21
Corianum ii, 13
Corinthum vi, 2
Cornibus iii, 7
Cornu iv, 2
Cornua ii, 12. 32
Coronavere ii, 19
Coronen ii, 13
Corpora ii, 4. 31. 32. 33. iii, 9. iv, 8
Corpore i, 21. ii, 3. iii, 6. 7
Corpori iv, 19
Corporibus i, 19. ii, 30. iv, 6
Corporis i, 13. 22. ii, 48. iii, 11. iv, 9
Corporum ii, 32
Corpus ii, 2. 37. 41. iii, 11. 24
Corrigere ii, 21
Corruit ii, 23
Corrumperentur vi, 11
Corrumperetur vi, 2
Corruptum i, 10
Corusca i, 21
Corython iv, 7
Corythus v, 5
Crapatho i, 17
Crebra iii, 13
Crebras ii, 13. 32
Crebri iii, 16
Crebris ii, 41. iii, 7. vi, 14
Credebant i, 11
Credebantur i, 18
Credebat vi, 3
Credebatur ii, 7. 25. 48. iii, 3. 9
Credentes v, 5. 10
Credere i, 21. iii, 16. iv, 1. 12. v, 7. 10
Crederentur iii, 16
Crederet ii, 23
Crederetur ii, 28
Crediderat vi, 15
Credita vi, 13
Credito vi, 15
Credo ii, 21
Cremant ii, 41. iii, 9. 12. iv, 8
Cremaretur iii, 12
Cremat v, 15
Cremata ii, 4. 32
Cremati iv, 18
Cremato ii, 22. iv, 8
Crematum ii, 2. 15
Crescit ii, 26
Creta i, 17
Cretæ i, 1. ii, 26
Cretam i, 1. 3. vi, 2. 3. 4. 5. 6. 11
Crimen iii, 25
Crimine vi, 4
Criminose i, 6
Crinibus iii, 2
Crissæorum iii, 10
Cruciari iii, 26
Cruciatu v, 12
Cruciatum v, 13
Cruentum ii, 2. iii, 23
Cui ii, 22. iii, 16. 20. 21. iv, 15. v, 3. 11. vi, 12. 15
Cuiquam ii, 34. iii, 21. 26. iv, 15
Cuique i, 16
Cujus ii, 33
Cujuscemodi iv, 20
Cujuscumque ii, 27

Cujusquam iii, 26. vi, 2
Cujusque i, 9. ii, 33
Cujusquemodi ii, 18
Culpa ii, 5. 21. 51
Culpæ ii, 22
Cuncta i, 3. 9. 11. ii, 11. 20. 25. 31. 37. iii, 1. 21. iv, 18. 22. v, 2. 7. 8. 9. 11. 12. 17. vi, 6. 8. 9. 10. 11
Cunctam iii, 3. vi, 13
Cuncti i, 1. 14. 18. ii, 12. 23. 30. ii, 48. iii, 11. iv, 1. 22. v, 1. 3. 4. 10. 15. 16. 17. vi, 14
Cunctis i, 7. 19. 20. 22. ii, 4. 7. 9. 10. 15. 16. 19. 20. 23. 24. 27. 31. 37. iii, 6. 9. 11. 13. 15. v, 4. 6. vi, 4. 9
Cuncto ii, 14. 19
Cunctorum ii, 28. 30. 33. iii, 26. vi, 13
Cunctos i, 8. 15. ii, 31. iv, 22. v, 17
Cupere ii, 49. iii, 23. vi, 3
Cuperent v, 5
Cuperet i, 6. iv, 4. vi, 9
Cupias ii, 51
Cupidine i, 3. iii, 15. iv, 4
Cupidinem iii, 26
Cupiditas ii, 23
Cupiditate i, 5. ii, 49
Cupiditates iii, 21
Cupidus ii, 37
Cupiens ii, 15. 24. 37. 40. iii, 5. 10. iv, 2. 3. 7. vi, 1. 7. 9. 10. 13
Cupientes iii, 10. iv, 20. v, 1. vi, 3. 11
Cupienti vi, 14
Cupientibus ii, 1. 4. iii, 8. iv, 20
Cupierant ii, 15
Cupierat i, 5
Cupit ii, 37. iv, 5
Cupitis iii, 24
Cupitum vi, 8
Cur iii, 25
Cura i, 16. ii, 8. 33. 38. iii, 24. 26
Curabant i, 21. ii, 32
Curam ii, 9. 10. iv, 8
Curantes ii, 45. iv, 8
Curare ii, 37
Curarent i, 21. iii, 12
Curaretur ii, 14. iii, 12
Curas iii, 21
Curaverant iii, 12
Curia ii, 24
Curribus iii, 4
Curru iii, 4. 6. 7. 15. iv, 5. 6
Currui iii, 15
Currum ii, 45
Currus i, 18. ii, 46
Cursu ii, 42. iii, 19
Cursus iii, 16
Custodem iv, 15
Custodes ii, 1. 12. 46. iii, 12. v, 2. 9. vi, 15
Custodia iii, 21
Custodiæ ii, 37
Custodiam v, 15
Custodiat v, 2
Custodibus ii, 1. 2. 27. 37. 41. 45. vi, 14
Custodiebat ii, 37
Custodiendum ii, 24. v, 1
Custodum vi, 15
Custos i, 14
Cycladibus i, 17
Cyclopa vi, 5
Cygni ii, 13
Cygnus ii, 12
Cynossema v, 16
Cyphius iii, 14
Cyprum i, 5. vi, 4

D.

Dabitis v, 6
Danai i, 9. iv, 22
Danao v, 17
Danaum i, 9
Dant ii, 16
Dardani iii, 5
Dardano v, 17
Dardanum i, 9
Dardanus iv, 22
Dare ii, 49. v, 3
Darent iv, 22
Daret ii, 35. 48. iii, 15
Data v, 6
Datæ v, 10
Date ii, 26
Dati iv, 9
Datis ii, 6
Dato i, 18. ii, 1. 38. 39. 41. 46. iii, 7. 8. iv, 5. 19
Datum i, 21. ii, 44. iv, 17. v, 12
Datur ii, 19. v, 13
Daturum iii, 2
Deam i, 21. vi, 7
Deberet iii, 21
Debilitans iv, 5
Debilitati iv, 6
Debilitatum iii, 7
Debilitaverat ii, 14
Decedere ii, 38
Decedentibus ii, 12
Decedunt iv, 6
Decem iv, 1. v, 6. 10
Decennium iii, 23
Decere ii, 5
Decernebat v, 11
Decernentibus ii, 40
Decernerent i, 8. v, 3

Decerneretur ii, 24
Decernitur ii, 13. 20. 23. 27. v, 4. 16
Decernunt i, 12. iv, 22
Decertantes iv, 17
Decessum iii, 8
Decidisse iii, 16
Decidit iii, 18
Decidunt v, 7. 8
Decimam ii, 49
Declarari i, 16
Declaratum i, 19
Declaratur iii, 17
Declinante ii, 40
Decora i, 14
Decore iii, 12
Decori i, 2
Decrepitus iii, 20
Decretis ii, 21
Decreto iii, 26
Decretum iii, 12. 14. v, 4. 13
Decreverat ii, 14. iv, 2
Decreverit iii, 26
Decrevit iii, 24
Decuerat ii, 15
Decuisse iii, 23
Decursum ii, 21
Decus ii, 33. iii, 20
Decussa ii, 40
Dedecore iii, 10
Dedecus ii, 51
Dederat ii, 46
Deditionem ii, 18
Deduci iii, 14. v, 10
Deducit i, 6. 23. v, 9. 16
Deductam iii, 5
Deductas v, 17
Deductis ii, 36
Deducunt i, 2
Deducuntur ii, 44
Deduxit iii, 21
Defatigatam iii, 21
Defendere ii, 24
Defenderent i, 5. iv, 4
Defendi ii, 17
Defendisset vi, 2
Defensarent iv, 20
Defensaretur ii, 1
Defensas i, 5
Defensoribus v, 12
Deferri i, 5
Defessi ii, 31
Defessum iii, 23
Deficere iii, 22
Deficiente iv, 21
Deficientibus iii, 25
Deflectere vi, 1
Deflent iv, 9
Deflentes i, 5
Deflentibus iii, 9. iv, 1. 13
Deformata iii, 20
Deformatum iii, 11
Defuere v, 2
Defunctorum ii, 31. vi, 5
Degat iii, 21
Degebant (nos Agebant) i, 3
Degere ii, 28
Degeret ii, 33. iv, 18
Dehonestamenti iii, 10
Dei ii, 28
Deidamia iv, 15
Dejectum iv, 17
Dejicere iv, 20
Dejicit ii, 48. iii, 19
Deiopite iii, 7
Deiphobo i, 10. ii, 39. iv, 11
Deiphobum iii, 4. 8. v, 12
Deiphobus iv, 11. 19. 22
Delapsus i, 5
Delata vi, 10
Delectus i, 17
Delegere ii, 10
Deleta iii, 4
Deletæ iv, 2. 5
Deletis ii, 47. iv, 3
Deliberandi v, 6
Deliberantibus i, 22
Deliberare ii, 50
Deliberatio v, 13
Delicta ii, 13
Delicti iii, 23
Deligendum i, 16
Deligit iv, 6
Deligitur i, 12
Delphis vi, 13
Delphos vi, 11. 12. 13
Delubra iii, 26. iv, 18. v, 2
Delutaretur iii, 24
Demisisse i, 9
Demophoon i, 14. v, 13. vi, 2
Densatis ii, 38
Densatur iii, 5
Denubit vi, 6
Denuntiat v, 15
Denuntiata iii, 26
Denupserat vi, 3
Denupta i, 1. ii, 17. vi, 2
Deo i, 19. v, 8. 16
Deorum ii, 50. iii, 21. 26. iv, 18. v, 2. 6. 12. vi, 7
Deos ii, 10. 22. iii, 21. v, 8
Depellendum iv, 20
Dependebat iii, 18
Deperibat vi, 5
Deponendi iv, 22
Deponere ii, 37
Deponit iv, 21
Deponunt ii, 15. v, 16
Depopulatur ii, 27

Deprædati ii, 16
Deprecandi iii, 20
Deprecando iii, 8
Deprecantibus iii, 21
Deprecantes ii, 13. v, 3
Deprecantur ii, 6. iv, 15
Deprecarentur ii, 50
Deprecaretur i, 10. v, 4
Deprecari ii, 33. 48
Deprecati iv, 21
Deprecatur ii, 6. 28
Deprecatus iv, 18
Deprecor iii, 21
Depressa v, 2
Depressus iii, 21
Derelictæ v, 4
Derelictos i, 6
Descenderant v, 5
Descendere ii, 1
Descenderet ii, 15
Descivisse iii, 1
Deserere iv, 18
Desertam i, 9
Deserturos i, 15
Deseruere ii, 29
Deserviente v, 10
Deseruissent ii, 34
Deserunt iv, 17
Desideratus v, 4
Desiderio ii, 49. iii, 2. 3. 9. vi, 8. 14
Desiderium i, 10. ii, 6. iii, 3. 23. v, 13. 15
Designant i, 16
Desiliens iv, 17
Desilit iv, 6
Desiliunt iii, 7
Desipientem iv, 23
Desisterent ii, 5. 13
Despectantes iii, 13. 20
Despecti v, 6
Despectui iii, 23
Desperatio iv, 8
Desperatione ii, 17
Desperationis iv, 3
Despondit vi, 4
Desponsa vi, 13
Desponsæ iv, 14
Desponsatam i, 20
Destinant i, 16
Destinantur v, 13
Destinata iii, 1
Destinatum iii, 18
Destinaverant i, 7. ii, 28
Destinaverat ii, 31
Destitit iv, 13. v, 14. vi, 4
Destructa v, 11
Destruendorum v, 11
Desuper ii, 15. iii, 6. 10. 12. 16. iv, 20. v, 11
Detentis iii, 12
Deterrerent iv, 10
Deterruit iv, 20
Detestanda iii, 23
Detestandam iv, 15
Detestationibus iii, 25
Detinerentur iv, 20
Detrahens iv, 3
Detrimento i, 21. ii, 3
Detrudere iv, 2
Detrudit ii, 43
Deturbati v, 16
Deturbatis iv, 17
Deucalionis i, 1
Devenere vi, 1. 6
Devenerit vi, 5
Devenisse vi, 8
Devenisset vi, 5
Devenit v, 17. vi, 8
Deum ii, 29. iii, 26. v, 10
Dextra iii, 7
Dextræ v, 10
Dextro iv, 2
Dextrum ii, 32. iv, 19
Dianæ i, 19. 20
Dicatumque v, 11
Dicebantur i, 1. ii, 1. 14. 20
Dicebatur i, 14
Dicere i, 6. v, 2. vi, 4
Dicerent i, 10. ii, 15
Dicerentur i, 8
Dicta i, 12. ii, 27. vi, 4
Dictus i, 1
Dictys v, 17
Die i, 6. 9. 10. 22. ii, 4. iii, 2. 6. 13. iv, 4. 5. 16. 18. 19. 20. v, 10. vi, 13
Diebus i, 2. 4. 5. 7. 20. 22. ii, 7. 9. 10. 16. 17. 38. 42. iii, 1. 13. iv, 2. 10. v, 16. vi, 4
Diei ii, 4. iii, 7. 8. 12. 19
Diem ii, 49. iii, 1. 8. 13. 20. iv, 10. v, 2. 6
Dierum ii, 4. iv, 16
Dies i, 19. 21. ii, 7. 18. 30. 41. 51. iii, 2. 3. 9. 15. 25. iv, 1. 2. 5. 9. v, 13. vi, 6. 13
Differendos i, 10
Differre ii, 33
Differri i, 6. ii, 22
Differt v, 1
Difficultate ii, 16. iii, 13
Difficultatem iii, 18. vi, 8
Difficultates i, 6
Diffidens ii, 18
Diffidentes iv, 6
Diffiniunt iv, 19
Dignoscere iv, 18. v, 1
Dignum i, 1. iv, 3. 15. 22. v, 6

Digreditur iii, 9
Digrediuntur ii, 4. 47
Digressi ii, 41
Diis iii, 26
Dilaceraretur v, 6
Dilanianda iv, 3
Dilaniandos iii, 14
Dilanians iii, 22. v, 3. vi, 15
Dilaniatum ii, 27
Dilato iii, 1. v, 5
Dilatum ii, 27
Dilectu v, 11. 12. 14
Dilectum iv, 13. v, 10
Diligentissime i, 13
Diligunt ii, 12
Diluantur i, 6
Dimetiuntur iii, 12
Dimicantem ii, 2. 3
Dimicantes ii, 12
Dimicaturi v, 6
Dimidium iv, 22
Dimissa v, 11
Dimisso v, 1
Dimitti ii, 24
Dimittit i, 11. ii, 29
Dimittitur iv, 22
Dimittuntur ii, 8
Dinoscere iii, 23. vi, 4
Dinoscerentur vi, 5
Diomede i, 16. ii, 9. 20. 32. 43. iii, 14. iv, 3. 7. 10. 18. v, 4. 14
Diomedea iii, 12
Diomedeam ii, 16. 19
Diomedem i, 19. ii, 33. 37. iv, 7. 16. v, 15. vi, 2
Diomedes i, 15. 17. ii, 2. 9. 15. 19. 29. 41. 45. 48. 51. iii, 4. 12. 17. 19. iv, 2. 16. 22. v, 6. 7. 10. 14. vi, 2
Diomedi iv, 21
Diomedis i, 12. ii, 37
Diorem iii, 5
Diores i, 13. 17
Diremit ii, 32
Dirimitur i, 6. iii, 10
Diripiendarum iv, 4
Dirupto iii, 18
Discedam v, 2
Discedentes v, 15
Discederent vi, 3
Discedit i, 8. ii, 12. iii, 2. vi, 4. 13
Disceditur v, 1. 4
Discedunt i, 10. 16. ii, 7. iii, 24. v, 10. 15. 17
Disceptaret iv, 22
Discerni iv, 22
Discessere iii, 19
Discessit ii, 30
Discessum i, 14. v, 8
Disciplina ii, 12
Disco iii, 19
Discordiarum i, 6. v, 3. 4. 11
Discordias ii, 7
Discordiis vi, 2
Discrimina iii, 23
Discriminibus ii, 50
Discriminum v, 10
Discruciatos vi, 15
Disjunxisse vi, 14
Dispalantur vi, 1
Dispares ii, 23
Dispari ii, 35
Dispartiunt ii, 19. iv, 4
Dispereunt iii, 14
Dispergitur ii, 30
Dispersi iv, 12
Dispersos ii, 43. 46
Dispertiant i, 16
Dispertiens i, 15
Dispertiunt ii, 3. 37
Displicuerat ii, 8
Disponunt ii, 41
Dispositis ii, 12. iii, 4
Disseminata i, 12
Disseminatis ii, 26
Disseminato ii, 23
Disseminatur vi, 13
Dissensio vi, 3
Dissensionem vi, 4
Disserebant i, 3
Disserente v, 3
Disserere iv, 4. v, 6
Dissererent v, 4
Disserturum v, 5
Disseruisset v, 8
Disseruit ii, 23. iii, 16. 25. v, 2
Dissimiles iv, 4
Dissimili ii, 40
Dissimulantes v, 7
Dissimulare v, 13
Dissimulato i, 22. iii, 3
Dissolvere ii, 46. iv, 7
Dissolveretur v, 10
Dissolvi iii, 22
Dissoluto ii, 29
Dissolutum iv, 11
Dissolvuntur v, 11
Dissono iv, 5
Distribuebatur v, 13
Distribuentes ii, 12
Distribuerant ii, 33
Distributa ii, 19
Distributione v, 14
Distributionem ii, 38. iii, 12
Distributique iv, 4
Distulere iii, 13
Disturbata v, 7
Dites v, 2

Divellentes iv, 1
Divelli i, 10. ii, 19. iv, 11
Diversa ii, 19. v, 17. vi, 3
Diversi iii, 26. iv, 5
Diversis i, 17. 18. ii, 35. vi, 6
Diverso v, 17. vi, 15
Diversum iii, 16
Diversus i, 21
Diu ii, 10
Dividenda ii, 19
Dividendam i, 1
Dividendas i, 1
Dividit i, 15
Divina ii, 13. vi, 11
Divinæ i, 22
Divinarum v, 7
Divinas i, 14
Divinis ii, 4
Divinitus i, 22. ii, 33. iii, 25. iv, 15. 22. vi, 11
Divinum i, 21. vi, 14
Diviserat ii, 49
Divisi iv, 4
Divisione i, 1. 4
Divisis ii, 19. 32. iii, 1. v, 12
Diviso ii, 38
Divitias v, 2
Divitiis ii, 16. 27. iii, 23
Diurnas i, 16
Diutius ii, 39
Divulgator i, 3
Divum iii, 26
Dixerat ii, 26. iii, 20. iv, 18
Dixerit iv, 21
Diximus ii, 14. 49
Dixisse i, 10
Docent ii, 5. 23. 45. v, 4. 8
Docere ii, 48. v, 6
Docerentur ii, 25
Docet ii, 48
Docti ii, 7. 32
Doctus ii, 6. 27. iv, 15. 18
Docuimus i, 19. ii, 19. 28. v, 12
Documenta ii, 19
Documentis ii, 28
Dolendam ii, 22
Dolens iii, 6. 25. vi, 13
Dolere iv, 13
Dolerent i, 7
Dolet iii, 20
Dolo ii, 29. iii, 3. iv, 11
Dolonem ii, 37
Dolor iii, 17. 20. iv, 8. v, 13
Dolore ii, 5. 10. 19. iii, 9. 23. v, 15. vi, 4. 10. 12. 15
Dolorem iv, 15. 19. v, 9
Dolores ii, 15
Dolori ii, 6. 14. iii, 22. 23. v, 2
Doloribus ii, 6
Doloris ii, 6. iii, 15. iv, 15
Dolum i, 11. iii, 15. iv, 11
Domi i, 6. ii, 20. iii, 26. v, 15. 16. vi, 6. 15
Domibus iii, 2
Domini i, 5. ii, 13. iii, 26
Dominos v, 7
Dominum ii, 18. iii, 3
Dominus iii, 1
Domo i, 3. 9. ii, 48. iii, 23. vi, 12
Domos v, 12. 13
Domuitionem i, 20. ii, 35
Domum i, 3. 5. 6. 8. 9. 10. 22. ii, 4. 5. 12. 17. 20. 22. 26. 30. iv, 2. v, 8. 12. vi, 6. 7. 9
Domus ii, 25. iv, 22. v, 2. 4. vi, 8
Dona ii, 18. v, 8
Donat iii, 18. 27
Donati ii, 6
Donatos ii, 5
Donatus vi, 5
Donis i, 18. ii, 6. 16. 25. 28. 44. v, 16. vi, 6
Donum iii, 19. iv, 22. v, 9. 11
Doriclum iii, 7
Doti ii, 49
Duabus i, 5. vi, 5
Duarum ii, 44
Duas i, 15. ii, 3. v, 10
Dubitationem i, 21
Dubitatum v, 15
Dubium ii, 44. iii, 1. 4. 21
Duce i, 8. ii, 31. iii, 16. iv, 4. 11. 17. vi, 10
Ducem iv, 20
Ducere vi, 2
Duceretur iv, 22
Duces i, 16. 18. 19. 22. ii, 1. 2. 3. 10. 19. 22. 30. 32. 34. 37. 44. 45. 46. 48. 52. iii, 1. 5. 10. iv, 5. 11. 12. 16. 17. v, 4. 5. 6. 10. 15. 16
Duci iv, 19
Ducibus i, 19. ii, 4. 10. 13. 19. 21. 32. 36. 38. 43. 44. 52. iii, 3. 6. 8. 13. 19. 21. 24. iv, 2. 13. 15. 20. v, 8. 14. 16
Ducis ii, 13. 15. iii, 10. 16. iv, 6. 10. v, 13. 15
Ducitur iv, 5
Doctore vi, 10
Ductu ii, 12
Ductus iv, 18
Ducum ii, 14. 38. iii, 12. v, 10
Ducunt ii, 20. 45
Dulichio i, 17
Dum i, 12. ii, 9. 22. 37. 41. iii, 10. 22. vi, 7

Duo i, 6. ii, 12. 14. 22. 23. 25. 49. iii, 7. iv, 2
Duobus ii, 40. vi, 11
Duodecim iii, 14
Duos ii, 37. vi, 7
Duplicatis i, 18
Duplici iii, 18. 19
Durius v, 2
Dux ii, 10. 32. 35. 42. 48. iii, 14. iv, 6. 9. 19. 20. vi, 6
Duxerant ii, 23
Duxit iv, 4
Dymante ii, 35
Dymantis iv, 12

E.

Ecce i, 21
Echemon iv, 7
Echinadibus i, 17. iii, 10. vi, 6
Edi vi, 14
Edicere ii, 35
Ediceret ii, 30
Edicto iii, 4
Edidisse iii, 26
Edit v, 9. vi, 2. 15
Edita vi, 4
Edito iii, 4. v, 11
Editum iii, 26. v, 5. vi, 14
Editur v, 5. vi, 11
Editus iii, 16
Edoctus iii, 8. vi, 8. 15
Edocuere vi, 6
Educaverat i, 1. vi, 15
Educit ii, 42. 49. iv, 17
Educto ii, 40
Edunt v, 3
Eetione ii, 17
Eetionis ii, 19
Effecere ii, 8. 12
Effectam iv, 14
Effectos v, 2
Effectu iii, 13
Effectum ii, 33. v, 3
Effera i, 14
Efferre iv, 16. v, 10
Effert iv, 11
Efficit ii, 52
Efficiunt ii, 33
Effœminati ii, 46
Effugii ii, 17
Effusi ii, 32. 43. iii, 10
Effusis iii, 2
Egere ii, 44. iii, 3
Egestate i, 18
Ego i, 13. ii, 21. iii, 25. v, 2. 17. vi, 10
Egrederetur ii, 37. iv, 10
Egredi ii, 1. 11. 35
Egrediendi ii, 5
Egreditur v, 8
Egrediuntur iv, 6
Egregia ii, 19
Egregiam ii, 44
Egregie ii, 26
Egregii ii, 33
Egregiis ii, 21. 33. 44. 45. v, 14. 15
Egregio iv, 13
Egregius ii, 43. iii, 6. iv, 20
Egressa v, 11
Egressi iii, 10
Egresso iv, 19
Egressus ii, 31. iv, 16. 20. vi, 15
Eione ii, 45
Ejecistis iii, 25
Elapsi ii, 23
Elato v, 12. vi, 1
Elatus ii, 2. vi, 15
Electi ii, 23
Electos ii, 20
Electram i, 9. iv, 22
Electum ii, 51
Elegisset iv, 22
Elephenor i, 17
Elide i, 17
Eligi iv, 6
Eloqui ii, 30
Elpenoris vi, 5
Eluendum iii, 23
Elutum iii, 11
Ementito i, 20
Emersit v, 2
Eminus iii, 4. iv, 20
Emissa i, 21
Emittit vi, 15
Enisus vi, 1
Eniteretur v, 5
Enumerationem ii, 50
Enumeratis vi, 9
Eosdem iv, 2
Epios i, 17. ii, 44. iii, 1. 12
Epistrophus i, 13. 17. ii, 35
Epium v, 9
Epulas iv, 16. v, 1. vi, 7
Epulatum v, 16
Epulis i, 2. iv, 8. v, 5. vi, 6
Equi i, 16. 18
Equis iii, 4. 15. 17. iv, 4. 7
Equitatus i, 18
Equites iv, 2
Equitibus iii, 4
Equitum iv, 3
Equo iv, 3
Equos ii, 45. 46. iii, 4
Equum v, 9. 11

Equus v, 11
Erepta ii, 25
Ereptam ii, 42
Ereptum i, 21. iii, 6. vi, 2
Erexere iii, 18
Ergo iii, 25
Erichthonium iv, 22
Erigit iii, 24
Erigitur ii, 24
Erigona vi, 4
Erigonem vi, 2
Erigunt iii, 11
Eripere iii, 23. iv, 12. 20
Eripienda vi, 10
Eripit v, 7
Eripiunt ii, 43
Eripuit v, 2
Erit v, 2
Erroris vi, 5
Eruendam ii, 22
Eruissent i, 15
Erumpit ii, 35
Erumpunt iii, 13
Erunt ii, 22. 26
Eruptione ii, 43
Eruptionem ii, 37. 42
Erutis ii, 25
Etiam iv, 16. v, 14
Etiamtum iii, 10. iv, 11
Etsi i, 4. ii, 5. 51
Evadere vi, 1
Evaderet v, 13
Evadunt i, 5
Evander iii, 14
Evaserant ii, 2. iv, 20. v, 17. vi, 2
Eubœa i, 17
Eubœam vi, 1
Euemonis i, 13
Evenerat v, 13
Evenere v, 17
Evenisse ii, 20
Evenissent ii, 9
Eventu ii, 2. 40
Eventum ii, 3
Eversa iii, 25. iv, 4. 20. 22
Eversio iii, 1
Eversionem i, 6. iv, 22
Eversum i, 3. ii, 16. 26
Evitandos iii, 13
Evitant ii, 39. vi, 7. 8
Evitari iii, 26
Eumedis ii, 37
Eumelus i, 14. 17. ii, 38. iii, 17. v, 10
Eundem ii, 24. 39. iii, 16. iv, 3. 15. 16
Eunt ii, 12. 46. v, 10
Evolant ii, 1. 46. iii, 13
Euphemus ii, 35. 43
Euphorbi iii, 10
Euphorbus ii, 38. iii, 10
Europæ i, 2
Europam ii, 26
Euryalus i, 14
Eurypyli iv, 17
Eurypylo ii, 5. iv, 17
Eurypylum iv, 14
Eurypylus i, 13. 17. ii, 5. iii, 19. iv, 14. 17
Eurysaces v, 16
Exactis iii, 4. iv, 2. v, 14
Exactum v, 6
Exacturum v, 15
Exactus vi, 5
Exanime iii, 24
Exanimem iv, 11. v, 15
Excedere iii, 8
Excelsior iii, 17
Exceptam ii, 13. 19
Excepto i, 1. iv, 15
Exceptus iv, 14. 22. vi, 6. 9
Excesserit vi, 10
Excidii iv, 18
Excidisse i, 4
Excidium v, 9
Excipit iv, 6. v, 11
Excipitur iii, 19
Excisam ii, 49
Excisis iii, 15. v, 10
Excisurosque iii, 16
Excisurum iii, 18
Excitasse v, 2
Exclamat iii, 3
Excogitavit i, 20
Excussus iii, 25
Execrarentur i, 7
Execrari iii, 1
Execratæ iii, 3
Execrati ii, 29. iii, 25
Execratione i, 8
Execrationibus ii, 18
Execratus iv, 17
Exemerat iv, 3
Exempli ii, 22
Exemplo ii, 23. 26. 38. 40. iv, 22
Exemplum ii, 23. 25. iii, 1. 11. 23
Exequendum v, 6
Exequentibus ii, 38
Exequi vi, 3
Exercebantur iv, 5
Exercere ii, 7. iii, 1
Exercitium iii, 1
Exercitu i, 19. ii, 8. 14. 15. 21. 30. 32. 36. 41. iii, 8. iv, 2. 4. 6. 10. 21. v, 14. 15. vi, 10
Exercitui i, 16. v, 16
Exercitum i, 19. 20. 22. ii, 3. 5. 12. 14. 15. 16. 18. 19. 23. 27. 30. 33. 41. 47. 51. iii, 2. 4. 5. 16. 23. iv, 10. 17. v, 14. 16

Exercitus i, 16. 19. 22. ii, 4. 12. 13. 14. 31. 33. 35. 38. 39. 41. 48. 50. 52. iii, 13. iv, 4. 5. 13. v, 15
Exercituum i, 16
Exercuisse iv, 22
Exertius v, 5. 8
Exhaustos ii, 4
Exhibebantur i, 2
Exhibebat ii, 14
Exhibebatur ii, 14
Exhibente v, 10
Exhibeo iii, 21
Exhiberetur ii, 14
Exhibitam ii, 28
Exhibitis i, 2. vi, 5
Exigerent v, 17
Exiguo iii, 21
Exinde v, 10. 11
Existere iv, 15
Existerent ii, 5
Existeret iv, 8. 16
Existimans vi, 15
Existimantes v, 4. vi, 2
Exitialem v, 16
Exitio ii, 30. 31. iii, 25. iv, 19. v, 5
Exitium i, 11. ii, 29. v, 6. 9
Exitum ii, 24. iv, 15. vi, 15
Exornàt v, 8
Exornatum iii, 12
Exorsus i, 20. ii, 23. 51. iv, 22
Exorta iv, 10. vi, 3. 10
Exorto iv, 1
Exortum v, 14
Exosculantur v, 10
Exosculari iv, 11
Exosculati iv, 11
Expectandum v, 6
Expectantibus ii, 23. v, 1
Expectatione iv, 6
Expedire iii, 9
Expedito ii, 8
Expediunt iv, 21
Expergefacti ii, 46
Experiemini ii, 26
Experiri ii, 31. iii, 6
Expers ii, 6. 12
Expertem ii, 15
Experti v, 2. 14. vi, 1
Expertibus ii, 4
Expertus vi, 5
Expetens ii, 3
Expetentibus ii, 13
Expetere i, 19. ii, 30. iii, 23
Expirantem iv, 11
Explendum ii, 25
Explere iii, 21
Expletum ii, 45
Explicitis ii, 45
Exploratis i, 11
Exploratum ii, 37. 45. v, 4. vi, 7
Exponam i, 13
Exponens i, 6
Exponere i, 14. ii, 51
Exponerentur i, 6
Exponi iii, 27
Exponit v, 9
Exponunt ii, 27. v, 8
Exposcebat iii, 1. iv, 13
Exposcentibus ii, 27
Exposito ii, 50
Expostulante v, 14
Expostulare v, 14
Exposuere ii, 19
Exposuimus i, 18
Expugnare ii, 17
Expugnata ii, 18
Expugnatam i, 3
Expugnatis ii, 19
Expugnavere ii, 13
Expulsi v, 16
Expulsum vi, 4. 7
Expulsus vi, 2
Exsanguem iv, 11
Exsangues ii, 42
Exscindi iv, 15
Exscindit ii, 16
Exsectis iii, 7. v, 12
Exsectum i, 15
Exstructione i, 2
Exstructum iv, 15. v, 15. vi, 4
Exstruendum iv, 15
Exstruens v, 5
Exstruitur iii, 12. v, 11
Exstruunt iv, 13
Exsurgendi iv, 8
Externi vi, 15
Extincta ii, 43
Extincti iii, 6
Extinctis ii, 46
Extinctos v, 5
Extitisse iii, 25
Extollentes ii, 44
Extollere iii, 9
Extollunt iv, 22
Extorquere ii, 21
Extorta ii, 22
Extorum v, 7
Extrema ii, 29. 31
Extremas iii, 16
Extremum iv, 11
Extra ii, 43. iii, 3. 7. 18. 25. v, 5
Extracto iii, 6
Extulit ii, 2
Exturbare iv, 6
Exulandum v, 4
Exultatione i, 10

F.

Fabrefactum v, 5. 9
Fabricæ v, 9
Fabricatis iii, 1
Fabricatorem v, 11
Fabricatur i, 16
Facem iii, 26
Faceret v, 4
Facie i, 14
Faciem i, 22. ii, 46. iv, 5
Facienda iii, 24
Faciendo iv, 15
Faciendum iv, 3
Facies iii, 16
Facile ii, 15. 40. iv, 5. vi, 2
Facilius ii, 28. 48. v, 11
Facinora ii, 19. iv, 16. v, 14
Facinore i, 21. iii, 23
Facinoribus ii, 33. 44. iii, 21. iv, 20. v, 14
Facinoris i, 7. ii, 25. iii, 1. vi, 4
Facinus i, 3. 6. ii, 8. 22. 27. 45. iii, 25. iv, 4. 17. vi, 13. 15
Facis ii, 23
Facit i, 4. 8. 15. ii, 20. 33. 50
Faciunt iv, 3. 9
Facta ii, 4. 13. 25. 34. 44. iii, 9. v, 6
Factam i, 11
Facti i, 4. ii, 32
Factis iv, 8
Facto i, 10. ii, 30
Factum ii, 5. v, 6. vi, 10
Factura iv, 4
Facturos ii, 6. 18
Facturum ii, 52. v, 5
Factus ii, 9. 41. 42. iii, 14. 19. iv, 7. 13
Facultate i, 17
Facultatibus v, 2
Falsas i, 20
Falsis vi, 2
Fama i, 3. 12. ii, 28. iii, 16. iv, 1. 4. 14. v, 17. vi, 2. 18
Famæ iii, 20
Famam ii, 3
Familiariter ii, 50
Familiarium ii, 52
Famosa iv, 22
Fas vi, 9
Fastigii v, 5
Fastus iii, 26
Fata i, 14
Fatale v, 9
Fateretur v, 13
Fatigabantur ii, 33
Fatigabatur iii, 8
Fatigare i, 19
Fatigaretur i, 17. ii, 4
Fatigatio iv, 7
Fatigatis i, 5. ii, 30. 45
Fatigatum iv, 19. vi, 9
Fatigatus vi, 8
Fatum iv, 15
Fatur i, 19
Favilla iii, 14
Favor iii, 18
Favore ii, 19. iv, 20. vi, 6
Favorem ii, 52
Fecerat i, 20. iii, 20
Fecit ii, 23. 26. 48. 51. iii, 6. iv, 16. 22. vi, 6
Felicius iii, 18
Femur ii, 3. 40
Feram v, 2
Fere ii, 42. 47. iii, 1. vi, 8. 11
Ferebatur vi, 13
Feriendi iii, 1
Ferire iv, 9
Ferit iii, 8. iv, 12
Ferme v, 4
Ferox iii, 15
Ferre iv, 4
Ferret ii, 6. iv, 8
Ferro v, 15
Ferrum ii, 3. 49
Fert vi, 3
Fertur iv, 21
Ferunt i, 10. ii, 43. iv, 1. 8. 14
Fessi iii, 13
Fessis v, 12
Festinabant iii, 1
Festinabatur ii, 8
Festinantibus ii, 37. iv, 18. 20. v, 11
Festinarent i, 16. ii, 9
Festinaret i, 20. ii, 38
Festinatione i, 19. ii, 2. 11. iv, 7
Fidam ii, 13
Fide ii, 25. iv, 22
Fidebant ii, 12
Fidei i, 12. ii, 25. iv, 22. v, 2
Fideles ii, 18
Fidelis ii, 28
Fidem i, 9. 20. ii, 10. 16. 18. 20. 37. 47. iii, 3. 18. v, 1. 7. 10
Fidens iv, 2
Fides i, 20. iii, 3. v, 10
Fidis iii, 15
Fidissimis vi, 14
Fidissimos vi, 7. 13
Fidissimum i, 18
Fidos v, 8
Fiducia ii, 5. iv, 7
Fiduciam ii, 12. iv, 1. 20
Fidus vi, 8
Fieret ii, 46. iii, 16. v, 1
Fieri i, 3. 6. ii, 23. iii, 23. v, 6
Fiet ii, 22

Figebantur iv, 19
Figitur ii, 40
Filia i, 9. 20. ii, 17. 47. vi, 2. 3. 6. 7
Filiæ i, 1. 22. ii, 20. 28. iii, 2. 20. 24. 27
Filiam i, 19. 22. ii, 9. 16. 17. 18. 19. 28. iv, 22. vi, 5
Filiarum ii, 49. iii, 26
Filii ii, 12. 23. 35. iv, 21. v, 2. 16. vi, 14
Filiis ii, 20. 26. v, 13. vi, 5
Filio iii, 26. v, 2. vi, 5. 12
Filiorum i, 8. 12. ii, 13. 43. iii, 1. 2. 7. 15. 21. 26. iv, 7. 22. vi, 12
Filios i, 7. 9. 10. 11. ii, 6. 10. iii, 3. 14. 20. 22. 23. 25. iv, 22. v, 1. 5. 10. vi, 8
Filium ii, 37. iii, 26. 27. vi, 2. 6. 12. 15
Filius i, 3. 15. ii, 18. iv, 4. vi, 2. 6. 9
Finem ii, 23. 26. 48. 51. iii, 6. 26. iv, 16. 22. v, 2. 3. 4. 9. 10. vi, 6
Fines ii, 26
Finibus ii, 26
Finire iv, 19
Finis i, 20. ii, 22. 41. iii, 14. 19. iv, 2. 5. 7. 18. v, 6. 8
Finitimæ ii, 25
Finitimas ii, 13
Finitimi ii, 16
Finitimis ii, 8. 27
Finitimo iv, 2
Finitimos iii, 15
Finito v, 1
Firmarent v, 10
Firmatique v, 15
Firmatores v, 10
Firmavere ii, 10. 47
Firmissimus i, 22
Firmo ii, 47. iv, 16
Fisi iii, 21
Fit iv, 5. v, 17
Fite ii, 26
Flagitare ii, 30
Flamma iii, 26. v, 7
Flantibus i, 4
Flatus i, 22
Flectere i, 19
Flens i, 9
Fletu iii, 26. v, 3
Fletum iv, 1. v, 9. vi, 15
Fletus v, 2
Flexum iii, 11
Flexus ii, 52
Fluitantes vi, 1
Flumen iii, 15. iv, 9
Flumine iii, 14
Fluvium iv, 3
Fluxa iii, 3
Fluxere iii, 2
Fluxerunt ii, 30
Fodit iii, 10
Fœda iii, 10
Fœdam ii, 46
Fœdandum iii, 23
Fœdantes iv, 1
Fœdari i, 21
Fœdatum ii, 27. v, 12
Fœdatur iii, 16
Fœde iii, 14. v, 12
Fœdere ii, 41
Fœderis ii, 22
Fœdus v, 10
Fœmina v, 2. 15
Fœminam iv, 3
Fœminarum v, 13
Fœminas i, 3
Fœmineo iii, 26
Fœminis iii, 9. iv, 1. 3. v, 11. 13. vi, 7
Fœta iii, 26. vi, 13
Foras v, 5
Foratum iv, 6
Foris vi, 2
Forma i, 7. 22. iv, 9. v, 9. 13
Formæ ii, 32. iii, 25. vi, 14
Formatis iv, 5
Foro v, 7. 10
Forti iv, 15
Fortia ii, 13. 25. 34. 44. iii, 9. iv, 16
Fortibus iv, 15
Fortiorem iv, 15
Fortissimam iv, 15
Fortissimo iv, 5
Fortium v, 14
Fortuna ii, 41. 44. iii, 8. 14. iv, 5. 8. v, 2. vi, 5. 15
Fortunæ iii, 21. iv, 8
Fortunam iii, 10. 20. 25
Fortunarum vi, 8
Fortunas iii, 20. vi, 12
Forum i, 15
Fractas iii, 16
Fracti ii, 47
Fractis iii, 17
Frater i, 1. 13. ii, 3. 22. 35. vi, 2
Fraternæ ii, 3. 27. vi, 10
Fraterni ii, 25
Fratre i, 14. ii, 5. 7. iii, 8
Fratrem ii, 6. 39. iv, 12. v, 16. vi, 2. 4. 8
Fratres iii, 25. v, 9. vi, 5
Fratri ii, 22
Fratribus i, 8. iv, 9
Fratris vi, 10
Frequentem ii, 41
Frequentes ii, 45
Frequentibus ii, 11
Fretus ii, 28. 48
Frontibus ii, 2. 38

Fructum v, 2
Fructuum ii, 16. vi, 11
Frugibus vi, 11
Frugum vi, 11
Frumenta i, 23. ii, 41
Frumenti i, 17. v, 14
Frumentum ii, 18. 19
Frustra i, 11. ii, 15. 37. 41. iv, 4
Fuga ii, 1. iii, 8. 16. iv, 3. 5. 9. 17
Fugam i, 20. ii, 12. 27. 39. iv, 3. 9. 12
Fugant iii, 13
Fugarentur ii, 12
Fugatis ii, 3
Fugatus iii, 6
Fugavere ii, 14
Fugere ii, 12. iii, 4
Fugientem ii, 1. iv, 18
Fugientes ii, 3. 43. iv, 7. 20
Fugientibus ii, 42. iii, 6
Fuisse ii, 5. iii, 23. 26. v, 6. 9
Fuissent i, 9. iv, 1
Fuisset v, 15
Fulmina i, 21
Fulmine vi, 1. 11
Fulminum vi, 11
Functus i, 1
Fundens iv, 5
Fundere iii, 6
Fundi iii, 4
Fundit iii, 4. 5
Fundunt iii, 13
Funere iv, 1. 21
Funeri i, 19. iv, 1. 13
Funeris iii, 27
Funerum iii, 25. iv, 8. v, 12
Funestum iii, 16
Funis ii, 15
Funus ii, 15. iii, 12. iv, 21. v, 16
Fusi iii, 8
Fusis ii, 42. iv, 18
Futura vi, 5
Futuri iv, 6
Futuris v, 2. 3
Futurorum i, 15. ii, 30
Futurum v, 2

G.

Galearum iv, 5
Ganymedem ii, 26
Ganymedes iv, 22
Gargarum ii, 27
Gaudio ii, 52
Geminato iv, 11
Gemitu ii, 20. iii, 9. 11. iv, 11. v, 12
Gemitum iii, 8. 11. v, 3
Gemitus iv, 9
Genas ii, 51
Genera iii, 10. v, 17
Genere i, 6. 20. ii, 9. iv, 4. 5
Generis i, 9. ii, 5
Genibus ii, 13. 19. 42. 50. iii, 22. 24
Genita i, 9
Genitam iii, 5
Geniti i, 1. 14. ii, 35
Genitore ii, 35
Genitos ii, 5. iv, 22
Genitum iv, 22
Genitus i, 1. 13. ii, 3. 4. 5. 35. 45. iii, 14. iv, 15. v, 16. vi, 15
Gens iii, 15. v, 2
Gentes ii, 31. 36. iii, 1. 16. 23. iv, 1. v, 17
Gentibus iv, 1
Gentis iii, 10
Gentium i, 6
Genua iii, 21. 27
Genuerant i, 1
Genuisse i, 9. iv, 22
Genus i, 21. v, 15
Gerebantur v, 7. vi, 7
Gerebat iii, 14
Gerebatur ii, 20
Gerens vi, 15
Gerere vi, 15
Gererent v, 7
Gereret i, 9. v, 9
Gergitham ii, 27
Germanum i, 16
Geruntur ii, 9
Gesserat ii, 17. iii, 9. vi, 9
Gesta i, 12. 13. ii, 27. 44. 47. 49. iii, 15. 16. iv, 1. 22. v, 2. 6. 8. 9. vi, 6
Gestæ iv, 20
Gestam iv, 10. v, 14
Gestantes iv, 20
Gestientes iv, 12
Gestiunt iii, 21. v, 2
Gestum iii, 2. v, 12
Gladiis i, 15. iii, 7
Gladio ii, 40. iv, 11. 17
Gladium ii, 49
Glauca v, 16
Glaucen ii, 13
Glauco v, 2
Glaucum iii, 4. 26
Glaucus ii, 35. 38. 43. iv, 7
Globus ii, 40
Gloria i, 14. ii, 3. 12. 40
Gloriæ ii, 16
Gloriam i, 16. ii, 4. 18. 25. 38. 43
Gloriosus ii, 35
Gnosius v, 17
Gorgithione iii, 8
Gradu ii, 40. 45. iii, 4
Græci i, 6. ii, 10. 11. 12. 13. 19.

25. 33. 37. 44. 48. iii, 1. 4. 9. 13. 23. iv, 5. 6. 8. 9. 12. 13. 15. 18. v, 2. 4. 6. 8. 10. 11. 12. 16. 17
Græcia i, 4. 16. 21. ii, 26. v, 9. vi, 2
Græciæ i, 1. 2. 3. 18. 20. ii, 8. 22. iii, 21. iv, 1
Græciam i, 11. 12. 18. ii, 5. 8. 9. v, 16. vi, 2. 4
Græcis ii, 2. 5. 13. 14. 15. 25. 30. 38. 48. iii, 11. iv, 1. 4. 7. 15. 18. 22. v, 1. 2. 6. 10. 11. 17
Græcorum ii, 20. 24. 25. 32. 33. 37. 41. iii, 14. iv, 5. 18. v, 6. 7. 8. 17
Græcos ii, 6. 10. 11. 12. 13. 16. 18. 21. 22. 34. 47. 51. iii, 1. 13. 16. 17. 22. 23. iv, 7. 22. v, 1. 4. 6. 10. 16
Graii ii, 42. 46. 47. iii, 4
Grande i, 11. 12. 15
Grassandi ii, 30
Grassari i, 19
Grata ii, 14
Gratam iii, 3
Gratia i, 10. 11. 16. 18. ii, 8. 10. 12. 25. 40. iii, 17. 23. iv, 11. 22. vi, 4
Gratiam i, 20. ii, 5. 9. 10. 18. 20. 23. 48. iii, 27. v, 2. 15
Gratias ii, 47
Gratulantem ii, 5
Gratulantes v, 10
Gratulari iv, 11. vi, 15
Gratulatio iv, 14
Gratulatione vi, 2. 9
Gratulationis ii, 6
Gratulatum vi, 12
Gratum ii, 29
Gravaretur iv, 20
Grave iii, 1. v, 2
Gravia ii, 48
Gravidam i, 9. ii, 26
Graviora ii, 28
Graviores iii, 23
Gravis iv, 6
Gravissimus ii, 30
Graviter ii, 38. iv, 3. 6. vi, 15
Gregum ii, 27
Gremio iii, 20
Gressu ii, 47
Gubernaculis iii, 26
Gubernatoris vi, 4
Guneus i, 17. iii, 14

H.

Habe iii, 21
Habeat iii, 27
Habebat ii, 2. vi, 13
Habebatur i, 16
Habendam ii, 13. v, 3
Habens i, 7. ii, 41. iii, 4
Habentes i, 10. ii, 20. vi, 11
Habere ii, 21. iii, 3. 16
Haberet iv, 15. v, 3
Haberi ii, 20. iii, 16
Habitam ii, 47
Habito v, 6. 8. 16
Habita iii, 24
Habitum iii, 26
Habituram v, 8
Habitus i, 8. ii, 36. v, 4
Habuerat i, 1. ii, 18. 26. 31. 34. iii, 4. vi, 5. 10
Habuere i, 1. 2. ii, 41. v, 13
Habuisse i, 9
Habuisset ii, 29
Habuit i, 11. ii, 20. 33. 37. iv, 12
Hac v, 2
Hactenus ii, 26. v, 13
Hæserat iii, 1. iv, 1
Hæsitant ii, 41
Hæsitatione i, 21
Hasce iii, 21
Hasta iii, 4. 8. 10. iv, 3. 17
Hastam ii, 40
Hastarum iii, 1. 12
Hastile vi, 15
Haud iv, 1. 4. 13. 19. 20
Hausi (nos Ausi) ii, 43
Hector ii, 25. 32. 39. 42. iii, 2. 3. 4. 5. 6. 8. 10
Hectore iii, 16. 21. v, 3
Hectorem ii, 25. 43. 44. iii, 2. 15. 28. iv, 2
Hectoris iii, 16. 17. 22. 27. iv, 1. v, 8. 16. vi, 12
Hecuba i, 9. 10. iii, 2. iv, 1. v, 8. 13. 16
Hecubæ i, 9. 10. ii, 27. 35. iii, 2. 20. iv, 12
Hecubam i, 9. iii, 26
Helena i, 3. 7. 12. ii, 22. 25. iv, 23. v, 2. 4. 5. 12. 13. 14
Helenæ i, 10. 20. ii, 5. iii, 23. iv, 1. 21. v, 2. 4. 12
Helenam i, 4. 7. 9. 10. ii, 20. 21. 25. iii, 25. 26. iv, 22. v, 14. vi, 4
Helenum iv, 18. 21
Heleno v, 9. 10. 11. 16
Helenus ii, 38. iii, 6. v, 9
Hellespontum ii, 8
Hemera vi, 10
Hemeram vi, 10
Hercule i, 14. ii, 4. 22. 26. iv, 16
Herculem iv, 22
Herculis i, 14. ii, 4. 5. iii, 1. iv, 19
Hermionæ vi, 12. 13
Hermionæ vi, 13
Hermionam vi, 4. 10. 13
Herois iv, 15

Hesiona i, 9
Hesionæ iv, 22
Hesionam iv, 22
Hicetaonem iv, 22
Hierapolim ii, 16
Himera vi, 10
Hippodamanta iii, 7
Hippodamia ii, 17. 33. 34. 49. 51. iii, 12
Hippodamiam ii, 19. 33. 36. 49. iv, 15
Hippolochi ii, 35. 48
Hippothoo iii, 14
Hippothoum iii, 7
Hippothous ii, 35
Hodiernum iii, 25
Homines ii, 30. v, 2
Hominibus iii, 26
Hominum iv, 5. 11. 12. v, 11. vi, 10. 13
Honestam iv, 13
Honesti i, 6
Honesto ii, 23
Honoratissimum iii, 19. v, 9
Honoratur ii, 44
Honore i, 19. v, 10
Honorem i, 23. ii, 19. iii, 2. 17. v, 13. 15
Honori v, 14
Honorifica ii, 47
Honoris ii, 33. 48. v, 12
Horas iii, 2
Horrendam iv, 5
Hortantibus v, 5
Hortari ii, 25
Hortatu i, 9. iv, 17. vi, 6
Hortatur i, 9. ii, 9. 37. 50. iii, 5. 10. 17. v, 7. 9. vi, 13
Horum v, 2
Hos ii, 35. iii, 1
Hospitalis i, 6
Hospite ii, 20
Hospitem ii, 22
Hospitii i, 6. ii, 5
Hospitio i, 3. 15. ii, 6. 6
Hospitium iii, 1
Hospitum vi, 5
Hoste ii, 40. 41. iv, 14
Hostem ii, 22. 41. 43. 45. iii, 5. 7. 15. 26. iv, 11. 17. 20. v, 3
Hostes ii, 3. 11. 17. 42. 43. iii, 12. iv, 5. 20. v, 6. 11
Hosti ii, 40. iv, 19
Hostiam i, 22. ii, 49
Hostiarum i, 2
Hostibus i, 5. ii, 11. 12. 32. 36. 37. 46. iii, 9. 10. 25. iv, 10. 13. 18. v, 2. 9
Hostile ii, 12. 42. 44. iv, 11
Hostiles v, 14
Hostili iii, 23
Hostilia ii, 9. 28. iii, 14. 16
Hostilibus ii, 48
Hostiliter ii, 5. 16. 27. 41
Hostis ii, 42. iii, 17. iv, 5. 6. 7. 9. 11. 22. vi, 8
Hostium ii, 1. 2. 12. 13. 18. 26. 27. iii, 4. 6. 8. 16. 23. iv, 5. 7. 20. v, 13. 16
Humana ii, 13. vi, 14
Humanæ iii, 23
Humanarum i, 23
Humandi iv, 8
Humani ii, 15
Humanitatis iii, 23
Humano v, 2
Humanum vi, 14
Humatio ii, 12
Humeris ii, 2. iii, 20. iv, 11
Humi ii, 40. iii, 4. 8. 11. 14. 20. iv, 11
Humo iii, 11
Hybernis iii, 4
Hydræ iv, 19
Hyematum ii, 7
Hyemem iii, 1
Hyemis ii, 41. 42. v, 17. vi, 8
Hyrtaci ii, 35
Hyrtaco iii, 14

I.

Jacere ii, 42. vi, 9
Jaceretur iv, 3
Jaci iv, 5. 9
Jacit iii, 14
Jaciunt iii, 13
Jactari iii, 3
Jactatione iii, 3
Jactatum ii, 6
Jactis iii, 7
Jactum ii, 40. iii, 4. iv, 5
Jaculatur ii, 40. vi, 15
Jaculatus ii, 3. iii, 6
Jaculi ii, 40. vi, 15
Jaculis ii, 40. iii, 1. 13
Jaculo i, 19. iii, 6
Jaculum vi, 15
Ialisum iv, 4
Ialmenus i, 13. 17. iii, 12
Icti iv, 6. vi, 11
Ictibus iii, 7
Ictu iv, 11. vi, 11. 15
Ictum ii, 40. 43. iii, 4. vi, 15
Ictus ii, 2. 3. 11. 27. 40. iii, 10. 13. iv, 7
Ida i, 1. iv, 13

Idæo ii, 27. iv, 10
Idæum iv, 10
Idæus ii, 27. v, 6
Idam iii, 12. 26
Idomenei v, 17. vi, 4
Idomeneo ii, 19. 43. iii, 19. iv, 6. 7. vi, 2. 5
Idomeneum i, 19. iv, 6. vi, 8
Idomeneus i, 1. 18. 17. ii, 32. iii, 4. 14. iv, 22. v, 10. vi, 6
Idoneas vi, 2
Idonei ii, 22
Idoneis ii, 41
Idoneos vi, 3
Idoneum ii, 23
Ierant ii, 12. 46
Ierat ii, 8. iv, 3. vi, 13
Iere iii, 12
Ierit vi, 10
Ignara ii, 37
Ignaros ii, 37
Ignem ii, 13. 42
Ignes v, 8
Igni ii, 2. 4. 15. 22. 41. 44. iii, 9. 12. iv, 8. v, 6. 8. 12. vi, 1
Ignibus iii, 26
Ignis ii, 44. v, 7
Ignobiles v, 16
Ignorare i, 6. ii, 23
Ignoratis ii, 22. 26
Ignoratum iv, 15
Ignoraverant iii, 15
Ignoraverit ii, 5
Ignoscere ii, 34
Ignotorum iii, 7
Iisque i, 18
Ili i, 6. iv, 1
Ilienses ii, 37
Iliensibus ii, 27
Ilii i, 9
Ilio ii, 22. iii, 23
Ilioneus iv, 7
Ilium i, 15. v, 6. 14. 15
Illa i, 9. ii, 50. iii, 22
Illata vi, 5
Illatam ii, 36. vi, 5. 15
Illaturos i, 12
Illatus ii, 44
Ille ii, 30
Illecebris vi, 5
Illecta iv, 2
Illectum ii, 37. iv, 14
Illi ii, 46. iii, 1. 21. 25. vi, 13
Illicientes vi, 5
Illicito i, 20
Illico vi, 9
Illinc iii, 1
Illis ii, 2. vi, 7
Illisa ii, 40
Illo iv, 1. 15
Illorum i, 9
Illuc iii, 3
Illud ii, 26. v, 2. vi, 7
Illudere iii, 10. iv, 12
Illum iii, 11
Illustribus vi, 6
Ilum iv, 22
Ilus iv, 22. v, 5
Ima v, 11
Imbellibus iv, 15. v, 13
Imbellium iii, 14
Imbellum ii, 15
Imbribus ii, 41
Imbrium i, 21
Imbutos iv, 22
Imitati ii, 21
Immani ii, 43
Immaturam iv, 9
Immemores ii, 51
Immensum v, 11
Immersa vi, 11
Imminentia iv, 18
Imminere iv, 20
Imminutæ v, 2
Imminutum v, 2
Immissum vi, 15
Immittit v, 7
Immodica ii, 20
Immodico i, 9. vi, 4
Immolant i, 22
Immolare i, 21
Immolari i, 22
Immolavisset i, 19
Immolati v, 8
Immolatio ii, 14
Immolatione i, 2
Immolationibus i, 15. ii, 10. iii, 1
Immolationis i, 20
Immortales ii, 22
Impatientia i, 14
Impedientibus ii, 11. iii, 5
Impedimento ii, 10
Impediret iii, 24
Impediri v, 11
Impedita ii, 43
Impediri v, 11
Impedito ii, 43
Impeditosque iv, 7
Impendentis iii, 21
Impensius v, 11
Imperabatur v, 8
Imperarentur iii, 24
Imperassent ii, 13
Imperat iii, 15. 17. v, 8
Imperator ii, 1. 35. iii, 10
Imperatore ii, 47

Imperatores iii, 16
Imperatorum ii, 48
Imperatum ii, 49
Imperfecto i, 11. ii, 29. v, 17
Imperfectum iv, 15
Imperia ii, 38. 46
Imperitabant i, 1
Imperitabat ii, 17
Imperitans ii, 35
Imperitantes iv, 12
Imperitare ii, 5
Imperiis i, 12
Imperio i, 1. ii, 26. v, 6. vi, 9
Imperium ii, 15. 35. vi, 14
Impetrandi iv, 1
Impetrare ii, 21
Impetrati iii, 27
Impetraturus ii, 48
Impetraverit iii, 3
Impetu ii, 39. 40. 46
Impetum i, 8. iii, 6
Impietatis i, 6. ii, 22
Impigre ii, 3. iii, 5. iv, 5
Impleretur i, 20
Implicari iv, 7
Implicatis vi, 1
Imploraverant v, 13
Imponunt ii, 6
Importandi ii, 9
Importunum vi, 11
Imposita v, 12
Impositis vi, 1
Imposito iv, 4. 13. 15
Impositum iii, 12
Impositus iv, 22
Impossibilia v, 6
Imprecari iii, 23. v, 16
Impressa iii, 11
Improviso i, 20. ii, 42. iii, 15. vi, 11
Improvisus iii, 6
Imprudens i, 19
Impudentem v, 16
Impugnatus v, 15
Impugnaverant v, 15
Impulit iv, 6. v, 8
Incassum iii, 18. iv, 19
Incedens ii, 40
Incenderentur iv, 4
Incenderetur vi, 2
Incendiis ii, 42. v, 12. 13
Incenditur iii, 8
Incensa ii, 18. vi, 1
Incensæ iv, 5
Incensique ii, 1
Incensis i, 5. v, 6. 12
Incensos ii, 45
Incepti ii, 9
Incepto ii, 5. 9. 10. 13. iv, 20
Incepturos ii, 37
Incerto iii, 16
Incertum ii, 30. iii, 15. 26
Incesserat ii, 42. iii, 1. iv, 8. 14. v, 13. 17
Incessit iv, 10
Inchoando ii, 26
Incidente ii, 45
Incipere ii, 21
Incipientes ii, 11
Incipientibus ii, 10
Inclamans i, 22
Inclinatione iii, 10
Inclyta iii, 15. iv, 1
Inclytam iv, 15
Inclytis ii, 21. iii, 8
Inclyto iii, 16
Inclytum v, 15. vi, 15
Incœpta v, 11
Incœpto iv, 5
Incœptum i, 21
Incogniti iv, 5
Incognitos vi, 7
Incolarum ii, 28
Incolebant vi, 10
Incolis i, 22. ii, 27
Incolumem iii, 25
Incolumis iv, 22. v, 2. 14
Incolumitate v, 2
Incolumitatem ii, 33
Incommodam v, 16
Incommodo ii, 32
Incommodum ii, 6
Incompositos iii, 10. 13
Inconditis i, 8. ii, 35
Incondito iii, 23
Inconditum iii, 10
Inconsulta i, 14. iv, 11. v, 6
Inconsultæ ii, 44
Inconsulto i, 5
Inconsultum ii, 21
Increpare ii, 50
Increpatis iii, 8
Increpitum vi, 9
Incubet v, 2
Incuria i, 16
Incuriosi ii, 42
Incurrisse vi, 5
Incurrunt ii, 3. 11
Incursantesque iii, 13
Incursarent ii, 9
Incursent ii, 13
Incursione ii, 1
Incursiones ii, 13
Incusare ii, 5. 6. 50. iv, 4
Incusserat iii, 11
Incuteret i, 6
Incuteretur ii, 28
Indies ii, 22. 26. 28. 30. iii, 25
Indigna ii, 33. vi, 1. 5

Indignantibus i, 7. ii, 40
Indignari v, 8
Indignatio iv, 10
Indignatione i, 4. ii, 23. 31
Indignationem i, 4. 6
Indignatos v, 8
Indignatus ii, 9. 36. iv, 9. 15. v, 15. vi, 3
Indigne i, 5. 8. 11. ii, 23
Indignissimum i, 3. 11. 29. iii, 25
Indigno ii, 15
Indignum iv, 4. vi, 15
Indignus iv, 16
Indomita iii, 15
Indorum iv, 4
Induci (nos Duci) v, 11
Inducias ii, 47. iv, 10
Induciis ii, 4
Industria ii, 19. 36. v, 14
Industriæ i, 14. ii, 19. v, 14
Industriam ii, 2. vi, 5
Induxere v, 11
Inerant v, 7
Inermem iv, 11
Inesset i, 6
Ineunt ii, 15. iii, 4
Infando ii, 30
Infausta iii, 23. v, 16
Infausti iii, 25
Infecta v, 2
Infectæ iv, 10
Infectis i, 8
Infelicissimum iii, 21. vi, 15
Infensus iv, 12
Inferendam vi, 15
Inferendi iii, 23
Inferendis ii, 26
Inferendo v, 2
Inferens i, 6
Inferias iii, 14. v, 18
Inferiores iv, 4
Inferioribus iii, 1
Infestabant vi, 2
Infestabat ii, 18
Infesti v, 2. vi, 5
Infestis ii, 11
Infesto iii, 6
Infestum ii, 30
Infestus ii, 3. iv, 22
Infortunia i, 22
Infrequentes ii, 42
Ingemiscerent v, 15
Ingemisceret v, 3
Ingenii ii, 2. 15
Ingenio ii, 48
Ingenium vi, 2
Ingens i, 21. ii, 37. v, 5. 7. 14. 15. 17
Ingenti i, 13. ii, 19. iv, 5. v, 9
Ingentibus iv, 4
Ingentis iv, 5
Ingerere v, 16
Ingesta iv, 22. vi, 4
Ingravescente ii, 30
Ingravescentibus iii, 25
Ingravescit iii, 2
Ingredi iii, 15
Ingreditur ii, 52. iv, 11
Ingressi iii, 14. iv, 11. v, 8. vi, 6
Ingressis ii, 23. iii, 21. v, 1
Ingresso iii, 24
Ingressos ii, 50
Ingressu ii, 43
Ingressum v, 11
Ingressus ii, 18. 27. 41. 46. iii, 7. iv, 22
Ingruebat v, 17
Ingruens ii, 40. iv, 6. 20
Ingruentem iii, 8
Ingruentes iv, 5
Ingruentibus ii, 3
Ingruentium vi, 15
Ingruerat iv, 6
Ingruere v, 9
Ingrueret i, 22. iii, 9. iv, 9
Inguina iv, 7
Inhabitantes vi, 9
Inhabitare ii, 14
Inhæserat iv, 13. vi, 18
Inhiantes iii, 23
Injectis iv, 21
Injecto vi, 2
Inimica ii, 28
Inimicis ii, 48
Inimicissimi iii, 15
Inimicissimos vi, 3
Inimicissimum ii, 39. iii, 6. vi, 9
Inimicissimus iii, 24
Inimicitias i, 15. ii, 26. iii, 26
Inique vi, 9
Iniquissimos ii, 23
Iniquitatem vi, 7
Iniquitatis v, 2
Iniquum i, 6
Inire ii, 21. 35. vi, 8
Inisse iv, 13
Inita v, 13
Initio ii, 7. 8. iii, 23. 26. v, 1. 4. 10
Initium ii, 9. 26. iv, 21. v, 13. vi, 5
Initum iv, 6
Injuria i, 6. ii, 23. 51. vi, 12
Injuriæ i, 6. ii, 20. 34. v, 13. vi, 2
Injuriam i, 4. ii, 1. 23. 30. 34. 36. vi, 6
Injuriarum ii, 39
Injurias i, 4. 7. ii, 37. vi, 7
Injuriis ii, 21. 26. iv, 22
Innitebatur iii, 20
Innocentiam v, 1
Innoxiam ii, 13

Innoxii ii, 22. 52
Inquietudine i, 22
Inquietum ii, 24
Inquirendi v, 13
Inquisitionem vi, 8. 13. 15
Inquisitum vi, 9
Inquit i, 6. iii, 21. iv, 11
Insectari iv, 22
Insecuta i, 13. iv, 8
Insecutam iv, 22
Insecuti i, 9. 14. 19. ii, 39. iv, 3
Insecutis i, 2
Insecutus i, 13. iii, 6. iv, 19. 20. vi, 8
Insederant iii, 9
Insederat ii, 33
Insequentibus iii, 14. iv, 12
Insequerentur ii, 3
Insequeretur ii, 3
Insequetur ii, 26
Insequi iii, 20
Insequuntur ii, 29
Insidiandi iii, 17
Insidiarum iii, 1
Insidias i, 5. 11. ii, 21. v, 2. 5. 16. vi, 3. 7. 8. 13
Insidiatum iii, 15
Insidiatus vi, 4
Insidiis ii, 12. 15. iv, 11. 14. 22. v, 4. 15. vi, 2. 3. 13. 14
Insidiosa ii, 22. 25. iii, 10
Insigne vi, 15
Insignes i, 14
Insigni ii, 51
Insignibus ii, 45
Insignium iv, 4
Insimulari i, 6
Insinuans ii, 9
Insistens ii, 43
Insistente iv, 10. 13
Insistere ii, 41
Insolentia iii, 10
Insolentiæ iii, 14
Inspectantium v, 12
Inspectatis iii, 9
Inspecto ii, 6
Insperabile i, 20
Inspicientes i, 2
Instandi iii, 14
Instantem ii, 33
Instantes iii, 8. 13. iv, 7
Instanti ii, 3
Instantibus ii, 11. 38
Instantis vi, 12
Instar i, 22. ii, 3
Instaretur ii, 2
Instat iii, 10
Instatur iv, 19
Instigante iii, 26
Instructa iii, 1. v, 11
Instructæ iii, 4
Instructam i, 17. ii, 9
Instructas i, 17. ii, 42
Instructi ii, 9. 32. iii, 17. iv, 5. 6. 9
Instructis ii, 36. iv, 17
Instructo ii, 8. 41. iv, 2
Instructus i, 18. ii, 36. iv, 14
Instruere v, 6
Instruit ii, 11. iv, 2
Instrumenta i, 16
Instrumentis v, 17
Instrumento i, 4
Insula i, 2. vi, 3
Insulæ v, 17. vi, 15
Insulam i, 3. ii, 14. iv, 4. vi, 4. 11. 15
Insularum vi, 5
Insulas vi, 5
Insulis i, 17
Insultatione iii, 16
Intacta ii, 49. iii, 19
Intactis iii, 26
Intacto ii, 43
Intactus iii, 7
Integra ii, 22
Integro iv, 1
Integrum ii, 26
Intelligi v, 8
Intelligit iii, 5. vi, 4
Intenta ii, 4
Intentato ii, 37
Intenti iii, 1. 13
Intentus ii, 51. iii, 8
Intercedendi ii, 26
Intercederet ii, 5
Intercederetur ii, 40
Intercedi iv, 6
Intercepisse v, 12
Intercepta vi, 10
Intercesserat ii, 6. 20
Intercessu v, 14. vi, 4. 9. 10
Intercessum ii, 40. v, 14
Intercipit vi, 15
Interdum iii, 3
Interea ii, 43. 48. iii, 9. 23. iv, 1. vi, 4
Interemti iii, 10
Interemtis ii, 41
Interemturum iii, 3
Interemtus vi, 15
Interesset i, 20. v, 1
Intereunt vi, 11
Interfecerit vi, 3
Interfecit ii, 12
Interfectam iv, 3
Interfecti ii, 4. 17. 38. iv, 7. 17
Interfectis ii, 2. 14. 27. iii, 10. iv, 3. 20
Interfecto ii, 17. iii, 8. 9. 21. iv, 1. 7. 13. 14. v, 11. vi, 10
Interfectum v, 15

Interfectus iii, 14. iv, 15
Interficere ii, 46. vi, 15
Interficeret iii, 26
Interfici v, 14
Interficiat vi, 8
Interficiendo ii, 15
Interficiendos iii, 3
Interficiendum ii, 40
Interficit ii, 14. 16. 18. iii, 4. 6. 7. 15. iv, 12. 17. 19. vi, 2. 8. 15
Interficitur ii, 2. iv, 6. 7
Interficiunt ii, 45. iii, 7. vi, 3. 6
Interficiuntur v, 13
Interfuerant v, 12. vi, 7
Interfui i, 13
Interjacet ii, 38
Interjaciens i, 6
Interibat ii, 30
Interierat vi, 4
Interierit vi, 10
Interiit ii, 15. 17. vi, 4. 6
Interimendo vi, 13
Interire v, 8
Interirent v, 12
Interitu i, 23. iii, 16. 21. iv, 13. v, 2. vi, 13
Interitum iii, 8. 17. v, 4. 12. vi, 8
Interitura vi, 11
Interiturum vi, 14
Interitus iii, 9. iv, 8. v, 2
Interius ii, 45
Intermisso v, 11
Intermitteretur ii, 36
Internecandum iii, 26
Internecionem i, 6
Interponendam iv, 16
Interponi i, 15
Interposita i, 12. ii, 25. 30. iv, 10
Interpositis ii, 4. v, 11
Interposito ii, 47
Interpositum iv, 17
Interpretandi vi, 14
Interpretibus vi, 15
Interrumpens i, 6
Intersim v, 2
Intervenerant v, 12
Intervenerat v, 10
Intervenire vi, 14
Interventu i, 8. v, 10. 17. vi, 5
Intestinis vi, 2
Intravisse iii, 25
Intrepida i, 22
Introduci ii, 23
Intueri iii, 22
Intulere ii, 19
Intus ii, 34. v, 2. 6. 15
Invadendi ii, 39
Invadere ii, 37. 42
Invaderet iii, 6
Invadit i, 19. ii, 3. 11. 30. iv, 5
Invadunt ii, 13. 46
Invalidum iii, 7
Invalidus ii, 47. vi, 15
Invaserat vi, 11
Invasere ii, 8. 13
Invasuros iii, 16
Invectus iii, 4
Inveniri v, 3
Inventurum ii, 40
Investigandum vi, 10
Investigationem vi, 13
Invidiæ ii, 15
Inviolatam ii, 49
Inviolatis iii, 26
Inviolatos i, 11
Inviolatum iv, 1. v, 11
Inviolatus ii, 22
Invisa v, 4
Invitantur iii, 25
Inultos v, 12
Invocantes ii, 10
Io ii, 26
Joco v, 11
Iolcium vi, 8
Iolcorum ii, 26
Jove i, 1. 9
Jovem v, 10
Jovis v, 12
Iphicli i, 14
Iphigeniæ i, 22
Iphigeniam i, 20. ii, 7
Ira i, 4. 11. ii, 1. 30. 40. 49. iii, 3
Iracunde ii, 26
Iracundia i, 20
Iracundiæ ii, 21. 50
Iracundiam iv, 18. v, 8
Iram i, 19. ii, 30. v, 4
Irane i, 19
Iras ii, 48. v, 16
Ire ii, 5. 24. 28. 37. iv, 22. vi, 1
Irent ii, 48
Iret iii, 2
Iri ii, 26
Irruentes ii, 46
Irruere iii, 26
Irruerent iii, 12
Irrueret iii, 17
Irruisse ii, 2
Irrumpunt i, 8. ii, 24. iv, 5
Irruunt iv, 20
Ismarum v, 15. vi, 5
Isus iii, 14
Iter ii, 18
Iterato ii, 21
Ithaca i, 17. vi, 6
Ithacam vi, 7. 15
Itinere ii, 45. iii, 26. iv, 16
Itineris iv, 21
Itum ii, 1
Iturum ii, 48

Jubent ii, 6. 45. v, 11
Juberetur i, 22
Jubet i, 5. 6. 15. ii, 5. 23. 35. 42. 49. iii, 14. 27. iv, 9. 22
Jucundum v, 2
Judicio v, 14
Judicium vi, 4
Jugi ii, 4. 16
Jugis iv, 4
Jugulari iii, 14
Jugulat v, 12
Jugulum iv, 6
Junctam ii, 5. vi, 13
Juncti i, 13. vi, 2
Junctis vi, 8
Junctos ii, 5
Junctum iii, 26
Junctus iv, 22
Junonis i, 16
Jura ii, 22. iv, 22
Jurare v, 40
Jurat ii, 49
Jure v, 2
Jurisjurandi ii, 30. v, 10
Jus ii, 2. 21. v, 16
Jussa ii, 33
Jusserat v, 14
Jussu i, 1. iv, 17
Jussus v, 2
Justa iv, 13. v, 6. vi, 13
Justam iii, 23
Justis iv, 8
Juvat v, 17
Juvene iii, 25
Juvenem iv, 11. vi, 13. 15
Juveni iii, 12. iv, 10. 16
Juvenibus vi, 8
Juvenis iii, 24. 27. iv, 16. vi, 4. 8. 15
Juventus i, 16
Juventutem iii, 21
Juxta ii, 38. 50. iii, 8. 22. iv, 15. vi, 9
Ixæus vi, 11

L.

Labantis iii, 25
Laborantibus iii, 4
Laborantium iv, 5
Labore iii, 13. iv, 13. v, 14
Laboribus ii, 34
Laborum ii, 5. 19
Lacedæmona vi, 4
Lacedæmonam i, 5. 12
Lacedæmonem i, 9
Lacedæmonia i, 17
Lacerabat ii, 29
Lacerare v, 15
Lacessentes iv, 9
Lacessentis ii, 39
Lacesseret ii, 39
Lacessit iv, 6. 19
Lacrymis ii, 13. 20. 25. iii, 11. 24. v, 3
Læderetur v, 14
Laërta vi, 6
Laërtæ vi, 15
Læsa ii, 21
Læsis v, 3
Læstrygona vi, 5
Læsus iv, 4
Læta i, 20
Lætabatur i, 19
Lætarentur iii, 23
Læti i, 23. ii, 6. 44. iii, 9. v, 10
Lætitia i, 2. ii, 52. iii, 17. iv, 14
Lætitiæ ii, 6. iii, 26
Lætitiam v, 12
Lætus ii, 49. iv, 16
Lamentabili iii, 22
Lamentandi iii, 11
Lamentatione i, 5. ii, 20
Lampum iv, 22
Lampus v, 6
Lanceam vi, 15
Laniatibus iv, 1
Laodacum iii, 7
Laodamanta iii, 20
Laodamante vi, 12
Laodamiæ ii, 11
Laomedonte iv, 22
Laomedontem iv, 22
Laomedontis iv, 22
Lapidibus ii, 27. iv, 4. 21. v, 16
Lapsum iii, 49
Laqueo ii, 17. vi, 4
Largiter i, 2. ii, 6
Larissa ii, 35
Larissæis iii, 14
Larissam ii, 27
Lascivia v, 11
Latera ii, 12
Latus iv, 6. 11
Laudantes iv, 1. 14. v, 7
Laudibus ii, 19. iii, 9. iv, 8. 16. 20. v, 10. vi, 7
Laus ii, 21
Lauti i, 15
Lautum iv, 8
Laxatos iv, 7
Laxiores iii, 1
Lecti ii, 8. v, 10
Lectos v, 10
Ledæ i, 9
Legati i, 11. 12. ii, 4. 21. 27
Legatione v, 2
Legationis ii, 20. iv, 22

Legatis i, 11. ii, 25
Legatorum i, 6
Legatos i, 6. 10. 11. 12. ii, 26. 47. iii, 20. iv, 21
Legatus iv, 22
Legem iv, 15
Legionibus iv, 14
Leitus i, 13. 17
Lelegum ii, 17
Lemno ii, 47
Lemnum ii, 14. 33
Leniretur iv, 10. v, 16
Leniri i, 19. ii, 33
Lenitur iii, 2
Leonteus i, 13. 17
Lesbum ii, 16
Levamine ii, 33. vi, 1
Levamen iii, 23
Leucatha vi, 6
Leve v, 7
Leviorem iv, 15
Liberaliter ii, 47
Liberam ii, 5
Liberant i, 5
Liberantur i, 8
Liberat vi, 9
Liberata vi, 12
Liberatis ii, 12
Liberatum ii, 41. vi, 4. 9
Liberatus ii, 3. vi, 5. 8
Liberavisset vi, 15
Liberi v, 12
Liberis v, 2
Liberius ii, 50
Libero ii, 12
Liberum ii, 30
Libidine i, 7
Libidini ii, 22
Libido v, 15
Librato iv, 11
Liceret ii, 34
Licet ii, 21
Licitum iii, 26
Lictores ii, 49
Lictoribus ii, 33
Licuerit ii, 26. iv, 13
Ligni iii, 12. iv, 13. v, 15
Ligno v, 5. 9
Lingua i, 7. v, 17
Linguæ v, 16
Linum iii, 18
Literas i, 20. 22
Literis i, 16. v, 17
Littora ii, 2
Littori ii, 1. 11
Littus vi, 8
Loca ii, 9. 19. 37. iii, 11. v, 12. 13. vi, 1. 2. 8. 9. 14
Locat iv, 15. 17
Locati iii, 7. iv, 20
Locatis iii, 4
Loci ii, 1. 14. 16
Locis i, 12. 17. ii, 5. 7. 17. 26. 48. v, 12. vi, 2. 6. 7. 13
Loco i, 19. ii, 3. 36. iv, 13. 15. 17. 21. v, 12. vi, 14. 15
Locorum i, 18. ii, 18
Locos iv, 5
Locride i, 14
Locrorum vi, 11
Locum ii, 33. 37. 40. 43. 45. 46. iii, 6. 12. 16. 27. iv, 3. 15. 16. vi, 5. 6
Locus i, 12. 17
Locustarum vi, 11
Locutus i, 20. iv, 18
Longam i, 20. ii, 51. iv, 22
Longe ii, 23. 37. 41. iii, 21. 22. iv, 1. 22
Longitudine iii, 12
Longius i, 19. v, 2
Longo iii, 19. iv, 16
Loquebantur ii, 15
Loquendi ii, 23. 26. 48. 50. iv, 10. 22. v, 17
Lora iii, 15
Lotophagos vi, 5
Luce ii, 42. iii, 13. iv, 5. 15. 16. 20. v, 5. 12
Lucis ii, 45. iii, 9. 12. 20. iv, 6. v, 1. 4. 8. 10. 15
Luco i, 20. 21. 22
Luctandi iii, 19
Luctibus iii, 21
Luctu ii, 9
Luctui iii, 11
Luctus ii, 7. iii, 14. 16. 24
Luctuum v, 2
Lucum i, 19. 22. iv, 10. 11
Ludendum iii, 23
Ludis iii, 17
Luere ii, 13. 44
Lues i, 19. 22
Lugendi iv, 1. 21
Lugubrem iii, 16
Lugubri iii, 20. iv, 9
Luit ii, 27. 41. iii, 10. v, 2
Lumen i, 21
Lunam v, 10
Lycaon iv, 9
Lycaone ii, 35
Lycia ii, 35
Lyciam ii, 41
Lyciorum ii, 35
Lycius i, 18. ii, 11. 35. iii, 7
Lycomedis iv, 15
Lycophron vi, 11
Lyrnessum ii, 17

M.

Machaon i, 14. 17. iii, 19
Machaone ii, 10
Machaonem ii, 6
Machaoni iii, 19
Machinati iii, 21
Mæandriorum ii, 13
Mæonii ii, 35
Magistro ii, 36
Magistrum ii, 34
Magna i, 16. 17. 21. 22. ii, 2. 8. 9. 11. 12. 16. 24. 27. 30. 33. 38. 43. iv, 2. 4. 12. 17. 20. v, 8. 11. 15. 17. vi, 3
Magnam i, 16. ii, 11. 12. 16. 18. 27
Magnès i, 17
Magni ii, 20
Magnifica i, 2
Magnificarent ii, 28
Magnifice i, 1. 2
Magnificentiæ i, 5
Magnificentiam ii, 49
Magnifici ii, 19
Magnificum vi, 4
Magnis ii, 6. 19. 45. 50. vi, 7
Magnitudine v, 9. 11
Magno i, 2. 21. 22. ii, 3. 19. 20. 23. 39. 40. iii, 5. 8. 11. iv, 6. 11. v, 7. 12
Magnum i, 20
Magnus i, 16
Major i, 1. 20. v, 11
Majora ii, 2
Majore i, 18
Majorum i, 9
Majus i, 3. ii, 25
Mala ii, 49. iv, 18. v, 2
Malam ii, 44. 52
Male ii, 8. 43. iii, 10. 21. iv, 22
Maleconsulta ii, 21. v, 6
Maledicta v, 16
Maledictis ii, 39. iii, 20. v, 15
Mali i, 23. ii, 30. 33. iii, 26. v, 4. vi, 11
Malis v, 1. 2
Malitiæ iii, 25
Malo i, 19. ii, 12. 30. iii, 25
Malos iii, 18
Malum i, 8
Mandat iii, 2
Mandata ii, 23. 52. iii, 24
Mandatis iv, 10. 22
Mandatum i, 17. iii, 19. iv, 9
Mandatur i, 4. ii, 8
Mandavi vi, 10
Manens ii, 34
Manent v, 15. vi, 2
Manente ii, 36
Manere v, 2
Manerent iii, 26
Manet iv, 17. v, 15. 17
Manibus ii, 22. 43. iii, 6. 14. 15. 20. 21. v, 11. 14. vi, 2. 9
Manu ii, 1. 11. 14. 21. 32. 49. iii, 7. 22. 24. iv, 2. 3. v, 12. vi, 3. 15
Manum ii, 52. iii, 6. iv, 19
Manus ii, 2. 22. 24. 32. 37. 40. 41. iii, 4. iv, 3. 17. v, 3. 12. vi, 5. 8. 14
Manuum iii, 19
Mare ii, 7. 10. v, 17. vi, 1
Marem i, 15
Mari iv, 4. vi, 1. 8. 11. 14
Maria vi, 5
Marinæ vi, 15
Maris i, 21. 23. iv, 16
Maritimorum ii, 1
Maritos vi, 2
Martem i, 15
Materia v, 15
Materiem v, 13
Materies v, 9
Materna i, 10
Materni i, 9
Materno vi, 10
Matre vi, 10
Matrem v, 10. vi, 3
Matri ii, 27
Matrimonii vi, 6
Matrimonio i, 10. ii, 5. iv, 22. vi, 12
Matrimonium ii, 26. 49. iii, 2. 5. v, 12. vi, 3. 4. 6. 10. 13
Matris vi, 15
Matronæ iii, 2
Matronis i, 2
Mature i, 20
Maxima i, 18. ii, 4. 15. iii, 10. 17. 18. iv, 11. 15. 19. v, 11
Maximam i, 19. ii, 9. iv, 20
Maxime i, 6. 19. 20. ii, 4. 8. 12. 33. 36. 39. 40. 48. 49. 51. iii, 1. 11. 15. 23. iv, 1. 22. v, 8. 9. 17. vi, 15
Maximis v, 16
Maximo iv, 1. v, 5
Maximum iii, 18. 23. v, 11
Meam iii, 21
Meavit ii, 26
Mecistei i, 14
Medeam ii, 26
Mederi ii, 6. 10. 14. 23
Media iii, 18
Medias ii, 39
Medicamina ii, 6
Medicinæ i, 14
Medio ii, 40. 42. iii, 4. v, 10. 15. vi, 11
Mediocriter ii, 3. iv, 16

Medios ii, 19. 32. iii, 4. iv, 2. 5. 17
Medium i, 6. 15. ii, 19. 27. 48. iii, 19. iv, 9. 17. v, 2
Medius i, 10. ii, 20. 38. iii, 17
Meges i, 13. 17. iii, 10
Meis iii, 21
Melænam v, 17
Melio ii, 35
Meliore ii, 15
Melium iii, 7
Melius iii, 24. iv, 14
Membris iii, 22. iv, 16
Meminisse ii, 51
Meministis ii, 21
Memnon iv, 4. 5. 6
Memnone iv, 5. 6. 7. 8. vi, 10
Memnonem iv, 6
Memnoni iv, 6
Memnonis iv, 8. vi, 10
Memor ii, 34. iii, 5. 9
Memorabant iv, 15
Memorabantur i, 23
Memorabatur ii, 13. vi, 4
Memorabilem iv, 14
Memorando iv, 17
Memorare ii, 44
Memorata ii, 28
Memoravimus i, 4. 11. 13. 14. 17. ii, 2. 5. 30. 35. 47. iv, 2. 21
Memores ii, 29. iii, 14. 23. iv, 18. v, 15
Memoria i, 2. iii, 5. 15. iv, 22
Memoriæ v, 17. vi, 10
Memoriam i, 1. 6. v, 2
Memoriter i, 9
Menalippum vi, 8
Menelai i, 3. 9. 10. ii, 5. iii, 23. vi, 10
Menelao ii, 7. 21. 25. 32. iii, 3. 10. v, 4. 13. 14
Menelaum i, 4. 7. 22. ii, 5. 6. 23. 24. 29. 39. iv, 6. 22. vi, 12. 13
Menelaus i, 1. 4. 10. 11. 17. 21. ii, 20. 26. 39. 40. iii, 1. 17. iv, 2. 16. v, 12. 14. 15. vi, 3. 4. 13
Mens ii, 21. iii, 25
Mensura iii, 1
Mente iv, 21
Mentorenses ii, 13
Mentorensium ii, 13
Meo iii, 21
Meorum ii, 26. iii, 21
Mercandi ii, 8. 10
Mercede ii, 10. 23. 35. 45. iv, 15
Mercedem ii, 35
Mercedis vi, 5
Merces ii, 18
Mereri ii, 28
Merione i, 1. 17. iii, 12. 18
Meriones i, 13. ii, 38. iii, 1. 18. iv, 2. v, 10
Merioni vi, 6
Merita ii, 19. v, 14
Meritis iv, 16. v, 14
Merito i, 16. ii, 48. iii, 19. iv, 17. v, 13
Meritos vi, 6
Meritum ii, 20
Merope ii, 35
Meruit iii, 17
Mesthles ii, 35
Mestor ii, 43. vi, 9
Methona i, 17
Metu i, 21. ii, 2. 52. iii, 1. iv, 5. 6. 18. 20. vi, 2
Metuebant v, 4
Metuebat i, 9
Metuendi iii, 17
Metuendo iv, 14
Metuens ii, 14. iv, 18. v, 4. 8
Metuentem ii, 29. iv, 11
Metuentibus ii, 12
Metuere ii, 22
Metum ii, 12
Metus ii, 8. iii, 17. iv, 8
Midonis ii, 35
Miles i, 23. ii, 6. iii, 4. 8. 11. iv, 5. v, 8. 16
Militari ii, 12
Militarium iv, 1
Milite ii, 41. iv, 19
Militem ii, 41. iii, 9. iv, 9
Milites i, 18. iii, 16
Militia ii, 6. iii, 1
Militiæ i, 16. 18. 19. ii, 9. 35. 41. 44. iv, 13. v, 13. 15
Militiam ii, 5. iii, 23. 26
Militibus ii, 19. 35. 36. 51. iv, 17
Militis i, 18. iv, 10
Militum i, 17. 21. iv, 13. 16
Millia i, 16. 19. ii, 2. v, 6
Millibus iv, 4. 8
Minas ii, 21
Minatus i, 11
Minervæ iii, 2. iv, 22. v, 5. 6. 8. 9. 1 11. 12
Minervam v, 8
Minii ii, 35
Minime i, 7. ii, 15. 25. 48. vi, 15
Ministras ii, 16
Ministro (nos Administro) v, 9
Minitantur i, 8
Minoë i, 1
Minois i, 1
Minor iii, 20
Minorem iv, 1
Minus i, 1. ii, 42. iii, 17
Mirabilis iii, 1
Miranda i, 3. vi, 4
Mirandum iii, 15

Miro i, 6
Mirum v, 17
Miserabile iii, 20
Miserabilem v, 9. vi, 15
Miserabili iii, 26. v, 3
Miseranda iii, 22
Miserandum ii, 31. 46. iii, 15. iv, 9. v, 12
Miserari iii, 21
Miserat iv, 14
Miserati iii, 20. vi, 12
Miseratio iii, 20
Miseratione i, 1
Miserationem ii, 13
Miserationi i, 6
Miserationis iii, 26
Miserationi i, 6
Miserationis iii, 26
Misereri i, 21
Miseriarum iii, 24. v, 3
Miserias vi, 5
Misericordia iii, 22
Misericordiæ v, 2
Misericordiam vi, 5
Misero iii, 21
Miserrimum iii, 22
Misisse ii, 48
Misit iv, 4
Missa v, 13
Missas i, 22
Missi iv, 8
Missis iv, 18
Missos ii, 45. v, 10
Missus ii, 27
Mittere i, 20
Mitterentur ii, 29
Mitteret vi, 3
Mitti ii, 48. v, 9
Mittit iv, 10. vi, 7. 12. 13
Mittitur ii, 14. 27. 33
Mittunt ii, 37. 47
Mittuntur ii, 4
Mixtas iv, 17
Mixtis v, 8
Mixtus ii, 52. iv, 18
Menestheo ii, 36
Menestheus i, 14. 17. vi, 2
Mobile vi, 2
Modestiam ii, 21
Modi (nos Cujusquemodi) ii, 18
Modis iii, 11
Modo i, 19
Modulis vi, 7
Modum i, 3. 8. ii, 31. 46. iii, 15. 16. 23. iv, 5. 9. 13. 20. v, 12. vi, 10
Modus i, 19. ii, 30. iv, 5. v, 1
Mœnia ii, 46. 47. iii, 16. iv, 5. 12. 20. v, 5. 11. 12
Mœnibus iv, 20. 22. v, 11
Mœror ii, 8
Mœrore ii, 25
Mœroribus iii, 20. 21
Mœsi ii, 4
Mœsia ii, 35. iv, 14
Mœsiacis iv, 14
Mœsiæ ii, 1
Mœsiorum ii, 1
Mœsto ii, 9
Mole ii, 43
Moli i, 1
Molirentur ii, 25
Moliretur iii, 3. iv, 22
Molitum ii, 16
Molitus iv, 21. vi, 4
Molossos vi, 7. 13
Monebat v, 4
Monere iii, 9. v, 1
Monet i, 6. ii, 9. 37. iii, 12
Monitus ii, 10
Monte ii, 27
Montem ii, 27. iii, 12
Montis iv, 4
Monumenta ii, 5. v, 11
Monumentum vi, 4
Mopsus i, 17
Morabantur vi, 5. 10
Moram iv, 16. v, 17
Morandum ii, 43
Morari v, 2
Moraturum v, 9
Moratus ii, 45
Morbi ii, 30
Morbo ii, 30
Morbus ii, 30
More i, 2. 8. ii, 2. 6. 15. 23. 26. 40. 52. iii, 1. 10. 12. 17. 23. 26. iv, 8. 12. v, 6. 13. vi, 4
Morem ii, 21. iii, 2. 23
Moribus i, 7. 8. ii, 35. iv, 3
Mors iii, 11
Morsu ii, 14. iv, 4
Mortales ii, 4. 17. 23. 35. 38. 42. iii, 6. 11. 15. iv, 11
Mortalibus i, 6. iii, 21. 26
Mortalium ii, 30
Morte i, 14. iii, 10. iv, 2. v, 16
Mortem ii, 22. iii, 24. iv, 13. v, 2. vi, 15
Mortis ii, 3. iii, 21. iv, 15. 18. v, 15. vi, 10
Mortuus ii, 30
Morum i, 11. 14. ii, 34
Mos iii, 10. iv, 5. vi, 13
Motis v, 7
Motu i, 21
Motus i, 20. 21. ii, 41. v, 11. 16
Movent v, 11
Moverentur i, 6

Moveri ii, 27. v, 8
Mucronibus i, 15
Muliebre vi, 2. 4
Mulier i, 19
Muliere iii, 23
Mulierem iii, 23. v, 14
Mulieris ii, 29. v, 2. vi, 12
Mulierum i, 7
Multa i, 8. 16. 19. 20. ii, 2. 5. 16. 20. 24. 27. 41. iii, 23. iv, 4. 13. 18. 20. 22. v, 4. 6. 8. 9. 16. vi, 1. 4. 5. 12
Multæ v, 2. 14
Multam iv, 8
Multarum i, 2. iii, 1
Multas i, 3. v, 17
Multi i, 18. ii, 4. 17. 30. 35. 38. 42. 50. iii, 6. 10. 15. 16. iv, 20. v, 12. vi, 4. 7
Multimodis vi, 2. 4
Multiformi iv, 5
Multiplici iii, 20
Multis i, 15. 22. ii, 2. 6. 10. 13. 14. 16. 18. 24. 28. 29. 33. 41. iii, 10. 11. iv, 4. 14. 20. v, 8. 9. 10. 11. 14. vi, 6. 8. 11
Multitudine ii, 43. iv, 20. vi, 4
Multitudinem i, 8
Multitudo ii, 12. iii, 1. v, 17
Multo i, 2. 4. 11. 13. 18. 19. 21. ii, 9. 11. 12. 13. 14. 17. 35. 46. 47. iii, 8. 13. iv, 4. 17. v, 1. 2. 6. 8. 12. vi, 2. 4. 6
Multorum ii, 4. 13. v, 17
Multos ii, 41. 48. iv, 12. 20. vi, 3. 6. 15
Multum ii, 6. iii, 1. 7. 8. 13. vi, 8
Munere iii, 18
Muneribus ii, 5. 6
Muneris i, 19
Munia i, 16. ii, 41
Munificentiæ ii, 6
Munus ii, 33. v, 14
Muri ii, 3. v, 9
Muris ii, 27. 32. 47. iii, 13. 16. iv, 12. 20. 22
Murorum v, 11
Muros ii, 27. 41. 43. iii, 14. 25. iv, 7. 17. 20. v, 11
Murum iii, 20
Musas vi, 7
Mutaret iii, 14
Mutata ii, 44. vi, 8. 9
Mutatio ii, 42. iii, 3
Mutationem i, 19
Mutato iii, 24
Mutatur iii, 8
Mycenas i, 20. vi, 3. 4. 13
Mycenis i, 15. 17
Myrmidonas iv, 15. 17
Myrmidonum ii, 36. iv, 21

N.

Nacti ii, 10. iii, 7
Nactus ii, 50. iii, 6. iv, 3. 10
Naribus v, 12
Narrant i, 12. v, 4
Narrare iii, 9. v, 17. vi, 5
Narraverit vi, 7
Nastes ii, 35. iv, 12
Natalem iii, 26
Natam i, 9
Natando vi, 1
Nati ii, 22
Nationes v, 14
Natu i, 19. 20
Natum i, 9. ii, 18. vi, 6
Natura vi, 2
Naturæ iii, 26. iv, 3
Navem i, 4. vi, 11
Naves i, 4. 5. 16. 17. 22. ii, 1. 4. 5. 6. 9. 12. 17. 18. 28. 37. 38. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. iii, 2. 13. 17. iv, 4. 5. 10. 13. 15. 17. 18. 20. 21. 22. v, 4. 5. 7. 8. 10. 11. 17. vi, 7. 8
Naufragium vi, 1
Navibus i, 5. ii, 1. 5. 7. 10. 16. 37. 43. 44. v, 12. vi, 5
Navigandi i, 16. 19. 22. ii, 7
Navigando v, 17
Navigandum ii, 9. v, 8
Navigant v, 12. 16. vi, 1
Navigantes vi, 8
Navigare ii, 10. vi, 3. 11
Navigaret vi, 6
Navigassent ii, 5
Navigat ii, 10. v, 17. vi, 4
Navigatum i, 22. ii, 12
Navigaverant v, 17. vi, 9
Navigaverat vi, 9
Navigaverit vi, 5. 10
Naviget v, 16
Navigii i, 5. ii, 10. v, 16
Navigio ii, 4. v, 11. vi, 8. 9
Navis ii, 11
Navium i, 16. 17. ii, 6. 9. 44. vi, 5
Nauplii i, 1. vi, 2
Nauplius vi, 1
Nausica vi, 6
Nautarum vi, 1
Nauticis v, 17
Nautico i, 18
Necant iv, 4
Necarent ii, 27
Necarentur v, 12. 13
Necari iv, 21
Necat i, 5. v, 12. 16
Necavissent ii, 29
Necdum v, 5
Nece iii, 17

Necem i, 5. 19. vi, 1. 5. 15
Necessaria i, 15. 22. ii, 6
Necessarii i, 18. iv, 21
Necessariis i, 15. ii, 9
Necessario i, 7
Necessariorum i, 17
Necessarios iii, 19. iv, 8. v, 8. 15
Necessarium i, 14
Necesse v, 2
Necessitate ii, 35
Necessitatem i, 22
Necessitudinem i, 3
Negabatur vi, 13
Negant vi, 13
Negaretur ii, 10
Negligebantur ii, 9
Negligere ii, 1
Negotii ii, 37
Negotio i, 4. 7. 11. 20. ii, 8. 23. 29. 32. 37. 48. iii, 3. iv, 1. 6. 22. v, 5. 8. 10. 17. vi, 4. 13
Negotium i, 21. ii, 11. 20. 22. 48. iii, 3. iv, 20
Neoptolemi vi, 13
Neoptolemo iv, 16. v, 13. vi, 9. 10. 13
Neoptolemum iv, 15. v, 13. vi, 9. 10. 13
Neoptolemus iv, 17. 21. v, 10. 12. 15. 16. vi, 7. 8. 9. 12
Nepotes ii, 5
Nepoti vi, 9
Nepotibus i, 1
Nepotis vi, 8. 13
Neptuni v, 11
Nequa v, 5
Nequaquam ii, 30. iv, 16
Nequeas ii, 51
Nequicquam ii, 47
Nequisse iv, 18
Nequitum ii, 21
Nequiverat v, 13
Nerea vi, 7
Nereida vi, 7
Nervis iii, 7
Nestor i, 4. 13. 20. iii, 20. v, 10. vi, 2
Nestore ii, 19. iv, 22
Nestori i, 1. iii, 19. iv, 8
Nestoris iv, 6
Neutra ii, 36
Nihilominus ii, 51
Nimium iii, 12
Nirea iv, 17
Nireus i, 14. 17. iv, 18
Nisu iv, 16
Nitebatur vi, 14
Nitentes iv, 6. 12
Nititur iii, 10
Nixu iii, 19
Nixus iii, 22
Nobiles ii, 27
Nobilibus i, 2
Nobilium v, 13
Nocte ii, 4. iii, 16. v, 4. 8
Noctem iv, 6. 8. v, 12. vi, 1
Noctes ii, 51
Noctis ii, 45. iv, 6
Noctu i, 5
Nocturnam v, 17
Nollent iii, 25
Nomen i, 16. iv, 6. vi, 8. 15
Nomina i, 14
Nomine i, 13. ii, 19. 48. iii, 5. vi, 4. 8. 10. 11
Nominis i, 1. 20. v, 13. vi, 6
Nonaginta i, 17
Nondum iii, 2
Nonne iii, 25. v, 2
Nonnulli iii, 16. 20. vi, 10
Nonnullis ii, 14
Nonnullos ii, 41
Nos ii, 21. 26. v, 2. 17. vi, 2
Noscendi (nos Cognoscendi) ii, 37
Noscere iii, 20
Noscerent v, 7
Notusque vi, 7
Novam vi, 7
Novis ii, 40
Novo iii, 2
Novum iii, 15
Nox ii, 32. 41. iii, 9. iv, 5. 20. v, 15
Noxa v, 16
Nubilo i, 21
Nudatis i, 15
Nudatum iv, 6
Nulla i, 18. 21. ii, 17. 23. iv, 1. v, 2. 12. vi, 11
Nullam ii, 43. iii, 16. iv, 3
Nulli v, 2. 3. vi, 15
Nullis iii, 7
Nullo i, 7. 20. ii, 9. 10. 13. 27. 41. 42. 43. v, 11. 14
Nullus i, 19. ii, 46. iii, 25
Numen i, 21
Numerare (nos Enumerare) iv, 16
Numero ii, 6. iii, 12. iv, 22. vi, 3
Numerus i, 18. ii, 26
Numine iii, 26. vi, 3
Numini ii, 28
Numinis ii, 28. 29
Nunquam iii, 11. 16
Nuntiabantur ii, 35
Nuntiant ii, 2
Nuntiantes ii, 5
Nuntiaretur ii, 1
Nuntiari ii, 5
Nuntiat vi, 8
Nuntiata ii, 31. iii, 20
Nuntiatum ii, 23. 27. iii, 15
Nuntiatur iii, 15

Nuntiavere ii, 6
Nuntii ii, 8. v, 7
Nuntiis ii, 11. vi, 2
Nuntio ii, 23. 37. iii, 16. v, 17
Nuntium ii, 6
Nuntius i, 3. iii, 1. iv, 14
Nupserat iv, 21
Nuptæ iii, 2
Nuptam vi, 7
Nuptiarum vi, 7
Nuptias i, 7. ii, 50
Nuptiis i, 20
Nuptum ii, 25
Nusquam iv, 12. vi, 10
Nutaverat iii, 8
Nutu iv, 18
Nutum v, 6

O.

Obambulare v, 7
Obducta iii, 16
Oberrans iii, 3
Objecerat v, 12
Objecta i, 6
Obierint ii, 22
Obiit vi, 15
Oblata iii, 24
Oblatam i, 22. ii, 39
Oblatas ii, 50
Oblati iii, 14
Oblatione ii, 49. iv, 14
Oblatis ii, 28
Oblatum i, 21
Obligatoque iii, 19
Oblitis i, 15
Oblitum ii, 49
Oblivionem vi, 4
Obmutescere iii, 22
Obrutam v, 16
Obruunt ii, 15
Obscuro iv, 13. v, 7
Obsecrans ii, 25. 28
Obsedisse iii, 23
Obsequi ii, 28
Obsequiis ii, 34
Obsequium iii, 2
Obsidendo ii, 17
Obsidione ii, 25
Obsito ii, 9
Obstinate i, 5. 19. ii, 3
Obstupefactus v, 9
Obstupefieret iv, 21
Obtentu iii, 2
Obterere ii, 43
Obterit iii, 4
Obtruncant iv, 3
Obtruncare ii, 1. iv, 2. v, 12
Obtruncat i, 8. iv, 17
Obtruncatur iv, 12
Obtruncaverat ii, 2
Obtruncavere v, 12
Obtulerat iv, 8. vi, 3
Obtulere ii, 6. 19
Obvenere v, 13
Obviam i, 19. ii, 1. 2. 5. 28. 32. 46. iii, 7. 15. 20
Obvios iii, 6
Obvium i, 19. iv, 5. 12. 17
Obvius iv, 6. vi, 9
Obvolvebantur (nos Advolvebantur) ii, 42
Obvoluta iii, 24
Obvoluti ii, 50
Obvolutum v, 8
Occasionem ii, 39
Occasu iii, 13
Occasum ii, 41. iii, 3. vi, 10
Occidentique i, 15
Occiderant iii, 19
Occidere ii, 12
Occiditur ii, 37. vi, 8
Occipiente iii, 10. v, 12
Occipientem iii, 10. 15
Occipit iii, 22. vi, 5. 8. 13. 15
Occipiunt iii, 9. v, 10
Occœperant ii, 37
Occœperat ii, 9. 42
Occœpit ii, 7. 18. 50
Occubuit ii, 3
Occultas ii, 21
Occultato vi, 6
Occultatum vi, 8
Occulto ii, 40. iii, 6. v, 16
Occupasse ii, 2
Occupatis ii, 12
Occupatura ii, 22
Occupavisse v, 5
Occurrerat v, 10
Occurrere ii, 16
Occurrit iii, 4. iv, 19
Occurrunt iv, 21
Occursum iv, 2
Oceanum v, 10
Octavo ii, 9
Octoginta i, 17
Oculis iii, 2. 20
Oculos ii, 25
Oculum iv, 19
Odii iii, 6
Odio ii, 26. 34. v, 3
Odium iii, 1. iv, 22. v, 16
Odius ii, 35
Œax vi, 2
Œbali i, 9
Œneum vi, 2
Œnideus v, 17

Œnone iii, 26
Œnonem iv, 21
Œnotrophæ i, 22
Offendere i, 5
Offendi ii, 30
Offendit iv, 15. 16
Offendunt v, 15
Offensam ii, 14. 30
Offensi v, 15
Offeratur v, 2
Offerebant iii, 3
Offerebantur i, 22. ii, 50
Offerrent iii, 3
Offerri v, 11
Offert i, 10. iii, 19. v, 8. vi, 8
Offerunt iii, 14
Officia ii, 9. iii, 1. 12. vi, 3
Officiis iv, 13. vi, 1
Officinam ii, 16
Officio iv, 1
Officiorum v, 2
Officium ii, 20
Oilei i, 14. iii, 7. 19. iv, 7. 12. v, 9
Oileus i, 17
Oleæ ii, 19
Olizonæ iv, 22
Olizonem iii, 5
Omissis i, 22. iii, 26
Omittam ii, 21
Omittenda ii, 51
Omittere iv, 11. 22
Omitterent i, 21. v, 16
Omittit v, 7
Omittunt ii, 6
Omne i, 15. ii, 8. iii, 3
Omnem i, 3. 9. 18. 22. ii, 8. 9. 18. 51. iii, 26. iv, 7. 8. 21. vi, 2. 3. 4
Omnes i, 2. 4. 10. 12. 14. 19. 22. ii, 1. 6. 20. 22. 23. 24. 25. 31. 35. 37. 42. 44. 45. iii, 3. 14. 15. 17. 21. 23. 25. iv, 4. 5. 6. 12. 14. 16. 17. v, 3. 10. 12. 14. 15. 16. 17. vi, 2. 14
Omni i, 4. 17. ii, 8. 11. 19. 26. iii, 11. 12. 16. iv, 16. 19. 21. v, 2. 10. 12. 17
Omnia i, 5. ii, 13. 20. 22. 23. 28. 45. iii, 9. 16. 24. 27. iv, 4. 7. 15. v, 2. 4. 5
Omnibus i, 6. 11. 21. 22. ii, 9. 11. 12. 14. 15. 16. 23. 30. 33. 36. 39. 46. 48. iii, 1. 3. 9. 12. 22. 24. iv, 3. v, 1. 7. 13. vi, 2. 5
Omnino ii, 3. 30
Omnimodo ii, 10. 13. 18
Omnis i, 5. 8. 16. 22. ii, 1. 49. iii, 4. iv, 17. vi, 2. 4. 11
Omnium i, 7. 10. 13. 15. 16. 18. 19. ii, 11. 13. 19. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 39. 48. 50. 51. iii, 4. 6. 9. 14. 16. 17. 19. 25. 26. iv, 3. 6. 13. 22. v, 4. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. vi, 3. 10. 13
Onerarias ii, 18
Onusti ii, 47
Ope iv, 16. 19. vi, 11
Opera v, 2. 5. 14. vi, 14
Operam ii, 48
Opere v, 11
Operi iv, 15
Operiri ii, 22
Operis v, 11
Operum i, 2. v, 7
Opes i, 1. 3. 7. 12. 16. ii, 44. 46. iii, 16. v, 2
Opibus i, 5. 10. ii, 17
Opimas v, 8
Opinio v, 17. vi, 10. 13
Opinor ii, 21
Oporteat v, 2
Oportere ii, 25. 48
Oportet ii, 51
Oportuerit ii, 5
Opperiebantur iv, 4
Opperiebatur ii, 45
Opperiens iii, 13
Opperientes ii, 41. iv, 10. v, 10
Opperiri ii, 45. iv, 2. 5
Opperiuntur v, 12
Oppetere iv, 13
Opponerent ii, 3
Opponerentur iv, 2
Opportuna v, 13
Opportunitate ii, 7
Opportunum i, 11. 22. v, 8
Opportunus i, 12. ii, 41
Oppositum iii, 5
Opprimere v, 12. vi, 9
Opprimeretur v, 4
Opprimit iii, 10
Opprimunt ii, 46
Optabilem iv, 15
Optasse iv, 15. v, 3
Optat v, 6
Optatissimum iii, 26
Optime vi, 15
Optimi iii, 10
Optimis ii, 19
Optimo iii, 1
Optimum i, 23. iii, 23
Optimus ii, 15
Optionem i, 10. vi, 10
Opulentas iv, 4
Opum i, 16. 17. ii, 49
Opus v, 11
Ora ii, 23. 31. iii, 16. iv, 1
Oraculi ii, 10
Oraculo ii, 10. iv, 18
Oraculum ii, 10. 14. v, 5. vi, 3. 11

Orandoque v, 14
Orans iii, 22
Orant iv, 8. v, 4. 16
Orare i, 9. 19. ii, 13. 48. v, 8. 10. 16
Orat ii, 6. 10. 50. iii, 20. 27. v, 4. 6. 17. vi, 3
Oratione i, 6. 11. ii, 5. 24. 26. v, 17
Orationem i, 20. ii, 20. 23. 51. iv, 22
Orationis i, 6
Oratum ii, 21. 28. 51
Oraverant ii, 19
Orbari iii, 26
Orbatam iv, 13
Orbem ii, 22
Orbis vi, 4
Orbitas ii, 26
Orbitatem ii, 20
Orchomenii i, 13. 17
Ordinans i, 1
Ordinant ii, 36. iii, 4. iv, 17
Ordinat iv, 9
Ordinata iv, 17
Ordinatis ii, 12
Ordinato ii, 36
Ordinatus i, 23
Ordine ii, 8. 12. 35. 38. 43. 50. iii, 14. iv, 7. 12. 17. v, 9
Ordinem i, 9. ii, 12. 23. iii, 9. 18. iv, 5
Ordinibus ii, 46. iii, 8. iv, 9
Ore ii, 29. iii, 17. v, 3. 10. 11. 12. 15. vi, 14
Orestem vi, 2. 4
Orestes vi, 3. 13
Oresti vi, 4. 13
Orienti i, 15
Origine i, 2. 4. 14
Originem i, 9. ii, 30. iii, 5. vi, 7
Originis vi, 14
Oriretur i, 8. v, 5
Oriri i, 21
Oritur ii, 26. 37. iii, 20
Ormenius i, 13. 17
Ornamentis ii, 52. v, 2
Ornamentorum ii, 28
Ornatu iii, 2
Ornatum ii, 9
Orta vi, 2
Orti v, 2
Ortoque i, 5
Ortu iv, 1
Ortum iv, 10
Ortus i, 5. 7. iv, 22. v, 15. vi, 15
Os iii, 20
Ossa iv, 15. 18. vi, 10
Osse vi, 15
Ossibus iii, 20
Ostendens iv, 22
Ostendit vi, 15
Ostentationem i, 5
Otio ii, 7. 38. iii, 1
Otiose ii, 37

P.

Pabuli i, 18
Pace ii, 13. 16. iv, 1
Pacem ii, 5. v, 11
Pacis i, 6. ii, 16. iv, 22. v, 4. 6. 10. 12
Pacta ii, 45
Pactæ v, 10
Pacti ii, 16. 20. 47
Pactionem v, 4
Pacto vi, 5
Pæantis i, 14
Pæne iv, 13. v, 14. vi, 4
Pæonius ii, 35
Pæonum iii, 4
Palam ii, 15. 33. 41. iii, 26. iv, 1. 11. v, 6. 7. 12. 13. 15. vi, 10. 13
Palamede ii, 15
Palamedem i, 19. ii, 14. v, 15
Palamedes i, 1. 4. 6. 16
Palamedis i, 6. ii, 29. vi, 1. 2
Palantes ii, 43. 46. iv, 12
Palantibus iv, 7
Palladio v, 14
Palladium v, 5. 8. 9. 14
Palliochin vi, 10
Palmam iii, 19
Pammon ii, 43
Pandari ii, 40
Pandarus ii, 35. 41
Panthus ii, 23. 25. v, 6
Paphlagonius ii, 35
Paphlagonum iii, 5
Paphum vi, 10
Par ii, 22
Parabatur i, 15. 16. ii, 8. 49. vi, 6
Parandas i, 16
Parare i, 11. vi, 13
Pararentur ii, 28
Pararetur v, 15
Parari iv, 22
Parat i, 4. 20
Paratas vi, 7
Parati iii, 17. v, 6
Parato ii, 21. 40
Paratos ii, 39. iii, 13
Paravere ii, 42
Parcendum v, 2
Parcentesque iv, 3
Parcere ii, 1
Parceret ii, 51
Parcius i, 6
Parcum iv, 22

Parent i, 12
Parentem i, 28. iv, 18. v, 9. vi, 7. 12. 15
Parentes iii, 25. iv, 18. v, 2. 12
Parenti ii, 33
Parentibus ii, 2. iii, 23
Parentis iii, 21. 24. iv, 15. 17. vi, 5. 15
Pari ii, 23
Pariter ii, 20
Parricidii vi, 4. 15
Pars i, 18. ii, 4. 15. 36. 41. iii, 4. 10. iv, 19. 22. v, 10. 11
Partam i, 5. ii, 25
Parte ii, 12. 13. 43. 45. iii, 4. 7. 8. 13. 16. iv, 11. 15. 20. v, 11. 12. 15. 17
Partem ii, 44. 47. 49. iii, 6. iv, 18. 21. v, 7
Partes i, 15. ii, 3. v, 15. vi, 3
Partibus iii, 16. v, 7
Participe i, 20
Participem ii, 35. iii, 23
Participes i, 14. ii, 20
Partim i, 7. 14. 16. iii, 2. 4
Partiri ii, 15
Partis ii, 32. 38. iv, 6. 19
Partium i, 19. ii, 14. v, 10
Partu vi, 13
Partum iii, 26
Partus iii, 26
Paruissent i, 22
Parum i, 9. ii, 25. iii, 3
Parvis i, 1
Parvulis iii, 21. 23
Parvulos iii, 20. 22
Parvulus iv, 22
Pascentem i, 19
Passim v, 10. 12. vi, 1
Passum ii, 23
Passurum i, 11
Passuros v, 11
Pastoribus iii, 26
Patefacerent vi, 2
Patefaciet ii, 22
Patefactum i, 22
Patefierent v, 9
Pater i, 14. iv, 22
Paterentur ii, 13
Paternæ i, 20. iv, 15. 21. vi, 12
Pati iii, 26. iv, 18
Patiebatur i, 4. ii, 41. iii, 6
Patiemur ii, 23
Patienda iv, 15
Patiens ii, 10. vi, 12
Patientes i, 7
Patientia ii, 34
Patitur ii, 15
Patre i, 2. ii, 24. 35. iv, 15
Patrem i, 9. iii, 26
Patri iv, 18. vi, 15
Patria iii, 23. iv, 4. v, 2. 6. 8. vi, 4
Patriæ iii, 25. 26. v, 2. 3. 9
Patriam iii, 25. iv, 18. v, 3
Patrimonio v, 17
Patrio i, 2. ii, 2. iv, 8. vi, 4
Patris ii, 4. iv, 16. 21. vi, 14. 15
Patrium ii, 41. iv, 8. vi, 2. 3
Patrocli iii, 9. 11. 14. 17. 20. 24. iv, 15
Patroclo iii, 3. 14. iv, 13
Patroclum ii, 34. 52. iii, 8. 9. 23
Patroclus i, 14. ii, 49. 51. iii, 7. 8. 10. 12
Patruum vi, 4
Patulos iv, 5
Pauci iii, 2
Paucis i, 4. 5. 7. 20. ii, 9. 14. 16. 17. iii, 2. 13. 15. iv, 10. vi, 1
Paucorum ii, 8. 22
Paucos ii, 18. 41. iv, 9. vi, 13
Pavere iv, 17
Paulatim ii, 2. 12. 30. 33. iii, 22. iv, 21
Paulisper ii, 24. 36. 43. 45. vi, 6
Paullo ii, 48. 52. iii, 5. 14. 17. v, 5
Paulo i, 19. ii, 13. 21. 22. 28. 44. iv, 4. 8. v, 8. 14. vi, 8
Pecora i, 19. ii, 27
Pecoribus ii, 30
Pecorum i, 1. ii, 27. v, 13
Pectore iv, 15
Pedasum ii, 17
Pedem iv, 19
Pedes iv, 6
Pedestres i, 18
Pedibus iii, 15. 19. iv, 3. v, 11
Pedites iv, 2
Peditibus iv, 2
Pelasgico i, 17
Pelasgidarum ii, 35
Pelea vi, 7. 8. 9
Pelei i, 14. vi, 7
Peleo vi, 7
Peleus vi, 13
Pellicatum vi, 12
Pelope v, 2
Pelopidæ i, 12. ii, 6
Pelopis i, 4. 6. 14. iii, 23
Penatibus iii, 26
Pendere iii, 23
Pene iii, 19
Peneleum iv, 17
Peneleus i, 13. 17. iv, 18
Penelopa vi, 6
Penelopam vi, 6
Peninsula v, 17
Peninsulam ii, 45
Pensi i, 7
Penthesilea iii, 16. iv, 2

Penthesileæ iii, 15
Penthesileam iv, 3
Penuria i, 17
Peractis i, 16. 22
Peracto i, 17
Peragere v, 11
Perageret vi, 13
Peragunt iv, 13. 20
Perceperant iii, 17
Percitus i, 11
Percolebat i, 23. iv, 17
Percoluerat iv, 13
Percontanti vi, 5
Percontatur ii, 6
Percontatus iv, 3
Perculsa iv, 2
Perculsi iv, 6
Perculsis ii, 2. v, 7
Perculsus ii, 8
Percunctari vi, 15
Percunctati iii, 9
Perdiscere vi, 14
Peregit iv, 20
Pereunt vi, 1
Perfecerat v, 14
Perfecerit iv, 14
Perfecta iv, 11
Perfectis i, 15. ii, 5. 13. 33. v, 10
Perfecto ii, 33. iv, 1. v, 8. 10. vi, 13
Perferrent iii, 19
Perfert i, 20
Perfertur ii, 14. vi, 18
Perferunt iv, 21
Perfici iv, 15
Perfidiam v, 2
Perfidos iv, 22
Perforat iv, 19
Perfugium iv, 5
Pergamo v, 5
Pergebat ii, 16. 27
Pergentibus ii, 20
Pergeret ii, 6
Pergeretur ii, 31
Pergit i, 22. ii, 28. 39. iii, 15. iv, 2. 6. 9. v, 7. vi, 9
Pergrata i, 23
Pergunt ii, 5. 32. 40. 45. 46. iii, 7. iv, 10
Perhibebatur iii, 5. v, 11
Periclitanti vi, 4
Periculi vi, 12
Perita ii, 26
Peritia iv, 5
Peritiam i, 18
Peritissimos vi, 14
Perjuria iv, 22
Perlata i, 11
Perlatum iv, 17
Perlaudabilis vi, 14
Permanere iv, 22. v, 6
Permanserant ii, 18
Permansere iii, 19
Permansuros v, 10
Permittere v, 3
Permittit ii, 5
Permixta i, 6. v, 17
Permixtione ii, 41
Permœstum i, 23
Permoti i, 7. iv, 4
Permotis iii, 23
Permoverat i, 4
Permoverent iv, 4
Permoveri ii, 23
Permutatione i, 21
Pernicie ii, 3. 11. 31. iii, 25. vi, 12
Perniciem i, 22. ii, 8. 33. iii, 21. 26
Perniciosa ii, 25
Perniciosum v, 7. vi, 11
Pernoctando iii, 14
Pernoctant iii, 12. v, 5
Pernoctare iii, 3
Pernoctat iv, 21
Perpaucis ii, 4
Perpessi v, 14
Perpessus ii, 30. v, 17
Perpeti ii, 50
Perpetraverat i, 3
Perquam vi, 8
Perquirente ii, 30
Perquirentes v, 15
Perrexisse iii, 23
Perrhæbis i, 17
Perrogatis ii, 23
Persciscere ii, 37
Persenserant v, 12
Persenserunt iii, 25
Persensit v, 9
Persentisceret iv, 11
Perseverabat ii, 2
Persoluta iii, 19
Persolutum v, 11
Persolvunt vi, 13
Perspicere ii, 30
Perstaret ii, 31
Perstat vi, 15
Persuadendi i, 20
Persuadens vi, 9
Persuadent ii, 15
Persuadet vi, 6. 12
Pertentatis i, 19
Pertentaverat iii, 11
Pertinacia ii, 31
Pertinere i, 9
Pertulere ii, 41
Pertulerit ii, 51
Pervagatus ii, 9
Pervenerant ii, 40
Pervenerat v, 5

Pervenere i, 4. ii, 6. 10. vi, 1
Pervenerit vi, 5
Pervenissent i, 6
Perveniunt (nos Conveniunt) ii, 18
Pervicacia i, 20
Pervolat iii, 15
Pessima iv, 22
Pessimi ii, 13. 23
Pessimis ii, 8
Pessimo ii, 26. 40. iii, 10
Pessimum iii, 11
Pestifera ii, 30
Peterent ii, 27. 48. iv, 8. v, 6
Petit iv, 3
Petitu iv, 22
Petitum vi, 11
Petiverant i, 1
Petulantiam v, 16
Phæacum vi, 5
Phala iv, 4
Phalam iv, 4
Phalidis i, 18
Phallante vi, 10
Phanum (nos Fanum) ii, 33
Pheræus i, 14
Pheris i, 17
Phidippus i, 14. ii, 5
Philenore iv, 7
Philenorem iii, 7
Philocteta i, 14. 17. ii, 14. 47. iii, 1. 18. iv, 19. 20. v, 10
Philoctetæ ii, 33. iv, 20
Philoctetam iii, 19
Phinei iv, 22
Phineo iii, 5
Phocenses i, 13
Phocensis vi, 3
Phocide i, 17
Phœnice i, 2. iv, 15. 21
Phœnicem i, 5. 16. ii, 34. vi, 10
Phœnices iv, 4
Phœnici iii, 24
Phœnicum vi, 5. 10
Phœnix i, 14. ii, 51. iii, 22
Phorbanta ii, 16
Phorcys ii, 35
Phrygas ii, 18
Phryges ii, 35
Phrygia ii, 35. v, 4. vi, 9
Phrygiæ ii, 41. 44
Phrygius i, 3
Phylaca i, 17
Phyleo i, 13
Phyrum ii, 16
Pietatem iii, 21. iv, 1
Pietatis i, 20. ii, 22
Pigebit ii, 21
Pignus ii, 5. 25
Piros ii, 35
Placatum v, 8
Placet ii, 9. 28. iii, 9. 12. 17. iv, 6. v, 4. 9. vi, 4
Placida ii, 26
Placitum iv, 3. v, 10
Placuerat v, 9
Placuisse iii, 26
Placuit i, 15. 16. iii, 24. v, 10
Planctus iii, 16
Plena i, 19. iii, 20. v, 8
Pleno ii, 40. 42
Plenum ii, 15
Plerisque ii, 27. iii, 8
Plisthene i, 1
Plisthenem vi, 8
Plisthenes i, 1
Plisthenidas v, 16
Plisthenis i, 1. 9. iii, 3
Plures i, 14. ii, 30. v, 10. vi, 2
Plurima i, 6. ii, 5. 49
Plurimæ iii, 2
Plurimas vi, 5. 7
Plurimi i, 5. ii, 8. 32. 43. 50. iii, 8. 14. iv, 4. 5. 6. 9. 13. 17. vi, 10
Plurimis i, 19. ii, 14. 28. iii, 10. iv, 12
Plurimo iii, 12
Plurimos iii, 5. 7. iv, 7. 12. v, 13. vi, 3. 5
Plurimum iv, 13
Podalirio ii, 10. iii, 19
Podalirium ii, 6
Podalirius i, 14. 17
Podarces i, 17
Pœna iv, 3
Pœnæ iii, 15. 21
Pœnam iv, 22
Pœnarum i, 9. 21. iii, 21. v, 6
Pœnas i, 19. ii, 22. 27, 30. 39. 41. 44. iii, 10. 23. v, 2
Pœnis iii, 23
Polipœtes iii, 19
Polites ii, 43
Pollebat ii, 35
Pollens ii, 4
Pollicebatur iv, 11
Pollicentibus ii, 48
Polliceri iv, 22
Pollicetur iii, 3. 24
Polliciti ii, 6
Pollicitus ii, 18. 50
Polydamas ii, 38. iv, 7
Polydoro ii, 23. 26
Polydorum ii, 20. 22. 25. 27
Polydorus ii, 18. 24
Polymestor ii, 18
Polymestore ii, 20
Polynices i, 14. 17. ii, 2
Polyphemi vi, 5
Polyphemo vi, 5

Polypœtes i, 17
Polyxena iii, 2. 3. 5. 24. iv, 10. v, 13
Polyxenæ iii, 20. iv, 11
Polyxenam ii, 25. iii, 2. 24. 27
Polyxeno i, 17
Polyxenum iii, 5
Pondere i, 22. iii, 1
Pondus i, 15. v, 11
Ponunt vi, 3
Ponuntur i, 16
Poplitem iii, 7
Populares ii, 20. v, 1. 7. 10
Popularibus i, 8. ii, 5. iv, 9. 21. vi, 6. 9
Popularium i, 10. vi, 4. 12
Populatio v, 13
Populi ii, 16. iii, 17. 18. iv, 1. v, 2
Populis iv, 2
Populos iii, 1. iv, 14
Populum ii, 26. vi, 3. 13
Populus i, 5
Porcum i, 15
Porrigenti vi, 14
Porro i, 9
Porta ii, 42. iv, 17
Portabantur ii, 6
Portabatur v, 11
Portam iv, 20
Portas ii, 43. iii, 14. iv, 12. v, 11
Portaverant ii, 47
Portentum v, 7
Portio ii, 33
Portis ii, 32. 35. iii, 13. iv, 3. 13. v, 6. 11
Portum vi, 1
Poscentibus ii, 16
Posita iii, 26
Positas (nos Compositas) iv, 12
Positis iv, 5. v, 12
Positum iii, 8
Positus v, 12
Posse ii, 17
Possent ii, 11
Posset i, 10. ii, 10. v, 3. 8
Possit i, 6. iii, 25
Posteris ii, 22
Postero i, 10. iv, 16. 18. 19
Posthac ii, 22. iii, 23
Postrema i, 1. iv, 1
Postremæ iv, 3
Postremam iii, 21
Postremo i, 7. 14. ii, 24. iii, 15. 16. 19. v, 2
Postulantes ii, 47
Postulare ii, 35
Postularent v, 6
Postulari vi, 6
Postulat iv, 22
Postulaturi v, 5
Potentissimi ii, 30
Poterant ii, 19
Poterat ii, 12. iii, 15. iv, 5. vi, 14
Poterit ii, 22
Potero i, 13
Potest ii, 22
Potestas ii, 11. 23
Potestatem ii, 5. v, 3. 16
Potior ii, 23
Potiora v, 15
Potiores v, 2
Potirentur iii, 23
Potissimum ii, 25
Potitum v, 17
Potiuntur ii, 23
Potius ii, 5. 15. 21
Potuere ii, 2
Potuerit ii, 50
Potui v, 17
Potuisse iii, 26
Potuissent v, 15
Præbentur ii, 18
Præbeo iii, 21
Præbet i, 15
Præbuerant iv, 5
Præbuere i, 23
Præbuit iv, 3. v, 2
Præcellentibus ii, 32
Præcelleret iii, 1
Præceps i, 8. vi, 10
Præcepto iii, 16
Præceptore ii, 36
Præcesserant i, 23
Præcinentibus iii, 26
Præcinerent iii, 26
Præcipitant iii, 14
Præcipitarentur ii, 43
Præcipitat iv, 3
Præcipitata i, 21
Præcipitatum ii, 8
Præcipites iv, 9
Præcipua ii, 33. iii, 17
Præclara iv, 1. 22. v, 7. 14. vi, 6
Præclaram ii, 3
Præclaris ii, 25
Præcones ii, 19
Præconibus ii, 27
Præconium i, 12
Præda i, 7. ii, 16. 19. 27. 41. 47. v, 17. vi, 5. 10
Prædæ i, 5. ii, 13. 16. 33. iv, 4. 22
Prædam i, 5. v, 13
Prædantium vi, 5
Prædas ii, 44
Prædicantes ii, 48
Prædicit v, 5
Prædicta iii, 24. vi, 3
Prædictæ v, 10. 13
Prædictam i, 22

Prædictis ii, 10. iii, 4
Prædicto iv, 6. vi, 2
Prædictum ii, 10. 14. v, 11. vi, 11. 15
Præerant i, 17
Præeunte ii, 14
Præfecerat ii, 1
Præfecit i, 17
Præferendum v, 15
Præferens ii, 28
Præferentes i, 12
Præficiunt i, 19
Præfuere i, 22
Præjactis ii, 24
Prælata vi, 10
Prælatæ vi, 12
Prælatas vi, 2
Prælia ii, 35
Prælii i, 15
Præliis iii, 1
Prælio i, 5. ii, 10. 26. iii, 10. 13. 23. iv, 6
Prælium i, 11. ii, 21. 32. iii, 5. 8. 10. iv, 5. 7. 17. 19. 20
Præmia iii, 17. 19. v, 8. 10
Præmiis ii, 37. iv, 14. v, 2
Præmiorum v, 6
Præmisissent ii, 6
Præmissi vi, 13
Præmittendos ii, 5
Præmittit ii, 40
Præmittunt i, 17
Præmium i, 14. ii, 28. 33. 34. v, 11
Prænuntiat v, 16
Prænuntiato v, 11
Præparantur i, 16. ii, 9
Præparatur ii, 38
Præparatus i, 18
Præparentur ii, 22
Præpediebat i, 10
Præpedito iii, 19
Præpeditus ii, 3
Præreptum vi, 13
Præripiunt ii, 46
Præscium ii, 30
Præscius i, 15
Præsens v, 9
Præsenserant ii, 37
Præsenti i, 6. iii, 3
Præsentia ii, 4. 6. 52. iii, 8
Præsentiam ii, 25. 28
Præsentibus ii, 9. 20. iii, 7. v, 4. 6
Præsentiendum iv, 3
Præsentis ii, 28
Præsentium iii, 3. 24. v, 3
Præsertim ii, 48
Præsidiis iii, 8
Præsidio i, 11
Præsidium iii, 9
Præsumta vi, 13
Prætererint ii, 51
Præterita ii, 51. v, 2. 3
Præteritorum v, 2
Præteritum iv, 15
Prætermittam ii, 26
Prætervectus v, 17
Prætervolet v, 8
Prætextu v, 6
Prætulerant iii, 16
Prævalebant iii, 18
Prævalebat v, 6
Prævaluerat vi, 7
Prævaluit iii, 19
Prævenire ii, 40
Præverso ii, 37. v, 17
Prævertere iii, 10
Præviso iii, 8
Prævortit iii, 15
Præustis iii, 1
Pravitate ii, 8
Precabatur iii, 2
Precatores iii, 20
Preces ii, 50
Precibus ii, 6. 13. 19. 52. iii, 11. v, 8. 10. vi, 6. 11
Preciosæ iii, 13. 20
Precum iii, 25
Pressis ii, 45
Presso ii, 45
Pretio i, 18. iii, 15
Pretiosa i, 2
Pretiosam v, 13
Pretiosissimis i, 23
Pretium ii, 51
Priame iii, 24
Priami i, 3. 9. 12. ii, 5. 12. 18. 23. 26. 43. 45. iii, 7. 14. 15. 16. iv, 4. 7. 18. 21. 22. v, 5. vi, 9
Priamidæ ii, 11. 25. 41. iii, 14. iv, 9
Priamidarum ii, 35. iii, 3. 5. 9
Priamidas i, 11
Priamidis ii, 8
Priamo i, 12. 15. ii, 11. 20. 21. 22. 45. iii, 1. 15. 20. 21. 24. iv, 3. 9. 14
Priamum i, 6. 9. 10. 11. ii, 5. 20. 23. 26. iii, 22. iv, 22. v, 3. 5. 9. 12
Priamus i, 6. 7. 8. 10. 18. iii, 20. 26. 27. iv, 10. 11. 22. v, 1. 2. 3. 10. 12
Prima ii, 11
Primam ii, 13
Primi iv, 20. v, 16
Primis i, 1. 14. iii, 4. iv, 9
Primo i, 19. 21. ii, 1. v, 12. 13. vi, 3. 7. 13
Primos ii, 3. 11. 46. iv, 20
Primum i, 6. 11. ii, 26. 36. 51. iii, 3. 9. 11. 17. iv, 5. 12. v, 4
Primus i, 13. ii, 42. iii, 4. v, 14
Princeps v, 17

Principalium iii, 2
Principem i, 16
Principes i, 13. ii, 3. 21. iv, 22. v; 2
Principio ii, 30. 45. iii, 9. 12. 13. 20. iv, 6. v, 8. 15
Priora ii, 21
Priore vi, 3
Probanda ii, 23
Probaveritis ii, 22
Probitate iv, 9
Probitatem v, 1
Probris ii, 24. 29
Procedere ii, 37. 38. iii, 26
Procedunt iii, 20
Proceres iv, 22. v, 5
Procerum i, 8
Procerus i, 14. ii, 4
Processerat ii, 4. 24
Processere iii, 4. 7. iv, 9
Processisse ii, 49
Procos vi, 6
Proculcans iii, 6
Proculcantem iv, 22
Proculcari iv, 7
Proculcati iii, 14
Procurantes iii, 12
Procurat v, 15
Procurrens iv, 11
Prodendam i, 9. ii, 25
Prodendi iv, 13
Proderet iii, 2
Proderetur i, 10
Prodidisse iii, 25
Prodidit iv, 11
Proditam ii, 7
Proditionem iii, 3. iv, 22
Proditionis iv, 10. v, 4
Proditum iii, 11
Producere iii, 9
Produci iv, 21
Productæ iv, 12
Productio ii, 38
Productos iv, 9
Productum iii, 4
Productus ii, 27. iii, 13
Producunt ii, 41
Profana v, 12
Profano iv, 22
Profecta vi, 10
Profecti ii, 20. vi, 10. 13
Profectionem i, 18. ii, 9. v, 16. 17
Profectionis ii, 8. 10
Profecto v, 15
Profectos vi, 8
Profectum iii, 15
Profecturum i, 20
Profectus i, 20. vi, 2. 8. 11. 13. 15
Profert vi, 4
Proficiscitur vi, 12
Proficiunt iv, 21
Profusius (nos Effusius) i, 19
Profuturus i, 11
Progressi ii, 19. 36. 45. 46. iii, 22
Progresso ii, 39
Progressus i, 19. ii, 30. 41. 42. 46. iv, 6
Prohibebimus v, 6
Prohibendum ii, 14
Prohibentibus vi, 8
Prohibentur ii, 1
Prohibere ii, 34
Prohiberi ii, 1. 17. vi, 15
Prohibet vi, 2
Prohibetur i, 18. v, 17
Prohibiti iii, 4
Prohibitus iv, 3. vi, 2. 15
Projecere (nos Ejecere) ii, 24
Projici ii, 31
Promisce i, 19
Promissi i, 20. iii, 18
Promissis ii, 37
Promissum v, 8
Promittit iii, 18
Promotæ v, 15
Promtior iii, 10
Promtum iii, 5
Promtus ii, 43
Pronepotes i, 1
Pronuntiant vi, 14
Pronuntiantes ii, 24
Pronuntiat ii, 30
Pronuntiatum iv, 16
Prope iii, 1. 3. v, 5
Properabat i, 5
Properantium ii, 43
Properaret i, 19
Properatione i, 5
Propinqui v, 2
Propinquorum iii, 7. v, 2
Propinquus v, 3
Propius v, 11
Propria i, 9. 14
Propriam ii, 4. iii, 5
Proprio ii, 26
Proprium i, 5
Propuleritis iii, 25
Propulsat iii, 7
Proras ii, 42. 44
Prorsus i, 19. ii, 4. 43
Proruerет ii, 40
Proruunt iv, 11. 12
Prosecuti ii, 19. iii, 25. vi, 12
Prosequerentur iii, 20
Prosilivere iv, 11
Prosiliunt v, 5
Prospera ii, 43
Prosperos i, 23
Prosternere ii, 43

Prosterneret ii, 41
Prosternit iii, 22
Prostratos iii, 6
Prostratus iii, 11
Protectus ii, 3
Proterviam v, 16
Protesilai ii, 12
Protesilaus i, 14. 17. ii, 11
Prothenor i, 13. 17
Prothous i, 17
Protinus ii, 42. iii, 20
Protulerat i, 14
Proturbat iii, 10
Provectæ vi, 15
Proveniant iii, 21
Proventu vi, 11
Providete ii, 22. v, 2
Proxima v, 17
Proximas ii, 16
Proximo v, 10
Proximum iv, 16. v, 1. 6
Prudens i, 23
Prudentem ii, 51
Prudentes ii, 23
Prudentiam v, 10
Prudentissimum v, 15
Prudentissimus iii, 26
Ptoliporthum vi, 6
Publicam iii, 8. 26
Publice iii, 12. v, 5
Publico ii, 34. vi, 11
Publicum i, 10. ii, 15
Pudibunda iii, 11
Pudicitia iv, 1. vi, 6
Puella vi, 5
Pueris v, 6. 13
Pueritiæ iv, 9. vi, 3
Pueros ii, 13
Pugione iv, 11
Pugna ii, 4. 11. 32. 38. iii, 8. 14. 23. 25. iv, 7
Pugnabat iii, 4
Pugnæ ii, 41
Pugnam ii, 44. iv, 2
Pugnando ii, 3. 17
Pugnantes ii, 41. iii, 5
Pugnare iii, 5
Pugnaretur iv, 2
Pugnaverat iii, 5. 10
Pugnis v, 15
Pulcher i, 14
Pulcherrima iv, 14
Pulcherrimis ii, 44
Pulchritudine i, 2. iii, 2
Pulchritudinis iii, 26
Pulverem iii, 20
Pulvis iii, 25
Punicis i, 16. v, 17
Puppi vi, 1
Pure i, 15
Purgamenta iii, 20
Purgatum vi, 4
Putarent i, 9
Puteo ii, 15
Putet v, 2
Putetis iii, 25
Pylæmene ii, 35
Pylæmenem iii, 5
Pylæmenes ii, 35
Pylei ii, 35
Pyleus iii, 14
Pyræchmen iii, 4
Pyræchmes ii, 35
Pyrrho vi, 9. 13
Pyrrhum v, 9
Pyrrhus iv, 15. 16. v, 9
Pythii ii, 14

Q.

Quadraginta iii, 14
Quadrijugis iii, 17
Quadripartitur i, 19
Quærerent iii, 25
Quæri (nos Conqueri) ii, 20
Quæsiit ii, 52
Quæsita vi, 5
Quæsitum iii, 6
Quæsiverant v, 17. vi, 1
Quæsiverat vi, 8
Quæso i, 6
Qualitate v, 5
Quamplurimam iv, 20
Quamvis iii, 17. v, 17
Quandam iv, 14
Quando ii, 51. v, 2
Quanquam i, 4. ii, 9. 33. 36. iii, 23. v, 2
Quanta ii, 22
Quantæ i, 7
Quantas i, 6. ii, 51
Quanti ii, 6
Quantis i, 6
Quantum ii, 19. iii, 6. iv, 11. v, 13. 16. vi, 14
Quapropter ii, 22
Quartum i, 19
Quasi ii, 19. v, 10
Quassatas vi, 7
Quatenus iii, 8
Quemque ii, 46. iv, 5. 12. v, 13
Quendam iii, 15
Quenquam ii, 23. iv, 15
Queunt i, 19. ii, 37
Quicquam ii, 16. 33. iii, 10. 21. v, 2
Quicquid i, 1. iii, 27
Quidnam i, 22. iv, 3

Quidque i, 19. ii, 46
Quiete iv, 6
Quietem iii, 26
Quieti ii, 44
Quietis ii, 42
Quietum ii, 27. iv, 16
Quin ii, 12. 22. 28. 33. 44. iii, 1. 4. 21. v, 13
Quinam ii, 1. 5. 6. iv, 21. vi, 9
Quinquaginta i, 17. ii, 9. 49. iii, 26
Quinque iii, 12. v, 6
Quinquennio i, 18
Quirent v, 12
Quispiam iii, 21
Quisquam iii, 7. v, 11
Quisque ii, 14
Quivit i, 18
Quoad iv, 2. 5
Quocirca ii, 22. v, 6
Quodam iii, 26. vi, 15
Quoddam vi, 14. 15
Quondam i, 14. ii, 20. iv, 1. v, 5
Quoniam i, 13. iii, 3. 17. 26. iv, 3. 22. v, 3
Quoquam ii, 33. v, 8
Quoquo iii, 21

R.

Ramis ii, 19
Rapere ii, 26. vi, 5
Rapiebat i, 4
Rapiendi ii, 26
Rapit ii, 40. iii, 8
Rapta i, 5. v, 2
Raptim ii, 46
Raptu iii, 23
Raptum ii; 5. iii, 23. iv, 21. v, 2. 7
Raptus ii, 26
Rati i, 22. ii, 1. 37. 43. 44. 45. iii, 8. 13. iv, 3
Ratione i, 10. iii, 16
Rationem v, 3
Ratus ii, 11. 16. 17. 31. 39. 40. iii, 7
Re i, 2. 3. 20. ii, 2. 9. iv, 4. 10. 12. 17. v, 1. 2. 4. 8. 12. vi, 1. 9. 12
Rebatur ii, 25
Rebus i, 4. 7. 19. 23. ii, 9. 18. 23. 47. 48. iii, 16. 17. iv, 21. v, 2. 3
Recederet ii, 29
Recedunt ii, 39
Recens ii, 18. 25. v, 2
Recenseam v, 2
Recepta i, 9. ii, 47. iv, 22. vi, 10. 13
Receptis ii, 22
Recepto iii, 27
Receptos ii, 5
Receptui ii, 36. 44
Receptus i, 3. ii, 18. vi, 2. 5
Recessum iv, 8. 22
Recipere v, 2. vi, 10
Reciperet iii, 22
Recipiant v, 2
Recipiendam ii, 21
Recipit i, 15
Recipitur vi, 2
Recipiuntur ii, 6
Reclamabat i, 8
Reclamante ii, 23
Reclamanti iv, 19
Reclamantibus iii, 16. iv, 1
Recognoscere (nos Cognoscere) ii, 21
Recognoscit iv, 10
Reconciliabimus v, 2
Reconciliandum ii, 48
Recordati iv, 9. 18. 21
Recordatio iii, 11. 21
Recordatione ii, 25. 28. 35. 52. iii, 24. 26
Recordationem iv, 1
Recordatus ii, 22. iii, 3. 6. 20. 21. v, 9. 14. vi, 15
Recto i, 10
Rector i, 14. ii, 35
Rectore i, 19. iv, 4. 17
Rectorem i, 16
Rectoribus ii, 43
Recuperarent ii, 20
Recurrunt iv, 11
Recusando iii, 24
Recusante ii, 33
Recusantemque i, 19
Recusare ii, 5
Redarmatæ ii, 40
Reddebantur v, 8
Reddendam i, 7. ii, 28
Redderetur i, 12. ii, 24. 25
Redeat iv, 21. v, 4
Redemtionem ii, 28. v, 3
Redeunt i, 12. v, 5. vi, 8
Redigere ii, 51
Rediit iii, 17. vi, 6
Redimenda v, 2
Redimendam v, 3
Redimendum iii, 27
Redimita iii, 2
Rediret ii, 51
Redit iii, 27
Reditum iii, 25. 26. v, 17
Reditus v, 4
Reductam ii, 47
Reductis iii, 8
Reducto ii, 32. 39
Reductus ii, 9
Redundant iv, 7
Redundaturam vi, 11
Refectis iii, 13

Refectumque v, 9
Refectus ii, 24
Refer iii, 25
Referens iv, 22
Referrent iv, 10. v, 8
Refert ii, 10. 20. 27. 37. 49. iii, 19. iv, 18. v, 10. vi, 4. 14
Refertas ii, 16
Referti ii, 16
Referunt iv, 13
Reficiendas v, 11
Reficiendos iv, 16
Reficit vi, 7
Reformatæ iv, 5
Reformatoque i, 22
Reformavit ii, 9
Refugium ii, 21
Refulgebant iv, 4
Refutatione i, 6
Rege ii, 12. 44. iii, 3. v, 4. vi, 2. 5
Regem i, 3. 5. 19. ii, 16. 33. 45. 46. iii, 4. 5. iv, 1. 6. v, 15. vi, 3. 5. 8
Regendos iii, 4
Regens iv, 17
Reges i, 1. 2. 9. 16. 17. 29. 30. 31. ii, 35. 41. iii, 3. 11. 17. 20. iv, 17. v, 15. 16. vi, 2. 7
Regi i, 22. ii, 1. 6. 7. 9. 15. 17. 19. 20. 31. vi, 6. 15
Regia v, 5
Regiæ i, 5
Regiam i, 5
Regibus ii, 5. 28. iii, 4. 18
Regiis ii, 27
Regina iii, 15. iv, 3
Reginæ iii, 2. iv, 2
Reginam vi, 5
Regio i, 19
Regio omnis ii, 1. vi, 11
Regione ii, 26. iii, 1
Regionem ii, 1. 13. 37. vi, 10
Regiones ii, 8. 25. 36. iii, 26
Regionibus i, 14. 17. ii, 8. 27. 35. 48
Regionis i, 17. 23. ii, 35. iv, 5. 18. vi, 8. 14
Regios i, 1. ii, 13
Regis i, 3. 5. 6. 18. ii, 6. 16. 17. 18. 30. 45. 49. iii, 16. 20. iv, 6. 8. vi, 5
Regium ii, 19. 33. iii, 20
Regna i, 6. 16. ii, 7. 22. 25. iii, 26. vi, 2
Regnabant i, 4
Regnantes iii, 14
Regni i, 14. 17. 23. ii, 13. 26. 49. iii, 1. 26. iv, 22. v, 16. vi, 9
Regnis i, 18
Regno ii, 5. iii, 21. 24. iv, 22. v, 2. 17. vi, 2. 3. 6. 7
Regnum i, 12. 15. ii, 12. 26. iv, 22. vi, 2. 3. 4
Regredi i, 10. iv, 1. 2. 22
Regrediebatur iv, 3
Regrediens v, 17
Regreditur ii, 16. 37. 47
Regressi ii, 37. 44. iii, 9. 13. iv, 20. vi, 13
Regressum iii, 9
Regressus ii, 17
Reguli i, 8. 10
Regulis ii, 21. 24. iv, 17. v, 1. 5. 6
Regulo iii, 15
Regulos i, 10. ii, 25. iii, 14. iv, 22
Regum i, 14. ii, 25. 30. iii, 26. vi, 7
Rei ii, 23. 31. 41. vi, 14
Relatum v, 1
Relaxari ii, 33
Relegatur vi, 14
Relicta vi, 12
Relicti ii, 46
Relictis i, 8. iii, 8. 23
Relicto ii, 24. iii, 6. 10
Relictum iv, 15
Religata iii, 18
Religatum iii, 18
Religione i, 2. 12. ii, 28. 30
Religionem i, 15. ii, 28
Religionibus v, 10
Religionis i, 19. 22
Relinquatur ii, 22
Relinqueretur ii, 27
Relinqui ii, 16
Reliqua i, 13. ii, 7. 12. 19. iv, 4. 5. 12. v, 12
Reliquæ ii, 13. iii, 2. 23
Reliquam ii, 43. iv, 18
Reliquarum v, 13
Reliquas i, 5. iv, 8
Reliquerat i, 1
Reliqui i, 5. 8. 10. ii, 12. 44. 46. iii, 5. 17. v, 5. 16
Reliquiæ iv, 13
Reliquias ii, 41. iv, 8. v, 15. vi, 10
Reliquiis vi, 10
Reliquis ii, 5. 20. 26. 36. 39. 52. iii, 18. 19. 27. iv, 1. 2. 9. 20. v, 17. vi, 9
Reliquisset i, 1
Reliquo iii, 19
Reliquorum iii, 4. 11. iv, 6. v, 2
Reliquos ii, 32. 45. 52. iii, 9. iv, 3
Reliquum ii, 45. 51. iii, 17. 21. iv, 6. 8. vi, 15
Reliquus ii, 6. 41. 46. v, 8. vi, 12
Rem i, 11. 15. ii, 26. 27. 37. iii, 3. 16. iv, 10. 21. v, 3. 8. 10. 12. 14. vi, 2. 6. 13. 14
Remeantes iv, 21

Remeare vi, 2
Remearent ii, 8
Remeat vi, 13
Remeavere ii, 19
Remeavimus vi, 2
Remediis vi, 4
Remedio ii, 10
Remedium i, 20. ii, 10. 30. vi, 11
Remigibus v, 17
Remiserat ii, 36
Remisere iv, 8
Remiserit ii, 50
Remissa ii, 25
Remisso iv, 1
Remissum ii, 21
Remissurum iii, 24
Remittebatur ii, 1
Remittendum ii, 31
Remittere ii, 5. 48
Remitteret ii, 51. iii, 11
Remitteretur ii, 33. iv, 1
Remittit iii, 15. vi, 4
Remittitur vi, 5
Remittunt iv, 18. v, 8
Remorari ii, 7
Remotis i, 21. ii, 15
Renovare iv, 7
Renovatæ iv, 5
Renovato iii, 26
Renovatum iii, 5
Renovatus ii, 33
Renuens ii, 18
Renuentis ii, 42
Renuere i, 19
Renueret ii, 9
Repelli vi, 15
Repellitur vi, 15
Repente i, 8. 21. ii, 40. 42. iii, 15. 16. 20. iv, 11. v, 5. 7. 8. vi, 10. 14
Repentino ii, 37
Repererat vi, 2
Reperiri iii, 25
Reperit vi, 8
Reperti iv, 12
Repertum ii, 15
Repetebant iii, 5
Repetebat i, 9
Repetens i, 9. 10
Repetentes i, 2
Repetere ii, 48
Repeterent i, 4
Replent i, 17
Replet ii, 17. 18. v, 16
Repleta iv, 4. v, 16. vi, 11
Repletas i, 22
Repletos vi, 6
Reportant iv, 20
Repperit vi, 10
Reprehenditur iii, 25
Represso iii, 4
Repressus ii, 40
Reprimitur vi, 9
Republica v, 4
Repugnare ii, 24
Repulsæ iii, 5
Repulsos iv, 2
Reputans i, 22
Reputare ii, 23
Reputarent ii, 25
Reputate ii, 22
Requie i, 21. ii, 4. iv, 1
Requies i, 19. ii, 4. 6. 32. iv, 6. 8. 10. v, 12
Requiescentibus ii, 51
Requirit i, 9
Rerum i, 14. 22. ii, 23. 35. iii, 3. 9. 10. 23. iv, 1. 4. 6. 8. 15. v, 4. 7. 13. 15. vi, 10
Res i, 6. 18. 22. ii, 8. 10. 14. 22. 25. 33. 35. 37. iii, 3. 23. 26. iv, 4. 5. 18. 20. 22. v, 15. vi, 5. 13
Reseratum i, 22
Reservatum vi, 5
Residui v, 10. 17
Residuis ii, 22. v, 1. vi, 5
Residuos v, 9
Residuum v, 10
Resistendi iv, 12. 22
Resistendo vi, 2
Resistendum i, 10
Resistente ii, 13. 26
Resistere ii, 24. 42. 43. iii, 4. vi, 3
Resisti ii, 1. 12
Resistit iii, 8
Resistitur vi, 15
Resistunt iv, 10
Respectantes ii, 47
Respondebatur iii, 3
Respondens ii, 5. iv, 15
Respondent i, 7
Respondetur iii, 3
Respondit i, 9. ii, 52. iii, 27. iv, 16. v, 5
Responsum vi, 3. 11. 14
Restantes iv, 2
Restauratis ii, 3
Restingui v, 8
Restituam iii, 25
Restituenda ii, 25
Restituere iii, 23
Restitui ii, 22
Restituit ii, 44. iii, 8
Restitutione ii, 33
Restitutionem ii, 30
Resumtis iv, 7
Resurgens ii, 3
Retardaret i, 18
Retentans ii, 52

Retenti vi, 12
Retentis ii, 36
Retento ii, 20
Retexuit i, 9. 11
Retineatur v, 2
Retinebant v, 14
Retinebat ii, 34
Retinendam iii, 25
Retinens ii, 49. iii, 20. v, 14
Retinentem v, 12
Retinerent ii, 49
Retineri ii, 22. iv, 1. 5
Retinuerat i, 18
Retinuit ii, 19
Retorque iii, 21
Retuli i, 13. v, 17
Revenere ii, 27
Revenit ii, 41
Revertere iv, 18
Reverti iii, 27
Revertissent i, 11
Revertitur i, 20
Revertuntur ii, 7
Revisunt iii, 9
Revocare ii, 51. v, 3
Revocetur ii, 22
Revolant iv, 17
Rex i, 9. ii, 2. 6. 16. 17. 23. 49. 52. iii, 4. 14. 21. 22. 24. 27. iv, 14. v, 17. vi, 1
Rhesus ii, 45
Rhodii iv, 4
Rhodiorum iv, 4
Rhodo i, 17
Rhodum iv, 4
Rhœteo v, 15
Rogabimus v, 2
Rogat iii, 2
Rogatu ii, 19
Rogaturæ iii, 2
Rogum v, 8
Rotis v, 11
Ruens iii, 19
Ruentem iii, 7
Ruenti iii, 4
Ruentibus ii, 38
Ruere ii, 43. iv, 12
Ruerent iii, 26
Ruinæ ii, 43. iii, 10. iv, 5
Ruit ii, 3. 11. 39. iii, 10. 19. 20. v, 9
Rumore i, 16
Rumorem iv, 10
Rursus i, 22. ii, 40. iii, 6. iv, 22. v, 10

S.

Sacerdos v, 8
Sacerdote ii, 14
Sacerdotem ii, 14. 28. 47
Sacerdoti ii, 28. 29
Sacerdotis ii, 30
Sacra iv, 17. v, 8. 12
Sacri ii, 14. 49. iii, 2
Sacrificia v, 8
Sacrificii i, 21
Sacrificio i, 21. 22. ii, 14. 33. 47. iv, 10. v, 11
Sacrificium i, 21. ii, 14
Sacrilegii i, 19
Sacris vi, 5
Sacro iv, 11. 22. v, 12
Sacrorum v, 7
Sacrum v, 11
Sæpe iii, 1. iv, 13
Sæpius vi, 14
Sæva vi, 4
Sæviens i, 19
Sæviente vi, 1
Sævior ii, 43. iv, 17
Sævire ii, 7. 17. 42. iii, 6
Sævissimum iii, 26. vi, 5
Sævit iv, 22
Sævitia vi, 8
Sagitta ii, 40. iii, 6. 18
Sagittam iv, 19
Sagittariis iv, 2
Sagittario iv, 19
Sagittarios iii, 1
Sagittarum iii, 1. 18
Sagittas i, 14
Sagittis ii, 41. iii, 1. iv, 2. 19. 20
Salamina i, 17. vi, 2
Saltem ii, 22. iii, 21. 22. v, 2
Saltu iii, 19
Salubribus ii, 21
Salubritas ii, 33
Salus v, 2
Salutans i, 9
Salutant iv, 11. v, 10
Salutatos i, 2. ii, 50. iv, 16
Salutatur ii, 52
Salutatus iv, 22
Salute v, 12
Salutem iii, 21. iv, 12
Salutis ii, 17. 43. iii, 16
Sana ii, 21
Sanctissimos iii, 25
Sanctitate i, 11
Sane ii, 40
Sanguine i, 15. ii, 39. iii, 14. 21. 23. iv, 7. 13. 19. v, 2. 15. vi, 9
Sanguinis iii, 5. v, 13. vi, 10. 14
Sarpedon i, 18. ii, 11. 32. 35. 38. 43. iii, 7
Sarpedonis iii, 8. 9. iv, 8
Saties iii, 25. iv, 7. v, 13

Satisfaciemus v, 2
Saucius iii, 3
Saxa iv, 20
Saxis ii, 15. iii, 1
Saxo ii, 43
Saxorum vi, 8
Scamandrum iii, 20. iv, 3
Sceleratam vi, 14
Sceleratissimæ ii, 41
Scelere vi, 15
Sceleri i, 20
Sceleris i, 19. ii, 22
Scelus ii, 5. iv, 18. v, 2. 8
Scepsim ii, 27
Schedius i, 13. 17. iii, 10
Sciens v, 17
Scientes ii, 23
Sciunt i, 4
Scopulis vi, 1. 5
Scuti iv, 6
Scuto iv, 6. 20
Scutorum iv, 5
Scyllam vi, 5
Scytharum i, 22. ii, 16
Scythas ii, 10
Scythis ii, 8
Secedens vi, 14
Secedunt v, 4. 12
Secordius iii, 1
Secreta iv, 18
Secreto iv, 22
Secretorumque v, 9
Sectator i, 6
Secunda ii, 45
Secundam ii, 23
Secundante vi, 1
Secundis ii, 48
Secundo i, 16. ii, 2. 20. iii, 17
Secundum ii, 20. iii, 19. 21. vi, 14
Secundus iii, 19
Securitatemque v, 12
Securos iii, 16
Securum iii, 15. v, 9
Securus iii, 27
Secus i, 23. iv, 2. v, 4. 11
Secuta i, 9
Secuti ii, 35. v, 15
Secutos iii, 23
Secutus i, 13. iii, 26
Sedata i, 22. vi, 11
Sedatam i, 23
Sedem v, 5
Sedere ii, 50
Sedibus iii, 23
Seditio v, 15
Seditionem iv, 22. vi, 2
Seditiosum ii, 24
Segnius iii, 4. iv, 6. 20
Semel i, 9
Semermos iii, 10
Semet ii, 3. 11
Seminecem ii, 43. iv, 3. 11
Semirutisque v, 11
Semiustas v, 13
Semotam iv, 18
Semper ii, 21. 26. iii, 16. 21. iv, 22. v, 6
Senatum v, 10
Senatus v, 4. 8
Senecta iii, 23
Senectæ iii, 21. iv, 15
Senectam iii, 21
Senem ii, 29. iv, 18
Senes i, 8. ii, 20. iii, 26. v, 10
Senex vi, 8
Senibus iv, 22
Senioque iii, 20
Senior vi, 15
Seniores ii, 20
Seniorum ii, 23
Sententia i, 4. 12. 20. ii, 6. 19. 21. 31. iii, 24. iv, 17. 18. 22. v, 8
Sententiæ i, 8
Sententiam i, 8. ii, 23
Sententiis ii, 23
Sentio v, 2
Separatim iv, 10
Separato v, 4
Separarentur ii, 19
Sepeliendas v, 15
Sepeliendis ii, 4
Sepeliendum ii, 27
Sepeliere iv, 6
Sepelire iv, 3
Sepeliretur iv, 21
Sepelivere iv, 1. 15
Sepelivimus v, 2
Sepelivit ii, 2
Sepeliunt ii, 4. 32. iii, 9. iv, 8
Sepiadum vi, 8
Septem i, 17
Sepulcro iv, 21
Sepulcrum iv, 15. v, 16
Sepultisque vi, 10
Sepultum ii, 15. vi, 13
Sepultura iii, 14
Sepulturæ iii, 23
Sepulturam ii, 12
Sepulturas ii, 32
Sequebantur ii, 35. iii, 20
Sequemur ii, 26
Sequenti iv, 4
Sequerentur ii, 23. 35
Sequeretur i, 18. ii, 21
Sequi ii, 43. iv, 7
Sermo vi, 13
Sermone i, 6. v, 6. 8. 17. vi, 13
Sermonem i, 6

Serpentem ii, 14
Serpentis ii, 14
Serpentium vi, 4
Servantes ii, 46
Servata ii, 13
Servatam v, 14
Servaverit iv, 22
Servitia v, 13
Servitium iii, 24. v, 16
Servis ii, 27
Servus vi, 8
Sese iv, 17. 18
Sesto ii, 35. iii, 14
Seu vi, 10
Severissimum vi, 4
Sexaginta i, 17
Sexu vi, 4
Sexui iv, 3
Sexus iv, 3
Sic ii, 21
Siciliam vi, 5
Sicut i, 3. ii, 49. iii, 16
Sicuti ii, 14. v, 8. vi, 4
Sidone i, 2. ii, 26. iv, 4
Sidoniorum i, 5. 18. ii, 26
Sigæo iv, 15
Sigæum v, 12
Sigillatim i, 14
Significat iv, 18
Signo i, 18. ii, 1. 38. 41. 46. iii, 4. 7. 8. iv, 5. 19
Signum i, 21. ii, 26. 35. 39. 44. iv, 17. 22. v, 5. 12. vi, 14
Silentibus ii, 24
Silentio i, 10. ii, 23. 44. 51. v, 6. 12
Silentium iii, 16. 20. iv, 18
Simile v, 16
Similem iii, 21
Simili v, 17
Similia ii, 23
Similibus i, 6
Simplex iv, 5
Simplicis ii, 32
Simulabat ii, 14
Simulacrum vi, 14
Simulans vi, 8
Simulata i, 20
Simulato ii, 15
Simultates i, 6
Singula i, 2. 6. vi, 2. 8
Singulari iii, 19
Singularum i, 7
Singulas ii, 36
Singuli i, 1. 3. 6. 12. 16. ii, 1. 7. 8. 19. 29. 37. 44. 52. iii, 24. iv, 18. v, 2. 3. 10. 17. vi, 1
Singulis i, 8. ii, 37. 38. iii, 26. iv, 20. v, 16
Singulorum ii, 19. v, 1
Singulos i, 15. ii, 19. 30. 46. iii, 5. v, 14. 16
Sinistram iv, 19
Sinistrum ii, 3. iii, 13
Sirenarum vi, 5
Sisterentur ii, 44
Sit ii, 22. 23. iii, 21. 26. iv, 4. 21. v, 17
Sita ii, 21
Siti iv, 20
Situs iii, 4
Sive i, 23. v, 6. vi, 10
Sminthii ii, 14. 28. 47
Sminthio ii, 14
Sociam iv, 4
Societatem i, 18. iii, 13
Societatis ii, 2
Socii ii, 35. 41. iv, 1. 5. v, 1. 2. 10
Sociis ii, 47. iii, 19. v, 2. vi, 5
Sociorum ii, 35. iv, 1. v, 11
Solandi iii, 11
Solem v, 10
Solemo ii, 35
Solenne iv, 10
Solent i, 21
Solere ii, 21
Solertiam i, 14
Solertices iii, 18
Solet ii, 21. 23
Soli ii, 22. 46
Solicita ii, 8. v, 8
Soliciti iii, 1
Solicitis i, 19. ii, 13
Solicitudo ii, 33
Solis ii, 26. 41. iii, 13. iv, 1. v, 14. vi, 10
Solita ii, 37. vi, 4
Solitam ii, 21. 48
Solitarii iii, 7
Solitario ii, 18. 39
Soliti ii, 14. 35. iii, 13
Solitis iv, 16
Solito ii, 23. iii, 12. 17. iv, 12. 16. v, 5
Solitos iii, 23
Solitudinis iii, 23
Solitum iii, 11. 17. iv, 22. vi, 5
Solitus ii, 33
Solo i, 10. ii, 23. iii, 26
Solvendæ v, 13
Solvendi v, 9
Solveret v, 16
Solum ii, 41. 51. iii, 14. 22. 23. iv, 8. 15. v, 3. 4. 10. vi, 2
Solus ii, 36. iv, 13. v, 2
Solutis iv, 9. vi, 1
Soluturum iii, 8
Somnia vi, 14
Somniis vi, 14
Somniorum vi, 14. 15

Somno ii, 45. 46. v, 12. vi, 9
Sono ii, 35
Sopita iii, 14
Sopito v, 10
Sorbere vi, 5
Soror i, 1. vi, 10
Sorore vi, 10
Sororem ii, 13. iii, 2
Sors ii, 4. 6. 52. iv, 6. v, 12. 13. vi, 1
Sorte iv, 6. v, 13
Spartæ i, 3
Spartam i, 4. vi, 13
Sparto iii, 18
Spatio vi, 11
Spatium iv, 19
Spe iv, 1. 12. v, 4
Specie i, 3. 14. ii, 43. iii, 15. iv, 5
Speciem iii, 20
Spectaculo ii, 31. iii, 24. v, 7. 12
Spectaculum iii, 21. 22. iv, 3
Spectandi iii, 17
Spectantes v, 14
Spectare iii, 26
Spectaret v, 10
Spectati iii, 3
Speculari vi, 8
Speculatum vi, 13
Spei iv, 1
Spelunca vi, 8. 9
Speluncam vi, 9
Spem ii, 43. iii, 16. iv, 3. 7. vi, 9
Sperato ii, 33
Spero ii, 22
Spes ii, 44. iii, 9. 16. iv, 4. 5. 8. 14. 17. 22
Spiritu iii, 21. iv, 3
Spiritum iii, 22. iv, 11. vi, 15
Splendore iv, 4
Spolia iii, 16
Spoliata iii, 14
Spoliatum iii, 15
Spoliatus ii, 26
Spoliavere i, 19
Sponte ii, 48. iii, 24. v, 2. 6. vi, 9
Spretis v, 14
Spreto vi, 3
Stabulari ii, 27
Statim ii, 2. 23. 46. iii, 10. 16. vi, 3
Statuant v, 10
Statuentes ii, 19
Statui iii, 17
Statuit iv, 17
Statuitur v, 16
Statuunt ii, 33. v, 10
Steterant ii, 46. iii, 8. iv, 2
Steterat ii, 38. 43
Sthenelus i, 14. iv, 12
Stipatores iii, 4
Stipatus i, 8
Stirpe iv, 22
Stragem iii, 7
Stragis v, 12
Stratum iv, 11
Strenue i, 5. ii, 2
Strenuis ii, 4. iii, 4
Strenuissimi ii, 38
Strepitu v, 2
Strepitus v, 5
Stridore v, 7
Strophium vi, 3
Studiis iii, 1
Studio i, 14. 16. iii, 10. v, 11. 15
Studium ii, 9. v, 13
Stupefactum i, 4
Suadens vi, 2
Suadent v, 16
Suadente ii, 31. v, 13
Subducta ii, 41
Subductas ii, 12
Subductis ii, 7
Subeam iii, 25
Subeunda v, 2
Subjecto iv, 13. v, 8
Subjectus v, 7
Subjicere ii, 13
Subire ii, 22
Subita i, 21. iii, 3
Subito v, 7
Subituros i, 6
Subjungit iv, 22
Sublapsum v, 5
Sublata ii, 49
Sublato ii, 14
Sublatum iv, 11. v, 2
Subterere (nos Obterere) iii, 6
Subterfugerant v, 13
Subterfugerent ii, 33
Subterfugit iii, 6. vi, 12
Subvenire iii, 5
Successionem vi, 6
Succidens iii, 7
Sudibus iii, 1
Sudore ii, 43
Sueti ii, 8
Suffusis ii, 25
Suggerente iii, 2
Sumeret iii, 24
Sumit iv, 21
Summa i, 2. 13. 16. ii, 40. 41. iii, 3. 23. iv, 6. 14. v, 4. 9. 11. 14. 15. vi, 2
Summæ ii, 23. iv, 6. 8
Summam iv, 13. vi, 2. 9
Summis i, 5. 10. iii, 1. iv, 6. 13. v, 10
Summitas vi, 15
Summo iv, 20. v, 11. 12. vi, 14
Summum iv, 22
Sumtis i, 5

Sumtum iii, 20
Superabat i, 14
Superant ii, 19
Superare iv, 3
Superaret iv, 11
Superaverat iv, 4
Superbas ii, 21
Superbiam iv, 22
Superduxerit vi, 3
Supererant ii, 46
Superesse v, 6
Superfuerant iii, 16
Superfuerat ii, 2. vi, 12
Supergressum iii, 23
Superjacens iii, 11
Superioris iii, 21
Superpositis v, 7
Superpositum v, 5
Superstitibus ii, 26
Supervenerant iii, 4
Superveniens iv, 15
Supervenit i, 13. 22. ii, 43. 49. 50. iii, 2. 8. iv, 2. 4. 14. v, 7
Supplicabant iii, 1. 2
Supplicante iii, 2
Supplicem ii, 25
Supplices ii, 18. 25. v, 2
Supplici iii, 20
Supplicia i, 6. v, 2
Supplicio iii, 11
Suppliciis iii, 23. vi, 6. 11
Supposito iii, 12
Supradictæ ii, 14
Supradictas iv, 4
Supradicti v, 15
Supradictis i, 7. ii, 43. 50. iii, 24
Supradictos iii, 8. v, 6
Surgit iii, 24
Susceperant ii, 9
Susceperat i, 5. 13. v, 5. vi, 10
Susceperint v, 11
Suscepti ii, 37
Susciperent ii, 48. v, 11
Susciperetur v, 16
Suscipiat iii, 27
Suscipiebant (nos Accipiebant) i, 2
Suscipit i, 16. 23
Suspecta ii, 22
Suspectis iii, 1
Suspectus vi, 14
Suspenderat v, 11
Suspensam ii, 49
Suspicans v, 4
Suspicantibus ii, 42
Suspicio iv, 10. v, 5
Suspicione v, 11
Sustentabantur ii, 12
Sustentaretur v, 9
Sustentavere iv, 5
Sustinere ii, 39
Sustollere iii, 22
Sustulerat v, 12
Sylvam iii, 12
Syme i, 17

T.

Tabellis i, 16
Tabernaculis ii, 45. v, 12
Tabulatis v, 11
Tabulis vi, 1
Taciti i, 6. ii, 23
Tacitus ii, 31
Tædio ii, 35
Talem i, 3. ii, 48. v, 15
Talenta ii, 49
Talentorum v, 8
Tales v, 2
Tali i, 3. 4. 7. ii, 12. 23. 44. 48. iii, 1. 2. 16. iv, 6. 22. v, 7
Talibus ii, 26
Talis v, 4
Talium ii, 52
Talthybio iv, 22. v, 1
Talthybius v, 1. vi, 2
Tanta i, 17. 19. ii, 3. 42. iii, 10. 25. iv, 1. 5. vi, 11
Tantam i, 21
Tantarum ii, 49
Tantas vi, 5
Tanti i, 19. ii, 28. 29. 30. iii, 14. 16. 20. 23. iv, 13. v, 13. 14
Tantis iii, 21. v, 1. 14
Tanto i, 21
Tantorum v, 10
Tantum i, 18. iii, 9. 11. 13. 25. 26. iv, 14. v, 6
Tantummodo ii, 44
Tantus ii, 33. iii, 16. v, 13. 17
Tardarentur i, 16
Tauris v, 8
Taygetam i, 9
Tecmessa v, 16
Tecmessam ii, 18. 19
Tectum ii, 43
Tectus iii, 20
Tegenda iii, 11
Tegi i, 21
Tegumen v, 5
Tela i, 16. iii, 10. 13. iv, 5. 9
Telamone vi, 2
Telamonis ii, 12. vi, 5
Telamonium i, 19. ii, 12. iv, 6
Telamonius i, 13. 17. ii, 3. 9. 18. 27. 32. 41. iii, 7. 19. iv, 20. v, 10

Telegonum vi, 15
Telegonus vi, 15
Telemacho vi, 6. 15
Telemachum vi, 15
Telemachus vi, 14
Telephi ii, 2. 3. 4. iv, 14
Telepho ii, 2. 5
Telephum ii, 2. 5. 6. 7
Telephus ii, 1. 2. 3. 5. 6. 10. 12
Teli ii, 40. iii, 4. iv, 5
Telis iv, 5
Telo ii, 3. 11. 41. 43. iii, 4. iv, 6
Telum ii, 3. 40. iii, 8. iv, 12
Temeratum v, 2
Temere ii, 21. iii, 13. iv, 11. v, 6
Temeritas iv, 11
Temperabunt iii, 21
Temperaverit iii, 24
Tempestate i, 6. ii, 14. iv, 15. 22. v, 5. vi, 7. 10
Tempestatem vi, 1
Tempestatibus v, 9. 11. 14. vi, 7
Tempestatis i, 21
Templa v, 12. 13
Templi i, 2. ii, 14. 28
Templo i, 16. iv, 18. v, 5
Templorum v, 2
Templum i, 2. ii, 14. iv, 10. v, 5. 8
Tempore i, 1. 4. 5. 18. 22. ii, 3. 12. 16. 17. 19. 35. 47. 48. iii, 3. 8. iv, 5. v, 16. vi, 4
Temporis i, 22. ii, 7
Tempus i, 3. 13. 18. 23. ii, 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 18. 24. 27. 28. 35. 38. 41. 45. 50. iii, 1. 19. iv, 6. 10. 11. 15. 16. 18. 21. v, 2. 4. 10. 16. vi, 2. 3. 4. 5. 6. 7. 11. 12. 14. 15
Tendentes v, 3
Tendentibus iii, 18
Tendere ii, 39. 42
Tendi iii, 6. 20. iv, 6
Tendit iii, 5
Tendunt iv, 12
Teneat v, 2. 6
Tenebrosa vi, 8
Tentandos vi, 2
Tentat ii, 37
Tentatas v, 5
Tentatus (nos Attentatus) ii, 30
Tentoria ii, 37. 46. iii, 3. 9. 24. iv, 16. v, 8
Tentoriis ii, 45
Tenuissimum iii, 18
Tenuit iii, 25. v, 13
Terræ i, 4. 21
Terram ii, 1. 49. iii, 19. iv, 20. v, 7. 10
Terga iii, 14
Terrarum i, 1. ii, 22
Terreri i, 21
Territi ii, 42
Territos ii, 12. 43
Territus iii, 6. vi, 14
Terrore ii, 44. 46
Tertio iv, 19
Tertium iii, 19. v, 6
Testarentur ii, 8
Testatus i, 11
Testimonium iv, 22
Testis v, 2
Tetra i, 21
Teucer i, 13. iii, 1. vi, 2
Teucris iv, 2
Teucro iv, 2. v, 16
Teucrum vi, 4
Teuthrantem ii, 18
Teuthrantis ii, 19
Teutranius ii, 3
Teutrante ii, 3
Thalpius i, 17
Theano v, 8
Thebis i, 17
Thelestes iv, 7
Thesaurum ii, 15
Thessaliam vi, 7
Thessalo ii, 5
Thessandrus i, 14. 17. ii, 2
Thestoris i, 15
Thetide vi, 7. 9. 13
Thetidis i, 14
Thetis vi, 13
Thoas i, 13. 17. v, 10
Thraces ii, 46
Thracia ii, 35. v, 14
Thracibus ii, 47
Thracum ii, 18. 45. 46. iii, 4
Thrasymede i, 13
Thyestes iv, 7
Thymbræi ii, 52. iv, 10
Thymbræo iii, 1
Tibiam iii, 8
Timore ii, 30
Tithoni iv, 4
Tithonum iv, 22
Tlepolemus i, 14. 17. ii, 5. iii, 19. iv, 2
Tolerare iii, 23
Toleravi v, 2
Tollere ii, 48
Tolleretur v, 5
Tolli iii, 27
Tollit iii, 5
Tollunt iii, 8. iv, 1. 9. v, 4. 10
Tonitrua i, 21
Torpentibus iv, 16
Tot ii, 21. 26. 34. 47. iii, 16. iv, 8. v, 3. 15
Tota i, 7. iii, 16

Totam ii, 5. iii, 1. 16. v, 12
Totidem iii, 12. v, 6
Toties v, 2
Totius ii, 18
Toto i, 16. 18
Totum iii, 13. v, 2. 14
Totus iii, 25
Tractando v, 8
Tractari v, 4
Tractatum iii, 27
Tractaverat iv, 9
Tracto ii, 32
Tradendam ii, 25
Tradendum ii, 15
Traderent ii, 20
Traderet v, 8
Traderetur i, 7. 20. v, 14
Tradi iv, 21. v, 4
Tradidere ii, 13
Tradidisse ii, 25. iii, 26
Tradidit iv, 18
Tradit ii, 47. iii, 27. vi, 2. 9
Tradita vi, 10
Traditas ii, 41
Traditi v, 16
Traditis v, 17
Tradito iv, 12. 22. vi, 6
Traditum ii, 20
Traditur ii, 18
Traductam iv, 22
Tradunt ii, 12. iv, 8. v, 14
Traduntur ii, 5
Trahi ii, 3
Trahit ii, 18
Trajicit iv, 19
Transacti iii, 15
Transactis iv, 10. vi, 3
Transacto iv, 17. vi, 4
Transactorum ii, 51
Transactum ii, 25
Transduxit i, 10
Transegere i, 1
Transeunt v, 10
Transferri v, 8
Transfigit i, 19. ii, 3. iii, 6. iv, 6. 11. 19
Transgressus ii, 49
Transigat iii, 25
Transigunt ii, 45. iv, 6
Transire i, 15
Transmiserat ii, 18
Transmisere ii, 33
Transmissa i, 2
Transportaretur ii, 8
Transvectam ii, 26
Transversi i, 7
Transverso iii, 18
Transversum iii, 12
Traxerant iv, 10
Trepida ii, 43. iii, 6
Trepidantes v, 13
Trepidantium iii, 16
Trepidarent ii, 47
Trepidi iv, 11
Tres i, 17
Tribuentes iii, 2
Triccenses i, 14
Triduo vi, 15
Triduum iv, 13. v, 16
Triennio vi, 6
Triginta i, 17. vi, 6
Triplex vi, 10
Tristior ii, 25
Tristitia iv, 13
Triti iii, 9. iv, 5
Tritici v, 6
Tritis ii, 7. 38
Trito ii, 35
Trœzenius ii, 35. 43
Troja ii, 12. iv, 22. v, 17. vi, 2. 5
Trojæ ii, 13, 16. 25. 27. 35. iii, 27. iv, 22
Trojam i, 4. 5. 6. 12. 13. 20. ii, 7. 8. 9. 10. 12. 25. 35. 37. 38. iii, 2. 9. 16. 20. 27. iv, 4. 8. 15. 22. v, 4. 7. 10. 11. 17. vi, 2. 10
Trojanæ v, 11
Trojanam i, 21. ii, 26
Trojanarum iii, 3. v, 9
Trojani i, 5. ii, 21. 22. 32. 44. 47. 52. iii, 1. 8. 13. 14. 20. iv, 5. 6. 9. 12. 18. 22. v, 2. 13
Trojanis ii, 16. 32. 40. iii, 4. iv, 1. 2. 7. 8. 14. 17. 18. v, 5. 6. 9. 10. 11
Trojanorum ii, 9. 27. iv, 22
Trojanos i, 18. ii, 20. 44. 45. iv, 1. 9. 14
Troili iv, 9
Troilus iv, 9
Tros i, 9
Truncatum v, 12
Trunco ii, 3
Tu iii, 21
Tua iv, 11
Tuæ iii, 25
Tuam iii, 21
Tueantur ii, 26
Tuebatur iv, 17
Tuendam ii, 25
Tuerentur ii, 37. iii, 23
Tui iii, 21
Tulerat vi, 1
Tulere iii, 18
Tulissent v, 6
Tulit v, 2
Tumulo iv, 1. v, 16
Tumultu ii, 42
Tumultus i, 5. 7. ii, 26. 37. v, 15

Tumulum iv, 15. 21. v, 8. 15
Tunc i, 10. ii, 36. iii, 10. iv, 6. 13. 18. v, 14. 16
Turbari ii, 42
Turbata iii, 10
Turbati iv, 11. v, 5. 7
Turbatis ii, 11. vi, 1
Turmas iv, 3
Turpem iv, 15
Turturis vi, 15
Tutelam ii, 12. vi, 15
Tutiores v, 15
Tuto ii, 12. iii, 11
Tutos ii, 48
Tutum iii, 5
Tyndari i, 9
Tymœtem iv, 22
Tyranni vi, 7

V.

Vacui ii, 22
Vacuum ii, 7
Vadunt iv, 17. v, 5
Vagabantur ii, 8
Vagaretur i, 19
Vagina ii, 49
Valent iv, 22
Vallo iii, 1
Vallum ii, 43. iii, 13
Varia iii, 16. v, 17
Variis iii, 1
Vario iv, 4
Vasculo ii, 15
Vastabatur i, 19
Vastant ii, 13
Vastarentur ii, 16
Vastat ii, 41
Vastatis ii, 19
Vastatum ii, 16
Vastitatis i, 20
Vectus iv, 5
Vehementer iv, 17
Vehementes iii, 13
Vehementius ii, 2. iii, 6. 9. iv, 19. vi, 14. 15
Vehicula iii, 20
Vehiculo iii, 27. v, 8
Vel ii, 22. 48. iii, 14. 21. 23. iv, 15. v, 3. vi, 10
Vellent ii, 15. 52. v, 6
Vellet ii, 6. iv, 22
Velut iii, 25
Veluti i, 18. ii, 7. 15. 16. 22. iv, 11. 22. v, 8. vi, 7
Venando vi, 8
Venatum vi, 8
Venena ii, 14
Venerant i, 7. ii, 5. iii, 25. iv, 11. 21. vi, 11
Venerari v, 10
Venerat i, 10. ii, 2. 14. iii, 16. iv, 3. 5. vi, 9
Veneratio ii, 28
Venere (nos Convenere) i, 15
Venia v, 6
Veniam ii, 48. iv, 8. v, 2. 4. 6. 8
Veniant ii, 6. iii, 20
Veniat iii, 21
Venientes ii, 34
Venimus ii, 21. v, 6
Venio vi, 11
Venire ii, 6
Venisse ii, 20. vi, 4
Venissent ii, 25. 51
Venisset ii, 28
Venit i, 7. 10. 19. ii, 2. 14. 28. 47. 49. iii, 20. iv, 22. v, 1. 4. 6. 8. vi, 2. 3. 4. 9. 15
Veniunt i, 5. ii, 2. 5. 6. 10. 20. iv, 16. v, 4. vi, 3. 6
Venti i, 5. 21. ii, 1
Ventis i, 4. ii, 7. vi, 1
Vento vi, 1
Ventorumque i, 22
Ventos ii, 10
Ventum ii, 32. iii, 4. iv, 5
Ver iii, 4
Vera iv, 11
Verba ii, 20. 23. 33. v, 10
Verbis ii, 26. 39. 48
Verborum ii, 21
Verecundia iv, 9
Verecundiam v, 14
Verendum ii, 25
Veris ii, 7
Verissime i, 13
Veritatis v, 2
Veriti iv, 4. v, 10. 15. 17
Veritus i, 8. iii, 3. 24. v, 9
Vero ii, 30. 32. iii, 2. 8. iv, 3. 5. 7. v, 7
Versa iv, 5. 7
Versanti vi, 14
Versaretur ii, 5
Versari ii, 25
Versis ii, 1. 27. 43. 44. iii, 2. 13
Versus ii, 46. 48
Vertere iii, 14
Vertitque iv, 6
Vertunt iii, 8
Verum iii, 18. iv, 10. 11. v, 3. 6. 8
Vesper iii, 7. 19
Vespera ii, 44. 45. iii, 10
Vesperam iv, 1
Vesperarat v, 8

Veste iii, 11. 20. vi, 8. 9
Vestem v, 13
Vestigia ii, 46
Vestis iii, 12. 20. 27
Vestra ii, 21
Vestræ ii, 22
Vestram ii, 22. iii, 25. v, 6
Vestris ii, 22
Vexati ii, 16
Vi i, 17. 19. ii, 1. 2. 16. 17. 24. 41. iv, 6. 17. 20. v, 8. 14
Vias v, 12
Vicaria i, 14
Vicariam i, 19
Vicarium ii, 33
Vice i, 1. iii, 1. 14. v, 13
Vicem i, 21. ii, 22
Vices i, 16
Vicinæ ii, 22
Victa vi, 4. 12
Victi v, 2
Victimam i, 19
Victimarum ii, 14. 33
Victimas v, 8
Victor ii, 4. iii, 17. 19. iv, 3
Victores ii, 44. 47. 48
Victoria ii, 47. iii, 16
Victoriam i, 21. iv, 5
Victorias ii, 34
Victoribus iii, 17
Victus v, 15
Videatque v, 2
Videbant i, 7
Videbantur iii, 17. 24
Videbat i, 6
Videbatur ii, 19. 30. 33. 38. 39. iii, 3. 19. v, 9
Vident i, 19. iii, 9. 13
Videretur i, 7. 8. 9. 10. 16. ii, 5. 25. 29. 33. 49
Videri iv, 4
Videt iii, 6. 20. iv, 6. vi, 8. 13. 15
Videtis ii, 23
Videtur i, 6. ii, 35. iii, 21
Vigilare (nos Invigilare) v, 15
Vigilia ii, 45
Vigiliarum i, 16. iii, 13
Vigilias ii, 45. iii, 12. 21. v, 14
Vigiliis iv, 13
Viginti i, 17
Vigor ii, 33
Vim i, 16. 22. ii, 11. 12. 16. 18. 21. 22. 27. iii, 26. iv, 5. v, 13. 15. vi, 5. 8. 12. 14. 15
Vincere iii, 10
Vinculo iii, 15. 18
Vindicandam ii, 1. vi, 6
Vindicandum ii, 31
Vindicasset iii, 14
Vindicatum iv, 21. vi, 12
Vindictam v, 15
Vineas ii, 3
Vino iii, 14. iv, 8. v, 12. vi, 6
Vinum i, 22
Violari iv, 18
Violati ii, 5
Violato ii, 41
Vir i, 6. ii, 15. iii, 6. 26. v, 4
Vires iii, 16. iv, 22. vi, 2
Virgine i, 20
Virginem i, 21. 22
Virginis i, 21. ii, 30. iii, 2
Viri ii, 14. 18. 44. 48. iii, 6. iv, 13. vi, 3. 12. 13
Viribus ii, 2. 3. 4. iv, 6. 16
Virile ii, 22. vi, 4
Virilem iv, 13
Viriliter ii, 6
Viris iv, 1. 4. 15. vi, 6
Viritim ii, 19. 33
Virium ii, 2. vi, 15
Viro i, 20. ii, 44. iv, 13. vi, 12
Virorum ii, 52. v, 14
Viros i, 20. ii, 20. v, 2. 10
Virtus ii, 15
Virtute i, 14. ii, 12. 25. 48. iv, 11. 13. 14. v, 14
Virtutem ii, 18. 26. 44. iii, 4. iv, 16. vi, 2
Virtutibus ii, 4
Virtutis i, 13. ii, 3. iv, 1
Virtutum v, 15
Virum ii, 48. iv, 15. v, 15
Vis i, 6. 14. 16. 17. 19. 21. ii, 30. 33. 43. iv, 5. 12. 13. 20. v, 11. 15. vi, 11
Visam iii, 26
Visendi iii, 26
Visentibus ii, 27
Visere iii, 2. iv, 3
Visi iii, 15. iv, 4. v, 8
Visis ii, 32. 46
Viso iii, 20. iv, 1. 6. 11. 21
Visum i, 11. 14. ii, 27. 35. iii, 27. iv, 3. 6. 11. 16. 22. v, 4. 10. vi, 4. 14
Visus vi, 13
Vita i, 1. v, 1. 2
Vitæ v, 13. vi, 6. 15
Vitam iv, 18
Vitare vi, 13
Vitem iv, 14
Vitis ii, 3
Vivendi iv, 15
Vivi iii, 14
Vivis v, 3
Vix iii, 13. iv, 20. vi, 5. 8. 12
Ulcisci v, 6
Ulcisi vi, 9

Ulla i, 19. ii, 4. 10. 16. 49. iii, 13. 16. v, 11
Ullam iii, 20
Ullis ii, 46
Ullo ii, 12. 35. 52. iv, 12. v, 12
Ullus i, 20
Ulterius ii, 26. 27. 33. 44. iii, 4. 6. iv, 22. v, 2. vi, 9
Ultionem i, 11. ii, 3. 40
Ultionis iii, 23
Ultra ii, 45. iv, 4. 13
Ultro ii, 5. 8. 25. iii, 3. 21. v, 2. vi, 3. 10. 12
Ultum i, 4. ii, 37. vi, 1. 7
Ululatu iv, 1
Ulysse i, 13. 16. ii, 9. 23. 37. 45. iv, 7. 10. 16. 18. v, 4. 7. 13. 14. vi, 6. 15
Ulyssem ii, 3. 6. 33. 37. 48. iii, 19. iv, 6. vi, 6. 15
Ulysses i, 4. 11. 17. 20. 21. ii, 14. 15. 19. 20. 23. 26. 29. 37. 38. 50. iii, 1. 12. 18. 20. iv, 2. 16. 19. 22. v, 8. 10. 11. 14. 15. vi, 5. 6. 14. 15
Ulyssi i, 20. iv, 6. v, 13. 14. vi, 15
Ulyssis i, 22. v, 8. 14. 15. 16. vi, 6
Umbonem iv, 6
Umbonibus iv, 2
Una i, 7. 18. ii, 48. iii, 13. 14. 24. iv, 21. vi, 11
Unam iii, 23
Unde i, 5. vi, 7
Undique ii, 31. 43. 46. 48. iii, 5. iv, 9. 20. vi, 4. 7. 14
Uni iv, 22
Universa i, 7. ii, 49. iii, 1. 10. iv, 11. 22. v, 11
Universæ ii, 8. iii, 21
Universam i, 5. 12. ii, 26. iv, 6
Universas ii, 1. iii, 1
Universi ii, 29
Universis ii, 22. 28. iii, 17. v, 9
Universo v, 16
Universos ii, 8. 9. 23. 48. iii, 1. v, 12. 14
Universum ii, 33. iii, 2. 5
Universus ii, 38
Unius v, 17
Uno iv, 15. 21. v, 3. 15. vi, 14
Unquam ii, 15. iii, 25. v, 2
Unum i, 4. 12. 16. ii, 2. 6. 19. 20. 30. 31. iii, 15. 27. iv, 4. 8
Unus ii, 27
Vobis ii, 21. 22. 23. 26. iii, 25
Vobiscum ii, 26
Voce i, 7. 22. ii, 23. vi, 14
Vocibus iii, 16
Vocis ii, 35
Volentes i, 6
Volentibus ii, 7
Volvere iv, 20
Voluerant vi, 8
Voluerat v, 4. 10. vi, 15
Voluntas ii, 23
Voluntate i, 10. 12. ii, 33
Voluntatem i, 10. ii, 23. 48. iii, 3. v, 4
Voluntati i, 10
Volutare ii, 50
Vos ii, 21. 22. v, 2. 6
Vota iii, 21. iv, 4
Votis iv, 6
Vox i, 19. 21
Urbe iii, 16
Urbem ii, 17. iii, 16. v, 12
Urbes ii, 16. iv, 4
Urbs iii, 16. v, 13
Urgens ii, 43
Urgente iii, 26. v, 16
Urna iv, 8. 15. 18. vi, 10
Urnæ v, 15
Urnam iii, 14. 20
Usquam ii, 43. iv, 12. v, 2
Usque i, 6. ii, 9. iv, 1
Usui i, 20
Usum ii, 15. 43
Usus i, 18. vi, 5
Utamur v, 17
Utcumque v, 2
Utebantur iii, 1
Utendum iii, 3. v, 2
Uteretur i, 1
Uterinus ii, 3
Uterque ii, 39. 40. 41. iii, 7. 10. vi, 4
Utile ii, 22
Utilitate ii, 23. 51
Utilitatem ii, 48
Utramque ii, 49. iv, 6. vi, 5
Utraque ii, 4. 12. 41. iii, 8. 22. v, 12. vi, 15
Utrimque i, 5. ii, 2. iii, 5. 11. iv, 2. 17. 19
Utrinque ii, 32. 36. 38. 41
Utrisque iii, 8
Utriusque ii, 4. 14. 24. 32. 38. 40. iii, 8. 18. iv, 5. 6. 19
Utroque iv, 10
Utrosque v, 15
Utrum i, 9
Utrumque iv, 11. 19. v, 15. vi, 10. 14
Vulcani ii, 14
Vulgum iv, 4
Vulnera iii, 11
Vulnerat iii, 5
Vulnerata iii, 10
Vulneratam iv, 3
Vulnerati ii, 4. 38. iii, 9
Vulnerato v, 11
Vulneratos vi, 15

Vulneratus ii, 40. iii, 6. 7. 14. vi, 15
Vulnere iii, 7. 9. iv, 19
Vulneri ii, 6. 10. 40. iii, 6. vi, 15
Vulneribus ii, 43. iii, 10. iv, 11
Vulneris ii, 5
Vulnerum iii, 11
Vultu i, 6. 11. ii, 29. iii, 20
Vultum ii, 51. vi, 14
Vultus ii, 28
Uxores vi, 2

X.

Xanthi ii, 11
Xantho ii, 35

Z.

Zacyntho vi, 6

INDEX

IN

DARETEM PHRYGIUM.

ABDUCTIONE 4
Abduxerant 9
Abicit 24
Abisset 7
Abnegat 30
Absconderat 43
Abscondit 41
Absconditam 43
Abstineret 31
Abstrahi 11
Abstulerant 11
Abstulerunt 2
Abstulisset 1
Abstulit 37
Ac 8. 29
Acamas 18
Accedat 9
Accederet 9
Accedit 19
Accepto 24. 36
Acceptum 1. 13. 26
Accersi 24
Accersiri 35. 43
Accersit 34
Accesserunt 3. 11
Accipere 30
Accipit 25. 36
Accipiunt 25. 34. 35
Accusat 43
Acerrimos 24
Acerrimum 13
Achaiam 5
Achille 16. 27. 30. 34
Achillem 13. 30. 31. 33. 34
Achilles 11. 14. 15. 16. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 27. 28. 30. 31. 32. 33. 34
Achilli 27. 28. 34. 35. 42
Achillis 24. 27. 35
Achivi 20. 21
Achivos 19
Acie 19. 23. 28. 32. 35
Aciem 20. 29. 32. 36
Acre 19. 24. 29
Acriter 22. 23. 24. 26. 31. 32. 33. 36
Acta 20. 44
Actum 30
Addit 19
Adducant 15. 40. 41
Adducat 43
Adducit 43
Adducto 9
Addunt 26
Adduxere 14
Adduxisse 7
Adduxisset 7. 8
Adduxit 14. 21
Ademtum 27
Adepta 7
Aderant 18
Adhuc 16
Adiri 27
Adjutores 3. 6
Ajutricem 7
Adjuturum 16
Adjuvet 16
Admestæ 26
Administrat 25

Admovit 2
Adolescens 37
Adortus 37
Adrastus 18
Adrestia 18
Advectos 2
Advenerit 18
Adveniens 33
Advenis 37
Advenit 18. 19. 36. 42
Adventare 2
Aduncum 14
Advocatam 27
Adytis 15
Æde 41
Ædificarent 8
Ædificaret 1
Ædificari 1
Ædificatæ 9
Ægre 27
Ænea 21. 23
Æneæ 40. 41. 42. 43
Æneam 9. 12. 18. 24. 38. 40. 43
Æneas 20. 21. 37. 41. 43. 44
Æquali 13
Æqualiter 42
Æque 31
Æquitatem 28
Æquo 25
Æquum 5
Æsculapii 14
Æsonem 1
Æsonis 1
Ætas 44
Ætate 12
Æthiopia 18
Ætolia 14
Affabilem 13
Affectum 18
Afferri 42
Afferunt 34
Affinitate 27
Agamemnon 11. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 36. 42. 43
Agamemnone 22
Agamemnonem 10. 11. 13. 19. 20. 23. 26. 29. 31. 32. 33. 37. 39. 42. 43
Agamemnoni 16. 20. 27. 30. 31. 35. 40
Agamemnonis 17
Agant 35
Agapenor 14
Agat 27
Agit 1. 3. 25. 31. 42
Agunt 18. 37
Ajace 21
Ajacem 13. 37
Ajacis 35
Ajax 14. 19. 24. 28. 31. 32. 35
Ait 12. 35. 39
Alacriores 8
Alacris 43
Alexander 7. 8. 9. 10. 16. 21. 28. 31. 34. 35. 44
Alexandri 7. 35
Alexandro 4. 7. 9. 11. 35. 38
Alexandrum 7. 8. 9. 10. 12. 21. 24. 34. 35
Albo 13
Alii 4
Alioqui 36
Aliquantulum 33
Aliquas 10
Aliquem 39
Aliquibus 33
Aliquos 20
Aliquot 26. 31. 32. 36. 42. 43
Aliud 29
Alium 30
Alizonia 18
Alloquio 10
Alloquitur 9. 33. 35
Alta 13
Altam 12
Alter 12
Alteri 12
Alternis 35
Amabat 30
Amabatur 1
Amans 34
Amare 27
Amazonibus 36
Amazonum 36
Ambo 10. 36
Ambulare 10
Amici 1. 19
Amicitiam 15
Amicos 6
Amisit 34
Amittere 8. 31
Amore 27
Amori 12
Amphidamas 39
Amphimachi 40
Amphimachum 14. 21. 38
Amphimachus 14. 18. 37. 38
Amphion 18
Amphius 18
Ampliora 4
An 19. 42
Anchisæ 40
Anchise 40
Anchisem 40. 41
Anchisen 6
Ancipiti 27
Andromacha 4. 24. 41. 42. 43
Andromacham 12. 24. 44
Animadvertunt 28

Animam 34
Animi i, 12
Animo i, 4. 12. 13. 15. 25. 35. 38
Animum 24. 27
Anium 19
Annis 16. 44
Anno 15
Annuit 23
Annus 27
Ante 9. 11. 24. 25. 34. 36. 41
Antequam 9. 15
Antenor 5. 8. 37. 38. 39. 41. 42
Antenore 9
Antenorem 4. 5. 6. 8. 17. 37. 40. 43. 44
Antenori 5. 38. 40. 41. 42. 43
Antenoria 4
Antenoris 40. 44
Antilocho 34
Antiphum 23
Antiphus 14. 18
Aperiant 41
Apollinem 15
Apollini 15
Apollinis 10. 34
Appetendi 38
Applicant 15
Approbat 16
Approbato 38
Aptum 12
Apud 3
Aquilino 12. 13
Aram 4. 41
Arcadia 14
Arcem 42
Arcesilaus 14
Archilochum 20
Archilochus 18
Architectum 1
Arcum 35
Argis 9. 14
Argivi 15. 25. 28. 31. 32. 33. 36. 41. 43
Argivis 19. 25. 33. 35. 37. 44
Argivorum 15. 29. 31. 36. 39
Argivos 26. 29. 31. 32. 33. 35. 36. 38
Argo 1
Argonautarum 17
Argonautas 1
Argonautis 15
Argos 10
Argum 1
Arma 36
Armati 22
Armis 2. 13. 38
Ascalaphus 14
Ascania 18
Ascanius 18
Ascenderunt 11
Ascendit 5
Aspexerunt 9. 35
Aspexit 11
Asportare 41
Assentiunt 15. 19. 29
Asterium 21
Astricto 40
Astringunt 30
Astyanactem 24
At 10. 24
Athamantem 19. 26
Athenas 14. 15. 18
Atheniensium 11
Athenis 14
Atque 1. 28. 38
Atrocem 13
Auctores 38
Auctoritatem 8
Audacem 13
Audierat 8
Audierunt 11
Audiisse 12
Audisset 7
Audito 40
Audivit 1. 2. 5. 8. 15. 22. 24
Avectam 4
Auferant 10
Auferri 34
Augurio 15. 30
Avi 6. 8
Aulidem 15
Auream 1
Austero 13
Ausus 5
Aut 37. 38
Autem 11. 12. 21
Avum 35
Auxilium 18

B.

Barbarorum 2
Barbaros 6
Barbatum 12
Bellandum 8
Belli 38
Bellicosos 6
Bellicosum 12
Bello 5. 13. 24
Bellum 7. 8. 11. 17. 24. 30. 31. 33. 42
Bene 12. 13
Benignitate 7
Biennium 20
Blæsum 12. 13
Blandam 12. 13
Blandum 13
Boëtem 20
Bœotia 14
Bona 40

Bonitatem 28
Bonum 13
Brachio 34
Briseidam 13
Bucolionem 6

C.

Cadere 22
Cadit 19. 26
Cadunt 22. 23. 28. 32. 35
Cæde 24
Cædes 19. 20. 21. 22. 23. 29. 31. 33
Cædit 19. 26. 29. 31. 32. 33. 41
Calchantem 15
Calchas 15. 30. 43
Calido 13
Candidam 12. 13
Candido 13
Candidum 12. 13
Capillis 12. 13. 24
Capillo 12. 13
Capta 12. 15
Captivos 10
Capturos 15
Caput 40
Cares 18
Cassandra 4. 8. 11. 41. 43
Cassandræ 42
Cassandram 12. 42
Castor 3. 5. 9. 11. 12
Castorem 3. 5. 9
Castra 17. 19. 26. 27. 28. 29. 31. 32. 34. 35. 36. 37. 39
Castris 28. 36
Castrorum 20
Cavendum 39
Causa 3. 5. 10. 11. 27. 30. 43
Cautum 12
Cecidisse 21. 23
Cedere 25
Cedunt 28
Centum 14
Cerebro 13
Certant 20. 40
Certaverunt 24
Certum 13. 38
Cessant 41
Cessat 21. 25
Cessit 25
Cetera 23. 26
Ceteris 41
Ceteros 19. 20. 27. 29. 33. 37
Chersonesum 43
Ciconia 18
Circa 35. 36
Circiter 44
Circuitionem 20
Circumactus 27
Circumdat 26
Circundant 36
Cito 33. 34
Cives 4
Civibus 12
Civitatem 4. 21
Clam 19. 39. 40. 42
Clamor 24
Clamore 19. 33. 35. 36
Clamosum 13
Clara 13
Clariorem 1
Claris 12
Claritatem 1
Classe 8. 14. 15
Classem 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15
Classibus 11
Classis 7. 19
Claves 40
Clauserunt 33
Clausos 37
Clausus 39
Clementem 12. 13
Clementiam 28
Clypeo 16. 21
Clytæmnestram 9
Coëgit 22
Cœnam 38
Cœperunt 30
Cœpisset 24
Cœpit 3. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 21. 24. 27. 30. 31. 33. 35. 36. 37. 42
Cogente 27
Cogit 31. 33
Cognoscere 1
Cognovit 19. 24
Cohortari 7
Colchis 1
Colchos 1. 2. 3
Collaudat 19. 42
Collaudavit 3
Colliditur 24
Collo 12
Collocantur 34
Collocari 34
Collocuturum 34
Collum 28
Colophonia 18
Cominus 26. 36
Comitibus 39
Commeatu 16. 27
Commeatus 19. 22. 26
Commemorans 16. 34. 42
Commemorat 17. 29. 30. 37. 42
Commisso 29. 32. 33
Committitur 35
Commonefacit 8
Commotus 2. 3. 21

Commune 2. 39
Commutationem 25
Comparandas 26
Comparare 11. 22
Compararent 26
Comparari 7
Comparat 15
Comparuerunt 11
Componunt 26
Compositis 12
Conarentur 2
Conati 1. 6
Conclamat 42
Conclamavit 8
Concedit 23
Concessit 35
Concilianda 37
Concilii 42
Concilio 15. 39
Concilium 15. 16. 31. 35. 37. 38. 40
Concionem 7. 19. 25
Concionemque 8
Concitat 24
Concubinis 4. 6
Concurrunt 36
Conditione 27
Condixerat 34
Confidentem 13
Confidere 7
Confirmant 15
Confirmaretur 40
Confirmata 41
Confirmato 40
Confirmatus 40
Confirmaverant 42
Confodit 34
Confugerunt 33
Confugiunt 28. 35
Congrederetur 19
Conjiciunt 28. 34
Conjugem 11
Conjugibusque 40
Conjurassent 40
Conqueri 25. 31
Conqueritur 43
Conquesturi 11
Consanguineis 40
Conscenderunt 2
Conscendit 5
Conscius 10
Consecravit 4
Consenserant 37
Conservet 16
Considerabat 24
Consideravit 2
Consiliarium 13
Consilii 31. 33. 30
Consilio 12. 18. 38
Consilium 7. 8. 20. 21. 22. 29. 30. 34. 35
Consolatus 11
Conspectu 10
Constaret 19
Constituantque 34
Constituere 42
Constituit 34
Constitutum 34
Consuescerent 2
Consuetudine 36
Consulantur 35
Consulendum 15
Consulere 35
Consulit 18. 25. 30. 42
Consulto 19. 23
Consultu 17
Consumere 27
Contemplatur 27
Contemsit 8
Continuis 22. 23. 29. 33
Continuo 6. 9. 33. 35
Contra 2. 15. 19. 20. 21. 22. 23. 25. 26. 28. 29. 31. 32. 33. 35. 36. 37
Contritos 37
Contulerunt 15
Contumeliose 3. 4. 5. 6. 8. 17. 38
Convenerunt 1. 6. 11. 14. 15
Conveniant 11
Conveniat 9
Conveniret 9
Convenissent 20
Conveniunt 39
Convertit 19
Convexit 4
Convocandos 11
Convocat 15. 19. 21. 35. 37. 40. 42
Convocatis 42
Cooperto 34
Copesus 18
Copia 3
Coram 20
Cormo 18
Corpore 12. 13
Corpus 35
Correpti 11
Corruit 33
Crassum 13
Creta 14
Crispatum 13
Crispum 12
Crudelem 13
Crudelitatem 2
Cruribus 12
Cucurrit 1
Cuncti 28
Cupidum 12. 25
Cupiebat 10

Cupiens 10
Cur 5
Curant 22. 29. 33
Curare 22. 30
Curat 20. 26. 31. 32. 35
Curatione 23
Curato 33
Curavere 35
Curent 19. 26
Currit 24
Custodibus 40
Cypho 14
Cytherea 10
Cythercam 9

D.

Dapsilem 12. 13
Dardania 4
Dardanis 12
Dardanos 36
Dare 25
Dares 12. 44
Daretis 44
Daretur 34. 40
Dari 22. 31
Dat 27
Datam 4
Dationem 20
Dato 10. 19. 40
Datum 3. 20
Datur 35
Daturam 7
Daturum 1. 5. 27
Debeant 35. 42
Debeat 30
Debere 7. 27. 30. 31
Decem 44
Decentem 12
Decimo 15
Decreverunt 3. 11
Dederit 27. 38
Dederunt 10
Dedit 3. 11. 32. 42
Deduci 19
Deducto 12
Deesse 8
Deessent 1
Defendant 3. 15
Defendat 3
Defendendas 11
Defendit 28
Defendunt 19
Defensores 37
Defensorum 38
Deferunt 10
Deflent 29
Degere 8
Deinde 4. 14. 15. 19. 35. 38
Deiphobo 4
Deiphobum 7. 9. 12. 18. 28. 29
Deiphobus 7. 9. 26. 28
Delatus 5
Delphos 15
Demonstrare 1
Demonstrat 5
Demonstravit 8
Demophoontem 19. 26
Denique 17
Deorum 7
Deprædandam 16
Deprædantur 10
Deportaverunt 3
Descripsit 44
Desiderasset 35
Desiderent 37
Desiderium 22. 25
Desidia 6
Desisterent 21
Despexisset 35
Destinaverat 30
Destitit 24. 35
Devastasset 36
Devastat 29
Dextera 24
Dextro 34
Dianæ 10. 15
Dicant 2
Dicendi 38
Dicens 30. 39
Dicere 6. 8. 22. 25. 29. 30. 31. 37. 40. 42
Dicit 1. 3. 4. 5. 15. 25. 26. 27. 41
Dicto 2. 19
Dictum 11
Dicunt 39
Die 5. 19. 21. 22. 24. 25. 29. 31. 33. 34. 35. 38. 39. 41
Diebus 9. 22. 23. 29. 33. 44
Diei 29. 33
Diem 42
Dierum 23
Dies 9. 26. 31. 32. 33. 36. 42. 43
Differabatur 22
Diffidere 30
Digitis 12
Dignam 1
Dignum 12
Dii 35
Diis 42
Dilectum 42
Diligenter 19. 20. 35
Dimensionem 20
Dimicant 32
Dimisit 8. 38
Dimittuntur 21
Diomede 21

Diomedem 13. 22. 30. 31. 37
Diomedes 11. 14. 16. 20. 21. 22. 23. 24. 30. 31. 35
Diorem 14
Direptos 4
Dirigat 9
Dirigebat 24
Dirimit 19. 20. 21. 24. 28. 31. 33
Discedant 2. 15. 17
Discedat 27
Discedere 5
Discesserit 27
Discesserunt 19. 24
Discessit 38
Discessuros 27
Discordia 29
Displiceret 8
Dispositum 7
Disposuerat 10
Disposuit 10
Dissimiles 12
Dissimulat 28
Dissuasisse 42
Diu 5. 10. 26
Dividi 42
Dividit 16
Divinam 10. 38
Divinas 15
Diurna 44
Dixere 40
Dixerunt 22. 37
Dixisse 42
Dixit 4. 5. 6. 8. 20. 38. 42
Doctum 12
Dolon 22. 39
Dolore 3. 21. 24. 36
Dolorem 34
Dolosum 13
Domi 11. 15
Domum 2. 3. 5. 7. 10. 27. 42. 43
Dona 15
Donari 42
Donatum 5
Dono 3. 4
Dorium 21
Ducant 40
Duce 9. 15
Ducem 11. 24
Ducenti 44
Ducere 3
Duces 14. 15. 20. 22. 23. 24. 29. 30. 33. 40. 42
Ducibus 20
Ductores 18. 26
Ductoribus 18
Ductricem 36
Ducuntur 34
Duo 12. 34. 44
Duodecim 23. 44
Duorum 25
Duos 29
Dux 33
Duximus 18
Duxit 10

E.

Eas 7
Eat 1. 3. 16
Eatur 8
Ediceret 8
Educit 19. 21. 25. 26. 27. 30. 32. 36
Educunt 21. 23. 29. 31. 32. 33
Eduxerunt 3
Eduxit 35. 36
Effert 20. 29. 33. 34
Effugere 16
Egerat 27
Egisset 27
Egit 8
Ejecturum 2
Ejiceret 1
Ejici 34
Eioneum 24
Elide 14
Eligerent 7
Eligit 8
Eloquentem 13
Elpenorem 21
Ensem 34
Epistrophum 21
Epistrophus 14. 18
Equestri 3
Equi 40
Equis 16
Equo 33
Equum (nos Æquum) 20
Equus 33
Eripiunt 10
Eripuerit 38
Eripuisset 33
Eripuit 19
Eruptionis 40
Eversuros 7
Eumelus 14
Eundem 29
Evocat 29
Euphemum 21
Euphemus 18
Euphorbo 8
Euphorbum 23
Europam 6. 27
Euryalus 11. 14
Eurypylus 14
Excedere 43
Excensionem 19

Excusatam 31
Excusaverit 30
Excusavit 18
Excutit 33
Exegisse 6
Exemta 35
Exequi 6
Exercent 26
Exercitibus 10. 18
Exercitu 4. 16. 20. 23. 24. 34. 36. 37
Exercitui 3. 9. 19. 41
Exercitum 3. 6. 8. 9. 11. 16. 19. 20. 21. 22. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 32. 33. 35. 36. 40. 41. 42. 43
Exercitus 15. 27. 29. 30. 31. 32. 33. 40. 42
Exeundum 19
Exeunt 26
Exierunt 2. 35
Exigi 40
Exire 36
Existimabat 1
Existimet 27
Exitium 8
Exortæ 42
Expectavit 4
Expostulat 30
Exposuisse 22
Expugnant 15
Expugnationem 17
Exscensionem 20
Exspoliavit 10
Exstruxit 4
Exsurgit 37
Extremum 8
Extrinsecus 40
Exultanti 28

F.

Facere 6. 10. 20. 25. 37. 38. 39
Faceret 1
Faciant 15. 33
Faciat 34
Facie 7. 12
Faciem 31
Faciendo 35
Faciendum 37. 39
Faciens 34
Facit 15. 19. 20. 23. 25. 26. 28. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 41
Faciunt 16. 28. 33
Facta 2. 15. 19. 37. 41
Factam 5
Factas 4
Factione 44
Facto 21. 28. 36
Factos 11
Factum 5. 26. 27. 38
Factura 1
Facturos 3. 27
Facturum 25. 34. 38
Factus 3. 38
Facultatem 37
Facundum 12. 13
Fano 10. 34
Fanum 9. 10. 15. 34
Fecerit 27
Fecerunt 3. 33
Fecissent 6. 8
Fecit 4. 5. 8. 16. 37
Felicem 29
Femineo 24
Femur 19. 21. 24
Ferat 3
Ferebat 27
Ferenda 27
Feris 16
Ferre 26
Ferunt 16. 26
Fessi 35
Fessus 35
Festus 9
Fiat 9. 17. 25. 27. 37
Fidelis 38
Fidelissimo 27
Fidem 40
Fides 39. 40
Fieret 24. 34
Fieri 8. 19. 27. 29. 30. 31. 35. 38
Figit 24. 27. 35
Figurati 12
Filiam 3. 9. 27. 35
Filii 3. 14. 34
Filio 24. 34
Filios 6. 8
Filium 10. 16. 24. 34
Filius 1. 18. 26. 35. 37
Finem 35. 37
Finibus 2. 5. 17
Finis 38
Finitimos 15
Firment 34
Fit 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 27. 29. 31. 32. 33. 36
Fiunt 26. 31
Flavis 12
Flavo 12. 13
Fœderis 27
Fœdus 34
Foras 36
Fore 40
Forent 6. 40
Foret 6. 19. 39
Forma 10. 12
Formæ 10

Formosam 12. 13
Formosum 13
Fortem 12. 13. 30. 37
Forti 1
Fortis 1. 7
Fortissime 24. 28
Fortissimi 20. 23. 34
Fortissimos 21. 37
Fortissimum 24
Fortissimus 19. 37
Fortiter 19. 28. 33. 34. 36
Fortunis 37
Fossas 26
Fratrem 1. 10. 11. 14. 21. 30
Fratres 7. 34
Fretus 10
Frumentum 26
Fuerint 16. 30
Fuerunt 12. 14. 41
Fugabantur 19
Fugæ 41
Fugam 19. 24. 33
Fugantur 29
Fugaretur 33
Fugat 19. 29. 31. 32. 36
Fugato 16
Fugavit 24
Fugit 41
Fuisse 25. 29. 38
Fuissent 5. 12. 20
Fuisset 19. 37
Fuit 30
Funebres 20. 25. 34
Funerare 22. 23. 32
Funerari 22
Funerat 22
Funere 20. 29. 33. 34
Fusus 33
Futura 8
Futuram 7
Futurorum 12
Futuros 3. 6
Futurum 1. 7. 8

G.

Gaudent 15
Gaudentes 15
Gavisus 11
Genere 4
Generis 5
Genua 24
Gerant 28
Geri 7. 8. 30
Geritur 17
Gesserat 8
Gestæ 10. 29
Gestam 16
Glaucus 18
Glorianti 28
Gracilem 12. 13
Græci 2. 5. 6. 8. 14
Græcia 2. 7. 8. 11
Græciæ 1. 6
Græciam 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 27. 36. 44
Græcis 3. 44
Græcorum 14. 17. 24. 25
Græcos 7. 11. 15
Graiis 4. 6
Graios 5. 7
Grajugenæ 19. 20
Grajugenis 42
Gratias 1. 8. 10. 18. 25. 31. 42
Gratum 13
Graves 4
Graviter 2. 4. 5
Guneus 14

H.

Habebat 1
Habentem 12
Habere 5. 6. 30. 38. 40
Haberent 6
Haberet 31
Habuit 1
Hac 25
Hactenus 44
Hæc 4. 5. 20. 25. 37. 38
Hanc 12. 40
Harum 7
Hector 7. 19. 20. 21. 23. 24. 27. 30. 34
Hectore 4
Hectorem 4. 6. 8. 12. 18. 20. 24. 25. 30. 37
Hectori 22
Hectoris 19. 24
Hecuba 4. 27. 34. 35. 41. 42. 43
Hecubæ 30
Hecubam 12. 27
Helena 10. 17. 35. 37. 43
Helenæ 9. 10. 11. 27
Helenam 10. 11. 12. 38
Heleni 7
Heleno 4. 42
Helenum 12. 24. 42. 44
Helenus 7. 34. 42. 43
Hercule 3. 16
Herculem 3
Hercules 3
Hermionam 9
Hesiona 4. 5. 9. 19
Hesionæ 4. 17
Hesionam 3. 4. 5. 6. 7. 8. 11
Hi 6. 9. 11. 14. 18

Hilari 13
Hilaribus 12
Hinc 22. 23
Hippothoum 21
Hippothous 18
His 3. 4. 5. 8. 9. 18. 20. 27. 28. 29. 42
Historia 44
Historiam 12
Hoc 4. 5. 8. 16. 27. 38. 40
Homines 6. 10
Hominibus 8
Hominum 23. 24. 27. 28. 31. 32. 44
Honesto 18
Honore 22
Honorifice 31. 35
Horrescerent 8
Hortari 30
Hortatur 15. 19. 20. 21. 26. 28. 29. 33. 34. 35
Hortatus 1. 5. 6. 8. 38
Hos 12
Hospites 1
Hospitio 5. 15. 16
Hospitium 16
Hostes 15. 25. 35
Hosti 27
Hostias 42
Hostibus 3. 7
Hostili 7
Hostium 19
Hucusque 44
Huic 15
Hujus 6. 7

I.

Jaculo 24
Ialmenus 14
Jam 9. 30
Jason 1. 2
Jasone 1. 3
Jasonem 1
Jasoni 1
Jasonis 1
Ida 7
Idam 8
Idem 26. 27
Ideo 27
Idipsum 40
Idomeneus 14
Ierant 9
Ierat 3. 15
Ignem 19
Ignorantiam 4
Ilia 4
Ilico 3
Ilio 4
Ilium 3. 4. 7
Illam 43
Ille 18. 21. 24. 36
Illi 9. 19. 24. 26. 37
Illico 1
Illis 1. 2. 5. 8. 9. 12. 15. 22. 29. 42
Illos 3. 6
Illum 24. 30
Illuxit 42
Immortales 11
Impatientem 13
Imperare 20
Imperarent 8
Imperat 1. 9. 10. 19. 22. 30. 31. 35. 38. 43
Imperatorem 9. 11. 25. 29
Imperatum 15
Imperavit 5
Imperet 20
Imperii 12. 25
Imperio 15. 20. 25
Imperium 2. 20. 25. 27
Impetrare 8
Impetrasse 5. 6
Impetum 34
Implicitum 33
Imponi 1
Imposuit 10
Impressionem 26. 28. 31. 32. 33. 35
Imprudentes 3
Impulsus 27
Impune 3
Impunitum 6
Inauratam 1
Incendi 31
Incendisset 36
Incendunt 28
Incensi 10
Includi 11
Incolumia 40
Increpans 24
Increpare 37
Indicant 44
Indicat 31
Indicendum 11
Indicit 17
Indignum 20. 27
Indoctum 20
Induciæ 12. 20. 25. 26. 30. 31. 35
Inducias 19. 22. 23. 25. 26. 29. 31. 32. 33. 34
Ineat 39
Inferis 43
Ingenium 20. 25
Ingens 36
Ingenti 22
Ingerit 38
Iniit 34
Iniquum 27
Inire 8

Injurias 1. 3. 4. 6. 8. 11. 15. 17
Inscii 9
Insequenti 34
Insequitur 33
Insidias 34
Insidiis 34
Insinuandas 18
Instantes 21
Instructionem 20
Instruere 36
Instruit 19. 26. 27. 32. 33. 35. 36
Insula 5. 9. 10
Insulam 9
Insultare 33
Insurgit 28
Intellexit 3
Intelligentia 15
Intelligeret 16
Inter 7. 12. 15. 16. 20. 24. 29. 31. 34. 40
Interdiu 19
Interea 9. 10. 15. 17. 24. 26
Interemto 24
Interfecit 19. 29
Interfecti 34
Interfectos 24. 37
Interfectum 16
Interficeretur 16
Interfici 38
Interficit 23. 28. 31. 35
Interfuisse 12
Interim 22. 36
Interitum 17
Interituros 7
Intermissione 22. 33
Interrogabant 9
Interrogarentur 22
Intrasse 2
Intravit 3
Introducant 41
Introivit 34
Invaserunt 10
Invenisse 39
Invenit 43
Inventa 11
Inventam 43
Invicem 9. 19. 21
Inviolatam 10
Jovi 4
Jovis 41
Iphinoum 24
Ipsa 10. 27
Ipse 20. 27. 33. 38
Ipsi 2
Ipsis 1
Ipsius 31
Ipsum 31
Iracundum 19
Iratum 39
Iratus 28. 42
Ire 1. 10
Irent 1
Iret 9
Irrisui 6
Irruptionem 37. 38. 41
Isse 11
Ista 24
Item 29
Iter 5. 15
Iterum 25
Ithaca 14
Itinere 3. 9
Ituri 1
Ituros 1
Iturum 3
Jubert 5
Jubet 4. 5. 6. 7. 17. 24. 25. 34. 37. 40. 42. 43
Jubetur 27
Jucundum 13
Judicaret 7
Judicasse 7
Jugulat 43
Junctis 13
Jungere 27
Junonem 7
Junonis 9
Jura 27
Jurejurando 40
Jusserunt 8
Jussit 1. 8. 11. 19. 24
Justam 12
Juvenes 2

L.

Laborare 24. 33
Læsi 5. 24
Læsisse 5
Læti 21. 29. 32
Lætus 28. 33. 34
Lamentantur 24. 28
Lamentatur 36
Lamponem 6
Laomedon 2. 3. 4
Laomedonte 3
Laomedontem 5
Laomedonti 2. 3
Laomedontis 2. 3. 4. 6
Largam 12
Larissa 14. 18
Latitudine 19
Latum 13
Latus 35
Laudatque 16
Laude 7
Legerant 9

Legat 1
Legati 16. 17. 22. 25. 33
Legationem 31
Legatos 11. 16. 17. 19. 22. 23. 26. 38
Legatum 4. 6. 8. 9. 17. 26
Legatus 38
Legitimis 4
Leguntur 16
Lenibus 37
Leonteum 24
Leonteus 14
Lesbios 11
Lesbo 11
Libenter 25. 35
Liberis 4
Liberos 6
Libertatem 8. 27. 30. 42
Librarum 20
Liceat 40. 42
Literas 8
Literis 44
Littora 2. 19
Littus 10
Loca 1
Locos 19
Locris 14
Locro 21
Locrum 37
Locrus 24
Longam 12
Longis 12
Longo 12. 31
Longum 12. 13. 22
Loquendi 37
Loquitur 27
Luce 19
Ludos 20. 25. 34
Lumen 40. 41
Lycaonem 23
Lycia 18
Lycius 26. 28
Lycomedem 35
Lycomedes 35

M.

Machaon 14
Machaonem 13
Mæonia 18
Magis 24. 43
Magna 16. 19. 20. 21. 22. 23. 29. 31. 33
Magnæ 42
Magnam 3. 12
Magnas 8
Magnesia 14
Magnesiam 5
Magnifice 16
Magnifico 20. 29. 33. 34
Magnis 12. 13
Magno 15. 19. 33. 35. 36. 38
Magnopere 37
Magnos 37
Magnum 12. 13
Major 6. 21. 24. 29. 32. 33
Majorem 31
Majores 8
Mala 38
Male 26. 30
Malisque 37
Mallet 39
Mandata 5. 27
Mandato 16
Mandavit 44
Mane 21
Manu 7
Manum 19
Mare 3. 10
Materiem 8
Matrimonio 34
Maxima 24
Maxime 6. 20
Maximum 13
Mediocri 12. 13
Media 13
Medium 42
Melibœa 14
Meliorem 7
Membris 12. 13
Memnon 18. 24. 33
Memnonem 18. 24. 33
Memorans 11
Menelai 10. 21
Menelao 10. 30. 35. 43
Menelaum 13. 31. 37
Menelaus 9. 14. 20. 21. 23. 30. 31. 36
Menses 29. 31
Mensibus 23. 44
Mensium 25
Mente 12
Mentem 43
Mercurium 7
Merion 19
Merionem 13. 19. 33
Meriones 14
Mesthlem 21
Mesthles 18
Metu 7
Micantibus 12
Militasse 12
Milites 3. 7. 9. 15. 29. 31. 33
Militum 4. 15
Mille 44
Millia 19. 21. 22. 23. 24. 27. 28. 31. 32. 44
Minervæ 42
Minervam 7

Minima 29
Minime 4
Minimus 7
Minoribus 8
Minus 8. 30. 37
Mirabantur 9
Mirabatur 9
Mirandam 2
Mirari 39
Misericordem 13
Miserit 17. 34
Misisse 6. 8
Misit 1. 3. 4. 7. 8. 10. 22. 24
Missi 17. 33
Missos 22
Missum 9
Missuram 34
Missurum 31
Missus 15. 27
Mitibusque 37
Mitigavit 10
Mittat 35
Mittatur 7
Mittendi 38
Mittendum 39
Mittere 4. 6. 8. 9. 19
Mitterent 15
Mitterentur 11
Mitteretur 7
Mitti 8
Mittit 2. 9. 15. 16. 23. 26. 30. 32. 34. 39
Mittunt 11. 19. 26. 35. 39
Mittuntur 16
Mnestheus 14. 19
Modestam 12
Modo 24. 30
Mœnia 4. 23
Mœsta 24. 34. 43
Mœstam 10. 11
Mœstus 30
Moleste 26
Molli 12. 13
Monet 19
Monstravit 8
Mopsus 18
Moram 4. 8
Morati 16
Moratus 5
Morbo 18
More 25
Mori 25
Moritur 35
Moriuntur 23
Mortem 8. 16
Mortuus 22. 23. 26
Moveat 15
Mox 8
Muliebre 34
Muliebria 24
Mulieres 10
Mulieris 30
Multa 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 31. 32. 34. 37. 38
Multatus 26
Multi 23. 33. 35
Multis 33. 34. 38
Multitudine 10
Multitudinem 2. 4
Multo 16
Multos 3. 6. 9. 24. 26. 29. 31. 32. 34. 35. 36. 38
Multum 24
Muneraverunt 19
Munire 36
Munit 26
Munitionem 20
Munitissimam 4
Murum 26. 35. 36
Mycenis 14
Myrmidonas 32. 33. 36
Myrmidones 32. 33
Myrmidonibus 14. 27
Myrteo 13
Mysia 21. 26
Mysiam 16. 19

N.

Nactus 28
Nam 4. 7. 39. 44
Narrat 16. 26
Naso 13
Nastes 18
Nati 4. 6
Natos 37
Natu 6. 7. 8. 29
Natura 12
Natus 15. 19
Navem 1. 2. 10. 11
Naves 3. 8. 14. 19. 22. 26. 29. 31. 38
Navi 2
Navibus 2. 3. 10. 11. 14. 18. 19. 43
Navigare 9
Navigaverat 9
Navigavit 9
Navim 1. 2. 5. 10. 11
Nauplii 18
Necassent 6
Nece 4
Necem 6
Necnon 31
Negare 30. 31
Negassent 9
Negat 25. 31
Negaverunt 5
Negotii 35

Negotium 35
Nemini 5
Nemo 4
Neoptolemo 36. 43
Neoptolemum 13. 36. 37. 41
Neoptolemus 35. 36. 40. 41
Nepotem 35
Neptem 9
Neque 11. 21. 31
Nequicquam 34
Nestor 3. 14. 29. 40
Nestore 10. 31
Nestorem 3. 9. 13. 30. 37
Nestori 5
Nestoris 34
Nigris 12. 13
Nihil 5. 6. 31
Nil 5
Nireum 21
Nisi 4. 19. 24. 33. 35
Nobilem 13
Nocte 10. 35. 40. 41
Noctu 3. 19. 20. 22. 24. 29. 34. 40. 41
Noluerit 30
Noluissent 6
Nomen 1
Nomina 4. 18
Nomine 40
Nondum 40
Nosse 1
Nostrum 1
Notam 12
Novi 39
Novum 16
Nox 19. 20. 21. 24. 28. 31. 33
Nudum 35
Nulla 2
Numero 14. 24. 33. 44
Nunquam 35
Nuntiat 27
Nuntiatum 2. 3. 4. 10. 28
Nuntii 35
Nuntium 9. 10. 34
Nusquam 11

O.

Obediens 38
Obedientes 19
Obedissent 2
Objurgare 5
Obsidet 35
Obstitit 32. 36
Obstrictum 39
Obtruncat 24. 28. 36. 41
Obviam 19
Obvius 3. 19. 24. 26. 27
Obunco 13
Occasionem 28
Occidat 34
Occideret 24
Occiderit 34
Occiderunt 24. 36
Occidit 19. 20. 21. 23. 24. 32. 33. 34
Occiditur 3. 26. 28
Occidunt 15
Occiduntur 3. 26. 33
Occiso 28. 35
Occisos 32
Occisum 4
Occisus 33
Oculis 12. 13
Occumbant 37
Occurrentes 9
Occurrit 9. 19. 22. 28. 36. 41
Occurrunt 20. 23. 34
Octo 44
Octoginta 22
Odiosam 27
Oileum 13
Oileus 14
Omnem 42
Omnes 1. 2. 6. 10. 12. 16. 19. 20. 21. 22. 24. 29. 30. 32. 33. 38. 39. 40. 41. 42
Omnia 1. 3. 4. 40. 42
Omnibus 1. 3. 7. 20. 22. 31. 40. 41. 42. 43
Omnis 44
Omnium 3
Ope 25
Operamque 3
Opinantem 34
Oportere 19. 30. 31. 35
Oppidani 10
Oppidi 44
Oppido 3. 24. 29. 35
Oppidum 3. 10. 15. 21. 22. 24. 32. 33. 35. 38. 41
Oppressus 4
Opprimerentur 2
Opprimeretur 4
Opprimuntur 36
Oppugnant 28
Oppugnare 3
Oppugnari 3
Optimam 7
Optimis 12
Opus 1. 35. 38
Oraculum 15
Orat 34
Orco 21
Orchomeno 14
Orcomeneum 21
Ordinavit 16
Ordinem 10
Ore 12. 13

Ornati 11. 14
Ornatum 26
Orto 35
Ostendant 41
Ostenderunt 41
Ostendit 20. 25
Otio 8

P.

Pace 37
Pacem 17. 27. 30. 31. 34. 37. 38. 39
Pacifice 17
Pacta 41
Pacto 19. 40
Pæonia 9
Pæoniam 4. 7
Palamedem 13. 27. 29
Palamedes 18. 19. 20. 25. 26. 27. 28
Palamedis 26. 28
Palamenem 21
Pandarus 18
Panthi 8
Panthum 6
Panthus 8
Paphlagonia 18
Parabantur 18
Pararet 8
Parat 3. 19
Parati 1. 2. 10. 15. 38
Paratos 32
Paratum 3. 26
Paratusque 38
Pareatur 8
Parent 16
Parentes 7
Parentibus 40
Paris 28. 34
Pariter 11. 21. 42
Pars 21. 29
Parte 20. 23. 31. 32. 35
Partem 31
Partibus 28
Partim 12
Partiturum 42
Parvi 25
Passurum 4
Pater 3. 4. 7. 37. 43
Patientem 13
Patre 8. 16
Patrem 4. 6. 10. 35. 41
Patri 10. 12. 42
Patria 37. 39. 43
Patriam 38. 39. 42
Patris 4. 6. 8. 17. 36. 43
Patroclo 11. 14. 15. 20
Patroclum 13. 19. 20
Paucis 8. 20
Pax 27. 37
Pectorosum 13
Pedes 24
Pedibus 12
Peleum 3. 5
Peleus 3. 5
Peliæ 1
Pelias 1
Pellem 1. 2
Penthesilea 36
Penthesileam 36
Perficere 6
Perficiendum 1
Pergit 15
Periclitari 30
Pericula 27. 30
Periculum 2. 8
Perierat 43
Periisse 27
Perire 39
Perituros 24
Permanere 2
Pernicibus 12
Perpetua 27
Perpetuam 30
Perquirat 43
Perquirit 43
Persarum 33
Persequantur 20
Persequatur 5
Persequi 11. 21. 24. 35
Persequitur 19. 32. 35. 41
Persequuntur 28
Perses 18. 26
Perseveraret 8
Perseverasset 19
Persuasurum 30
Pertinacem 13
Pertinaciam 39
Pertinaciter 30
Pertinere 5
Pertulisset 4
Perturbavit 19
Pervenit 10. 39
Perveniunt 15
Petat 9
Petere 22. 31
Peterent 22. 23. 33
Peti 31. 37
Petit 4. 29. 32. 34
Petiturus 1
Petunt 19. 26. 31. 43
Pheris 14
Phidippum 23
Phidippus 14
Philocteta 15
Philoctetes 14
Phocide 14
Phorcys 18

Phryges 28. 35
Phrygia 3
Phrygiam 2. 3. 4. 8. 15
Phrygibus 5. 15
Phrygio 27
Phrygius 12. 44
Phthia 14
Phthiam 3
Phylaca 14
Piam 12. 13
Pictum 40
Pium 12
Placat 15
Placeat 15. 25. 27. 42
Placere 7. 8. 42
Placet 35
Placitum 22. 31. 40
Placuit 7. 10. 11. 42
Plagis 33. 34
Planctu 24
Plangit 20
Plebe 23. 38
Plures 24. 26. 32. 37
Plurimi 23
Plurimos 10. 32
Plus 16
Podalirium 13
Podalirius 14
Podarces 14
Pollicentur 1
Pollicetur 1
Pollicitam 7
Polliciti 1
Pollicitus 3
Pollucem 3. 5. 9
Pollux 3. 5. 9. 11. 12
Polydamante 40
Polydamantem 9. 39
Polydamanti 40
Polydamas 37. 39. 40. 41
Polypœtem 24
Polypœtes 14
Polyxena 4. 27. 34. 41
Polyxenam 12. 27. 30. 34. 41. 43
Polyxenum 14. 21
Ponderum 20
Poposcit 24
Populo 8. 15
Populum 7. 25
Populus 8
Portabat 15
Portæ 40
Portam 24. 34. 36. 40. 41
Portas 4. 33. 38
Portu 3
Portum 2. 10. 11
Poscit 27. 43
Posse 9. 16. 24. 27. 29. 31. 38
Possent 6. 36
Posset 10. 22
Possit 9. 23. 31. 32
Postea 11. 20. 36
Postera 21. 22. 29. 32. 33. 34. 35. 38
Posthæc 9
Postulare 5
Postulari 25
Postulassent 22
Postulat 17
Postulaverunt 37. 41
Postulent 23
Potentibus 16
Potius 30. 31. 37
Potuerit 18
Potuisse 8. 18
Potuit 24
Præceptis 8
Præcipit 33
Præda 15. 16. 17
Prædam 3. 4. 16. 38. 41. 42
Prædas 6
Prædixerat 11
Præfecerat 3. 26
Præfecit 18
Præficerent 25
Præficiant 29
Præficit 9
Præficiunt 11. 19. 29
Prælia 26
Præliandum 2
Præliari 3
Præliatur 33
Præliatus 33
Prælio 12. 21. 29. 32. 33. 36
Prælium 19. 20. 24. 26. 28. 29. 31. 33. 35. 36
Præparandas 8
Præparetur 7
Præpositum 27
Præsciam 12
Præsidia 40
Præsidio 3
Præsidium 41
Præstans 1
Præstari 40
Præsto 8. 40
Priami 10. 15. 19. 34. 37
Priamo 4. 5. 8. 9. 18. 26. 27. 33. 34
Priamum 5. 7. 12. 16. 17. 22. 23. 24. 25. 37. 41
Priamus 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 15. 17. 18. 22. 23. 24. 25. 27. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38
Prima 23. 28. 32. 35
Primis 19. 29
Primo 20
Primum 9. 15. 18. 33. 43
Primus 3
Principem 7
Principes 6. 18. 37
Principio 42

Pridrem 5
Prius 5. 15
Procederet 24
Procedit 25. 29
Processit 10
Prodant 38
Prodeant 20
Prodeat 30
Prodendam 39
Prodeunt 21. 29. 31. 32. 35
Prodiderant 42
Prodierat 33
Prodire 22. 24. 30. 31
Prodirent 24
Prodisse 24
Prodit 8. 28. 33. 36
Proditionem 44
Proditoribus 40
Proditurum 31
Profecti 1. 2. 3. 15. 27
Profectus 3. 5. 10. 43. 44
Proferret 24
Proficiat 39
Proficiscantur 11. 15
Proficiscatur 15
Proficiscendi 3
Proficiscens 9
Proficisci 3. 7
Proficiscitur 15. 27. 31. 35. 40. 43
Proficiscuntur 15. 16. 25
Progeniem 35
Progenitus 16
Prohibeat 24
Prohibebant 30
Prohibet 34
Prohibuisset 3
Projecto 24
Projici 34
Prolaturos 40
Prolixis 12
Promiserat 30
Promiserunt 3
Promisit 3. 34
Promittit 38
Promittunt 39
Propinquis 8. 40
Prosecuta 35
Prosecuti 25
Prosiliit 24
Prosiluit 33
Prospere 29
Prosternere 33
Prosterneret 35
Prosternit 26. 33
Protendens 24
Protesilaum 13. 20
Protesilaus 14. 19
Protexit 16. 21
Prothenor 14
Prothenorum 20
Prothous 14
Protinus 43
Provincias 18
Provocare 36
Prudentem 13
Prudentiæ 37
Pudicam 12
Puellam 5
Puer 16
Pugna 22. 24. 31
Pugnæ 23. 24. 31. 32. 33
Pugnam 21. 24. 30. 33
Pugnando 26
Pugnant 29
Pugnare 30
Pugnarent 21
Pugnaret 24
Pugnatum 22
Pugnatur 22. 23. 26. 29. 31. 32. 33. 36
Pugnaturum 30
Pugnaverunt 10. 24. 36
Pulcherrimam 1
Pulcherrimis 12
Pulcherrimum 12
Pulchram 12
Pulchrius 8
Pulchro 12. 13
Pura 12
Pusillo 12
Pylæmenes 18
Pyleum 21
Pylo 10
Pylum 3. 5. 9
Pyrus 18

Q.

Quadraginta 14
Quadratum 12. 13
Quam (comp.) 8. 10. 30. 37
Quam (nom.) 11. 16. 17. 39. 41. 43
Quamprimum 15
Quando 42
Quapropter 27. 38
Quarto 5
Queritur 27
Quiescere 36
Quingenti 44
Quinquaginta 14
Quomodo 5. 8
Quoniam 6. 21. 34. 35
Quotidie 21. 22

R.

Raptam 11

Rationem 19
Re 15. 18. 25
Recedebat 19
Recedere 27
Recenti 11
Recepit 5
Receptus 16
Recesserunt 2
Recessionis 42
Recessit 33
Recipere 25
Recipiunt 15
Rectis 12
Rectum 13
Recuperationis 11
Reddantur 37
Reddatur 9. 17
Redderent 5. 6
Redderet 5
Redderetur 4
Reddi 42
Reddidisse 16
Reddidit 5. 42
Reddituros 7. 11
Redegit 19
Redierit 38
Rediit 26
Redit 24. 33. 41
Rediturum 7. 27
Referrent 10
Referret 24
Refert 10. 15. 17. 22. 24. 40. 42
Refertur 35
Reficere 22
Refutat 37. 40
Rege 3. 9. 16. 28
Regem 8. 12. 16. 20. 39
Regi 1. 2. 3. 5. 17
Regia 43
Regiam 4. 9. 24. 38. 40
Regii 5
Regio 4
Regis 3. 8. 10. 15. 39
Regno 1. 16
Regnum 16
Rei 6. 7. 10. 15
Reliquerunt 3
Reliqui 33
Rem 10. 16. 38
Remanet 16
Remanserunt 42
Remansit 44
Removeri 19
Renovant 22
Renuit 30
Renuntiantes 17
Renuntiasse 11
Renuntiat 40. 41
Renuntiatur 30
Renuntiaverit 38
Reparare 22
Repelli 17
Repetitum 20
Reportatur 43
Repudiat 17
Res 1. 15. 17. 29
Resarciunt 26
Reseraturos 40
Reseraverunt 41
Resistentes 30
Respexissent 10
Respexit 24. 33
Respiciens 21
Responderit 5
Responderunt 9
Respondetur 15
Respondit 5. 15. 27. 30. 43
Responsa 15
Responsum 17. 35
Restitit 24. 33
Restituere 16
Restitui 42
Restituit 26
Retinerent 15
Retineri 24
Retinet 36
Retinuit 24
Retulissent 35
Reversi 2
Reversus 5
Revertantur 15
Reverti 10. 27. 42
Revertitur 3. 16. 27
Revertuntur 17. 21. 32
Revocare 24
Revocari 24
Revocavit 21
Rex 1. 2. 9
Rhesus 18
Rhodius 26
Rhodo 14
Rogans 10
Rogantque 18
Rogare 5. 42
Rogarent 30
Rogaret 31
Rogat 3. 5. 15. 38. 42
Rogaverat 3
Rogaverit 34
Rogavit 1
Rotundis 13
Rotundo 12. 13
Ruerunt 44
Rufam 12
Rufum 12. 13
Rumor 1

S.

Sacra 40
Sacrificavit 9
Sacrificent 15
Sævire 33
Sævitur 32
Sæviunt 31. 33
Sagitta 21. 28. 35
Salamina 14
Salaminam 3. 5
Sanciantur 27
Sanguine 19
Sapientem 12. 13
Sarpedon 18. 26. 28
Sarpedone 26
Sarpedonem 29
Satisfacerent 5. 8
Satisfactum 43
Satisfacturos 7
Sauciasset 33
Sauciat 19. 24. 31. 32. 33. 36
Saucios 22. 26. 31
Saucius 19. 24. 33. 35
Scæa 4
Scæam 40. 41
Schedium 21
Schedius 14
Scientiam 28
Scire 42
Scripsit 12
Scyrum 35
Secum 3. 9. 10. 14. 15. 21
Secuta 44
Secuti 11. 44
Seditionem 20. 26
Seditioni 25
Semper 6. 42
Sententia 23. 31. 33. 42
Sentiant 38
Sepeliant 26
Sepeliendos 20. 29. 31. 32. 33
Sepelire 25
Sepelit 35
Sepelivit 16 25
Sepeliunt 31
Septem 29
Septimo 33
Sepulcrum 27. 34. 42
Sepultus 27
Servari 42
Servetur 40
Servitute 5
Servitutem 17
Servo 27
Servus 27
Sese 1. 2. 3
Sex 23. 31. 33
Sexaginta 14
Sicuti 31
Sigeum 3
Signi 20
Signo 10. 19. 40
Signum 34. 38. 40
Similem 12
Similes 12
Similis 12
Similiter 19
Simoënta 2
Simplici 12. 13
Simplicis 12
Simul 2
Sine 24. 33. 38
Sinistro 34
Sinon 40
Sinonem 40
Sint 10. 29. 38
Sociique 1
Sociis 15
Sociorum 10
Solet 38
Sollicitus 21
Solvant 10. 15
Solvere 42
Solverunt 11
Solvit 10
Solvunt 15. 19
Somnis 7. 24
Soror 9
Sorore 19
Sororem 4. 5. 8. 11
Sororis 17
Sparta 14
Spartam 3. 9. 10. 11
Specie 7
Speciem 7
Speciosior 7
Spectassent 20
Sperans 11
Sperare 7. 21
Spoliare 19. 24
Spoliaretur 19
Stabilitum 4
Stando 26
Stare 37
Statim 24. 35. 39
Statori 4
Statura 12. 13
Sternit 32
Stheneli 24
Sthenelus 14
Stomachosum 13
Strabonem 12
Stragem 36
Studia 20
Sua 2. 10. 12. 15. 20. 26. 32. 40. 42
Suadebat 7
Suadere 37
Suadet 15. 16. 19. 20. 25. 29. 37. 40

Suaserant 38
Suaserit 39
Suavi 12
Sub 1. 15
Subire 40
Subsistere 36
Subtraxisset 33
Succedit 26
Succiderent 8
Sufficere 22. 31
Summæ 37
Summissis 24
Summum 29
Summus 29
Superaret 12
Superata 21
Superaturum 38
Superavit 10
Superbum 13
Supercilia 12
Superciliis 13
Superciliosum 13
Superiorem 8
Superiores 30
Supersit 35
Supervenere 33
Supervenerunt 9
Superveniret 1. 36
Supervenisset 31
Supervenit 1. 9. 16. 23. 24. 31. 32. 33. 36
Superventurum 21
Suppetias 16. 19. 21
Supportandos 19
Supportarent 26
Surgit 24. 37. 38
Surrexisse 39
Susceperunt 41
Suspectum 22
Suspicione 38
Sylva 7
Sylvam 8

T.

Tandemque 35
Tanta 30
Tanto 27. 30
Tegunt 41
Tela 28. 34
Telamon 3. 4. 5
Telamonem 3. 5
Telamonium 13
Telamonius 14. 19. 28. 32
Telepho 16. 26
Telephum 16
Telephus 16
Temerarium 13. 34
Temerarius 34
Temeritatem 40
Tempestate 11
Tempestates 15. 42
Tempore 15. 16. 27. 30. 31
Tempus 1. 3. 4. 9. 10. 22. 23. 24. 31. 32. 33
Tenderet 9
Tenedon 10. 15. 16. 17
Tenens 34. 35
Terga 28
Terra 2. 3
Terram 2. 19. 43
Terreri 7. 30
Teucrum 14
Teuthrante 16
Teuthrantem 16
Teuthranti 16
Teuthras 16
Thalpium 14
Thesidas 19. 26
Thestore 15
Thoas 14
Thracia 18
Thymbræa 4
Thymbræi 34
Timebant 2
Tlepolemus 11. 14. 26
Tot 16. 24. 27
Tota 11. 15. 19. 35. 41
Totam 1. 11. 15. 27
Toto 24
Totum 16. 19. 22. 36
Totus 42
Tractari 2. 5
Tractasse 6
Tractata 35
Tractatam 4
Tractatum 3. 8. 38
Tractatus 5. 8. 17
Tradi 34
Tradidit 16. 41
Tradit 43
Traditæ 40
Tradunt 25
Trahere 33
Transfigit 21. 28
Transiit 29
Trica 14
Triduo 5
Triennium 22. 23
Triginta 14. 18. 23. 32
Tristem 13
Tristis 31
Troja 12. 15
Trojæ 17. 37
Trojam 3. 11. 15. 16. 19. 40. 44
Trojana 4
Trojani 19. 21. 22. 24. 26. 27. 28. 29.

30. 31. 32. 33. 35. 36
Trojanis 6. 8. 9. 11. 22. 26. 44
Trojanorum 2. 8. 11. 12. 24. 33. 36
Trojanos 8. 15. 24. 25. 30. 35. 37. 41
Troili 33
Troilo 4. 33
Troilum 12. 18. 24. 30. 33
Troilus 7. 20. 23. 25. 29. 31. 32. 33. 34
Trucidantur 24. 31
Tulerunt 2
Tulit 3. 4. 5
Tum 2. 16
Tumultu 8
Tumultum 24
Tumulum 36. 43
Tunc 7. 8. 24. 27. 31. 38. 40
Turpiter 28
Turribus 26

V.

Vadunt 22
Valde 30
Valentem 12. 13
Valentibus 13
Validissime 1
Validissimos 23
Vallum 26
Vastare 41
Vastasset 36
Vatem 12
Vaticinari 7. 11
Ubi 1. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 10. 24. 40
Ucalegon 39
Ucalegoni 40
Ucalegontem 6
Vehementer 27
Velle 1. 4. 6. 24. 27
Vellent 25
Vellet 3. 7. 8. 16. 19. 27
Velocem 12. 13
Velocibus 12
Venantem 16
Venatum 7
Venerabili 12
Venerant 2. 3. 4. 30
Venerat 15
Venerem 7
Veneris 10
Venerit 3. 5
Venerunt 1
Veniat 10
Venire 5. 7. 18
Venisse 10. 16. 22
Venissent 3. 9. 22
Venisset 5. 15
Venit 2. 3. 4. 5. 9. 11. 19. 21. 26. 27. 34. 43. 44
Veniunt 15. 16. 17. 37
Ventum 15
Venturos 7
Venturum 34
Venustis 12. 13
Venusto 12. 13
Venustum 12
Verba 17. 37
Verbis 34. 37. 38
Verborum 7
Verecundam 13
Verecundum 13
Vereri 6. 30. 38. 39. 40
Veritus 1
Vero 3. 10. 18
Versatur 28. 35
Versutum 12
Vertit 24
Vertunt 28
Verum 6
Vestigia 11
Vexatus 33
Vicibus 35
Vicissim 20
Victi 37
Victis 7
Victores 15. 32
Videatur 22. 29. 30. 31. 40
Videbat 5
Videbatur 1
Videre 10. 24
Videretur 7
Videri 6
Viderit 24
Viderunt 37
Videtur 22
Vidisse 12
Vidissent 10
Vidit 1. 4. 21. 22. 23. 24. 31. 32. 33. 39
Vigiliarum 20
Vigilias 35
Viginti 44
Vincant 37
Vincere 38
Vires 1
Virili 12
Viriliter 21
Viro 27
Virosum 13
Virtute 1
Virtutem 20
Virtutis 3. 5. 12
Virum 30
Visum 4. 9. 24
Vitæ 34
Vitam 6. 8. 27
Vituperat 25
Vividis 13

Vivus 16
Vix 36
Ulciscatur 25. 34. 35
Ulciscendum 34
Ulcisceretur 8
Ulcisci 4. 6
Ullo 24
Ululatu 35
Ulyssem 13. 22. 30. 37
Ulysses 14. 16. 17. 22. 30. 40
Una 1. 3. 15. 40. 42
Unde 7. 11. 19. 27
Undique 34
Universum 36
Unius 27. 30
Unquam 25
Unus 39
Unusquisque 5
Vocari 1. 4. 6
Vocat 16. 20. 25. 30
Vocaturum 38
Voce 12. 13
Vocet 37
Volebat 1
Volucribus 34
Voluntate 26
Voluntatem 1. 6. 8
Voluntates 3
Vota 42
Urbe 19
Urbem 35. 36
Utensilia 8
Uterque 29. 31. 32. 33
Uti 38
Utque 43
Utraque 23. 31. 32. 35
Utrimque 19. 22. 31
Utrique 10. 19. 25. 29. 33
Utrisque 28
Utuntur 15
Vulgo 27
Vulneratos 22
Vulneratus 26. 33
Vulneravit 16
Vulnere 16. 33. 35
Vult 1
Vultu 12. 13
Uxor 10. 24
Uxore 4
Uxorem 7. 8. 27
Uxoribus 4

X.

Xanthippum 21

Z.

Zelia 18

FINIS DICTYOS CRETENSIS, &c.